36-10-E 7

AVTORES HISTORIAE ECCLESIASTICAE

Euſebij Pamphili Cæſarienſis epiſcopi libri IX. Ruffino interprete.
Ruffini presbyteri Aquileienſis, libri II.

ITEM EX

Theodorito Epiſcopo Cyrenſi, Sozomeno, & Socrate Conſtantinopolitano libri XII. uerſi ab Epiphanio Scholaſtico, adbreuiati per Caſsiodorum Senatorem: unde illis Tripartitæ hiſtoriæ uocabulum.

Omnia recognita ad antiqua exẽplaria Latina, [redacted]

HIS ACCESSERVNT

Nicephori eccleſiaſtica hiſtoria, incerto interprete.
Victoris epiſcopi libri III De perſecutione Vuandalica.
Theodoriti libri V. nuper ab [redacted] latinitate donati.

FRO BEN

Camilli Maninij, et Amicorum.

BASILEAE XLIIII

AD LECTOREM

QVAE ex Nicephoro adiecimus, eiuſdem ſunt farinę cum Tripartita, ut qui his delectatur, illa faſtidire non poſsit. Cæterum Africanam Victoris hiſtoriam uel in hoc perlegiſſe proderit, quòd uix aliud exemplum ad deterrendum à religionis ſectis ſit efficacius: quod ibi ſub oculos ponatur, quàm dira atque infanda Chriſtiani in Chriſtianos perpetrauerint, dum Barbari ſuo in Romanos odio morem gerentes, religionis prętextu in illos ſæuiunt. Theodoriti uero hiſtoriam nuper latinam factam cur adiungeremus, ſatis cauſæ uiſum eſt, quòd in ſuperiore æditione Græcè eam additam fuiſſe nemo non probauit.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO
PATRI, EIDEMQVE ILLVSTRISSIMO PRIN
cipi ac domino, D. Stanislao Turzo Olomutzenſi
epiſcopo &c. [redacted] S P D.

QVVM omni hiſtoriæ hoc ueluti peculiare ſit, or‑natiſsime Præſul, ut etiam qualitercunq; ſcripta lectorē tamen adficiat ac teneat, cum ob uarieta‑tem, quæ faſtidium oboriri non ſinit, tum ob ip‑ſam rerum cognitionē, quam mire auet animus humanus, ac copioſiſsime exhibet hiſtoria, pluſ‑quam quoduis aliud ſcriptionis genus: & uulgo tam auide legantur hij, qui ethnicorum hiſtori‑as perſcripſerunt, è Latinis Liuius Patauinus, Saluſtius, Iuſtinus: è Græ‑cis Thucydides, Dionyſius Halicarnaſſeus, Xenophon, quod ego ſanè nō improbo: iure mirari quis poſsit, quur Autores eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quorū princeps eſt Euſebius ille Cæſarienſis, non modo doctiſsimus, ſed & elo‑quentiſsimus: ita apud nos neglecti iaceant, uelut indigni qui habeantur in manibus, cum nemo negare poſsit Euſebij lectionē plurimum ei prodeſſe, qui iam aliquod iudicium ſit nactus in ſacris literis, & in re Chriſtiana. An non eſt magni momenti cognoſcere, quid poſt CHRISTVM ipſum in ec‑cleſia ſit actum ab Apoſtolis & Apoſtolicis uiris, quorum non ſolum geſta nobis narrat, ſed & monimenta ſcripta profert, quæ (ô calamitatem) nobis ex ingentibus illorum uoluminibus ſola ſuperſunt, ſatis arguentia cuiuſmo‑di fuerint illa, quæ maiorum negligentia perierunt? Ignoraturi ſanè fuera‑mus Egeſippum, Iuſtinū, Dionyſium Corinthienſem, Melitonem Sarden‑ſem, Cl. Apollinarem Hierapolitanum, Dionyſium Alexandrinum, & ipſum Irenæum (nam huius tantum quinq; libri hodie extant, quod ſciam, nondum excuſi typis, cum multa ſcripſerit) niſi hic nobis ex illorum libris fragmenta quædam adferret. Nam in hac ſum opinione, ut putem etiam diuum Hieronymum ex magna parte Catalogum ſuum ex Euſebio con‑cinnaſſe, utut habuerit Bibliothecam ex ueterum monimentis inſtructam: ſiquidem hoc caſu fieri non poteſt, ut non ſemel eadem ex uetuſtiſsimis ci‑tet, quæ Euſebius ante citarat. Præterea quis neget, ſi non neceſſarium, ſal‑tim pulchrum cognitu, ſcire quid inſignes Chriſti martyres paſſi ſint, qua hilaritate, quáue cōſtantia immania ſupplicia pertulerint, quid item Impp. & horum Præſides contra noſtram religionem ſint moliti, impedituri pro‑greſſum Chriſtianiſmi, nō ſolum edictis crudeliſsimis, ſed & pœnis ſupra quàm dici poteſt, ſæuis & infamibus. At hæc nos Euſebius docet, probæ

Irenæus

Hieronymi Catalogus de Eccleſiaſt. ſcriptoribus

a 2 fidei

fidei elogio,cum ab alijs,tum à magno Baſilio laudatiſsimo & ipſo uiro, de
center exornatus,dum illum ἀξιόπιστον uocat. Quo magis miror iudicium
Gelaſii Pont. Rom. qui propemodum interdicere nobis uoluerit lectione
Euſebianę hiſtoriæ,quam pulchre textam clamat Hieronymus, propterea
quod inclyti illius Origenis pro Chriſtiana religione ſuſcepti labores, &
pluſquam martyrium in ea narrantur.Scilicet Chriſtianus orbis Hiſtorico
ſuo Euſebio carere debebat, quod is Origenis uirtutes prædicaſſet. Nam
quod excuſati ab illo Origenis meminit, nos in iſta uerſione nihil tale repe/
rimus,niſi forte id omiſit Ruffinus. Quod autem eadem x v. d. paulo poſt
legitur Hiſtoriam Euſebij Pamphili apocrypham eſſe, ab aliquo aſino ad/
iectum eſt: niſi uelimus dicere Gelaſium ſibiipſi cõtrarium,ut qui in eodem
decreto improbet librum ante à ſe probatum, quod eſt ualde incõueniens.
Nec uero quicquam Euſebio obeſſe debet, uel quod Ariano dogmati plu/
ſculum fauiſſe fertur,quàm par erat, cum in hoc opere nullam eius rei faciat
mentionem:uel quod minutiora quædam nonnunquam recenſeat,quæ in
digna uideri poſsint illis, de quibus narrantur,quale eſt illud, quòd à naſu/
tis obijci ſolet de Chriſti literis ad Abgarum, & de adoleſcente quem Ioan
nes Euangeliſta ad meliorem frugem reuocauit, cum utrobiq; fidem ſuam
liberet Euſebius, alterum è Syrorum cõmẽtarijs depromptum aſſerens,
alterum è Clemente Alexandrino. Non perpendunt tales ubi argumentũ
aliquod explicandum deſumpſeris, eſſe ſatisfaciendum illi per omnia: & à
fideli diligentiq; hiſtorico nihil omitti debere,maxime qui alienos commẽ/
tarios ſequatur. Putant autem eruditi & in Hieronymi Vitis eſſe nonnulla,
quæ ille facilius forſan ſcripſerit, quàm crediderit. Atque hoc ſanè modo
compeſcendi ſunt importuni quidam miraculis ſemper obgãnientes, ut ſci/
ant ueteres Chriſtianos ea fuiſſe in Chriſtum gratitudine & obſeruantia,
ut quicquid uſpiam bonę rei accideret,uel noxiæ auferretur,id cœleſti numi
ni imputarent,per ſanctos uiros uelut organa quædam operanti. Sic mor/
borum ac tempeſtatum depulſio, & exitialium beſtiarum amolitio apud il/
los cottidie miraculorum numerum augebant, & ſanctis hominibus uene/
rationem conciliabant:quorum pia ſimplicitas magis Chriſtiana eſt,quàm
quorundam curioſa uafricies, qui naturæ plurimum, diuinæ prouidentiæ
minimum tribuunt. Id enim nos ſacræ literę docent. Nec hoc dixerim, tam
Euſebio patrocinaturus, quàm reliquis autoribus, quos huic adiunxi. Pro/
inde ſuſpicabar operis deprauationem eſſe in cauſa, quo minus legeretur:
uerum deprehendi non tam hoc eſſe, quàm inſignem noſtrorum hominũ
ſecordiam. Nam(ut ingenue dicam) cum cœpiſſem typis excuſa cum ma/
nu ſcriptis conferre, non adeo multa comperi librariorum errata. De in/
terpretis diligentia iudicare citra Græcum codicem, impudens ſit: tametſi
Ruffinus in alijs libris à ſe uerſis parum laudis meruit Ruffinus, quod ex profeſſo
non

non uerba uel ſenſum autoris, quem uertendum ſuſceperit, appendat, ſed uel minus uel pluſculum, tanquam Paraphraſtes, non uelut interpres, pro ſua libidine plerunque referat. Id quod Nazianzeni orationes ab illo uerſæ docent, & Ioſephi uolumina. Optandum itaque fuerat Græcum adeſſe exemplar: ſed quando hoc haberi nequiuit, Latinis uetuſtis uſi fuimus. Quod autem Græci codicis præſidio loca aliquot reſtitui potuerint, uel hinc probauero: Incidi nuperrime in Σινόψιν quandam τῆς εὐαγγελικῆς ἱστορίας Græcam, quam cum euoluerem, occurrerunt forte fortuna Irenæi uerba, quæ Euſebius Cap. XIII. libri V. citat, de ieiuniorum diuerſitate, ſic Græce habentia. Οἱ μὲν γὰρ μίαν μόνην ἡμέραν νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας, οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας μόνας ἡμερινάς καὶ νυκτερινάς, ὥραν ἀντὶ ἡμέρας νηστεύοντες, hoc eſt, Hij enim unum ſolum diem ieiunabant, illi uero duos, alij plureis, nonnulli quadraginta horas ſolas diurnas atque nocturnas, horam pro die ieiunantes. Qui locus aliter legitur in exemplaribus Latinis. Nec dubito idem alibi potuiſſe accidere. Proinde recte conſulerent pijs ſtudijs Eccleſiaſtici proceres urbis Romæ, ſi tales autores caſtigandos curarent, quando Romæ non ſolum doctorum uirorum, ſed & utriuſque linguæ uetuſtiſsimorum codicum mira copia eſt. Noſtra certe recognitio non prorſus inutilis cenſeri poterit, cum præter quam quod librum curioſiſsime diſtinximus, & adnotatiunculis marginarijs, quæ nonnunquam cōmentarioli uice eſſe poſsint, illuſtrauimus, etiam multa loca reſtituerimus, quæ ante corrupte legebantur. Porrò cum Euſebiana hiſtoria iam eſſet à typographis abſoluta, & nequaquam ad uolumen iuſtum ſurgeret, uiſus ſum ſtudioſis commodaturus, ſi Tripartitam quam uocant hiſtoriam Euſebianæ connecterem: non quod neſcirem Ruffini libros duos, quos Euſebio aſſuit, ex autoribus Tripartitæ deſumptos, & uelut huius eſſe compendium: ſed quod uiderem multo maximam partem ab illo dum breuitati conſulit, et insigniora perſequitur, omiſſam. Sciebā uero opus id peſsime uerſum ad indocto interprete. Sed longe uicit meam opinionem res ipſa. Nullus apud Latinos extat liber pari inſcitia uel ſocordia tractatus: nullus prodigioſioribus maculis contaminatus: peruerſionem dicas, non uerſionem. Conduxerat olim (ut uidetur) Caſsiodorus Senator in ſuo infelici ſeculo, quādo cum Romano Imperio optimis ſimul literis profligatis, barbaries apud Italos nō ſolum in Palatio, ſed etiam in ſcholis regnare cœpit, Epiphanium quēdam literatorem Græcæ peritiam linguæ iactātem, ut Theodoritum, Sozomenum, & Socratem, treis autores Græcos, qui Eccleſiaſticam hiſtoriam à Conſtantino Aug. uſque ad iuniorem Theodoſium proprijs quiſque libris ſeorſim conſcripſerant, latinitate donaret. Id ubi infeliciſsime præſtitiſſet utrobique, ut qui linguam utranque ex æquo ignoraret, Caſsiodorus è tri-

Caſsiodorus

Epiphanius

bus illis unam hiſtoriam contexuit. Quæ res operi, ſeu potius centoni, Tripartitæ dedit appellationem. Id autem magno mihi labore cõnſtitit: nam qui primo nolebam eſſe ingenioſus in alieno libro, dum tot ſolœciſmis & barbariſmis offendor, cogor uel inuitus quoſdam inſigniores ac intollerabiliores lapſus caſtigare. Hoc dum facio οὐκ ἀκονιτὶ, quid enim moleſtius eſſe poſsit? uideo uel emendando uel mutãdo nihil profici, niſi denuo quis interpretetur, ita miſere uertit Epiphanius. Hoc autem abſque exemplaribus Græcis fieri non poterat. Nec ſufficiebat unus Theodoriti Græcus codex, quem ex bibliotheca Ioannis Raguſini Cardinalis tt.s. Xyſti, Prædicatores mihi commodato dederant. Ex illo tamen multa paſsim ſarſi. Nec enim aliud in cauſa fuiſſe uideo, cur ita ſit hoc opus, non modo neglectum, ſed etiam contemptum, quàm quod modis omnibus miſerrime fuerit acceptum, primum ab interprete, deinde à typographis. Etenim multa ſunt in hijs libris, quæ ſcire multum profuerit, & ex quibus lector non omnino imprudens colligere poſsit, quid in ſimilibus rebus uel faciendum uel uitandum. Arianum diſsidium nuſquam exactius depictum eſt, uidelicet ex quàm leuibus initijs ad quantam orbis perniciem exarſerit. Quod dum legimus, etiam atque etiam cogitandum, ne per noſtras contentiones nimium pertinaceis, ſimili aliquando malo inuoluamur. Poterat Arianæ diſcordiæ primo occurri. longius progreſſo certamine, quãtum utrinque ſanguinis effuſum eſt? Veriſsime autem dixit Plautus, Feliciter ſapere, qui alieno periculo ſapiant. Porrò non uidebam cui iuſtius hunc meum laborem conſecrarem, quàm tuæ celſitudini Stanislae præſul eximie, qui me poſt Tertulliani inſcriptionem anno ſuperiori non ſolum humaniſsimis literis ſalutaris, uerumetiam munere donaris uere Principali, patera uidelicet, antiquis Romanorum nomiſmatis adfabre exornato. Vnde merito ingratus cenſeri debeam, ſi non adnitar, ut tanti Principis liberalitati lucubratiunculis meis quà licet reſpondeam, & paratiſsimi animi obſequia declarem. Conueniebat autem ut eloquentiſsimi doctiſsimique Epiſcopi opus à me recognitum, ad Præſulem modis omnibus inſignem, ac literarum literatorumque patronũ unicum mitteretur. Bene Valeat R. T. D. Baſileæ VIII Calendas Septembreis. Anno M D XXIII.

[redacted]

LECTORI S.

NON deſunt fortaſsis hodie qui non perinde fidem tribuant omnibus, quæ in hiſtorijs noſtræ religionis alicubi referuntur, propterea quod multi ueterum omnia perſequi uoluerint etiam uulgo iactata creditaq́ꝫ, præſertim quoties de miraculis incidit ſermo. Vbi iudicium profecto ſanctiſsimorum hominum nōnunquam deſideres & demireris conſilium. Verum ſi quid occurrat tale, nō ſunt idcirco reijcienda cætera, & ex uno aliquo loco cunctorum facienda æſtimatio, quorum alioqui fidem quum narrationis conſenſus tum rerum ſeries lectoribus approbat. Id forte nuſquam frequentius accidit, quàm in Eremitarum & diuorum uitis, ubi docendi gratia plurimum ſibi indulſit antiquitas, dum perfectiſsimam uitæ formulam legenti delineat. Itaq́ꝫ quo nos maiorē ſacris iſtis hiſtorijs fidem conciliaremus παρὰ τοῖς ἀπίστοις, etiam ex ethnico ſcripto re teſtimonia rerum quarundam appoſuimus.

Habes apud Euſebium libro x, de exilio Athanaſii Alexādrini & Liberij Pontificis Romani. Eandē rem cōmemorat Cento hiſtoriarum, quam uulgò Tripartitam appellant, lib. v. pluribus uerbis. Ammianus uero Marcellinus qui ſub Iuliano Aug. ſtipēdia fecit militaribus honoribus ſummis perfunctus, idem clariſsime explicat hijs uerbis lib. xv. Hoc, inquit, adminiſtrante Leontio, liberius Chriſtianæ legis Antiſtes à Cōſtantio ad Comitatum mitti præceptus eſt tanq́ꝫ Imperatoris iuſſu & plurimorum ſcitis per conſortium decretis obſiſtens, in re, quam breui textu percurram. Athanaſium epiſcopū eo tempore apud Alexādriā ultra profeſsionem ſe efferentē, ſciſcitariq́ꝫ conatum externa (ut prodidere rumores) aſſidui cœtus in unum quæſiti, eiuſdem loci multorum Synodus (ut appellant) remouit à ſacramēto quod obtinebat. Dicebatur enim fatidicarū ſortium fidem, quæue Augurales prætenderēt alites ſcientiſsime callens, aliquoties prædixiſſe futura. Super hijs intendebantur ei alia quoq́ꝫ à propoſito legis abhorrentia, cui pręſidebat. Hunc per ſubſcriptionē abijcere ſede ſacerdotali, paria ſentiens cæteris, iubente Principe, Liberius monitus perſeueranter renitebatur: Nec uiſum hominem nec auditū, damnare, nephas ultimum ſæpe exclamans, aperte ſcilicet recalcitrans Imperatoris arbitrio. Id enim ille Athanaſio ſemper infeſtus licet ſciret impletū, tamen autoritate qua potiores æternæ urbis epiſcopi, firmari deſiderio nitebatur ardenti, Quo non impetrato, Liberius ægre populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit aſportari. Hæc Marcellinus.

Decreta Synodalia — *Synodus* — *Autoritas Romanorum Pontificum*

De Georgio Cappadoce ſiue Cilice qui exulante Athanaſio Alexandrinam eccleſiam occuparat Arianæ fauens impietati, multa narrat hiſto-

ria Tripartita. Sed Ammianus Marcellinus libro xxij. ſuis, quod aiunt, coloribus eundem Georgium graphicè depingit. Alexandrini, inquit, Artemij comperto interitu, quem uerebantur ne cum poteſtate reuerſus (id enim minatus eſt) multos læderet ut offenſus, iram in Georgium uerterūt epiſcopum, uipereis (ut ita dixerim) morſibus ab eo ſæpius appetiti. Is in fullonia

Georgius Alexandrinus

natus (ſic enim nos caſtigauimus) ut ferebatur apud Epiphaniā Ciliciæ oppidum, auctuſq; in damna complurium contraq; utilitatem rei communis

Alexandrini ſeditioſi, & in paganiſmo pertinaces

(ſic enim legendum uidetur) Epiſcopus Alexandriæ eſt ordinatus, in ciuitate quæ ſuopte motu etiam ubi cauſæ non ſuppetunt, ſeditionibus crebris agitatur & turbulentis, ut oraculorum quoq; loquitur fides. His efferatis hominum mētibus Georgius quoq; ipſe graue acceſſerat incētiuum apud patulas aures Cōſtantij, multos exinde cauſans, ut eius recalcitrātes imperijs:

Profeſſio Chriſtiana

profeſsioniſq; ſuæ oblitus, quæ nihil niſi iuſtum ſuadet & lene, ad delatorum auſa feralia deſciſcebat. Et inter cætera dicebatur id quoq; maligne docuiſſe Conſtantium, quod in urbe prædicta ædificia cuncta ſolo coherentia, à conditore Alexandro magnitudine impenſarū publicarum extructa: emolumentis ærarij proficere dicunt ex iure. Ad hæc mala id quoq; addiderat, unde paulo poſt eius eſt in exitium præceps (forte legendum, datus eſt in exitium preceps.) Reuerſus ex comitatu Principis, quum trāſiret per ſpecioſum Genij templum, multitudine ſtipatus ex more, flexis ad ædem ipſam luminibus. Quandiu, inquit, ſepulchrū hoc ſtabit? Quo audito, uelut fulmine multi percuſsi, metuentes ne illud quoq; tentaret euertere, quicquid poterant in eius perniciem clandeſtinis concitabant. Ecce aūt repente perlato lætabili nuncio indicante extinctum Artemium, plebs omnis elata

Georgius Alexan. ob deſtructionē templorum & idolorum euerſionē miſere excruciatus

gaudio inſperato uocibus horrendis infrendens, Georgium petit, raptūq; diuerſis multandi generibus, proterens & conculcans diuaricatis pedibus. Cumq; eo diaconus, Monetæ præpoſitus, & Diodorus quidam ueluti comes, iniectis per crura funibus ſimul exanimati ſunt, Ille quod Aram in Moneta quam regebat, recens locatā euertit, Alter quod dum ædificandæ præeſſet eccleſiæ, cirros puerorum licentius detondebat, id quoq; ad eorum

Diodorus

cultum exiſtimans pertinere. Quo non contenta multitudo immanis, dilaniata cadauera peremptorum camelis impoſita, uexit ad lacus: ijſdemq; ſubito igne crematis, cineres proiecit in mare: Id metuens clamabat, ne collectis ſupremis, ædes illis extruerentur ut reliquis, qui deuiare à religione cō pulſi, pertulere cruciabiles pœnas ad uſq; glorioſam mortem intemerata fi

Martyres

de progreſſi, & nunc Martyres appellantur. Poterantq; miſerādi homines ad crudele ſupplicium ducti, Chriſtianorum adiumēto defendi, ni Georgij odio omnes indiſcretè flagraſſent. Hactenus ille.

Difficile creditu fortaſsis ſit apud quoſdam quod cum Hieroſolymitanum

num templum Iuliani Aug. iuſſu reparari cœpiſſet, globi flammarũ è fun/damentis eruperint, quemadmodum Ruffinus in Euſebij appendice nar/rat, & Theodoritus in tripartita, ni idem prodidiſſet Marcellinus in initio xxiij libri de Iuliano Aug. ſic ſcribens: imperijq́ue ſui, inquit, memoriam ma/gnitudine operum geſtiens propagare, ambitioſum quondam apud Hie/roſolymam templum, quod poſt multa & interneciua certamina obſidente Veſpaſiano, poſtea à Tito ægrè eſt expugnatũ, inſtaurare ſumptibus cogi/tabat immodicis. Negociumq́ue maturandũ Alipio dederat Antiochenſi, qui olim Britannias procurauerat præfectus. Quum itaq́ue rei eidẽ fortiter inſtaret Alipius, iuuaretq́ue prouinciæ Rector, metuendi globi flammarum propè fundamenta crebris adſultibus erumpentes, fecere locum exuſtis ali/quotiens operantibus inacceſſum. Hocq́ue modo elemento deſtinatius (for/te melius obſtinatius leges) repellente, ceſſauit inceptum.

Sed & in alijs quibuſdam ſacræ hiſtoriæ ſubſcribit Marcellinus. Ve/rum hoc loco ſufficit hæc indicaſſe.

EVSEBII CÆSARIENSIS VITA EX D. Hieronymi Catalogo De uiris illuſtribus.

Euſebius Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, in ſcripturis diuinis ſtudioſiſsi/mus, & bibliothecæ diuinæ cum Pamphilo martyre diligẽtiſsimus per/ueſtigator, ædidit infinita uolumina, de quibus hæc ſunt.

Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, hoc eſt, Euangelicæ demonſtrationis, Libri x x

Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς, hoc eſt, Euãgelicæ præparationis, Libri x v

Θεοφανίας, hoc eſt, diuinæ apparitionis, Libri v

Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, Libri x

Chronicorum canonum omnimoda hiſtoria, &

Eorum ἐπιτομή. Et

De Euangeliorum diaphonia.

In Eſaiam, Libri x. Et

Contra Porphyrium, qui eodem tempore ſcribebat in Sicilia, ut quidam putant, Libri x x x. De quibus ad me uiginti tantum peruenerunt.

Τοπικῶν, Liber unus.

Ἀπολογίας pro Origene, Libri v i

De uita Pamphili, Libri i i i

De martyribus alia opuſcula. Et

In centum quinquaginta Pſalmos, eruditiſsimi cõmentarij. Et multa alia.

Floruit maxime ſub Conſtantino imperatore & Conſtantio. Et ob amici/tiam Pamphili martyris ab eo cognomentum ſortitus eſt.

DE THEODORITO

Theodoritus Cyri fuit epiſcopus, quam Stephanus κύρου πόλιν appellat. Vocant illam Perſæ Cyrecbatam, & ſita eſt in extremis Perſiæ finibus. Meminit eius in quinto libro, cum inquit, Κύρου ἣ τῶν ἡμετέρας ἱσίδωρον. Scripſit eccleſiaſticæ hiſtoriæ libros quinque, quos Græci nunc λόγους, nunc τόμους uocant. Præterea opus quod inſcripſit De curatione Græcarum affectionum, uerſum ſuperioribus annis, à Zenobio Acciaiolo Florentino ordinis Prædicatorum. Meminit ipſe paſsim in hiſtoria ſua de alijs quoque libris à ſe conſcriptis, ut reſponſionum ad Magos Perſarum, & Hiſtoriæ de Martyribus.

DE SOZOMENO

Sozomenus indicat ſe uerſatum in actionibus forenſibus apud Cōſtantinopolim, cum Aquilini ſodalis ſui meminit à febre liberati. Meminit alicubi progenitorum, & aui ſui, quem ad Chriſtum conuerſum refert in agro Gazenſi, cum fuiſſet patre ethnico prognatus, tribuens illi ſacrarum literarum peritiam. Scripſit autem hiſtoriam nouem tomis ſectam, ad Theodoſium iuniorem, exorſus à tertio Conſulatu Criſpi & Cōſtantini Cęſſ. uſque ad ſeptimumdecimum Theodoſii iunioris. Extat autem huius hiſtoriæ uolumen Græcum in bibliotheca Xyſti Romæ.

DE SOCRATE

Et hic Conſtantinopolitanus fuit, diſcipulus Helladij & Ammonij Grammaticorum. Scripſit Hiſtoriam ad preces Theodori, Sozomenicæ ſimillimam, quantum ad tempus attinet.

RVFFINVS CHRO-MATIO S.

PERITORVM dicũt eſſe medicorum, ubi immi-
nere urbibus uel regionibus generaleis uiderint
morbos, prouidere aliquod medicamenti uel po-
culi genus, quo præmuniti homines ab imminẽ-
ti defendantur exitio. Quod tu quoq; uenerãde
pater Chromati medicinæ exequens genus, tem-
pore quo direptis Italiæ clauſtris ab Alarico du- *Alaricus*
ce Gothorũ, ſe peſtifer morbus infudit, et agros,
armẽta, uiros longe lateq; uaſtauit, populis tibi à deo cõmiſſis feralis exitij
aliquod remediũ quærens, per quod ægre mentes ab ingruentis mali conta-
gione ſubtractæ, melioribus occupatæ ſtudijs tenerent, iniũgis mihi, ut Ec-
cleſiaſticam hiſtoriã, quam uir eruditiſsimus Euſebius Cæſarienſis Græco
ſermone cõſcripſit, in Latinum uertam, cuius lectione animus audientium
uinctus, dum notitiam rerum geſtarum auidius petit, obliuionem quodam
modo malorum quæ gererentur acciperet. A quo ego opere cum excuſare
me uellẽ, utpote inferior & impar, & qui in tam multis annis uſum Latini
ſermonis amiſerim, conſideraui quòd non abſq; aliquo Apoſtolicæ inſti-
tutionis ordine nobis iſta præciperes. Nam & cum Dominus aliquando
eſurientibus in deſerto auditorum turbis, dixiſſet ad Apoſtolos, Date eis
uos manducare. Philippus unus ex Apoſtolis intelligens eo magis ſplen- *Matth. 14*
deſcere diuinæ uirtutis inſignia, ſi minimorum quorũq; miniſterijs exple- *Mar. 6*
rentur, non protulit panes Apoſtolicæ reconditos peræ, ſed puerulum ad- *Luc. 9*
eſſe dicit, habentem quinque panes & duos piſces. Quem uerecunde excu-
ſans, adiecit, Sed hæc quid ſunt inter tantos? quo magis in anguſtis opibus
& deſperatis clara fieret diuina potentia. Sciens ergo ex illis te quoq; deſcen-
dere diſciplinis, recordatus quod Philippi fortaſsis exemplo, ubi paſcendi
turbas tempus uidiſti, puerulum ſubrogaueris: qui panes quidem quinq;
ſicut accẽperat, duplicatos adhiberet: ad explendum tamen Euangelicum
ſacramentum, proprio labore captos adderet etiam piſciculos duos: aggreſ-
ſus ſum exequi ut potui, quod præceperas, certus quod excuſabit imperitiæ
noſtrę culpas, præcipientis autoritas. Sciendum ſanè eſt, quòd decimus li- *Decimus Euſe-*
ber huius operis in Græco, quoniam perparum habẽbat in rebus geſtis, *bij in Græco*
per reliqua omnia in epiſcoporũ Panegyricis tractatibus nihil ad ſcientiam
rerum conferentibus occupatus, omiſsis quæ uidebantur ſuperflua, hiſto-
riæ ſi quid habuit, nono coniunximus libro: & in ipſo Euſebij narratio-
nis

Decimus & Vndecimus nis dedimus finem. Decimũ uero & undecimũ librum nos conſcripſimus, partim ex maiorum traditionibus, partim ex his quæ noſtra iam memoria cõprehẽderat, & eos, uelut duos piſciculos ſupraſcriptis panib. addidimus. Quos ſi tu probaueris uel benedixeris, pro certo confidam quòd ſufficient turbis. Cõtinet aũt idem omne opus res in eccleſia geſtas à Saluatoris aſcenſione, & deinceps. Noſtri uero duo libelli à temporibus Conſtantini poſt perſecutionem, uſque ad obitum Theódoſij Auguſti.

ELENCHVS CAPITVM PRIMI

LIBRI HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Euſebij Pamphili Cæſarienſis.

Quòd deus & dominus & creator omnium, ac diſpenſator uniuerſorum ipſe ſit, ſecundum ea, quæ in lege & prophetis ſcripta ſunt. Cap. 1
De tempore natiuitatis Chriſti ſecundum carnem Cap. 2
De Iuda Galilæo, & Theoda Cap. 3
De Herode, quod ex alienigenis uenerit ad regnum Cap. 4
Quòd Herodis tempore interrupta ſit regum ſucceſsio ſecundum Danielis prophetiam Cap. 5
De diuerſitate generationum à Matthæo & Luca conſcripta, & quæ de his referat Aphricanus Cap. 6
De nece infantium apud Bethlehem, & Magorum præſentia Cap. 7
De cruciatibus ipſius Herodis, qui necari iuſsit infantes Cap. 8
De crudelitate Herodis, quam mortis ſuæ tempore perpetrauit Cap. 9
De Archelai regno poſt Herodem Cap. 10
Quòd falſa eſſe Acta, quæ Iudæi proferunt, etiam Ioſephi teſtimonio ex conſonantia temporum conuincantur Cap. 11
Quòd à Pontifice Anna uſque ad Caipham quatuor Pontifices fuerint, & ſingulis annis adminiſtrauerint Pontificatum, in quibus prædicatio Chriſti completa eſt Cap. 12
De Baptiſta Ioanne teſtimoniũ Ioſephi, & quod aſſerat eum iuſtum fuiſſe, & ob eius necem uindictam ad Iudæos eſſe prorogatam Cap. 13
Teſtimonium Ioſephi de Chriſto Cap. 14
Narratio de Abgaro rege, & exemplum epiſtolæ Abgari ad Dominum, & domini ad ipſum, & eorum quæ conſequenter de Syrorum lingua tranſlata ſunt Cap. 15

A

EVSEBII PAMPHILI CAESARIENSIS EPISCOPI ECCLESIASTICAE HISTORIAE LIBER PRIMVS,

Ruffino Aquileienſi interprete.

PROOEMIVM.

SVCCESSIONES ſanctorum Apoſtolorũ, & tempora quæ à Saluatore noſtro ad nos uſq; decurſa ſunt, quæq; & qualia in his erga Eccleſiæ ſtatum geſta ſunt: qui etiam inſignes uiri in locis maxime celeberrimis, Eccleſiis præfuerunt: uel qui ſingulis quibuſq; temporibus ſeu ſcribendo, ſeu docendo uerbum dei nobiliter adſtruxere: quiq; etiam uel quanti, uel quando noua cõtra religionem dogmata proferentes ad profundum erroris ſtudio contentionis delapſi, falſæ ſcientiæ autores præceptoresq; profeſſi ſunt, paſſim uelut lupi graues B gregem Chriſti lacerantes: nec non & ea mala, quę Iudæorum gentem pro inſidijs, quas aduerſus Saluatorem moliti ſunt, uaſtauerunt: quibus etiã modis, & quoties, quibusue temporibus doctrina Chriſti & ſermo diuinus à Gentilibus impugnatus eſt: quantiq; his tẽpeſtatibus uſq; ad ſuppliciorum patientiam, & profuſionẽ ſanguinis pro uerbi dei ueritate certarunt, ſed & martyria noſtris ſuſcepta temporibus, atq; in his domini & ſaluatoris noſtri erga ſingulos quoſq; unicum clemẽtiſſimumq; ſubſidium, ſcribere mihi uolenti: non aliunde ſumẽdum uidetur exordium, quàm ab ipſa domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti præſentia corporali. Sed mihi quæſo ueniam dari. Confiteor nanq;, quod in hoc opere uiribus noſtris maiora tentamus, ut & fideliter, & integre, quæ ſunt geſta, narremus: & rudem, ac nulli ferè noſtrorum digreſſam uiam huiuſcemodi itineris, primi audeamus incedere. Et licet deum ducem futurum, dominiq; ſaluatoris noſtri certus ſim nobis affutura ſuffragia, hominũ tamen nulla, quibus poſſimus inniti, conſpicimus præceſſiſſe ueſtigia, niſi quod ſparſim ſingulorum quorumq; temporum, ſeu rerum geſtarum, ad nos uſq; indicia ac monumenta tranſmiſſa ſunt: è quibus quædam nobis luminũ faces, uelut in obſcuro poſitis, eminus accenduntur: & tanquã à ſublimi ſpecula, quà nos greſſum tendere oporteat, ac uiam uerbi abſq; errore dirigere, eorum uocibus admonemur. Quæcũq; ergo propoſito operi

conuenire credidimus, ex his quæ illi ſparſim memorauerãt eligentes,ac A
ueluti è rationalibus campis doctorũ floſculos decerpentes, hiſtorica narratione in unum corpus redigere & coagmentare tentauimus:ſatis abundeq́ gratum putantes,& ſi non omnium, nobiliſſimorum certe ſaluatoris noſtri Apoſtolorũ ſucceſſiones celebrioribus quibuſq́ Eccleſiis traditas in unum colligere,atq́ in ordinem modumq́ digerere. Opus autem mihi pernеceſſariũ uideor aſſumpſiſſe, eo magis quod (ut ſuperius dixi) neminem,Eccleſiaſticum duntaxat ſcriptorem,ad hanc partem narrationis animũ adieciſſe comperio. In quo illud etiam ſpero, quod & utilitatis plurimũ ex rerũ geſtarũ cognitione ſtudioſis quibuſq́ noſter hic cõferat labor. Quãuis iam de his ipſis nonnulla etiã in Chronicis, id eſt, in eo opere, quod de temporũ ratione conſcripſimus, breuiter ſuccinctéq́ perſtrinxerim, plenius tamẽ in præſenti opere ſingulorũ narrationẽ aperire tentabimus. Incipiet ergo mihi ſermo ab ipſo domino,ſicut promiſimus, Chriſto. Verũ quia Chriſtianorũ res geſtas ſcribere proponimus,conſequens uidetur uti prius, uel unde hoc genus hominũ ducat exordiũ, uel quid nominis ipſius cõtineat ratio, ex cuius gens iſta uel populus appellatione cenſetur, repetentes paulo altius exponamus.

Euſebij chronicũ opus à Hieronymo latine uerſum

Cap. I

IGitur quoniam Chriſtus duplici ex modo conſtat,& diuina in eo pariter atq́ humana natura plenitudinem tenet: caput in eo diuina ſubſtantia,pedes humana,quam pro noſtra ſalute ſuſcepit,habeantur:& ita demum perfectius nobis narratio dirigitur,ſi à capite,id eſt, à diuinitatis eius uerbo ſumamus exordium:per quod Chriſtianorum,quæ gens noua [B]
uellæ appellationis creditur,antiquitas & nobilitas pariter oſtenditur.

CHRISTVS

Genus ergo Chriſti,& ipſius ſubſtantiam, & eius naturã proferre ac pandere,nullus ſermo ſufficit. Siquidem etiam diuinũ de eo ita pronuntiat oraculum,dicens: Generationem eius quis enarrabit? Sed & alibi cœleſtibus nihilo minus de eo uocibus ita refertur: Quia nemo nouit filium, niſi pater:ſed neq́ patrẽ quis nouit,niſi filius. Solus ergo ille qui genuit, noſſe dicitur filium pater. Et ſine dubio excluſit cæteros à diſcutiẽda notitia,qui ad unum ſolum patrem filij ſcientiã reuocauit. Hic ergo in his uoluminibus,quæ diuino ſpiritu conſcripta creduntur, lux æterna, & ante mũdi initiũ ſemper fuiſſe prędicatur:ſapientia quoq́ ſubſtantialis,& uerbũ uiuũ in principio apud patrẽ,& deus uerbũ ſubſtitiſſe narratur. Quis ergo poterit eum, qui ante omnem creaturã uiſibilem atq́ inuiſibilẽ ſemper fuiſſe, & initio iam fuiſſe ex ipſo patre natus, & cũ patre ſempiternus extitiſſe deſcribitur,ſermone comprehẽdere? Quis omnium cœleſtium, immortalium, diuinarumq́ uirtutũ dominũ & ducem ac principem cœleſtis militię,& magni cõſilij angelum,uoluntatis paternę efficaciã,quem cum patre omnia quæ ſunt,creaſſe & condidiſſe conſtat,ut uerum filium

& unigeni

A & unigenitum,& omniũ quæ creata ſunt,dominũ & regem ac dominato-
rem paterna uirtute & poteſtate cuncta moderantem,uerbis explicet? niſi
quod ad intelligentiam plenitudinis eius, per ſecretiora & myſtica diuino-
rum uoluminum informamur eloquia. Ioannes deniq; ſpiritu dei repletus: *Io. Euangeli-*
In principio,inquit,erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat *ſta*
uerbum. Hoc erat in principio apud deum, omnia per ipſum facta ſunt,&
ſine ipſo factum eſt nihil. Sed & Moyſes,maximus & uetuſtiſſimus pro- *Moyſes*
phetarum,multis ante ſeculis hæc eadem proteſtatur,cum cœlitus inſpira- *Cum filio cre-*
tus,originem mundi,& rerũ initia de eo plenius aperiret, conditorẽ omni- *ator pater*
um patrẽ cũ filio,myſticis ac ſacratis deſignat eloquijs. Ait nanq;: Et dixit
deus:Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Sed &
Dauid, antiquiſſimus prophetarũ etiam ipſe, licet Moyſe poſterior, dicit: *Dauid*
Verbo domini cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Et
alio idem nihilo minus deſignat oraculo de deo, dicens: Ipſe dixit & facta
ſunt,ipſe mandauit & creata ſunt. In quibus euidenter mandantis perſonã
patris,& filij operantis expreſſit. Cum igitur his & alijs quàm plurimis uo
cibus ſparſim per diuina uolumina creator omnium cum patre filius decla-
retur,ſupereſt ut de his quæ poſt conditionem mundi pro hominis diſpen
ſatione tranſegit, quàm poſſumus breuiter perſtringamus. Multis ſiqui-
B dem & antea pietate præditis uiris aſtitiſſe,& docuiſſe,quæ ad cultum diui
num pertinere uidebantur,oſtenditur. Sed euidentius & familiarius Abra *Abraham*
hæ,atq; eius familiæ,quantum fas erat deum hominibus,innotuiſſe deſcri-
bitur, & uelut præceptor quidam ac monitor illius extitiſſe proſapiæ refer-
tur. deniq; in diuinis oraculis ſcriptũ eſt: Quia apparuit deus Abrahę,tan-
quam cõmunis aliquis homo ſedenti ad ilicem Mambræ. At ille exurgẽs,
cum hominem uideret, adorat ut deum,& ueneratur ut dominum. Sed &
propriæ uocis profeſſione præſentiam ſe teſtatur non ignorare diuinã, di-
cens: Dominator domine, qui iudicas omnem terrã,no nne facies iudiciũ?
Quæ utiq; omnia non ad patrem,ſed ad filiũ referenda,poſterioris in car-
ne ratio diſpenſationis plenius expleta deſignat. Et item propheta Dauid
dicit de deo: Miſit uerbũ ſuum & ſanauit eos, & liberauit eos de corruptio
nibus eorum. Sed adhuc euidentius per Moyſen,de eo quod dominus ſit
ipſe cum domino,diuina teſtantur eloquia, cum dicit: Pluit dominus ſuper
Sodomã & Gomorrã ſulphur & ignem à domino. Eundemq; cum appa
ruiſſet Iacob, eſſe deũ eadem ſcriptura deſignat,cum diceret ad Iacob: Iam *Iacob*
non uocabitur nomen tuũ Iacob,ſed Iſrael erit nomen tuũ, quia inualuiſti
cum deo. Et paulo poſt dicit: Et uocauit,inquit, Iacob nomen loci illius,ui-
ſio dei, dicens: Vidi enim dominũ facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima
mea. Neq; enim fas eſt de aliquo angelorũ uel cœleſtium uirtutũ iſta ſenti-
re. Nullum enim illorũ, ſi quãdo mortalibus ex cœleſti præcipiũtur adeſſe

mandato, dominum uel deum diuinus ſermo cõmemorat. Hic etiam Ieſu A
ſucceſſori Moyſi cum aſtitiſſet, percontanti ei quis eſſet, reſpõſis euidentiſ-
ſimis deſignauit, dicens: Princeps militiæ uirtutũ domini ego ſum. Cumq́;
his auditis adoraſſet famulus ut decebat: Solue, inquit ad eum, corrigiam
calciamenti tui. locus enim in quo tu ſtas, terra ſancta eſt. In quo conſide-
randa eſt præceptorum ſimilitudo, quoniã non erat hic alius ab eo qui di-
xerat ad Moyſen de rubo ignis, dicẽs: Ne adpropies huc, ſolue calciamen-
ta de pedibus tuis: locus enim in quo tu ſtas, terra ſancta eſt. Et addit, di-
cens: Ego ſum deus patrũ tuorum, deus Abrahã, & deus Iſaac, & deus Ia-
cob. Claruit igitur ex his omnib. quod uerbũ dei, & deus, dominus, & crea-
Filius patri coæternus tor omniũ cum patre filius deſignatus eſt. ¶ Nunc uero etiã illud uideamus,
quo modo ſapientiã ſe dei ſubſtantialiter exiſtere, idẽ ipſe in diuinis oſten-
dat oraculis, per Salomonem, hæc de ſemetipſa ſapiẽtia myſticis uocibus
prodens: Ego ſapientia in altiſſimis habitaui, conſiliũ, & ſcientiã, & ſenſum
inuocaui: Per me reges regnãt, & potentes per me ſcribunt iuſtitiã: Per me
proceres magnificãtur; & tyranni per me obtinent terrã. Et poſt aliquãta
iterum dicit: Dominus creauit me initio uiarũ ſuarum, in opera ſua ante ſe-
culum fundauit me. In initio priuſquam terram faceret, antequã prodirent
fontes aquarũ, priuſqu àm montes fundarentur, ante omnes aũt colles ge-
nuit me. Quando præparabat cœlos, aderã ei: & quando firmos ponebat B
fontes ſub cœlo, cum ipſo eram componens omnia. Ego erã cui adgaude-
bat quotidie. Lætabar autem coram ipſo in omni tempore, quãdo lætaba-
tur orbe perfecto. Ex quibus omnibus fuiſſe ab initio, imò & ante omne
quod dici poteſt initium, ab ipſo patre progenitã ſapientiam cõſtat. Quid
autem cauſæ fuerit, quod non omnibus paſſim, ſicut nunc, etiam antea in-
notuerit, & ad omnes eius fides ac ſcientia peruenerit, exponemus.

Nondum capere poterat perfectam ſapientiæ Chriſti doctrinam, ru-
Adam et Eua è paradiſo eijciuntur dis adhuc mundus, & peritiæ totius ignarus: denique ſtatim in initijs ad-
huc, cum hi qui primi creati fuerant homines, in beatitudine degere, man-
dato dei negligentia corrupto, in hanc uitam mortalem & fragilitati obno
xiam deciderunt, ac terræ huius diuina maledictione damnatæ habitacu-
lum pro paradiſi delicijs commutarunt. Iam uero qui ex huiuſmodi geni-
Homines bruteſcunt toribus per orbem terræ diffuſi ſunt, ferino magis ac beluino ritu oberran
tes, non urbes ad honeſtatem, non leges ad uitæ iuſtitiam tenuere. Artiũ
uero diſciplinarumq́ apud eos, & totius philoſophiæ, ne ipſum quidem
nomen habebatur, ſed agreſtes quidem & uagi, per deſerta nullis ſedibus
uagabantur. Si qua uero in ipſis boni ſemina naturaliter clementia inoleue
rant conditoris, hæc inculta & incondita relinquentes, magis ad uſum ma-
litiæ, quò uia humani itineris procliuius uergit, cõferebant. Ex quo accidit,
ut nefarijs ſceleribus inter ſemetipſos agentes, nunc corrumperentur, nunc
etiam

A etiam interimerentur ab inuicem, uſquequo procedente immanitate etiam deuorarentur alterutrum. Hinc illæ quæ mundo ſceleris fabulas reliquerunt, Theomachiæ & Gigantomachiæ exortæ ſunt: donec nefarijs auſis ultio diuina nūc inundatione diluuij, nunc etiam populatione ignei imbris obſiſteret, & immanitatem ſcelerum pœnarum uarietate comprimeret. Verum quoniam creatori ſuo humanum genus malitiæ morbo & contagione corruptum, emendandum uidebatur potiuſquam delendum, miſeratus tunc obſcuratas per nequitiam mentes, & tenebris cæcitatis obſtructas, ille ipſe qui in principio erat apud deum deus uerbum, & ſapientia patris, nūc angelorum ac miniſtrarum uirtutum legationibus utitur, nunc etiam ineffabili dignatione ipſe adeſt, & rarum ſicubi quem dei ac iuſtitię memorem repperit, diuinis reuelationibus, monitis ſalubrioribus, inſtructione, qua deum decebat, reformare ac reuocare de tenebris humanum nititur genus non in alia quàm hominis ſpecie, qua ſolum homines doceri aliquid & inſtrui ac iuuari poſſunt: donec paulatim gentem integram, quæ Hebræorū appellabatur, ad ſui cultum uenerationemq; conuerterit. Quibus etiam utpote adhuc rudibus & contagione uitæ prioris infectis, per Moyſen prophetam typos & adumbrationem diuini cultus, per ſabbata quædam myſtica, & circunciſionem corporis, altius aliquid in ſpiritu ſignificantem, cæte-
B raq; huiuſcemodi præcepta legalia uelut elementa ſacratioris olim futuræ eruditionis impreſsit. Quæ tamen lux cum uelut initium quoddam luminis mundo huic obfulſiſſet, & odoris ſui fragrantia mare ac terras longe lateq; compleſſet, atq; ex ipſa diuerſis in orbis partibus nidorem quendam prudentiores quiq; capientes, legiſlatores uel philoſophi, modeſta quæq; & uerecundiora præcepta, atq; honeſtatis & iuſtitiæ conſcia, auditoribus ſuis paulatim tradere atq; inſinuare cœpiſſent, & agreſtes ac feros hominum mores ad decora atq; honeſta inſtituta reuocare: tunc amicitijs coire inter ſe uiros, & concordiæ ſubire fœdera docuerūt: tunc iuuare ſe inuicem homines, & uſum rerum diſcunt habere communem: donec inſtituti prudentioris docilis humana mens & ſocietatis ad inuicem patiēs redderetur, ut huiuſcemodi cōſuetudinis præluſione pręmiſſa, apti iam & parati etiam ad diuina fierent inſtituta, patriſq; omnium dei ſcientiæ capaces exiſterēt.

Theomachia. Gigantomachia.

Filius reuocat humanum genus ad deum.

Hebræi.

Ceremoniæ ueteris legis.

Vetus lex, præparatio ad nouam.

In quo ipſe iterum omnium uirtutum magiſter, ipſe ſermo ac ratio, & uerbum ac ſapientia dei, ipſe qui initio cum patre creauerat hominem: ipſe, inquam, humanæ quoq; naturæ aſſumpta ſubſtantia, & ſpecie formæ ſeruilis indutus, in nullo penitus ab eo quod nos ſumus differens, tempore quo Romani imperij regnum nobilius latiuſq; conſurgere ipſe præſtiterat, ingreſſus hunc mundum cōmuni quidem nobiſcum naſcendi aditu, ſed nullo autore patefacto ea egit & pertulit, quæ de eo futura prophetæ prædixerant. Viri enim diuinitus inſpirati, hominem qui ſimul eſſet & deus, aduen

Filius fit homo ut plenius reuocet humanum genus ab erroribus.

Prophetæ.

tare huic mundo, & doctorem omnium gentium paternę pietatis ac religionis futurum, ſacroſanctis oraculis cecinerunt. Sed & mortis modum quo de hac uita diſcederet, ut rurſum inuſitato more ad uiuentes repedaret à mortuis, & poſt hoc cœlũ adiret unde deſcenderat, atq; in deum rediret. De quibus quamuis euidẽter quamplurimi ſignificauerint prophetarum, tamen unius indicium, Danielis ſcilicet, quãtum breuitatis neceſſitas indulget, adhibebo. Dicit ergo de eo ita: Videbã, & ecce ſedes poſitæ erãt, & uetuſtus dierum ſedebat, & ueſtimẽta eius ſicut nix alba, & capilli capitis eius ſicut lana munda, thronus eius flãma ignis, rotæ eius ignis adurens. Fluuius igneus præcurrebat ante eum. Iudicium poſitum eſt, & libri aperti ſunt. Et poſt hæc uidebã, & ecce cum nubibus cœli tanquàm filius hominis ueniebat, & peruenit uſq; ad uetuſtũ dierũ, & in cõſpectu eius prolatus eſt, & datus eſt ei principatus, & honor, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruiẽt. Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ nõ tranſiet, & regnũ eius non corrumpetur. Hæc omnia manifeſtiſsime de nullo alio, niſi de ſaluatore noſtro, qui erat in principio apud deum deus uerbum, dicta intelliguntur. Filius etenim hominis, propter hoc quod in nouiſſimis temporibus in carne natus eſt, dicitur. De quibus latius ſi quis ſcire deſiderat, in ſuis locis aſſertiones horum digeſſimus. Nomen autem hoc (ut diximus) Chriſti, quomodo etiam per prophetas olim fuerit adumbratum, tempus eſt edocere. Primus ipſe Moſes, uolens oſtendere, quid uenerationis in ſe nomen Chriſti & myſterij contineret, cum iuberetur typos & imagines ſacramentorum cœleſtium, ſicut ei in monte fuerat oſtenſum, in lege deſcribere: cumq; ritum conſtituendi põtificis traderet, quantum mortalem docere fas erat: eum, quem ſupra omnes homines, ut eſſet honore & meritis, decernebat, per unguenti cuiuſdam myſtici ſacramenta Chriſtum nominauit: quo per hoc diſcerẽt hi qui per legem inſtituebantur, quia qui ſupra omnes homines honore & reuerentia habendus eſt, Chriſtus nominatur. Sed & idem Moyſes longe per dei ſpiritum præuidens, qui ſibi præparaetur ſucceſſor, & prænoſcens quod is qui poſt ſe regnum ſuſciperet, maioris ſacramẽti miniſter exiſteret, Ieſum cognominauit eum, qui prius Auſes parentum fuerat appellatione uocitatus, ſciens quod in huius uocabuli ſacramẽto cuiuſdam maioris gloriæ rex, quàm mortalis natura recipit, poneretur. Ita igitur per gemina hæc appellationis indicia, in altero põtificatus, in altero regalis formæ exprimuntur inſignia. Et Ieſus Chriſtus, tanq; qui rex & pontifex eſſet, pariter nominatur: ut neq; in eo aliquid quod ad religionem, neq; quod ad poteſtatem pertinet, deeſſe populus per præcedentia ſacramẽta myſtice inſtitutus agnoſceret. Vnde & prophetæ acti diuino ſpiritu, ſimul & impietatem Iudæorũ, & gentilium in eo præuidebãt ſalutẽ. Et tale aliquid unus ex ipſis, cui Hieremias nomen eſt, præcinebat:

Spiritus

Marginalia: A — Dan. 7 — Filius hominis — B — CHRISTVS — IESVS

A Spiritus,inquit, uultus noſtri, Chriſtus dominus comprehenſus eſt in corruptionibus noſtris, cui diximus: In umbra eius uiuemus in gentibus. Sed & Dauid magnificus uates,hæc de eodem memorat: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in unum aduerſus dominũ,& aduerſus Chriſtum eius. Et paulo pòſt ait ex perſona ipſius Chriſti: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu,ego hodie genui te.Pete à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Non ſolum autem pontifices unguento chriſmatis apud Hebræos cõſecrabantur,uerum & reges. Qui & ipſi, quoniam diuinitatis nutu per prophetas ſacrato quodam chriſmate delibuti, ſortiebantur ſceptra regalia, imaginarij licet, tamen etiam ipſi Chriſti appellabantur, quod ſcilicet etiam in ipſis cœleſtis regis imago ac ſpecies ſeruaretur.Sed & in prophetarũ ordine inuenimus nonnullos ſimili modo unguento chriſmatis conſecratos, miniſteriũ diuinis eloquijs præbuiſſe,& gnaros redditos futurorum. Ex quibus omnibus conſtat, quod filius dei & uerbum ac ſapientia patris, quia uerus rex eſt omnium ſeculorum,& quia uerus põtifex eſt futurorum bonorum, & quia uerus propheta eſt,quippe qui inſpiret & repleat prophetas,ideo uere & Chriſtus nominatus eſt:cuius nominis per eos quos ſupra enumerauimus, pontifices,pro-

Reges Chriſti dicti

Chriſtus filius dei

B phetas,& reges,typus & imago præceſſerat. Verũ illi,quoniã (ut diximus) ad breue tempus uitæ huius Chriſti appellabantur, ad ſolam ueri Chriſti imaginem conſeruandam,quamuis compoſitione quadam myſtica conſecrati olei,tamẽ huius quæ inter nos haberi ſolet materiæ ac liquoris,perungebantur. Verus autem hic qui de cœlis uenerat, & cui omnia quæ præcedebant,geſta fuerant, Chriſtus non humanis opibus quæſita ſumit unguenta,ſed nouo ac ſingulari modo paterno ſpiritu infuſus & unctus Chriſtus efficitur, ſicut multis ante ſeculis de eo uates Eſaias prædixerat ex perſona ipſius Chriſti, dicens:Spiritus domini ſuper me, propter quod unxit me,euangelizare pauperibus miſit me,prædicare captiuis remiſsionem, & cæcis uiſum.Nec ſolus Eſaias diuinis hæc prædixit oraculis,ſed & Dauid ſimiliter inſpiratus, teſtatur de Chriſto, dicens ad ipſum Chriſtum: Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, uirga æquitatis uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. In quibus uerbis primo quidẽ cum euidenter deum deſignat. Secundo uero per æquitatis uirgam, ſceptrum in eo regale commemorat. Poſt uero etiam qualiter Chriſtus effectus ſit indicat dicens, quod unctus ſit deus à deo, non oleo communi, ſed oleo lætitiæ, nec ſicut participes ſui,id eſt, illi qui imagine præceſſerant, ſed præ participibus ſuis. Oleo uere lætitiæ in ſacris uoluminibus intellectu myſtico ſpiritus ſanctus deſignatur. Sed & de pontificatu eius idem Dauid alio in loco, tale ali-

Filius dei quõ Chriſt. factus, id eſt unctus

Chriſtus pontifex

quid arcanis ſignat eloquijs, tanq̃ ex perſona patris de filio pronũciantis: A
De uentre,inquit,ante luciferũ genui te. Iurauit dominus & non pœnitebit
eum,tu es ſacerdos in æternũ ſecundum ordinem Melchiſedech. Hic autẽ
Melchiſedech Melchiſedech in diuinis uoluminibus ſacerdos fuiſſe dei ſummi refertur,
ſed qui non oleo cõmuni perunctus ſit, neq; qui ex ſucceſsione generis ſu-
ſcepit ſacerdotium, ſicut apud Hebræos fieri mos erat. Et ideo ſecundum
ordinem ipſius ſacerdos futurus dicitur Chriſtus, qui non olei liquore, ſed
uirtute cœleſtis ſpiritus cõſecretur. Idcirco deniq; cum multi ante apud He
bræos oleo in hoc ipſum ſolenniter conſecrato uncti ſint Chriſti, & ſiue re
ges,ſiue prophetæ, ſiue etiam pontifices per hoc fuerint inſtituti, nullus ta-
men ipſorum uel genti, uel diſcipulis aut ſectatoribus ex ſuo uocabulo no-
Chriſtiani men dare potuit, & appellare diſcipulos Chriſtianos, niſi hic ſolus qui ue-
rus Chriſtus eſt, & non oleo humano,ſed paterno ſpiritu perunctus. Hic
ſectatorũ ſuorũ populos, & uniuerſam per totũ mundum ſui nominis gen
tem ex ueri Chriſti uocabulo appellari fecit perenni nomine Chriſtianos.
Si igitur unde genus ducat Chriſtus requiris, & eius autorẽ rimaris,qui au
tor eſt omnium, audi quid oracula diuina per Dauid magnificentiſſimum
uatem ex perſona ipſius ſummi patris loquãtur, ſicut & paulo ſuperius me
Pſal. 109 morauimus: De uentre,inquit, ante luciferum genui te. Et quamuis uentris
De uentre quid ſit appellatio in eo qui recte incorporeus creditur, cõuenire minime uideatur, B
tamen tropicis ac myſticis legibus hoc eſt quod indicatur, quod nõ extrin-
ſecus & aliunde ſubſtituerit filiũ pater, ſed ex ſemetipſo,ac ſi dici poteſt, de
interioribus ſuis, ut hoc ipſum ſit ille qui natus eſt, quod eſt ille qui genuit.
Et ne adoptionis lege extrinſecus uideatur aſſumptus, ſed quantum appel-
latio uentris intelligi ſuggerit, ſalua reuerentia incorporalitatis, intrinſecus
Ante luciferũ æditus deſignetur ueritate naturæ. Quod uero ait, ante luciferũ, ante mun-
Diſcrimen inter Chriſtos reges et pontifices, & Chriſtũ dei filium di & ante totius creaturę deſignat initium. Diſtinctio ſanè inter uerũ Chri
ſtum, & imaginarios illos, qui prius præceſſerant, quæ habeatur euidẽs in
hoc indicium datur, quod illi priores Chriſti nulli penè niſi genti propriæ
cogniti ſunt: huius autẽ ueri Chriſti non ſolum nomen, ſed & poteſtas,&
regnũ per omnes nationes,& per uniuerſum orbem terræ diffuſum eſt,nõ
ſola cognitione uocabuli,ſed & diuinitatis cultu, ac religionis reuerẽtia con-
ſecratum. In omni nanq; terra tanq̃ uerbũ & ſapiẽtia patris,tanquam de-
us & dominus Ieſus Chriſtus colitur & adoratur,ſicut diuinũ de eo pronũ
ciauit eloquiũ,dicẽs: Quia in nomine Ieſu omne genu flectetur cœleſtium,
terreſtriũ,& inferorum,& omnis lingua confiteatur,quia dominus Ieſus in
gloria eſt dei patris. Vnde non ſolum poteſtas eius & regnum, ſed & affe-
Amor in Chriſtum ctus & amor tantus de eo credentium mentibus inoleuit, ut etiam animas
ponere pro nomine eius, & ceruices ſuas perſequutorũ gladijs obijcere nõ
morentur, dummodo ſacroſancta apud eos nominis eius fides & reueren-
tia con-

A tia conſeruetur. Hęc interim nobis neceſſario narrationem rerum præceſſe/
rint, quam proſequi inſtituimus, in quibus oſtendatur nomen Chriſtus Ie
ſus, domini ac ſaluatoris noſtri, non nouellæ appellationis alicuius, aut ex
carnali natiuitate, ſed à deo ipſo originem ducere. Quod autem recentis uo
ca buli Chriſtianorum gens uidetur, & ritus obſeruantiæ eius nuper exor/
tus, quid etiam hæc ipſa nouitas in ſe uetuſtatis contineat, oſtendemus. An
tiquiſſimum præ omnibus ferè gentibus Hebręorum genus haberi puto, quod nulli dubitandum uideatur: & quod apud ipſam gentem ſecretior
quidā religionis cultus & obſeruantia, diuinis mandata uoluminibus conti
netur: in quibus etiam de nōnullis iuſtitia & pietate præditis uiris refertur,
quibuſdam quidem, qui & ante diluuium fuerint, alijs autem & poſt dilu/
uium, in quibus de Noe atq; eius filijs, omniq; proſapia ſcribitur, & uſq;
ad Abraham peruenitur, quem parentem gentis Hebræorum conſtat exi
ſtere. Omnes ergo illos, qui ab Abraham ſurſum uerſus uſq; ad primum
hominem, generationis ordine conſcribuntur, etiam ſi non nomine, rebus
tamen & religione Chriſtianos fuiſſe ſi quis dicat, non mihi uidetur errare.
Cum enim nomen Chriſtiani hoc indicet, quod Chriſto quis credens, per
eius doctrinam, fidem, pietatem, ac iuſtitiam teneat, & ſtudijs diuinæ inhæ
reat ſapientiæ, atq; omne quod ad uirtutem pertinet, exequatur: ſi, inquā,
B hæc ſunt, quæ uocabulo Chriſtiani nominis indicantur, & ueræ cū religio/
nis ſectatorē deſignant, hoc erant etiā illi ſancti (de quibus ſupra diximus)
uiri, quod Chriſtiani nunc eſſe profitentur. neq; enim aut corporalis eis in
erat circūciſio, aut obſeruatio ſabbati (ſicut ne nobis quidē) aut ulla de cibo
rum obſeruatione religio, uel cætera quæ poſteriorib. per Moyſen figura/
liter magis ac myſtice obſeruāda tradūtur. Cum igitur abſq; his omnibus
obſeruatiōib. fuerint religioſi illi, quorū ſupra meminimus, uiri, ſequuti aūt
ſint fidē eius, quem nos nunc ſequimur, Chriſti, quē frequenter apparuiſſe
eis, & edocuiſſe uel monuiſſe ea, quæ ad fidem & pietatē pertinent, in ſupe/
rioribus approbauimus: quomodo dubitatur ab illis cœpiſſe, & ab illis
eſſe deductam huius gentis originē, qui et eundem deum, autorē & ducem
uitæ ſequebantur, & in ſimili religionis obſeruātia perſiſtebant. In tantum
deniq; hæc in illis præmiſſa & præformata religio eſt, ut ne ipſo quidē no/
mine (quod certe ſolum differentiam facere uidetur) habeantur alieni: ſed
& ipſos iam tunc non ſolum Chriſtianos, ſed & Chriſtos eſſe appellatos,
diuina teſtātur eloquia. Dicitur enim de illis ex perſona dei ad alienigenas
gentes: Nolite tāgere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite maligna/
ri. Hæc cum de Abrahā, uel de his qui per illud tempus ad dei cultum per/
tinebant, dicta referātur, euidentiſſime, & luce clarius in ipſis & ante ipſos,
Chriſtianorum gens iam tunc fuiſſe, & omnem tenuiſſe pietatis ac religio/
nis obſeruantiam deſignatur: Quam nunc per aduentum carnalis præſen/
tiæ.

Hebræorum antiquitas

Chriſtiani fuerunt ueteres ab Adam uſq; ad Abraham

Fides

Chriſtiani Chriſti

tiæ Chriſti per omnes gentes communicatam, & omnibus impartitam na- **A** tionibus conſtat: quo ſapientiæ pietatiſq; theſaurus, qui uelut intra anguſtum conclaue pro raris quibuſq; cultoribus tenebatur, uniuerſum mundum fidei ac religionis profuſione ditaret: & quod prius uiritim præbebatur, nunc ſimul & ſubito gentibus integris, & populis ac nationibus ingeratur. Quod ita futurum diuina inſpiratione proſpiciens quidam eximius prophetarum, ſtupore mentis attonitus, cum admiratione exclamat, & di- *Eſaiæ 66* cit: Quis audiuit talia? aut quis loquutus eſt ita? Si peperit terra in una die, & ſi genita eſt gens deſemel. Et item in alio loco de his ipſis, quos ſermo diuinus gentem ſimul parturiendam eſſe prædixerat, cōteſtatur & dicit: His autem qui ſeruient mihi, uocabitur nomen nouum, quod benedicetur ſuper terras. Quod autem ita nouum nomen, quàm Chriſtianorum uocabu- *Nouū nomen* lum gentibus datum? Nouum autem dicit nomen, nuper diſperſum, non nuper inuentum. Verum & hoc ipſum ita futurum, & hāc benedictionem nominis ac fidei omnibus gentibus eſſe largiendam, nequaquā diuina oracula ſiluerunt. De ipſo nanq; Abraham, cum adhuc eſſet in pręputio conſtitutus, dicit ſermo diuinus: Credidit Abraham dco, & reputatum eſt ei ad iuſticiā, & amicus dei appellatus eſt. Credidiſſe igitut refertut ei, quem apparuiſſe frequenter & inſtruxiſſe eum, quę ad pietatē & religionem pertinent, ſupra edocuimus: Chriſto ſcilicet, per quem omnia conſtare quæ ge- **B** ſta ſunt, uel gerenda, ſępe probatum eſt. A quo etiam ad ipſum Abraham reſponſa huiuſcemodi deferuntur: Et benedicentur, inquit, in te omnes tribus terræ. Et iterum: Faciam te in gentem magnam & multam, & benedicentur in te omnes gentes terræ. In quo euidenter exprimitur, quòd ille cultus atq; illa fidei gratia, quę nunc Abrahæ, & paucis illis qui id tēporis fide & pietate inſignes erant, cōcedebatur, poſtmodū per omnes gentes, ac per omnes terras eſſet benedictionis titulo per diuinam gratiā largienda. Certum nanq; eſt, quod ſicut ille credens ei qui ſibi apparuit, iuſtificatus eſt, & paternis ſuperſtitionibus repudiatis ac ſpretis, dei ueri præcepta fide atq; operibus exequutus eſt, & per hoc ei dicitur: Quia benedicentur in te omnes tribus & oēs gētes terræ: Ita & Chriſtiani fide atq; operibus id agāt, ut paternæ ſuperſtitionis errore depulſo, ſequantur deum quem ſequutus eſt Abraham, & ex ſimili fide eius iuſtificentur, ſicuti iuſtificatus eſt Abraham. Quid igitur obſtat, ut nō una atq; eadem religionis obſeruantia deputetur in his, in quibus unam atq; eandem fidei atq; operum eſſe cōſtitit formam? *Antiquiſſima religio Chriſtiana* Et ideo non nouella neq; peregrina eſt Chriſtianorū religio, uel nuper exorta, ſed ſi fas eſt libere indicare quod uerum eſt, prima omnium atq; ex ipſa ſimul mundi origine ac natiuitate deſcendens, eodem Chriſto deo doctore & inſtitutore, iam inde ab initio ſpeciem formāq; ſuſcipiens. Et de his quidem iſta ſufficiant. Verum poſteaq; conſequenter ea quæ hi-

ſtoricam

A ſtoricam narrationem debuerant anteire, præmiſimus: ſupereſt iam, ut & à
corporali præſentia domini & ſaluatoris noſtri, & his quæ deinceps geſta
ſunt, ueluti itineris noſtri aggrediamur exordiũ, ipſum omnipotentẽ uerbi
patrem deum, ſed & ipſum, *cuius res geritur, Ieſum Chriſtum dominum — *Aliàs cui res*
& ſaluatorem noſtrum, cœleſte dei uerbum, adiutorem & autorem narra/
tionis noſtræ, precibus inuocantes. Cap. II

IGitur ſecundo & quadrageſimo imperij Cæſaris Auguſti anno, ab Ae
gypto uero ſubiugata & Antonij uel Cleopatræ interitu, in quã nouiſsi
ma Ptolemæorum apud Aegyptum regna ceciderunt, octauo & uiceſimo
anno, dominus & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus prima aſſcriptione cen/ — *Chriſtus na/*
ſus Cyrenio Syriæ præſidente, ſecundum ordinem totius prophetiæ, quæ — *ſcitur*
de ipſo prædicta eſt, in Bethleem Iudę oppido naſcitur. Hunc autem Cy
renij temporibus habitum cenſum, etiam Ioſephus illuſtris Hebræorum
hiſtoriographus memorat, annectens huic narrationi etiam Galilæorum
hæreſim ijſdem exortã eſſe temporibus. De qua apud nos Lucas in Acti/
bus apoſtolorum meminit his uerbis. Cap. III

POſt hunc, inquit, ſurrexit Iudas Galilæus, in diebus conſcriptionis cen — *Iudas Galil.*
ſus, & auertit populum poſt ſe. Sed & ipſe perijt, & omnes qui crede/
bant ei, diſperſi ſunt. De his autem ipſis Ioſephus (de quo ſupra diximus)
B in hiſtoria ſua octauodecimo Antiquitatum libro, hoc modo commemo/ — cap. 6
rat: Cyrenius autem uir unus ex conſeſſu curiæ Romanæ, per ſingulos ma — *Cyrenius*
giſtratus uſq; ad gradum cõſulatus aſcendens, cætera quoq; honorabilis,
cum paucis Syriã uenit, à Cæſare ius dare gentibus miſſus, & cenſor ſimul
patrimoniorũ futurus. Et poſt pauca ait: Iudas uero Gaulanites, uir de ciui/
tate Gamala, Sadduchum quẽdam Phariſæum aſſumens, magnopere ni/
tebatur ſollicitare plebẽ, aſſerens eis, quod aſcriptio cẽſus nihil aliud quàm
apertiſsimam imponeret ſeruitutem: ſimulq; cohortabatur gentem ſuam,
ne perderet libertatem. Sed & in ſecunda hiſtoria Iudaici belli de hoc ipſo
hæc ſcribit. Quo in tempore, inquit, uir quidam Galilæus Iudas nomine,
ad diſceſsionem populos cogebat, peſsimum fore eis perſuadẽs, ſi adquie/
ſcerent ſoluere tributa Romanis, & poſt deum, mortalem ſuſcipere domi/
natum. Hæc Ioſephus. Cap. IIII

PEr idem tempus Herodes primus ex alienigenarum genere ortus, re/ — *Herodis ge/*
gnum Iudaicæ gentis obtinuit. Et in ipſo completur prophetia, quam — *nus*
Moyſes ante prędixerat, quod nõ deficeret princeps ex Iuda, neq; dux de
femoribus eius, uſquequo ueniret cui repoſitum eſt. De quo etiam pronun
tiat idem Moyſes, quia ipſe ſit expectatio gentiũ. Imperfectus nanq; hu/
ius pręſagij pendebat euentus, donec ſub propriæ gentis principibus rege
rentur, qui incipientes ab ipſo Moſe, qui hæc prædixerat, uſq; ad Auguſti
imperium perdurarũt. Quo in tempore primus (ut ſupra dixi) Herodes ex

terni

terni generis uir, à Romanis Iudæorũ ſuſcepit principatum. Qui Herodes, A ſecũdum ea quæ Ioſephus tradit, ex Idumæorum gente paternum genus, ex Arabum uero materni ſanguinis originẽ deducebat. Aphricanus aũt, qui & ipſe præcipuus in hiſtoriographis habetur: Aiunt, inquit, qui de eo diligentius explorarunt, Antipatrũ quẽdam eſſe patrem Herodis Aſcalonitæ, qui & ipſe fuerit Herodis cuiuſdã filius, templi Apollinis æditui. Hic Antipater ab Idumęis latronibus captus admodũ puer, permanſit cũ prædonibus, pro eo quod pater eius rei familiaris inopia filium redimere non ualeret. Verum puer latronũ uita & moribus inſtitutus, poſtmodũ Hircano cuidam Iudæorũ pontifici familiaris efficitur, ex quo naſcitur Herodes hic, qui Saluatoris temporibus fuit. Hæc Aphricanus.

Antipater pater Herodis

Cap. V

IGitur cum in hominem externæ gentis Iudęorũ deueniſſet imperium, imminebat ſine dubio etiam illa propheticis prædicta uocibus expectatio gentium: quippe cum defeciſſent apud eos ab origine ipſius Moyſi ſceptra principum, regumq; ſucceſsio. Prius enim quàm in captiuitatem Babylonię ducerentur, regnauit apud eos Saul primus, & inde Dauid. Nam ante reges à iudicibus regebantur, qui poſt Moyſen & Ieſum ſucceſſorem eius, gentis illius tenuerant principatum. Poſt reditum uero de Babylonia non defuere eis gubernacula diſciplinis optimis inſtituta. Per pontifices etenim rerum ſumma gerebatur, donec Pompeius Romanorum magiſtratus adueniens, Hieroſolymã urbem quidem Romanis armis oppugnaret & caperet, ſancta uero & ſacratiſſima quæq; templi pollueret, ita ut ne ab ipſis quidem adytis ingreſſum temperaret hoſtilem. Eum uero qui per auitam ſucceſſionem per idem tempus regno ſimul & pontificio fungebatur, Ariſtobolum nomine, uinctum cum liberis Romam miſit, Hyrcano fratri eius pontificatum relinquens. Omnem uero Iudæorũ gentem ex illo tempore tributariam Romano fecit imperio. Sed Hyrcano, in quem ultimus Iudæorum gentis pontificatus fuerat deuolutus, à Parthis capto, primus (ſicut ſupra dixi) externi generis uir Herodes, per Senatuſconſultũ Auguſto imperante Iudæorum gentis adipiſcitur gubernacula. Sub quo imminẽte iam Saluatoris aduẽtu, etiam gentium ſalus & uocatio expectata illa, ſecundũ ea quæ prophetæ prædixerant, conſequuta eſt. Ex quo utiq; tempore interrupta ſucceſsionis ſerie ducum uel principum, qui de Iudæ femoribus deſcendebant, conſequenti ratione, ordo quoq; ſacerdotij ab auis & proauis indeclinabiliter currens, repente confunditur. Habes & de his idoneum teſtem ipſum Ioſephum, qui indicat Herodẽ poſtquàm regnũ ſibi Iudęorũ à Romanis conceſſum eſt, non iam ſecundum generis ordinẽ conſtituiſſe pontifices, ſed ignobilibus quibuſq; ſacerdotia permiſiſſe. Similia quoq; in ſacerdotibus ordinandis, egiſſe etiã ſucceſſorem eius Archelaum refert, poſt quem Iudæorum imperiũ dicit recepiſſe Romanos. Idem ipſe

Iudices
Reges
Pontifices
Ariſtobolus
Hyrcanus
Archelaus ſucceſ. Herodis

B

Ioſephus

A Ioſephus indicat,quod etiã ſacrã ueſtem pontificis ſummi Herodes obdu ſam ſub ſignaculo ſuo tenuerit, nec unquã pontificibus uſum eius poteſta/ tem ue permiſerit.hoc idẽ & ſucceſſor eius Archelaus. Hũc & Romani poſt ipſos morem pontificalis iniuriæ tenuere. Hæc aũt dicta ſunt nobis appro bare uolentibus ueritatẽ prophetiæ, quæ in aduentu domini & ſaluatoris noſtri impleta eſt. Sed & apud Danielẽ prophetã euidenter numerus ſepti manarum,qui ad uſq; Chriſtum ducẽ futurus deſignatur,impletus eſt,de quibus in aliſs locis expoſuimus. Poſt quarum ſeptimanarũ conſummatio nem abolendũ eſſe chriſma,quod apud Iudæos ſacratiſſimum ſeruabatur, idem propheta deſignat. Quod quidẽ manfeſtiſſime eo ipſo tẽpore, quo dominus noſter Ieſus Chriſtus aduenit, probatur impletũ. Hæc aũt à no/ bis perneceſſario relata ad oſtendendã ueritatẽ tẽporũ, teneãtur. Ca. VI

VErum quoniam de generatiõibus Chriſti uarie nobis Matthæus & Lucas euangeliſtæ tradiderunt:& contraria ſibi à quãplurimis dicere putantur, in quo etiam nõnulli fidelium ueritatis ignorantia cõmenta quæ dam pro ſuis quiſq; opinionibus conantur adhibere,etiam de hoc hiſtori/ am,quæ ad nos uſq; deducta eſt,in medium proferamus. Aphricanus,cu/ ius ſuperius fecimus mentionem,ſcribens ad Ariſtidem quẽdam de Euan/ geliorum cõſonantia,& de genealogiſs quæ à Matthæo & Luca diuerſę te B feruntur, cæterorum quidem opiniones procul à ueritate errãtes, coarguit: ipſe autem hiſtoriã quam compererat,his ipſis protulit uerbis: Apud gen/ tem,inquit,Iſrael,generationũ nomina nunc ſecundũ naturæ,nũc etiam ſe/ cundum legis ordinẽ numerantur. Naturæ quidẽ ſucceſſiones habentur, quæ ex feminis uel ſanguinis ueritate deſcendunt. Legis aũt,cum quis filius alio generante ſubſtituitur ſub nomine fratris defuncti ſine liberis. Cum e/ nim reſurrectionis inter eos ſpes necdum fuiſſet accepta,per hęc reſurrecti/ onis quandam imitabantur imaginem, uti ne nomen generis uitio ſterilita tis aboleretur. Cum ergo huiuſcemodi apud eos generationũ ordines ſer/ uarẽtur,ut quidam ex ipſo germine,quidam ex ſubſtitutione ab aliſs gene/ rati, aliſs filiſ legis beneficio deputarentur, à ſingulis Euangeliſtarum utri/ uſq; modi cõmemorata ſucceſſio eſt:id eſt, ut alter eorũ eum qui genuiſſet, alter uero eum qui quaſi genuiſſe uideretur, exponeret. Et ita fit, ut neutrũ Euangelium mẽtiatur,dum aliud naturæ ordinem,aliud uero legis exequi/ tur regulam. Cõiunctũ nanq; ſibi eſt inuicem genus,& illud quod per Sa/ lomonem, & illud quod per Nathan deducitur,per legales ſubſtitutiones quæ fiebant his qui ſine liberis decedebant, & per ſecũdas nihilominus nu ptias,quibus unus atq; idem aliſs parentibus progenitus, aliorum eſſe fili/ us uidebatur. Et ita fit,ut utraq; narratio generationum uſq; ad Ioſeph ue/ riſſimis lineis deducatur, diuerſo quidem, ſed ſatis explorato ordine deſi/ gnatã. Ut autem clarius fiat quod dicitur, ipſas generationũ cõſequentias

Aphricanus hiſtoriographus

Succeſſio naturalis

Legalis

c enarrabi

enarrabimus. A Dauid per Salomonē generatio; quam dinumerat Mat- A
thęus,tertiū à fine facit Mathan,qui dicitur genuiſſe Iacob patrem Ioſeph. Per Nathan uero de Dauid Lucas generationū ordinem texens, tertium nihilominus eiuſdē loci facit Melchi. Dicit enim: Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi. Nobis aūt imminet oſtendere quomodo Ioſeph dicitur ſecundum Matthęū quidem patrem habuiſſe Iacob,qui deducitur per Salomonem,ſecundū Lucam uero Heli,qui deducitur per Nathan: utq; iſti ipſi,id eſt,Iacob & Heli,qui erant duo fratres,habentes alius quidem Mathan,alius autem Melchi patrem, ex diuerſo genere uenientes, etiā iſti Ioſeph aui eſſe uideantur.Eſt ergo modus iſte:Mathan & Melchi diuerſis temporib. de una eadēq; uxore,Eſtha nomine,ſingulos filios procrearunt,quia Mathan qui per Salomonem deſcēdit, uxorē eam primus acceperat,& relicto uno filio Iacob nomine,defunctus eſt.Poſt cuius obitum (quoniam lex uiduam alij uiro non uetat nubere) Melchi, qui per Nathan genus ducit,cū eſſet ex eadem tribu,ſed nō ex eodē genere, relictam Mathæ accepit uxorem, ex qua & ipſe ſuſcepit filium nomine Heli,per quod ex diuerſo patrū genere efficiuntur Iacob & Heli uterini fratres:quorū alter,id eſt, Iacob fratris Heli ſine liberis defuncti uxorē ex mandato legis accipiens genuit Ioſeph,natura quidem germinis filiū ſuum, propter quod & ſcribitur: Iacob autem genuit Ioſeph.Secundum uero legis pręceptum Heli efficitur filius, B
cuius Iacob,quia frater erat, uxorē ad ſuſcitandum fratris ſemen acceperat. Et per hoc rata inuenitur atq; integra generatio, & ea quam Matthæus enumerat,dicens: Iacob autē genuit Ioſeph:& ea quam Lucas cōpetenti obſeruatione deſignat,dicēs,quod putabatur eſſe filius Ioſeph,qui fuit Iacob. qui & ipſe ſubſonante eadē diſtinctione, Heli eſſe filius putabatur, qui fuerat Melchi. Quin legalem hāc ſucceſſionem,quæ uelut adoptione quadam erga defunctos conſtat magis q̄ germinis ueritate, cōpetenti ſatis per hoc deſignauit indicio,obſeruans Euangeliſta, ne omnino in huiuſcemodi ſucceſſionibus genuiſſe aliquem nominaret:per quod digne diſtinctione non deſcendēs,ſed aſcendens uſq; ad Adam, & ad ipſum uſq; peruenit deum.

Legalis ſucceſſio apud Lucam

Hæc autem non nobis ad ſubitum reperta, aut abſq; ullis autoribus commentata ſunt: ſed ipſi hæc ſaluatoris noſtri ſecundum carnē propinqui, ſeu ſtudio tanti ſeminis demonſtrandi, ſiue edocendi quæ ſecundū ueritatem geſta ſunt,tradiderunt:addentes etiā hoc: quod dum Idumæi latrones Aſcalonicæ ciuitati irruentes, & de Apollinis templo,quod muro urbis adhęrebat, cum cæteris ſpolijs etiam Antipatrum Herodis cuiuſdam æditui filium captiuū diripuiſſent, accidiſſe poſtmodū, ut ad amicitias Hyrcani pontificis Antipater perueniret. Cuius principatum quod in quàm plurimis iuuiſſet, defuncto eodem Hyrcano Herodi filio ſuo à Romanis per ambitionem regnū Iudęæ gentis acceperit. Verum hæc & in alijs Græcorum hiſtorijs

Antipater Herodi filio regnū à Romanis obtinet

A ſtorijs deſignãtur. Sed illud præcipue ſupradicti uiri memoriæ tradiderũt,
quod per idẽ tempus oẽs Hebręorũ generationes deſcriptæ in archiuis tẽ/
pli ſecretioribus habebãtur, in quibus etiã alienigenarum quorũcꝫ contine
bantur origines, ſicut Achior ex Ammanitis, & Ruth ex Moabitis, alij eti
am ex Aegypto, qui dicũtur Iſraelitis eſſe commixti. Verum Herodes cum
ſummã poteſtatẽ teneret, uidens quod huiuſcemodi generis indicia, ſi per/
manerent, obfuſcationis ſibi plurimũ quærerent, ignobilitatis ſuæ conſcien
tia exagitatus, oẽs libros, in quibus conſcriptio generis habebatur, iuſſit in/
cẽdi, æſtimãs ſe nobilem uideri poſſe, ſi nouicius eſſe & aduena Iſraelitici ge
neris nullis conſcriptionũ faſtibus urgeretur. Verũ fuere tum pauci diligen
tes & ſtudioſi uiri, qui uel deſcriptos ex parte aliqua huiuſcemodi libros do
mi haberent, uel etiã memoriter auitæ ordinem proſapiæ retinerent, præci/
pue quos demiſſa à proauis nobilitas ĩ cõmonebat. Ex quibus fuerũt & hi — *Al. commen/dabat*
(quos paulo ante memorauimus) δεσπόσυνοι, id eſt, heriles, uel dominici ap
pellati, propter propinquitatem generis Chriſti, qui & Nazaręi fuerunt ex
uico Cocchaba Iudæorum: quicꝫ per omnẽ regionẽ circumeuntes, ordinẽ
ſupradictæ generationis partim memoriter, partim etiam ex dierum libris, — *Diaria*
inquantũ erat poſſibile, perdocebant. Quibus ita à nobis (inquantũ diligen
tia potuit) perſcrutatis, euidentiſſime euãgeliorũ per hæc ueritas declaratur.
B Hæc ſunt quæ ab Aphricano didicimus. Hoc itacꝫ modo in Ioſeph pa/
trum generatione deducta, dubitari iam non poteſt de Maria, quin eiuſdẽ
generis atcꝫ eiuſdem tribus extiterit. Siquidem ſecundũ legem Moyſi nõ li
cebat in diuerſas tribus nuptias permiſceri: ſed uni ex eodem populo, atcꝫ
ex eadem familia innupta præcipitur copulari, ut ne permixtione coniugij
etiam ſors hęreditatis deducatur in dubium, & de alia tribu cõtra fas ad ali/
am transferatur. Sed de his ſatis ſit dictum. Cap. VII

CHriſto igitur ſecundũ prophetiæ fidem nato in Bethleem Iudæ tem/
poribus ſupra dicti Herodis, de orientis partibus aduentãtes ex Ma — *Magi Hero/dem adeunt*
gorum gente quidam uiri, percontantur ab Herode, ubi nam eſſet rex qui
nuper natus eſt Iudæorum, affirmantes uidiſſe ſe ſtellam eius in Oriente,
quæ ſibi etiã dux itineris extitiſſet: cauſam uero tantæ properationis, adorã
di ac uenerandi nuper æditi regis eſſe. Quibus ille auditis, incredibiliter de/
terretur, uerens ne ſtatu ſui periclitetur imperij. Accerſitis ergo legis docto/
ribus, percontatur ubi nam Chriſtum naſci ſperarẽt. Vt uero ex Micheæ
oraculis locus natiuitatis eius apud Bethleẽ deſignatus eſt, uno præcepto
rex omnes lactantes pueros, nõ ſolum apud Bethleem, ſed & in omnibus
eius finibus à bimis & infra, ſecundum tempus quod explorauerat à Ma/
gis, interimi iubet, ſi quo modo etiam Ieſum cum æquæuis poſſet extingue
re. Sed præuenit regis inſidias puer abductus in Aegyptum, parẽtibus de
dolo regis angelo prænunciante commonitis. Cap. VIII

VErum hæc etiam ſacris Euangelij uocibus edocemur. Sed operæpretium eſt crudelitatis Herodis in Chriſtũ & æquæuos eius, uidere mercedem. Statim nanque, nec mora, ultio in eum diuina cõuertitur, quæ non ſolum præſens inferret exitiũ, uerum etiã quibus poſt interitũ ſupplicijs eſſet excruciandus oſtẽderet. Longũ eſt, ſi proſperitates imperij eius, quibus ad illud tẽpus uſque pollebat, domeſticis referam cladibus obſcuratas: ignominiam matrimonij, funera liberorũ, quorum tamẽ ipſe extiterit parricida. Sororis etiam, propinquorumque omniũ, ſi exequar clades, Tragœdia magis quàm hiſtoria texi uidebitur. De quibus tamen ſi quis ſcire uult, Ioſephus plenius refert. Igitur cum pro ſacrilegio quod in ſaluatorem commiſerat, & ſcelere quod in æquæuos eius peregerat, ultio eum diuina urgeret in mortẽ, quem dederit exitum, nõ puto indecorum, ſi ipſius Ioſephi in ſeptimodecimo libro Antiquitatum hæc referẽtis ſermonibus explicemus. Herodem, inquit, porrò amarior indies morbus urgebat, ſupplicia cõmiſſi paulo ante ſceleris expetens. Lento nanque igne extrinſecus in ſuperficie corporis urebatur, intrinſecus uero uaſtum condebatur incendium. Auiditas inexplebilis ſemper inerat cibi, nec tamẽ ſatiari unquã rabidis incitata faucibus ualebat nimia gulæ ingluuies. inteſtina intrinſecus ulcerib. obſepta. dolorib. quoque coli quàm maximis cruciabatur. humor liquidus & luridus erga pedes tumidos oberrabat, & ab inferioribus partibus pubetenus tumore diſtentus erat. Sed & uerenda ipſa putredine corrupta, ſcatere uermibus cœperunt. Spiritus quoque incredibilis inflatio, & tentigo obſcœna ſatis & execranda. His aũt omnibus doloribus fœtor dirior, uel ex membrorũ putredine, uel ex reſpiratione anhelitus reddebatur. Ita ex omni parte cruciatib. feſſo nullæ ſufficere uires ad tolerantiã poterant. Dicebant ergo hi, quibus diuinandi peritia eſt, has diuinitus pœnas ab eo ob multa eius impie & crudeliter geſta depoſci. Hæc quidem in ſupradicta hiſtoria refert uir, de quo paulo ante memorauimus. Sed & in ſecundo libro idem hiſtoriographus ſimilia nihilominus de eodem ſcribit, hoc modo dicens: Poſt hæc uero omne corpus eius morbus inuadens, diuerſo ſibimet eum corruptelæ genere uendicabat. Febris nanque una parte lenta uexabat, prurigo ex alia parte intolerabilis, per omnem corporis diffuſa ſuperficiẽ: coli quoque creberrimus dolor: pedes pubetenus hydropis obſederat tumor. Verenda corrupta putredine, & ſcatentia uermibus horreſcebant. Inflationes etiã tortuoſi ſpiritus, & crebra ſuſpiria cõuulſis admodũ producta uiſceribus, ita ut diceretur à uatibus nõ morbi corporis hæc, ſed diuinæ ultionis eſſe ſupplicia. Qui cum tot morbis etiam feralibus urgeretur, tamẽ ſpem adhuc uiuẽdi gerens, de medelis ac remedijs cogitabat. Denique tranſito Iordane, aquis calidis, quæ apud Calliroen ſunt, utebatur, quæ etiam potantibus cõmodæ dicuntur. Viſum eſt autem medicis etiam oleo calido omne corpus fouendum. Cumque

depoſitus

Herodis cruciatus

καλλιῤῥόη

A depoſitus fuiſſet in huiuſcemodi fomento, ita reſolutus eſt omnibus mem/bris,ut etiam oculi ipſi è ſuis ſedibus ſoluerentur Cap. IX

REportatur ergo exin Hiericho,& famulorum planctibus admonitus, ubi ſalutẽ deſperare cœpit, militibus quidẽ quinquagenas drachmas diuidi iubet, ducibus uero & amicis ſuis plurimũ pecuniæ largitur. Ipſe uero furore iam plenus,& ipſi (ut ita dicam) morti minitans,fertur in facinus execrabile.Etenim ex ſingulis quibuſcꝫ uicis uel caſtellis,ſi qui nobiliores & primarij erant uiri, ex omni Iudæa ad ſe colligi, & recludi iubet in loco qui dicitur Hippodromus: accerſita tantum ſorore ſua Salome, atcꝫ eius uiro nomine Alexa: Noui,inquit, Iudæos de meo interitu gauiſuros,ſed potero habere lugentes,& exequias honorabiles ex plangentiũ multitudine,ſi uolueritis uos meis parere præceptis. Hos omẽs quos in cuſtodia haberi iuſſi totius Iudeæ nobiles, ſtatim ut ego ſpiritum exhalauero, interficite, in hoc ipſum militibus præparatis:ut omnis Iudæa,& omnis domus etiam inuita defleat obitum meum. Et poſt pauca idem Ioſephus ait: Rurſum aũt, nam & cibi auiditate,& tuſſis cõuulſione diſtendebatur,cum ex dolorum uiolentia iam uitæ exitum adeſſe ſenſiſſet, malo accepto cultrũ popoſcit(ſolebat enim per ſemetipſum purgatum ſic pomũ, atcꝫ inciſum comedere) tunc deinde circũſpectans ne quis eſſet qui prohiberet, eleuauit in ſemetipſum de/

B xteram, ictumcꝫ librauit. Ad hæc idem proſequitur ſcriptor, quod paulo ante quàm nouiſſimum ſpiritum redderet, tertium,poſt duos quos ante ne cauerat, filium ſuum præceptis impijs iugulaſſet, atcꝫ ultimam lucem, ſicut non abſcꝫ maximis doloribus corporis,ita etiam nec abſcꝫ parricidij piaculis aufugiſſet. Talis igitur Herodis extitit finis, quo digna ſupplicia pro ſcelere quod in Bethleem erga paruulos geſſerat,& pro inſidijs domini noſtri ac ſaluatoris exactus eſt. Cap. X

DE ſucceſſore uero eius, hiſtoria nos euãgelica perdocet, quod poſtea quam per angelũ cõmonitus, Ioſeph ſublato puero & matre eius de Aegypto redijt ad terram Iudæam: Audiens,inquit euangeliſta, quia Archelaus regnaret pro Herode patre ſuo, timuit ire illuc: cõmonitus autem in ſomnis,abijt in partes Galileæ. Huic autem euangelicæ ueritati conſona ſcribit etiam ſupradictus hiſtoriographus, diligenter hæc exequens: quomodo ex teſtamento Herodis patris ſui, adiudicante etiam Cæſare Auguſto,regni Iudæorum ſucceſſor extiterit Archelaus, & ut poſt decem annos imperio deuolutus ſit, utcꝫ Philippus & Herodes iunior frater cũ Lyſania in tetrarchias diuiſum Iudææ regnum regebant. Cap. XI

IDem quocꝫ ipſe hiſtoriographus in octauodecimo libro refert, duodecimo anno Tiberij Cęſaris,qui Auguſto ſeptem & quinquaginta annis principatu potito ſucceſſerat, Pontium Pilatum Iudææ procurationem ſuſcepiſſe,atcꝫ inibi per decẽ cõtinuos annos uſcꝫ ad ipſum penè finẽ Tiberij

Alexas

Herodes ſeipſum iugulat

Archelaus

perduraſſe. Ex quibus omnibus figmentum impudens euidenter arguitur A
Actorū liber aduerſus Chriſtum Actorum, quæ recenti confecta plaſmate aduerſus Chriſtū dominum pro feruntur, in quibus primo omnium tēporis ipſius ratio coarguit falſitatem. Quarto nanq; conſulatu Tiberij, qui conſulatus ſeptimo anno imperij eius fuit, piaculi in ſaluatorē commiſsi tēpus falſa hæc Acta præſcribūt. Quo in tempore euidēter oſtenditur, ne miſſus quidē adhuc ad Iudææ procurationem Pilatus, ſecūdum Ioſephi probatiſsimi hiſtorici teſtimonium, qui planiſſime deſignat duodecimo anno Tiberij Cæſaris Iudęæ procurationem ſuſcepiſſe Pilatum. Conſonanter autē in his cum hiſtorico Euangeliſta concordat, quintodecimo dicēs anno Tiberij Cæſaris, in quo quartus erat Pilati procurationis annus, cum etiā Iudææ tetrarchæ haberentur Herodes, & Lyſanias, & Philippus, dominum & ſaluatorē noſtrū Ieſum Chriſtū fuiſſe annorū triginta, quādo ad Ioannē baptizandus aduenit. Tunc etenim initium euangelicæ prædicationis inſtituit. Cap. XII

Refert autem eum diuina ſcriptura omne doctrinæ ſuæ tēpus exegiſſe ſub pōtificibus Anna & Caipha: quo ſcilicet Annæ pontificatus tempore incipiente docere cœperit, & uſq; ad initium Caiphæ pertenderit. In
Pontificatus collatio apud Iudæos quibus ſpatijs uix toti quatuor concluduntur anni. Legalibus porrò præceptis iam per illud tempus ui & ambitione ceſſantibus: nulli quippe pontificatus honor, uitæ uel generis merito reddebatur, ſed Romana poteſtate, B alijs nūc, item alijs ſumma ſacerdotij præſtabatur, ita ut annuis iam ſucceſſionibus mutarentur. Deniq; idem Ioſephus refert, quatuor per ordinem uſq; ad Caipham pōtificatus officio poſt Annam eſſe perfunctos, his uer-
Al. Anano bis ſcribens: Valerius Gratus ℈ Anna ſacerdotio deturbato, Iſmahelē pontificem deſignauit filium Iabi. ſed & hunc non multo poſt abijciens, Eleazarum Annæ pontificis filium, pontificatui ſubrogauit. Poſt annum uero etiam hunc arcet officio, & Simoni cuidam Camithi filio pōtificatus tradidit miniſterium. Quo non amplius etiam ipſe quàm unius anni ſpatio perfunctus, Ioſephū, cui & Caiphas nomen fuit, accepit ſucceſſorē. Ac per hoc omne tēpus quo dominus & ſaluator noſter in terris docuiſſe perſcribitur, intra quadriennij temporis ſpatia coartatur, in quo iſtę, quas Ioſephus memorat, ſucceſſiones pontificum deſcribuntur, uix per annos ſingulos miniſtratæ. Conſonanter igitur ſecundum ea quæ Ioſephus ſcribit, Caipham pontificem anni illius quo ſaluator paſſus eſt, etiam Euangelij ſcriptura deſignat. Igitur dominus & ſaluator noſter non multo poſt initium prædicationis ſuæ, duodecim ex omnib. diſcipulos aſſumpſit, quos & cæteris ſectatoribus ſuis præferens, ſpeciali quodam electionis priuilegio apoſtolos nominauit, cuius nominis uirtus miſſos indicat. Sed & alios poſt hos elegit ſeptuaginta, quos & ipſos binos per loca ſingula & urbes, ad quas ipſe acceſſurus erat, præmiſit. Cap. XIII

Verum

A VErum breui intericcto tēpore Ioannes Baptiſta ab Herode, filio He
rodis, capite punitur: de quo & in Euāgelijs quidē refertur. Cōcordi
uero teſtimonio etiā Ioſephus de hoc ſcribit, nominatim etiā de Herodia/
de cōmemorans, uelut de cōiugio fratris Philippi uiuentis uiolenter abſtra/
ctæ, & ſuis ab Herode inceſtis nuptijs ſociatæ, propria & legitima uxore
depulſa. Quā Herodiadē filiā dicit fuiſſe Aretę regis Arabię, propter quā Aretas Arabum rex
etiā Ioannē Baptiſtā ab eo cōmemorat interemptū. Bellū quocꝫ exortū in
ter Aretā dicit et Herodē, tanqꝫ ob ignominiā filię uindicandā. In quo bel
lo exercitū refert Herodis extinctū. Hæc aūt ei omnia accidiſſe propter pia
culū, quod in necē Ioannis admiſit. Idē quocꝫ Ioſephus iuſtiſſimū ſuper o/
mnes Ioannē fuiſſe, ſecundū Euangeliorū fidē, & ab Herode propter He/
rodiadē capite cæſum refert, propter quā etiā regno cū cōmemorat depul/
ſum, atqꝫ in exiliū in Viennā Galliæ urbē truſum. Hæc in xviij. Antiquita/ Herodes exul
tū libro, his ipſis quib. infra annotatū eſt ſyllabis ſcribit. Quibuſdā autē, in/ in Gallia
quit, Iudæorū uidebatur ideo periſſe Herodis exercitū, quod in eū ſatis iu/
ſte ultio diuina commota ſit pro uindicta Ioannis, qui uocabatur Baptiſta,
quē puniuit Herodes, uirū ualde bonū, qui præcipiebat Iudæis uirtuti ope
rā dare, iuſtitiā inter ſe inuicē cuſtodire, & in deū ſeruare pietatē, per baptiſ.
in unū coire. Hoc em̄ pacto baptiſmū acceptabile fore, ſi nō ſolū ad abluen
B da peccata ſumatur, uerumetiā ad caſtimoniā corporis, atqꝫ ad animæ iu/
ſtitiā purificationemqꝫ ſeruetur, omniumqꝫ pariter uirtutū, uelut ſignaculū
& cuſtodia quædā fidelis habeatur. Quæ cum ab eodē per præcepta hu/
iuſcemodi docerentur, atqꝫ ad audiendum eum perplurima multitudo con
curreret, ueritus Herodes, ne forte doctrinæ eius perſuaſione populi à ſuo
regno deſciſcerent: uidebat enim quod pręceptis eius ac monitis obedire in
omnibus plebs eſſet parata: melius credidit, priuſqꝫ aliquid noui fieret, anti
cipare hominē nece, ꝙ poſtmodū turbatis rebus ſerā pœnitudinē gerere.
Ex ſola igitur hac ſuſpicione Herodis, uinctus in caſtellū Macherunta ab/
ducitur Ioānes, ibiqꝫ capite obtrūcatur. Hactenus de Ioanne. Sed & de ſal
uatore dño in ijſdē hiſtoriarū ſuarū libris idē Ioſephus ita ſcribit. Cap. XIII

FVit aūt ijſdē temporibus Ieſus ſapiens uir, ſi tamē uirum eum nomina
re fas eſt. Erat em̄ mirabilium operū effector, doctorqꝫ hominū eorū,
qui libēter quæ uera ſunt, audiunt. Et multos quidē Iudęorū, multos etiam
ex gētilibus ſibi adiunxit. Chriſtus hic erat. Hūc accuſatiōe primorum no/
ſtræ gentis uirorum, cum Pilatus in crucē agendum eſſe decreuiſſet, nō de/
ſeruerunt hi, qui ab initio eum dilexerāt. Apparuit em̄ eis tertio die iterū ui
uus, ſecundū quod diuinitus inſpirati prophetę, uel hæc, uel alia de eo innu
mera miracula futura eſſe prædixerāt. Sed & in hodiernum diem Chriſtia
norum, qui ab ipſo nuncupati ſunt, & nomē perſeuerat & genus. Hęc cum
ipſe Hebræorū ſcriptor olim ſuis libris inſerta, tam de Ioanne Baptiſta, ꝙ

etiam de domino & ſaluatore noſtro tradiderit, quod ultra effugiũ,quę ex A
cuſatio impudẽtibus & perfidis remanebit,quo minus de falſitate geſtorũ,
quę poſtmodũ cõfinxerunt,apertiſſime cõuincãtur. Sed & de his iſta ſuffi
ciant. Apoſtolorũ aũt domini & ſaluatoris noſtri nomina quę referãtur,ex
ipſis Euangelijs omnibus palàm eſt. Septuaginta uero diſcipulorũ uocabu
Barnabas la nuſquã quidẽ reperimus ſcripta. dicitur tamẽ unus ex ipſis eſſe Barnabas,
cuius etiam in Actibus Apoſtolorum mentio facta eſt. Sed & Paulus nihi
lominus ſcribens meminit eius. Denique ipſum dicunt eſſe,qui cum Soſthe-
ne & Paulo Corinthijs ſcribit. Clemẽs uero in quarto Diſpoſitionũ libro
Cephas, Cephæ mentionẽ facit, de quo Paulus dixit: Cũ aũt ueniſſet Cephas An-
Petrus tiochiam, in faciem ei reſtiti: & dicit eum unum eſſe ex ſeptuaginta diſcipu-
Matthias lis cognominẽ Petri apoſtoli. Sed & Matthiã ex ipſis eſſe dicit, qui pro Iu-
da apoſtolorũ numero ſubrogatus eſt, & eum qui cum ipſo eſt ſtatutus ad
ſortẽ. Tatthæum quoque unũ ex ipſis fuiſſe tradunt,de quo & hiſtoriã,quæ
Multitudo di ad nos uſque peruenit,exponere neceſſarium duco. Nam & plures quã ſeptu-
ſcipulorum aginta fuiſſe diſcipulos Saluatoris inuenies,ſi obſerues ea quæ Paulus indi-
Chriſti cat,dicens,poſt reſurrectionẽ apparuiſſe dominũ primũ quidẽ Cephę,po
ſtea alijs undecim, & poſt hos amplius quã quingẽtis fratribus ſimul: ex qui
bus quoſdã dormiſſe dicit,plurimos autem adhuc permanere eo tempore,
Iacobus quo ſcribebat. Poſt etiam dicit eum uiſum eſſe Iacobo, qui erat unus ex his B
qui fratres Saluatoris appellabãtur. Tũ deinde tanquã præter hos duode-
cim,ad eorum tamen ſimilitudinem fuiſſent alij quidem Apoſtoli, ſicut &
ipſe erat, Paulus addidit & dicit: Poſtea apparuit Apoſtolis omnibus,no-
uiſſime autem uiſus eſt & mihi. Sed & de his iſta ſufficiant. Cap. XV

NArratio uero quam de Tatthæo promiſimus, hunc habet modum:
Domini ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti diuinitas, cum pro mirabi-
li uirtutis opere per omnem locum celebraretur, innumeros tam de uicinis
Al. poſitis re- quàm de peregrinis & longe poſitis,pro remediorum et curæ uirtutibus in
gionibus uitabat,ſi qui præcipue morbi alicuius ægritudine laborarent. Vnde & rex
Abgarus quidam Abgarus nomine gentis ultra Euphraten poſitæ principatum no
αὔγαρος ἰ- biliter tenens, morbo quodam corporis irremediabili, quantum inter ho-
δίοσυς βα- mines, tenebatur. Qui cum de nomine Ieſu, & de mirabilibus uirtutum
σιλεὺς eius audiſſet, ſupplex ei per epiſtolam factus exorat,miſſo in rem homine,
diutini morbi uinculis, quibus tenebatur,abſolui. Sed ad præſens quidem
à domino corporis eius cura differtur, dignus tamen efficitur reſcripto epi-
ſtolæ Saluatoris,in qua ſimul etiã promittitur ei,quod non multo poſt de-
ſiderij ſui cõſequeretur effectum. Denique poſt reſurrectionẽ atque aſcenſio-
Thomas nem domini ad cœlos,Thomas apoſtolus ex cõmonitione diuina Tatthę
Tatthaeus um quendam,unũ ex ſeptuaginta diſcipulis, ad Edeſſenam ciuitatẽ Euan-
geliſtam & prædicatorẽ uerbi dei emittit,ſimul & quæ à domino promiſſa
fuerant,

A fuerant,impleturũ. Hæc in archiuis publicis Edeſſenæ ciuitatis,in qua tunc ſupradictus Abgarus regnauit,ita deſcripta reperimus in his chartis,quæ geſta regis Abgari ſeruata antiquitus cõtinebãt. Et ut euidẽs dictorũ ueritas fiat, ipſarũ exẽplaria epiſtolarũ ex Syrorum lingua trãslata ponemus.

Exemplar epiſtolæ ſcriptæ à rege Abgaro uel Toparcha ad Ieſum, & miſſæ Hieroſolymam per Ananiam curſorem.

Abgarus Vchaniæ filius Toparcha, Ieſu ſaluatori bono,qui apparuit in locis Hieroſolymorum, S.

AVDITVM mihi eſt de te,& de ſanitatibus quas facis, quod ſine medicamẽtis,aut herbis fiant iſta per te,& quod uerbo tantũ cæcos facis uidere,& claudos ambulare,& leproſos mundas,& immundos ſpiritus ac dæmones eijcis,& eos qui longis ægritudinibus afflictantur,curas & ſanas, mortuos quoq; ſuſcitas. Quibus omnibus auditis de te,ſtatui in animo meo, unũ eſſe è duobus,aut quia tu ſis deus,& deſcendetis de cœlo ut hæc facias,aut quia filius dei ſis qui hęc facis. Propterea ergo ſcribens rogauerim te,ut digneris uſq; ad me fatigari,& ægritudinem meã qua iamdiu laboro, curare. Nam & illud comperi,quod Iudæi murmurãt aduerſum te, & uolunt tibi inſidiari. Eſt autem ciuitas mihi,parua quidem,ſed honeſta, quæ ſufficiat utriſq;.

Exemplum reſcripti ab Ieſu per Ananiam curſorem, ad Abgarum Toparcham.

B BEATVS es,quia credidiſti in me,cũ ipſe me nõ uideris. Scriptũ eſt enim de me,quia hi qui me uident,nõ credent in me:& qui non uidẽt me, ipſi credent,& uiuent. De eo aũt quod ſcripſiſti mihi ut ueniam ad te, oportet me omnia propter quæ miſſus ſum hic explere, & poſteaq; compleuero, recipi me ad eum,à quo miſſus ſum. Cum ergo fuero aſſumptus, mittã tibi aliquẽ ex diſcipulis meis, ut curet ægritudinẽ tuam,& uitã tibi atq; his qui tecum ſunt,præſtet. ¶ Erat aũt his epiſtolis adiunctũ etiam hoc lingua Syrorũ,quod infrà ſcriptũ eſt. Poſtea uero quàm Ieſus aſſumptus eſt,miſit ei Iudas,qui & Thomas,Tatthæum apoſtolum unum ex ſeptuaginta. Qui cum ueniſſet, manebat apud Tobiam filium Tobiæ. Vt autẽ audiuit de eo Abgarus,& nunciatum eſt ei quod ueniſſet Apoſtolus Ieſu,ſecundũ quod ei ſcripſerat:& cœpiſſet Tatthæus in uirtute dei curare omnem languorem & infirmitatem,ita ut omnes mirarẽtur. Abgarus, cõſideratis mirabilibus quæ faciebat, recordatus eſt quod ipſe eſſet de quo ſibi Ieſus ſcripſerat, dicens: Cum autem fuero aſſumptus, mittam tibi aliquem de diſcipulis meis qui ægritudinem tuam ſanet. Et uocans ad ſe Tobiam,apud quem manebat,ait ad eum: Audiui quod uir quidam potens uenit, & manet in domo tua,adduc eum ad me. Cumq; rediſſet Tobias ad Tatthæum,dixit ei: Abgarus Toparcha uocauit me ad ſe,& dixit mihi, ut te ad eum perducam,ut cures eum. Et Tatthæus: Veniam,inquit,quoniam maxime propter ipſum miſſus ſum. Poſtera igitur die Tobias,mane,aſſumpto Tatthæo,uenit ad

Abgarū.Et cum iam fuiſſet ingreſſus præſentibus primatibus ſuis, ſtatim A in ingreſſu uiſum eſt Abgaro diuini neſcio quid ſplēdoris in uultu Apoſtoli Tatthæi. Quod cum uidiſſet Abgarus, adorauit Tatthæū: ſuper quo admirati ſunt omnes qui aſsiſtebant regi. Ipſi enim nihil horū uidebant, quia ſoli Abgaro fuerat oſtenſum, qui & dicere cœpit ad Tatthæum: Verè diſcipulus es Ieſu filij dei, qui mihi dixerat: Mitto tibi aliquē de diſcipulis meis, qui te curet, & uitam tibi præſtet. Et Tatthæus reſpondit: Quia magnifice credidiſti in eum qui me miſit, propterea miſſus ſum ad te. Et ſi permanſeris in fide eius & credulitate, præſtabuntur tibi omnia deſideria cordis tui. Tum & Abgarus ad eum: Vſq; adeo, inquit, credidi ei, ut & Iudæos qui eū crucifixerunt, uelim (ſi ulla mihi adeſſet tanta exercitus copia) trucidare, & ſi nō Romani regni autoritas impediret. Et Tatthæus ait ad hæc: Dominus noſter uolūtatem patris ſui impleuit, qua impleta, aſſumptus eſt rurſus ad patrem. Dicit ei Abgarus: Et ego ſcio, & credo in eum & in patrem eius. Et Tatthæus: propterea, inquit, pono manum meam ſuper te in nomine eius. Et cum hoc feciſſet, ſtatim omni ægritudinis morbo, quo tenebatur, abſoluitur. Miratus eſt autem Abgarus, quod ſicut uerbis audierat de Ieſu, ita rebus & operibus repperit per Tatthæum diſcipulum eius impleri, qui eum abſq; medicamētis & herbis curarat. Non ſolum autem illum, ſed & Al. Abdæi Abdon quendam Abdiæ filium podagra laborantē, cum ſe ueſtigijs eius B aduolueret, manus impoſitione curauit. Multoſq; alios urbis illius ciues uarijs obſeſſos incōmodis ſanauit. Et ſic opera magna & miranda perficiens, prædicabat uerbum dei. Poſt hæc autem Abgarus ait ad Tatthæum, Tu, inquit, cum uirtute dei hæc facis, & nos omnes uidentes admiramur. Verū quæſo te, enarra mihi de aduentu domini quomodo factus ſit, & de uirtute eius, in qua faciebat hæc quæ audiui. Et Tatthæus: Nūc quidem tacebo: uerum quia uerbum miſſus ſum prædicare, craſtino cōgrega mihi omnes ciues tuos, & corā ipſis prædicabo, & ſeminabo in eis uerbum uitæ uel aduentus Ieſu, quomodo fuit, & cur, uel qua de cauſa miſſus eſt à patre, & de uirtutibus operum eius, uel de myſterijs quæ locutus eſt in hoc mundo, & qua uirtute hæc fecit. Sed & de noua eius prædicatione, & quod ita paruulus & humilis, & quomodo ita ſe humiliauit, & depoſita maieſtate paruifecit deitatē ſuam, ita ut & in crucē ageretur, & in infernum deſcēderet, & diſrumperet ſepem, quā à ſeculis nemo diſruperat, et mortuos ſuſcitaret. Qui deſcendit quidem ſolus, aſcēdit autem cum grandi multitudine ad patrem ſuum. Iuſſit ergo Abgarus, ut mature omnes ciues cōuenirent, & audirent prædicationem Tatthæi. Et poſt hæc iuſſit ei dari aurum & argentum: ſed ille nō accepit, dicens: Si noſtra reliquimus, quomodo accipiemus aliena? Geſta ſunt autem iſta quadrageſimo & tertio anno. Hæc non inutiliter (ut puto) à nobis ad uerbum ex Syrorum lingua interpretata, hunc in noſtris libris tenebunt locum.

Elenchus

A
ELENCHVS CAPITVM SECVNDI
LIBRI HISTORIAE ECCLESIASTICAE

De uita & inſtitutione Apoſtolorum poſt aſcenſionem domini. Cap. 1
Quemadmodum Tiberius de Chriſto edoctus à Pilato, cōmotus ſit. Cap. 2
Vt in omnem mundū breui tempore diffuſa de Chriſto prædicatio ſit Cap. 3
Quemadmodum poſt Tiberiū Caius Cæſar regem Iudęorū conſtituerit Agrippam, Herodi perpetua pœna deportationis impoſita. Cap. 4
Vt Philo pro Iudæis ſuſceperit legationem ad Caium. Cap. 5
Quanta acciderint Iudæis grauia poſt temeritatē crucis in Chriſtum. Cap. 6
Vt Pilatus quoq; ſemetipſum morte damnauit. Cap. 7
De fame temporibus Claudij. Cap. 8
Martyrium Iacobi apoſtoli. Cap. 9
Vt Agrippa & Herodes Apoſtolos perſequuti, diuinam continuo ſenſerint uindictam. Cap. 10
De Theoda, qui deprauauerat populum. Cap. 11
De Helena regina Adiabenorum. Cap. 12
De Simone mago. Cap. 13
De prædicatione Petri apoſtoli apud urbem Romam. Cap. 14
De euangelio ſecundum Marcum. Cap. 15
Vt primus Marcus per Aegyptum Chriſti notitiam prædicarit. Cap. 16
Qualia de abſtinentibus apud Aegyptum Philo ſcribat. Cap. 17
B Quanti ad nos Philonis peruenerint libri. Cap. 18
Cuiuſmodi clades compreſſerint Iudæos ipſo die paſchæ. Cap. 19
Qualia etiam ſub Claudio Hieroſolymis geſta ſint. Cap. 20
De Aegyptio, cuius Actus Apoſtolorum faciunt mentionem. Cap. 21
Quemadmodum de Iudæa Paulus Romam miſſus in uinculis, omni culpa liberatus ſit. Cap. 22
Vt ſit Iacobus paſſus, qui frater domini eſt dictus. Cap. 23
Quod poſt Marcum primus Epiſcopus Alexandrinæ eccleſiæ ordinatus ſit Annianus. Cap. 24
De perſequutione Neronis, ſub quo Paulus ac Petrus pia confeſsione decollati ſunt. Cap. 25
Vt innumeris Iudæi malis afflicti ſunt, ac nouiſſime contra Romanos arma mouerint. Cap. 26

Euſebij

EVSEBII PAMPHILI CAESARIENSIS ECCLESIASTICAE HISTORIAE LIBER SECVNDUS, Ruffino Aquileienſi interprete.

A

PROOEMIVM.

QVAECVNQVE oportuit uelut in principijs eccleſiaſticæ hiſtoriæ deſignari, ſiue de diuinitate Saluatoris, ſiue de antiquitate noſtræ religionis, ac uetuſtate doctrinæ, et ut olim tradita ſit Chriſtianorũ, quę nouella uidetur, inſtitutio, ſed & de aduentu ipſius domini & ſaluatoris noſtri nuper impleto, ac paſsionibus conſummato: de Apoſtolorũ quoq; electione, ſuperiore libello, quanta potuimus breuitate perſtrinximus. Age iam nunc, quæ etiã poſt aſcenſionē eius cõſecuta ſunt, uideamus, partim diuinarũ ſcripturarũ teſtimonijs edocentes, partim extrinſecus ex his quę fideliter in cõmentarijs, qui ad memoriã poſteritatis inuenti ſunt, comperimus approbantes. Cap. I

Primus igitur in Apoſtolatũ pro Iuda proditore Matthias ſorte cõſciſcitur, qui erat unus ex diſcipulis domini, ſicut ſupra demonſtratũ eſt. B
Diaconi ſeptē Ordinantur autem & diaconi ſeptem numero per orationes & manus impoſitionem apoſtolorum, miniſterij uiduarum gratia. In quibus Stephanus, qui & primus poſt dominum, ſtatim poſt ordinationem ſuam lapidatur ab his, qui dominum occiderunt, per quod & nominis ſui *Hoc eſt, corona.* ςεφάνου donatur à Chriſto. Tũc & deinde Iacobum qui dicebatur frater domini, pro eo quod eſſet filius Ioſeph, qui Chriſti quaſi pater habebatur, quoniam quidem deſponſata ei fuerat uirgo Maria, quæ priuſquam conueniret cum eo, inuenta eſt in utero habens de ſpiritu ſancto, ſicut Euangeliſta proteſtatur. *Iacobus Iuſtus epiſcopus Hieroſolymorum* Hũc inquam ipſum Iacobum, qui & Iuſtus cognominatus eſt ab antiquis, uirtutum merito, & inſignis uitæ priuilegio, primum hiſtorię tradiderunt ſuccepiſſe eccleſiæ, quæ in Hieroſolymis eſt, ſedem, ſicut Clemens in VI. Diſpoſitionum libro aſſerit dicens: Petrus enim, inquit, & Iacobus, & Ioannes, poſt aſſumptionem ſaluatoris, quamuis ab ipſo fuerint omnibus penè prelati, tamen non ſibi uindicabant primatus gloriam, ſed Iacobum, *Epiſcopus Apoſtolorum* qui dicebatur Iuſtus, Apoſtolorum epiſcopum ſtatuunt. Idem quoq; ipſe in VII. eiuſdem operis libro addit de ipſo etiam hæc: Iacobo (inquit) qui dicebatur Iuſtus, & Ioanni, & Petro poſt reſurrectionē dominus omnem ſcientiam tradidit, & ipſi cæteris Apoſtolis: qui Apoſtoli illis ſeptuaginta *Iacobi duo* diſcipulis tradiderunt, ex quibus unus erat & Barnabas. Duos autem fuiſſe Iacobos conſtat, unum hunc Iuſtum, qui de pinna templi deiectus, ful

A Ionis uecte percuſſus eſt, & morti traditus: alius autem eſt ille, qui ab Herode capite cæſus eſt. Huius ergo Iuſti Iacobi etiam Paulus meminit, cum ſcribit: Alium autem, inquit, Apoſtolorum uidi neminẽ, niſi Iacobum fratrem domini. In hoc ergo tempore etiam Tatthæus (de quo ſupra memorauimus) ſecunpum domini præceptũ ad regem Abgarum miſſus, ipſum quidem ęgritudine morbi corporalis abſoluit, uniuerſam uero ciuitatem Edeſſenorum Chriſto domino fideli ſatis credulitate ſociauit, ita ut in hodiernum ciuitas illa (quippe quæ ipſius domini & ſaluatoris meruit ſcripta ſuſcipere) uelut ſpeciali quadam Chriſto deuotione dicata ſit. Interea perſequutio prima aduerſus Eccleſiam dei, quæ eſt Hieroſolymis, facta ſub primo martyre Stephano, omnes diſcipulos, exceptis duodecim, per uniuerſam Iudæam, Samariamq́ʒ diſperſit, ſeu potius, ut ſancta ſcriptura indicat, diſſeminauit. Ex quibus nonnulli ad Phœnicen, & uſq́ʒ ad Cyprum atq́ʒ Antiochiam deuenerunt: qui gentibus quidẽ credere myſteriũ fidei nondum audebant, Iudæis tamen prædicabant. Interea Paulus adhuc uaſtabat Eccleſiam ingrediens domos, & pertrahens uiros ac mulieres tradebat in carcerem. Sed & Philippus, qui erat unus de ſeptem, cũ Stephano diaconus ordinatus, deſcendit Samariam, uirtute dei repletus, & prædicabat primus uerbum dei Samaritanæ genti. In quo tanta erat diuinę gratię

Diſcipuli diſperſi Iudæis prædicabant

Saulus

Philippus diaconus

B efficacia, ut etiã Simonem magum ſuis prædicationibus cõſternaret, qui per idem tempus celebris famæ apud Samaritanorũ populos habebatur, ita ut uirtus dei magna eſſe putaretur. Sed is cum uidiſſet ſigna & miracula quæ à Philippo per diuinæ gratiæ poteſtatem fiebant, obſtupefactus & territus ceſsit, & credere ſe in Chriſtum, uſquequo etiam baptiſmum acciperet, ſimulauit. Quod reuera mirari dignũ eſt, hodieq́ʒ eodem ordine fieri ab his qui uelut hæreditariam ab illo ſimulationem ſectæ impuriſſimæ ſuſceperunt: quiq́ʒ autoris ſui artibus inſtituti, eccleſiam fraude qualibet ingreſſi, lauacrum furantur, & ſancta noſtra uelut alicuius morbi cõtagione cõmaculant. Serpit enim eorum uenenatus ſermo ſicut ulcus in gregibus: & occultis uerborum morſibus incautis letale uirus infundit, donec noxias eorum latebras diligẽtia paſtoris inueſtigatas, educat ad lucẽ: ſicut & ipſe Simon Petri induſtria comprehenſus, pœnam quam merebatur, expendit. Verum per dies ſingulos augeſcente prædicatione uerbi diuini, per dei prouidentiam ex Aethiopię regionibus adeſt quidam reginæ gentis illius præpoſitus (moris quippe eſt illi nationi etiã nunc à fœminis regi) tanquã uota in Hieroſolymis redditurus. Huic Philippus, reſpõſis ſancti ſpiritus iuſſus, primo ex omnibus gentibus myſteriũ fidei, & ſacramentũ baptiſmi tradidit, & uelut quaſdam cum deo primitias omniũ conſecrat nationum. Hunc opinio tenet ad patriam terram regreſſum, ſcientiã dei ſummi & ſalutarem domini noſtri præſcientiam indigenis gentibus (ſicut ſibi tradita

Infictos catechumenos

Præfectus Candaces reginæ Aethiopum

fuerat) prædicaſſe. In quo rebus ipſis cōpleta eſt per eum prophetia, quæ A
Paulus dicit: Aethiopia præueniet manus eius deo. Cum hæc ita aguntur, Paulus
uas electionis, nō ex hominibus, neq; per hominem, ſed per reuelationem
Ieſu Chriſti & dei patris, qui eum ſuſcitauit à mortuis, in apoſtolatum uo-
catur cœleſti ad ſe uoce delata. Cap. II

INterea cum per omnem iam locum de reſurrectione & mirabilibus do-
mini Ieſu Chriſti, & de aſcenſione eius ad cœlum felix fama loqueretur,
ac per omnium aures beati huius rumoris uolueretur opinio: quoniam an-
tiqui moris erat apud Romanos, ut prouinciarum iudices, ſi quid forte no-
ui in his, quaſ regebant, prouincijs accidiſſet, uel principi, uel ſenatui nun-
ciarent, uti ne ex his, quæ gerebantur, ignorare aliquid uiderentur, de reſur
rectione à mortuis domini & ſaluatoris noſtri Ie ſu Chriſti, quæ iam in o-
Pilatus de Christo mnem locum fuerat peruulgata, Pilatus Tiberio principi refert. Sed & de
cæteris mirabilibus eius, & ut poſt mortem cum reſurrexiſſet, à quàm plu-
rimis iam deus eſſe crederetur. Tiberius quæ compererat, retulit ad Sena-
tum. Senatus autem ſpreuiſſe dicitur, pro eo quod non ſibi prius huius rei
indicium fuerit delatum, ſed autoritatem ſuam præuenerit uulgi ſententia.
Senatus Lex enim erat antiquitus deſignata, ne quis apud Romanos deus habe-
retur, niſi Senatus decreto & ſententia confirmatus. Porrò autem pro uero
hoc erat quod gerebatur, ne diuina uirtus humanis putaretur aſſertioni- B
bus indigere. Cumq; ſecundū ea quę ſupra diximus, renuiſſet Senatus, Ti
berius tamen tenuit ſententiā ſuam, ut ne quid aduerſum doctrinā Chriſti
Tertullianus cōtrarium moliretur. Hęc Tertullianus, uir & legum, & inſtitutionum Ro-
manarum peritiſsimus, & inter noſtros ſcriptores admodū clarus, in Apo-
logetico ſuo, quem aduerſum gentes pro noſtra fide ſcribit, hoc modo re-
Addidit Ruffinus tulit: Vt de origine, inquit, aliquid retractemus eiuſmodi legū: Vetus erat
decretū, ne quis deus ab imperatore conſecraretur, niſi à Senatu probatus.
Sicut Marcus Aemilius de deo ſuo Alburno. Facit & hoc ad cauſam no-
ſtrā, quod apud uos humano arbitratu diuinitas penſitatur. Et niſi homini
deus placuerit, deus non erit. Homo iam deo propitius eſſe debebit. Tibe-
rius ergo, cuius tempore nomen Chriſtianū in ſeculum intrauit, annūciata
ſibi ex Syria Palęſtina, quæ illic ueritatem iſtius diuinitatis reuelauerant,
detulit ad Senatum cum prærogatiua ſuffragij ſui. Senatus, quia nō ipſe
probauerat, reſpuit. Cæſar in ſententia manſit, comminatus periculum ac-
cuſatoribus Chriſtianorum. Hæc Tertullianus. Cap. III

QVod profecto diuina prouidentia ita tunc Cæſaris ſenſibus ingeſsit
ut abſque ullo obſtaculo in ipſis duntaxat initijs Euangelij ſermo uſ-
quequaq; percurreret. Vnde & factum eſt, ut repente quaſi cœlitus lumen
oſtenſum, aut radius quidā ſolis erumpens totum orbem claritate ſuperni
luminis illuſtraret, ut cōpleretur illa prophetia, quæ dixerat: In omnem ter

ram

A ram exiuit ſonus eorũ,Euangeliſtarũ ſcilicet & apoſtolorũ:& in fines orbis
terræ uerba eorũ.Ex quo & per omnes ciuitates ac uicos immenſæ multitu-
dines, uelut meſsiũ tempore frumenta ad areas, ita ad eccleſias populi con-
gregabãtur. Quicũq; illi à parentibus traditæ ſibi morbidæ ſuperſtitionis
uinculis tenebantur, per doctrinam Chriſti,ſimul & per uirtutum miracu-
la quæ fieri uidebant, recepta ueri dei notitia, tanquam à tyrannicis domi-
nijs liberati,ad unum uerum deum & dominum creatoremq; ſuum, uetu-
ſti pœnitentes erroris,fideli cum confeſsione ueniebãt. Cum igitur paſſim
iam per omnes etiam gentilium populos profuſius effunderetur diuina di-
gnatio, primus Cornelius apud Cęſareã Paleſtinæ urbem maximã, cum *Cornelius centurio*
omni domo ſua ad fidem Chriſti, Petro miniſtrante, perducitur. Iam inde
quàm plurimi & alij ex gentibus apud Antiochiam ad fidem ueniunt, eo-
rum prædicatione pertracti, quos præ ſeditione aduerſus Stephanum cõ-
mota, diſſeminatos eſſe per omnem locum ſuperius edocuimus. Per quos *Eccleſia apud*
& apud Antiochiam florentiſsima congregatur eccleſia, in qua erant etiam *Antiochiam*
prophetici ordinis uiri quàm plurimi, cum quibus & Barnabas & Paulus.
Quibus omnibus pariter in gratia dei, & unanimitate degentibus, ibi pri-
mum diſcipuli, ueluti perenni fonte ſumpto uocabulo, appellati ſunt Chri- *Chriſtiani*
ſtiani. Qua tempeſtate Agabus quidam, unus ex his qui aderant prophe-
B tis, famem magnam futuram diuinis præſagiebat oraculis. Paulus uero
& Barnabás, cum miniſterio à fratribus collato, quod ſanctorum uſibus
deſeruiret, Hieroſolymam deſtinantur.

Cap. IIII

INterea Tiberius duobus & uiginti circiter annis ſui principatus exactis,
uiuendi finem fecit. Poſt quem Caius imperium ſuſcepit, & continuo Iu- *Caius Caligula Cæſar*
dæorum principatũ tradidit Agrippę, ſimul & Philippi ac Lyſaniæ tetrar-
chias, cum quibus & paulo poſt Herodis eidem pariter cõtulit. Ipſum ue-
ro Herodem, qui uel in Ioannis nece autor extiterat, uel in paſsione domi-
ni interfuerat, multis excruciatum modis, æterno damnat exilio, ſicut Ioſe-
phus, in his quæ ſupra inſeruimus, ſcribit.

Cap. V

HVius temporibus Philo inſigniſſimus ſcriptorum florebat, qui non *Philo*
ſolum in noſtra, uerum & in Græcorũ philoſophia primus inter pri-
mos habebatur. Hic autẽ genere quidem à proauis Hebræus, apud Ale-
xandriam uero in omnibus claris & nobilibus uiris clarior ac nobilior erat.
In diuinis autem legibus et patrijs inſtitutis, quantus qualiſq; fuerit, ex his
quæ nobis librorum ſuorum tradidit monumentis, omnibus clarum eſt.
Quis enim digne ualeat explicare, quanta eius in liberalibus literis fuerit in-
ſtitutio, quanta in philoſophicis, quantuſq; maxime in Platonicis & Py- *Philonis lib.*
thagoricis fuerit diſciplinis, utq; omnes & qui ſecũ floruerant, penè & qui *V. de calamitatibus Iud.*
pręceſſerant, ſuperaret. Hic igitur ipſe temporibus Caij quanta Iudæis ac-
ciderint mala quinq; uoluminibus exponit. Sed & de eiuſdem mentis in-

ſania cõmemorat, quod in tantum ſuperbiæ elatus ſit, ut deum ſe uoluerit A
appellari. In ipſis autẽ ubi de Iudæorum cladibus refert, ſuam quoq; legationem, quam pro cõtribulibus ſuis Iudæis detulit ad urbem Romam, deſcribit. Et quod perorans apud Caium pro patrijs legibus, nihil amplius quàm irriſionem retulerit domum, imò & penè periculum mortis incurrerit. Sed & Ioſephus meminit horum in decimooctauo Antiquitatũ libro, talia quædam ſcribens: Et quidem cum ſeditio apud Alexandriam fuiſſet exorta inter Iudæos & Græcos, terni ab utriſq; partibus legati mittuntur ad Caium, in quibus pro parte Græcorũ erat quidam legatus Apion nomine. Qui cũ in cæteris quàm plurimis inſimularet Iudæos, tum maxime quod honorem Cæſari nõ deferrent, ut moris eſt facere omnibus qui Romanis faſcibus ſubiacent. Hic ergo aiebat: Neq; aras Caio, neq; tẽpla conſtituunt, neq; alia huiuſmodi, in quibus ei diuini honores à prouincialibus deferuntur. Sed ſoli ſunt, qui neq; ſtatuas ei decernũt, neq; ſacramentũ nominis eius obſeruãt. Cumq; hæc & alia grauiora allegaret Apion, per quæ cõcitari crederet Caium, Philo, qui legationi præerat Iudæorũ, uir in omnibus magnificus, Alexandri Alabarchæ frater, philoſophiæ non ignarus, potentiſſime purgauit obiecta. Sed abiecit eum Caius, & iubet ilico è conſpectu ſuo abſcedere. Tunc iracundia repletus, ſecum ipſe rimatur, quid in eos cõferat mali. Egreſſus autem Philo cum iniuria, ait ad Iudæos qui ſibi B
adſtabant: Bono animo nos eſſe oportet, quibus iratus eſt Caius: quia neceſſe eſt adeſſe diuinum, ubi humanum ceſſat auxilium. Hæc quidem Ioſephus. Sed & idem Philo in ipſo libro, quem de legatione conſcripſit, ſingillatim de omnibus quę à ſemetipſo geſta ſunt, refert. Ex quibus illa ſola cõmemorabo, quæ legentibus euidenter in Iudæos diuinã, pro piaculis quæ aduerſum Chriſtum auſi ſunt, indicent ultionem. Cap. VI

Philo legatus Iud. ad Cæſ.

PRimo quidem tẽporibus Tiberij, refert in urbe Roma Iulianũ quendam magni apud Imperatorem loci, uniuerſam eorũ gentem ſummo niſu interimere uoluiſſe. In Iudæa autem Pilatum (ſub quo in Saluatorem facinus admiſſum eſt) dum templum quod in Hieroſolymis tunc adhuc manebat integrum, prophanare tentaret, maximis eos perturbationibus agitauiſſe. Sed & poſt Tiberij occaſum, Caium refert ſucceſſorẽ eius, cum cæteris quàm plurimis, tum etiam Iudæorum genti acerbiſſimum extitiſſe. Quod præſto eſt etiã ex ipſius ſcriptoris ſermõibus diſcere: Multa quidẽ, inquit, erat in Caio ingenij prauitas, qua erga omnes homines, tum præcipue erga Iudæorum gentem ferebatur, & ſpeciali quadam ſæuitia loca eorum quæ in diuinis habent ſupplicationibus conſecrata, incipiens ab Alexandria, diripi, & contra religionẽ moremq; gentis prophanari iubet, ſtatuis ſuis & ſignis ea atq; imaginibus replens. Templum quoq; ſanctæ ciuitatis, quod ſolum manebat totius prophanæ contagionis intactũ, & à maioribus

Iulianus

Philonis uerba de C. Cæſ.

Sancta ciuitas Hieroſolyma

A ioribus perdurauerat aſylum, commutare in templum proprij nominis auſus eſt, ut ædes Iouis nobiliſsimi noui dei Caij uocaretur. Sed & alias innumeras clades, & ultra omnes Tragicos luctus apud Alexandriam Iudæis irrogatas eſſe ſub Caio, in ſecundo operis ſui De uirtutibus libro, uir memoratus exequitur. Nec non & Ioſephus conſona huic de Pilati temporibus ſcribens, pro piaculis Saluatoris quæ uniuerſæ genti acciderunt mala, audi ut etiam ipſe in ſecundo Iudaici belli defleat libro: Is autē, ait, qui miſſus eſt in Iudæam à Tiberio procurator Pilatus, noctu uelatas Hieroſolymam introferri imagines Cæſaris iubet, ac ſtatui. Quod ubi dies exortus eſt, magnam perturbationem Iudęorum populis excitauit, ſtupentibus & perturbatis ad nouā faciem rerum. Conijciebant nanq; ex hoc, quod ſpernerentur & cōculcarentur iam leges ſuæ, & omnia inſtituta maiorum, quibus nihil tale haberi intra mœnia urbis illius fas erat. Sed hoc eſt ſolum nimirum in quo eos impiæ profeſsionis ſuæ uelox uindicta damnauit, pro eo quod ſecundum Euangelij relationem ſimul gens conclamauit uniuerſa: Non habemus regem niſi Cæſarem. Tum deinde idem ſcriptor aliam quoq; in eos delatam commemorat ultionem, dicens: Poſt hæc aūt etiam alia in eos incidit perturbatio, pro eo quod ſacrum ærariū quod patria lingua apud eos Corbonas appellatur, contra fas in uſus communes publici
B aquæductus prorogari uiderent, qui à trecentis ſtadijs deducebatur: pro quo nimia indignatione populus mouebatur. Cumq; adeſſet Pilatus Hieroſolymis, audent adire eū & clamoribus fatigare. At ille (prȩuiderat enim ſeditionē futurā) milites habitu plebeio obtectis armis multitudini immiſcuit, prȩcepto eis dato, ut ne gladijs in ſeditioſos, ſed fuſtibus uterentur. Igitur ubi tempus fuit, ſigno de tribunalibus dato, cædi proſternique cœperunt nonnulli uerberantium uulneribus: plurimi autem dum in fugam cōuerſi proruūt, propria cōſtipatione perculſi, periere: reliqui uero diſperſi, & ſuorum funeribus deterriti, uim doloris ſilentio depreſſere. Multas prætere a clades in Hieroſolymis eis obueniſſe, dum nouis ſemper rebus ſeditioſius ſtudent, idem ſcriptor exponit, oſtendens quod ex admiſſi ſacrilegij tempore, nunquàm ab eis ſeditionum furor, nunquam bella morteſq; ceſſarunt, uſquequo ultimum & exitiale malum temporibus Veſpaſiani eos obſidionis incluſit.

Cap. VII

IGitur Iudæos pro commiſſo ſcelere ultio diuina damnabat: Sed & Pilatus, qui in Saluatorem iniqui iudicis functus eſt officio, ijſdem temporibus Caij, tātis ac talibus malorū cladibus cruciatus eſt, ut propria ſe manu tranſuerberans, nephariam uitam ui abieciſſe referatur. Nec enim poterat tanti piaculi miniſter impunitus euadere. Sicut in hiſtorijs Græcorū reperimus, eorum duntaxat, qui Olympiades ſcribūt, & annales rerum geſtarum libros ad poſteritatis memoriam condunt.

Cap. VIII

Philonis liber de uirtutibus Caij Cæſaris

Pilatus

A

SEd enim Caio quatuor annis, nec integris, principatu miniſtrato, Claudius imperator ſuccedit, ſub quo fames ſatis dira uniuerſum orbem terræ obtinuit: Hoc autem ita futurum, longe ante noſtri prophetæ prædixerant. Sicut in Actibus apoſtolorũ refertur, Agabum quendã prophetam, famem magnã futurã ſub imperatore Claudio denuntiaſſe. Verũ Lucas, qui hæc de Agabo refert, coniungit etiã hoc, quod per Paulum & Barnabã, fratres qui erãt Antiochię, pro uiribus unuſquiſq; ſumptũ miſerint ſanctis habitantibus Hieroſolymã. Et poſt hæc addidit dicens. Cap. IX

Iacobus frater Ioannis

IN illo aũt tempore (ſine dubio tẽpus quod ſub Claudio fuit, cum fames erat, deſignat) immiſit, inquit, Herodes rex manus ſuas affligere aliquos de eccleſia, & interfecit Iacobum fratrẽ Ioannis gladio. De hoc aũt Iacobo Clemens Alexandrinus etiã hiſtoriam quandã dignam memoria, in ſeptimo Diſpoſitionum ſuarũ libro, ſcribit, perlatã ad ſe uſq; ex traditione maiorum: Quoniamquidẽ, inquit, & is qui obtulerat eum iudici ad martyriũ, Iacobum ſcilicet, motus etiã ipſe confeſſus eſt ſe eſſe Chriſtianum. Ducti ſunt, inquit, ambo pariter ad ſuppliciũ, & cum ducerentur, in uia rogauit Iacobum dare ſibi remiſsionem. At ille parumper deliberãs: Pax tibi, inquit, & oſculatus eſt eum. Et ita ambo ſimul capite plexi ſunt. Cap. X

Remiſsio

Petrus in carcerẽ cõijcitur

SEd tunc, inquit (ut ait ſcriptura diuina) uidens Herodes quia de Iacobi nece gratum eſſet Iudæis, addidit adhuc, & Petrum coniecit in carcerem, ſine dubio etiam ipſum punire uolens, niſi diuinum affuiſſet auxilium. Quo angelus ei noctu aſſiſtens, mirabiliter eum uinculorum nexibus ſoluit, & ad miniſteriũ prædicationis ire liberum iuſſit. Et cum Petro quidem hæc geſta ſunt. Regis uero facinus in Apoſtolos perpetratum, dilationem non patitur ultionis, ſed continuo uindex adeſt diuinitus dextera, ſicut hiſtoria in Apoſtolorum actibus conſcripta nos edocet: Cum, inquit, Cæſaream deſcendiſſet Herodes, & in die ſolenni præclara ueſte regia indutus, pro tribunali conſediſſet, ac de ſublimi concionaretur ad populum: cumq; populus acclamaret ei, Dei uoces & non hominis, ſtatim, inquit, percuſſit eum angelus dei, eo quod non dederit gloriam deo: & ſcatens uermibus expirauit. Miraculo autem dignum eſt, tantam conſonantiam diuinarum ſcripturarum, cum hiſtoriographo gentis illius deprehendi. Ipſe etenim Ioſephus de eiſdem cõmemorans decimonono libro Antiquitatum, his, quibus infra ſcriptum eſt, hæc ſermonibus refert: Tertium, inquit, annum imperij Iudææ totius expleuerat, cum forte Cæſaream, quæ prius Πύργος Στράτωνος uocabatur, aduenit. Vbi cum in honorem Cæſaris ſpectacula ciuibus æderet, uotiuo, ut uidebatur, ſalutis Cæſaris die, cúmque illuc totius prouinciæ uiri honore & facultatibus prædit i conueniſſent, ſecundo ſpectaculorum die indutus ueſte fulgenti, ex auro argentoq; mirabiliter contexta, incipiente die procedit ad theatrum. Vbi cum primo ſolis radios

B

Herodis mors

Turris Stratonis

A radios argenteę ueſtis gremio ſuſcepiſſet,repercuſſo ſplendore duplicatam ſpectantibus lucē fulgor metalli uibrantis effudit, ut intuentibus præſtringeret aciē terror aſpectus,& per hoc plus aliquid de eo ꝙ humanæ naturæ eſt,artifex arrogantia mentiretur:illico adulantis uulgi cōcrepant uoces, honorem ſonantes,ſed exitiū conferentes, & hinc atq; hinc caueis conclamantibus deus cōpellatur,utq; fieret propitius, ſuppliciter exoratur:dicentibus populis,quod nūc uſq; ut hominem te timuimus,ſed ex hoc iam ſupra humanam naturā te eſſe fatemur.Sed rex acclamationem contra fas habitam non repreſſit, nec impietatē illicitæ adulationis exhorruit,donec reſpiciens paulo poſt imminentem atq; inſiſtentē capiti ſuo uideret angelum :cumq; ſenſit continuo exitij ſui miniſtrum,quem prius nouerat prouiſorem bonorum.Et ecce repente cruciatus eum ex dolore incredibili uentris atq; inflatione corripuit:reſpiciēſq; ad amicos:En,inquit,ille ego deus ueſter,ecce propellor confeſtim & deturbor ex uita, quoniāquidē diuina uirtus nuper collatas in me falſas arguit uoces. Et qui modo immortalis dicebar à uobis, præceps iam iamq; rapior in mortē: ſed ſuſcipienda eſt ſententia quā deus ſtatuit. Nam & uiximus haud contēnendi,& longæuitatē, quæ beata putatur,expleuimus.Et cum hæc dixiſſet,ui doloris uehemētius agitatus,inſtanter ad palatium reportatur. Cumq; diuulgatum eſſet, eum propediē moriturum , ingens multitudo totius ætatis & ſexus cōueniens, more patrio ſuper cilicia ſtrati omnipotenti deo pro regis incolumitate ſupplicabant. Omnis autem domus regia planctibus & gemitibus perſonabat. Cum interim rex ipſe in excelſo ſolario recubās,& deorſum reſpiciens,ac pronos pro ſtratoſq; oēs cum fletibus præuidens,ne ipſe quidem temperabat à lachrymis. Verum cōtinuis quinq; diebus uentris doloribus cruciatus, uitam uiolenter abrupit, quinquageſimum ętatis & quartum agens annū,regni uero ſeptimum. Quatuor etenim ſub Caio Cæſare annis regnauerat, Philippi tetrarchiam tribus annis obtinens, quarto autē etiam Herodis ſibi adiungens,tribus autem reliquis annis ſub Claudio Cæſare exactis. Cum in cæteris quàm plurimis Ioſephum,tum in his tam integre diuinæ ſcripturæ concordare ualde miratus ſum. Quod uero uidetur in ſolo regis uocabulo uariare,cum & tempus, & actus,& res eundē oſtendat fuiſſe,poſſibile eſt, ſicut in alijs quàm plurimis Iudæorum nominibus inuenimus, etiam hunc duplici uocabulo nuncupatum, quorum altero Lucas noſter, altero uſus ſit Ioſephus. Verum quoniam rurſum Lucas in Actibus Apoſtolorum introducit Gamalielem, cum de Apoſtolis in Iudæorum conſeſſu deliberatio fieret, hoc ipſo in tempore dicentem: Quia ſurrexit Theodas quidam, dicens ſe eſſe magnum quendam, qui deſtructus eſt, & omnes qui ſequebantur eum, diſſoluti ſunt:age etiam de hoc, quid Ioſephus in hoc eodem libro ſcripſerit, proferamus.

B

Agrippā etiā Herodis nomē babuiſſe

Cap. XI

Theodas impoſtor FAdo, inquit, Iudæam procurante, deceptor quidam magus Theodas A nomine: perſuadet populi multitudinē, ſublatis proprijs facultatibus urbe excedere, & ripas Iordanis fluminis obſidere. Dicebat autem ſe etiam prophetam eſſe, & poſſe uerbi ſui præcepto fluuij fluenta dirimere, & facilem ſectatoribus ſuis fluminis tranſitum dare. Quæ cum diceret, multos decepit. Fadus uero non in longum uecordiæ eius indulſit, ſed immittit equitum turmam, quæ ex improuiſo irruens ſuper eos, quàm plurimos quidem peremit, multos tamen & uiuos cepit, ipſius autem Theodæ caput deſectū Hieroſolymam deportauit. Cap. XII

POſt hæc idem ſcriptor etiam de fame, quæ ſub Claudio facta eſt, hoc modo memorat. Per idem tēpus, inquit, fames magna obſederat etiā *Helena Adiabenorum regina* Iudæam. Qua tempeſtate regina nomine Helena, multis pecunijs comparatum frumentum de Aegypto, & Hieroſolymam delatum, indigentibus miniſtrabat. Quid tam conſonans, tamq́; cōcordans, quàm hæc ſunt cum illis quæ in Actibus apoſtolorum ſcribuntur, ubi dicitur: Quia diſcipuli qui erant Antiochiæ, prout potuit unuſquiſq́;, miſerunt in miniſterium ſanctis habitantibus in Iudæa, deferendum per manus Barnabæ ac Pauli, ac per presbyteros diſpenſandum? Helenæ uero huius, cuius hiſtoriographus intulit mentionem, etiam nunc extat ſepulchrum nobile pro portis Hieroſolymorum. Regnaſſe aūt apud Adiabenorū gentē refertur. Cap. XIII B

INterea cum fides domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti per omnium creſceret mentes, & per dies ſingulos religionis propagarentur augmenta, nequaquam quieſcit hoſtis ſalutis humanæ: ſed urbem maximam, quæ *Simon magus* eſt caput omnium, præuenit, & Simonem illum, de quo in ſuperioribus diximus, euocat. Cuius nepharijs artibus adminicula ipſe maiora ſuppeditans, plurimos urbis illius ciues in erroris eius uincula conicit. Deſignat hæc uir in ſcriptoribus nobilis, nō multo poſt Apoſtolorum tempus exor*Iuſtinus* tus Iuſtinus, de quo ſuis in locis quod competit, aſsignabimus. Hic igitur in Apologetico, quem pro fide noſtra ad imperatorem Antoninum ſcribit, de his hoc modo refert: Et poſt aſcenſionem, inquit, domini ad cœlum, inſtigabant dæmones quoſdam hominum, qui dicerent ſe deos eſſe, quos nos fugauimus. Simon deniq; quidam Samaritanus, de uico qui dicitur Gyttho, ſub Claudio Cæſare magicis artibus, & ope dæmonum ſubleuatus, in urbe ueſtra, quæ regnum omnium tenet, quàm plurimis per phantaſias deceptis, deus decretus eſt, & ſimulacri apud uos quaſi deus honore donatus eſt in flumine Tyberis inter duos pontes collocati, habentis etiam titulum Latinis literis ſcriptum SIMONI DEO SANCTO, quem & omnes penè Samaritæ, nonnulli etiam ex cæteris gentibus tanquam ſum*Selene* mum deum, & adorant, & confitentur. Sed & Selenen quandam erroris eius ac deceptionis comitem, quæ prius in proſtibulo ſteterat apud Tyrum

A rum urbem Phœnices, cum ipſo uelut primam quandam mentem conſecrauerunt. Hæc quidem Iuſtinus. Conſona uero huic etiam Irenæus ſcribit in primo aduerſus hæreſes libro, in quo uel quis ipſe fuerit Simon, uel quàm impura eius opera atq; doctrina, plenius refert: quæ multum eſt ut hic inſeramus, cum liceat uolentibus ea ſcire per ſingula ex ipſis ſupradicti Irenæi libris, uel de hoc, uel de cæteris autoribus diuerſarum hæreſeon, & de uenenatis eorũ dogmatibus diligentius noſcere. Caput igitur totius prauitatis, & principium omnis hæreſis à Simone cœpiſſe accepimus. Ex quo uſq; in hodiernum ſectatores eius, ſimulantes adire ſe puriſsimam Chriſtianorum philoſophiam, quam uident apud omnes pro caſtitate uitæ, & inſtituti ſanctitate mirabilem, ſuperſtitionis idolorum (quam deſerere uidentur) rurſum uinculis innectuntur, colentes ac uenerantes picturam & imaginem Simonis, & illius, quam ei ſceleris ac turpitudinis extitiſſe ſociam diximus, Selenen. His incenſos odores offerunt, his ſacrificia & libamina impura delibant. Sed & his adhuc nequiora & execrabiliora committunt. Aiunt enim eſſe quædam apud ſe ineffabilia, quæ cum primo quis audierit, mẽte excedat, & eorum quaſi uirtute perculſus, uelut attonitus maneat, & uſq; ad dementiam ueniat. Quæ cum ita ſint, aiunt impoſſibile eſſe, uel ſcripturæ ea tradi, uel ore ac labijs proferri. Hæc qui audit, pro ueneratione ita ſe habe-

B re rem credit. Porrò autem uere uerba illa huiuſmodi ſunt, quæ pro impuritate & obſcœnitate ſui, caſtis & pudicis auribus execrabilia, & penitus horreſcenda ducantur. Quicquid enim illud eſt turpe & impurum, quod excogitari à quoquam poteſt, omni hoc impurius eſſe traditur. Quod inquinatiſſimæ huius hæreſis myſtice tectum apud ſe reſeruari pollicentur arcanum, infelicibus per hæc mulierculis & peccatis (ut ait apoſtolus) oneratis, deteſtabiliter illudentes. Hunc igitur talium malorũ patrem & autorem per idem tempus Simonem ex apparitorũ ſuorum numero diabolus ſuſcitans, ad urbem maximam ire compulit Romam, ut ibi potentiſsimis athletis domini ac ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti apoſtolis, in hoc ipſum ab eo ſubrogatis, obſiſteret. ſed diuina uirtus & gratia (in maximo præcipue certamine) nunquam deſerit ſuos, quæ incenſam maligni flammam tota celeritate reſtinguit, & omnem altitudinem deſtruit attollentem ſe aduerſum ſcientiam dei. Propter quod neq; Simon, neq; alius quis congreſſus tunc aduerſus apoſtolos domini potuit obtinere: qui ueritatis lux, & uerbi diuini claritas, quæ ob ſalutem hominum nuper obfulſerat, per apoſtolos ſuos totius mendacij diſcuſſa caligine, de humanis mentibus ignorantiæ tenebras effugabat. Deniq; ſupradictus Magus, ueri luminis fulgore perculſus, cæcitatem continuo male ſanę mentis incurrit: quippe qui iam & prius in Iudæa per apoſtolum Petrum, de his quæ gerebat ſceleribus confutatus, tranſmarinam aggreſſus eſt fugam, & ab Oriente ad Occidẽtem uſq; pertendit

pertendit, nuſquā ſibi uitam, niſi in fugæ præſidio ſperans. Is igitur urbem Romam ingreſſus, utens adminiculo aſſiſtentis ſibi & adhærentis dæmoniacæ uirtutis, quam πάρεδρον uocant, breui tempore in tantum malorum uenit profectum, ut etiam ſimulacri à ciuibus Romanis tanquam deus honore potiretur. A

πάρεδρος Aſſeſſor

Cap. XIIII

SEd non in longum permanet fraude quæſita diuinitas. Continuo nanque in ipſis Claudij tēporibus, clementia diuinæ prouidentię probatiſſimum omnium apoſtolorum & maximum, fidei magnificentia & uirtutis merito primorum principem Petrum, ad urbem Romam, uelut aduerſum humani generis cōmunem perniciem repugnaturum deducit, ducē quendam & magiſtrum militiæ ſuæ, ſcientem diuina prælia gerere, & uirtutum caſtra ductare. Iſte adueniens ex oriētis partibus, ut cœleſtis quidam negociator, mercimonia diuini luminis, ſi quis ſit comparare paratus, aduexit, & ſalutaris prædicationis uerbo primus in urbe Roma Euangelij ſui clauibus ianuam regni cœleſtis aperuit.

Petrus Romam uenit

Cap. XV

IGitur cum Romanæ urbi clarum uerbi dei lumen fuiſſet exortum, Simonis quidem tenebræ cum ſuo autore reſtinctæ ſunt. Sermo autem ueritatis & lucis, qui per Petrum prædicabatur, uniuerſorū mentes placido illuſtrauit auditu, ita ut quotidie audiētibus eum, nulla unquam ſatietas fieret. Vnde neq; auditio eis ſola ſuffecit, ſed Marcū diſcipulū eius omnibus precibus exorant, uti ea quæ ille uerbo prædicabat, ad perpetuam eorum commonitionem habendam, ſcripturæ traderet, quo domi foriſq; in huiuſcemodi uerbi meditationibus permanerēt. Nec prius ab obſecrādo deſiſtūt, quàm quæ otauerant, impetrarent. Et hæc fuit cauſa ſcribendi, quod ſecundum Marcū dicitur Euangelium. Petrus uero, ut per ſpiritum ſanctum religioſo ſe ſpoliatū cōperit furto, delectatus eſt, fidem eorum per hæc deuotionemq; conſiderans: factumq; confirmauit, & in perpetuum legendam ſcripturam eccleſijs tradidit. Clemens in ſexto Diſpoſitionum libro, hæc ita geſta eſſe deſcribit. Cuiq; ſimile dat teſtimonium etiam Hierapolites epiſcopus nomine Papias: qui & hoc dicit, quod Petrus in prima epiſtola ſua, quam de urbe Roma ſcripſit, meminerit Marci, in qua tropice Romam Babylona nominarit, cum dicit: Salutat uos ea quæ in Babylone eſt electa eccleſia, & Marcus filius meus. B

Marcus Euangeliſta

Clemens

Papias

Cap. XVI

HVnc autem Marcum tradunt primum ad Aegyptū perrexiſſe, atq; inibi Euangeliū quod ipſe cōſcripſerat, prædicaſſe, & ipſum primum eccleſiam apud Alexandriam conſtituiſſe. Tanta autem refertur multitudo credentium uirorum ac mulierum, primo ingreſſu exemplo ſobrietatis eius & continentiæ congregata, ut etiam conuerſatio eorum qui per ipſum crediderant, & uita totius abſtinentiæ, ac frugi eorū ſobriaq; conuiuia, librorū memoriæ mandarentur à uiro diſertiſsimo Philone, quē ſermo tenet tēporibus

Marcus Alexādrinis Chriſtum prædicat

A ribus Claudij Imp. Romã ueniſſe, & Petrum Apoſtolum uidiſſe,atqꝫ eius adhæſiſſe colloquijs,uerbũ dei prædicantis. Quod ualde eſt uerifimile,quia & ſcripturam iſtam quam diximus, poſterioribus ab eo temporibus conſtat eſſe compoſitam. In qua euidentiſſime omnia eccleſiæ inſtituta complectitur, quæ & tunc tradita ſunt,& in hodiernum ſeruantur à nobis. Sed & abſtinentium uitas, eorum duntaxat, qui nunc in eccleſijs uel monaſterijs degũt,deſcribit ad liquidum. Vnde planè manifeſtiſsime proditur, non ſolum ſciens quæ noſtra ſunt,ſed & amplectens:quippe qui diuinis laudibus extulit ſui temporis Apoſtolicos uiros, ex Hebræorum(quantum intelligi datur) præcipue genere credentes: quoniam quidem conſtat, quod hi qui ſub apoſtolis ex Iſraelitis credebãt, Iudaicis adhuc inſtitutionibus,& legis obſeruationibus inhærebant.

Apoſtolici uiri ex Hebræorum genere

Cap. XVII

HIc igitur deſcribens hæc in libello, quẽ De uita theoretica ſupplicum adtitulauit, nihil omnino de proprio uel extrinſecus addit, ſed primo omnium uiros ipſos cultores, & fœminas cum ipſis, ait cultrices appellari. Cauſam uero huius uocabuli uel ex eo ductam,quod conuenientium ad ſe animas,tanquam rudes & agreſtes excolerẽt,uel quod erga dei cultum pura & integra conſcientia perdurarent. Quod nomen ſiue ipſe impoſuit primus illis,ex ipſorum actibus colligens, ſiue uere in initijs ita appellabãtur,

περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν
Cultores
Cultrices

B qui ſecundũ euangeliũ uiuebant,antequam Chriſtianorũ appellatio per omnem locũ diffunderetur:nihil intereſt, dũmodo ex ipſis rebus nomen ad quos pertineat cõprobetur. Dicit ergo primò omniũ,quod renuncient cunctis facultatibus ſuis,qui ſe ad huiuſcemodi philoſophiam dederint, & bonis ſuis quibus intereſt,cedant. Tum deinde,quod omnes etiã uitæ ſolicitudines procul abijciãt,& extra urbẽ egreſſi,in hortulis, uel exiguis quibuſqꝫ agellulis degant, refugientes imparis propoſiti conſortia, & uitæ diſsimilis contubernia, ſcientes impedimẽto eſſe hęc arduum uolentibus iter uirtutis incedere. Tali quippe ordine calore fidei incitati hi qui primitus credebãt, uitam duxiſſe memorantur, ſicut euidenter in Actibus Apoſtolorum legimus ſcriptum, quia omnes qui credebãt ſub apoſtolis,poſſeſsiones ſuas & prædia uendentes,precia ponebant ante pedes apoſtolorum,& diuidebantur unicuiqꝫ prout opus erat, ita ut non eſſet quiſquam in eis egens. Quia ergo & hic ſimilia ſcribit geri ab his, qui apud Alexandriam credebant, ſicut illi qui in Hieroſolymis ante crediderant, certũ eſt quod idem actus,eademqꝫ inſtitutio, eadem ſine dubio & religionis fidem deſignet.†. Deniqꝫ libro ipſi(de quo ſuprà diximus) tale initium dedit: In multis, inquit,eſt orbis terræ partibus hoc genus hominum. Oportebat nanqꝫ perfecti huius boni participem fieri omnẽ Græciam,omnemqꝫ Barbariam. In Aegypto tamen maior eſt copia per ſingula quæqꝫ territoria,præcipue autẽ circa Alexandriam. Nam optimus quiſqꝫ ex omnibus locis,uelut ad uberis patriæ glebam

Christiani

Initium libri Philõis De uita noſtrorum, i. de apoſtolicis uiris. quẽ inſcripſit De uita cõtemplatiua ſupplicũ, quod uidelicet cœleſtis contẽplẽtur,& ſemper dẽũ oren

glebam feſtinus accurrit colonus. Regio quædam eſt philoſophiæ magis A
quàm frugibus opportuna, ſupra lacum, cui Mariæ nomen eſt, ſita, colli-
culis quibuſdam molliter & clementer erecta, ad munimentum ſimul atq;
aeris temperiem cōmoda. Poſt hæc deſcriptis eorum habitaculis, ut ſe ha-
beat ſingulorum qualitas & ſitus, etiam de eccleſiis quæ apud eos ſunt, ita
dicit: Eſt autem, inquit, in ſingulis locis conſecrata orationi domus, quæ ap-
pellatur Σεμνεῖον, uel μοναστήριον. Σεμνεῖον autem in noſtra lingua ſignifi-
care poteſt honeſtorū conuenticulum, in quo ſecedentes, inquit, honeſtæ
& caſtæ uitæ myſteria celebrant, nihil illuc prorſus quod ad cibū potumq;
pertinet, inferentes, uel ad reliqua humani corporis miniſteria, ſed legis tan-
tum libros, & uolumina prophetarum, hymnos quoq; in deum, cæteraq;
his ſimilia, in quorum diſciplinis atq; exercitijs inſtituti, ad perfectam bea-
tamq; uitam ſtudijs iugibus coaleſcunt. Et poſt aliquanta iterum dicit: Ab
ortu autem diei uſq; ad ueſperam omne eis ſpacium ſtudiorum exercitijs
ducitur, quibus ad diuinam philoſophiam per ſacras literas imbuuntur, pa-
trum leges in allegoricam intelligentiam deducentes. Quoniam quidē for-
mas eſſe & imagines, ea quæ in legis litera ſcripta ſunt, opinantur, latentis
intrinſecus profundi cuiuſdam diuiniq; myſterij. Habent autem etiam di-
ſputationes quaſdam, & interpretationes ueterum uirorum, qui & autores
*id eſt, in- ipſius * αἱρέσεως extiterūt, quos eis allegoricæ ac figuralis intelligentiæ nor- B
ſtituti, ſectæ mam, quàm plurimis ſcriptorum ſuorum conſtat tradidiſſe monimentis.
quorum illi uelut itineris ſui ducum, & autorum inſtituta pariter ſequūtur,
& morem. Hæc autem dixiſſe hunc uirum certum eſt de Euangelicis atq;
Euangelici atq; apoſtolici libri Apoſtolicis libris, in quibus quomodo lex & prophetia ſpiritualiter intelli-
gi debeat, edocetur. Poſt pauca rurſum etiam de eo quod pſalmos faciant
Cōponunt nouos pſalmos nouos, ita ſcribit: Itaq; non ſolum ſubtilius intelligunt hymnos ueterum,
ſed & ipſi faciunt nouos in deum, omnibus eos & metris, & ſonis, honeſta
ſatis & ſuaui compage modulantes. Multa quidem & alia in eodem libro
enumerat, quæ à noſtris uel in eccleſia, uel in monaſterijs exercentur. Sed
properandum nobis eſt illa ex omnibus dicere, quæ eccleſiaſticam proprie
continent formam, ex quibus cuiuis manifeſtum eſſe debeat, ad eccleſiam
Cōtinentia pertinere quæ ſcripta ſunt. Ait ergo: Continentiam uero uelut fundamen-
tum quoddam primò in animo collocant, & ita demū reliquas ſuper hanc
pergunt ædificare uirtutes. Cibum potumq; nullus eorū capit ante ſolis oc-
caſum: uidelicet tempus lucis cum philoſophiæ ſtudijs, curā uero corporis
cum noctu ſotiantes. Nonnulli aūt etiam poſt triduum in communionem
ueniunt cibi, quos ſcilicet edacior ſtudiorum fames perurget. Iam uero hi
qui in eruditionibus ſapientiæ, & in profundiore intelligentia ſacrorum uo-
luminum cōuerſantur, tanq; copioſis dapibus inhiantes, expleri nequeūt,
& contuendo acrius inflammantur, ita ut nec quarto iam, nec quinto, ſed
ſexto

A ſexto demum die nō tam deſideratum, q̄ neceſſarium corpori indulgeant
cibum. Hæc Philonē de noſtrorum inſtitutis referre, quis poteſt dubitare?
Quod ſi cui uidetur adhuc ambiguum, adhibebimus etiam alia eius dicta,
quæ nulli omnino, niſi noſtris tantummodo cōuenire etiam infideliſsimus
quiſq; fatebitur. Ait ergo: Cum uiris autem, quos dicimus, ſunt & fœminæ,
in quibus plures iam grandæuæ ſunt uirgines, integritatem caſti corporis, *Fœminæ uir*
non neceſsitate aliqua, ſed deuotione ſeruantes: dū ſapientiæ ſtudijs ſemet *gines*
geſtiunt non ſolum animo ſed & corpore conſecrare, indignum ducentes, *Monialium*
libidini mancipare uas ad capiendum ſapientiam præparatum, & ædere *origo*
partum eas, à quibus diuini uerbi concubitus ſacroſanctus & immortalis
expetitur, ex quo poſteritas relinquatur, nequaq; corruptelæ mortalitatis
obnoxia. Quod ſi adhuc parū uidetur iſtud, audi quid poſt aliquanta ſcri-
bat. Tractatus autem ſacrorum, inquit, uoluminum huiuſmodi habent, ut *Modus inter-*
magis allegoricis opinionibus utantur, quoniamquidem omnis lex uiris *pretandi ſcri-*
iſtis uidetur animali eſſe ſimilis, quod corpus quidem habeat ipſam literā, *pturas*
& ea quæ ſecundum literam deſignantur: animam uero occultum in litera
ſpiritalem & inuiſibilem ſenſum, quem illi ab authoribus ſuis edocti, ſubli- *Allegoria*
mius & nobilius uelut inſpicientes per ſpeculum contemplantur, ex ipſis
etiā nominibus admirandas quaſdā ſpecies intelligētiæ proferentes. Quid *Habitatio*
B autem addere his opus eſt, etiam de conuentibus eorū quæ ſcribit, & ut ſe-
orſum quidem uiri, ſeorſum etiam in ijſdem locis fœminæ cōgregentur: &
ut uigilias, ſicut apud nos fieri moris eſt, peragant, & maxime diebus illis *Vigiliæ*
cum paſsionis dominicæ ſolennitas celebratur, cum in ieiunijs pernoctare, *Solennitas do-*
& lectionibus ſanctis auditū præbere conſueuimus? Quæ omnia ſupradi- *minicæ paſsio*
ctus uir eo ordine, eademq; conſequentia qua apud nos geruntur, expreſ- *nis, tempore*
ſit. Et ut unus ex omnibus conſurgens in medio, pſalmum honeſtis mo- *Euſebij*
dulis concinat, utq; præcinenti ei unum uerſiculum, omnis multitudo re-
ſpondeat: atq; in ipſis diebus in terra recumbentes (ſicut antiqui moris fu-
iſſe dicitur) uinum quidem nemo omnino, ut ipſe ait, ne guſtu quidem con
tingat, ſed nec quamlibet carnem: tantum autem aqua ſit eis poculum, &
panis cum ſale uel hyſſopo cibus. Addit autem adhuc his, quomodo ſa-
cerdotes uel miniſtri exhibeant officia ſua, uel quæ ſit ſupra omnia epiſco-
palis apicis ſedes. Quæ cuncta ſi quis plenius uult & exploratius diſcere, o- *Quō ſegregāt*
ſtendimus ex quo iſta fonte debeat haurire. In quibus ſupradictus uir ec- *in templo*
cleſiaſticæ inſtitutionis initia, & originem Apoſtolicæ atq; etiam Euange-
licæ traditionis intexuit. Eſt autem idem Philo affluentiſsimus quidem in
eloquentia, in ſenſibus aūt profundiſſimus, & in interpretatione atq; intel-
ligentia diuinarum ſcripturarum ſubtiliſsimus, copioſe inueniens, & copio-
ſius eloquens. Multa deniq; diuini nobis etiam ipſe ingenij ſui monumen-
ta dereliquit.

Cap. XVIII

PRimo quidē per ordinem in Geneſim ſcripſit libros, quos adtitulauit, A
Sacræ legis explanatio figuralis. Tum deinde & alios cōtinentes ſparſim, de diuerſis capitulis quæſtiones, in quibus quæ requiri debeant, & proponit, & ſoluit, quas

Quæſtiones & abſolutiones de Geneſi & Exodo, adtitulauit
Sunt & alij eius libri, qui ſuperſcribuntur,
Propoſitionum: qui ſunt,
De agricultura duo, &
De temulentia duo. Sed & alij quàm plurimi extāt eius libri, diuerſis uocabulis adnotati, ſicut eſt,
Quæ ſint pro quibus mens debet orare deum. Et
De confuſione linguarum.
De natura & inuentione,
De his quæ congregari debeant ad erudiendum. Et
Quis ſit qui hæres ſit diuinorum.
Quæ ſit æqualium & inæqualium diuiſio. Item
De tribus uirtutibus quas deſcripſit cum cæteris Moyſes. Item
De his quorum in ſcripturis nomina cōmutata ſunt, & quibus ex cauſis cōmutata ſint. In quibus refert ſe ſcripſiſſe etiam
De teſtamentis primum & ſecundum. Eſt & alius liber eius, B
De captiuitate, &
De uita ſapientis, eius qui ſecundum perfectam iuſticiam & leges naturales conſummatus eſt.
De gigantibus.
De eo, quod inconuertibile ſit quod diuinum eſt.
De Moyſi uita libros quinque.
al. omnia De eo quod à deo ſint † ſomnia. Hæc penè omnia in Geneſim ſcripſit. Sed &
In Exodum Quæſtionum & abſolutionum libri quinque.
De tabernaculo,
De decem uerbis legis.
De his quæ inferuntur ſub ſpecie decalogi. Et
De animalib. quæ ſacrificijs deputata ſunt, & quæ ſunt ſpecies ſacrificiorū.
Quæ ſunt propoſita in lege bonis præmia, & malis maledicta. Tum præterea ſingulares eius libri:
De prouidentia.
De Iudæis apologeticus liber, hoc eſt, De uita urbana. Et
Ad Alexandrum, dicentem rationem habere muta animalia.
De eo quod ſeruus ſit omnis qui peccat. Item alius,
De eo quod liber ſit omnis qui bonis ſtudijs operam præbet.
De uita theoretica, uel ſupplicū. Hic ipſe in quo & de Apoſtolicis uiris eſſe

quæ

A quæ ſcripta ſunt,ſupra edocuimus. Sed & Interpretationes nominum Hebraicorum, quæ ſunt in lege & prophetis. Hic temporibus Caij Imperatoris Romã profectus,cum de impietate atq; impuritate Caij quàmplurima ſcripſerit,quę per ironiam De uirtutibus ad titulauit,& ea Senatui recitaſſet,in tanta dicitur admiratione habitus, ut bibliotheca digna eius ſcripta decernerẽtur. Verum per idem tempus Paulo apoſtolo ab Hieruſalem in circuitu, & uſq; ad Illyricum prædicationẽ uerbi dominici miniſtrante, Claudius imperator Iudæos urbe depellit. Tunc Aquila & Priſcilla cum cæteris Iudæis expulſi, Aſiam ueniunt, ibiq; cohærent Apoſtolo,tum primum eccleſiæ inibi fundamenta iacienti,ſicut docet liber de Actibus apoſtolorum conſcriptus. Cap. XIX

C.Caligula *Ironica inſcriptio*

Claudio uero adhuc in imperio perdurãte, in ipſa ſolennitate Paſchæ tanta Iudæis perturbatio & uaſtitas Hieroſolymis accidit ex ſeditiõe cõmota,ut illi ſoli qui in foribus templi conſtipatione populi necati ſunt,triginta milia Iudæorum numerarentur. Et conuerſus eſt dies feſtus eorum in luctũ.Sed & alia quàm plurima Iudæis mala irrogata Ioſephus per hæc uerba deſignat. Cap. XX

Tricies mille Iud. oppreſsi

Claudius,inquit,Agrippam,filium Agrippæ,Iudæorũ regem conſtituit:Felicem uero totius prouinciæ, Samariæ quoq; & Galilææ,& re-
B gionis quæ dicitur Tranſiordanẽ,procuratorẽ miſit. Et poſt pauca addit etiã hæc: Inflãmatur aũt & ſeditio acerbiſsima à pontificib. aduerſum ſacerdotes & primos plebis Hieroſolymorũ, quorum ſinguli conquirentes ſibimet perditorũ iuuenum, & nouis rebus gaudentiũ manum,duces ſemetipſos propriæ factionis inſtituebant. Qui cõfligentes adinuicẽ primo conuicijs laceſſere,tum deinde & ſaxis inuicem ſternere,nec quiſquã erat qui coerceret,ſed agebantur omnia tanquã in urbe nõ habente rectorẽ. Igitur pontifices in tantam uenere proteruiã, ut ſeruis ſuis ad areas miſſis inuaderent decimas, quæ ſacerdotibus debebantur.Et accidebat, ut nonnulli ex minoribus ſacerdotibus,quorum alimoniæ ui fuerant direptæ, inedia deperirẽt. Ita ſeditionum uiolentia ius faſq; confuderat. Item poſt pauca ſubiungit etiam hæc: Nonnunquã autem etiã in media ciuitate occurrẽtes ſibi trucidabant,præcipue in diebus feſtis ſicarij plebibus admixti, occultatis pugionibus oberrantes,ut quiſq; deſignatus eis cominus inciderat,perimebant. Et arte nefaria cum corruiſſet is, quẽ occulto uulnere ſtrauerãt, tum ijdem ipſi percuſſores uelut indignari ſe ſimulabant aduerſum eos,qui hæc in media urbe cõmitterent: atq; hoc modo occulta eorum facinora permanebãt. Et primus omniũ Ionathas interficitur: poſt illum quàm plurimi iugulantur, ita ut iam ipſis mortibus eſſet grauior metus mortis, dum unuſquiſq; quaſi in procinctu ſemper poſitus, per momenta ſingula ſperaret interfici. Poſt hæc aũt interiectis quibuſdam,addit etiam iſta. Cap. XXI

Agrippa Iudæorum rex *Felix procurator Iudeæ* *Pontifices ſacerdotũ decimas inuadũt* *Ionathas pontifex interficitur*

GRauius uero omni hac uaſtatiōe afflixit Iudæos Aegyptius quidam A falſus propheta. Qui cū ueniſſet ad Iudæam, homo magus, fidem ſibi prophetæ magica arte conſciuit, & cōtinuo ad triginta milia uirorū congregans & ductans eos per deſertū, peruenit cum ipſis ad montē qui uocatur Oliueti, paratus inde irruere Hieroſolymā, & ui ac poteſtate urbē tenere, ſimulq́ꝫ Romanorū præſidia, ac plebem tyrannidi ſuæ ſubiugare, fretus per omnia his quos ſecū eduxerat ſatellitibus. Sed conatū eius præuenit Felix, confeſtimq́ꝫ cū armatis obuiā pergēs, ſecum etiā plebe reliqua cōſpirante, cōgreſsione facta, Aegyptiū quidē cum paucis in fugā uertit: peremptis uero aliis, aliis etiā captis, temere cœpta facile reſtinxit. Hæc in ſecundo hiſtoriarū libro Ioſephus refert. Operæpreciū tamen eſt, hæc quæ de Aegyptio ſcribit cum illis quæ in apoſtolorū Actibus deſignata ſunt, cōparare, ubi ſub Felice Tribunus, qui in Hieroſolymis erat, ad Paulum, in quem Iudæorum fuerat cōmota ſeditio, dicit: Nonne es tu Aegyptius ille, qui ante hos dies cōcitaueras populum, & eduxeras in deſertū ad quatuor milia hominum ſicariorum? Sed ſufficiant iſta de Felice.

Felix Aegyptiū profligat

Cap. XXII

INterea Claudio tredecim annis & octo mēſibus Romanorum imperio perfuncto, Nero ſuſcepit principatū. A quo Feſtus mittitur in Iudæam ſuccedere Felici, apud quem cauſa dicta Paulus uinctus mittitur Romā, Ariſtarcho ſe cōcomitante, quem conſequenter in epiſtolis ſuis concaptiuum B appellat: ſed & Lucas, qui & Actus eius, cæterorumq́ꝫ apoſtolorum ſcribit, ſed præcipue Pauli: de quo etiā hoc in fine deſignauit, quod biēnio in urbe Roma poſitus, uerbum dei prædicabat, nemine prohibente. Quem tamen affuiſſe ſibi & defendiſſe ſe apud Neronē, & rurſum profectum eſſe ad prædicationis officiū ſermo cōfirmat, & poſt hæc denuo rediſſe ad ſupradictā urbē, ubi & martyrio cōſummatus eſt. Tunc cū in uinculis poſitus, ſecundā ad Timotheum ſcribebat epiſtolā, in qua & de prima ſua defenſione, & de præſenti ſimul indicat paſſione. Suſcipe ergo de his ſingulis teſtimonia. In prima (inquit ipſe Paulus) mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed oēs me dereliquerunt. Non illis imputetur, Dominus enim aſtitit mihi, & cōfortauit me, ut per me prædicatio cōpleretur, & audiāt oēs gētes, quia liberatus ſum de ore leonis. Manifeſtiſſime per hæc diſignat, quia primo quidem ut per ipſum cœpta prædicatio compleretur, liberatus eſt de ore leonis, Neronem ſcilicet in leone pro crudelitate ſignificans. Tū deinde in cōſequētibus adiicit, & dicit: Liberauit me dominus de ore leonis. Præuidebat enim in ſpiritu conſummationem ſuam, propter quod & dixit: Quia liberatus ſum de ore leonis. Et iterum: Liberauit me dominus ab omni opere malo, & ſaluum faciet in regnum ſuum cœleſte: ſignificans per hæc, quod eſſet confeſtim martyrio coronādus. De quo tamē euidentius in eadem epiſtola dicit, ſcribens: Ego enim, inquit, iam immolor, & tēpus reſolutionis meæ inſtat. Hæc aūt dicta

Feſtus procurator Iudeæ

Nero, leo

A dicta ſunt à nobis, ut oſtenderemus, quia non eo tempore, quo Pauli actus in urbe Roma cōduſit Lucas, martyrio perfunctus eſt Paulus. Potuit enim fieri, ut in initijs adhuc lenior eſſet Nero, & defenſionem Pauli pro noſtro dogmate nō aſpernāter acciperet, proceſſu uero temporis cum cæteris magis aucta ſit eius etiam in apoſtolos ſæuitiæ rabies. Cap. XXIII

IGitur Iudæi poſteaquam Paulus ad Cæſarem, quem appellauerat, à Feſto tranſmiſſus eſt, & fruſtratas inſidias quas ei tetenderant, uident, in Iacobum fratrem domini immanitatem nequitiæ ſuæ uertunt, cui epiſcopalis in Hieroſolymis delata ab apoſtolis fuerat ſedes. Quemq; hoc modo adorti ſunt. Productū in medium, abnegare eum fidem Chriſti coram omni populo expetunt. At ille cōtra omnium opinionem, uoce ſatis libera, & multo maiora quàm uellent, corā uniuerſo populo cum omni fiducia profitetur, filium eſſe dei ſaluatorem & dominū noſtrum Ieſum Chriſtum. Tum illi nō ferentes tam graue & tam liberum teſtimonium uiri, pro eo maxime quod iuſtiſſimus apud omnes habebatur ob religioſæ & continentiſsimæ uitæ meritum, in necem eius uertuntur, fauente ſibi occaſione temporis ex morte rectoris. Contigit enim Feſtum per idem tempus obire apud Iudæam, & ſine rectore ac principe eſſe prouinciam. Nam mortis Iacobi modus iam quidē & in ſuperioribus à nobis, Clementis ſermonibus indicatus eſt, cum

Iacobus frater domini

Chriſtum profitetur

Feſtus moritur

B de pinna templi eum præcipitatum, & fullonis percuſſum uecte deſcribit. Exploratius tamen de eo Egeſippus, qui poſt ipſas ſtatim primas Apoſtolorum ſucceſſiones fuit, in quinto Cōmentariorum ſuorū libro, his uerbis refert, Suſcepit, inquit, eccleſiam cum apoſtolis frater domini Iacobus, qui ab omnib. cognominatus eſt Iuſtus, ab ipſis domini tēporibus perdurās uſq; ad nos. Et multi quidem Iacobi uocati ſunt, ſed hic ex utero matris ſuæ ſanctus fuit. Vinum & ſiceram non bibit, ſed neq; animal manducauit: ferrum in caput eius non aſcēdit, oleo non eſt perunctus, balneis nō eſt uſus. Huic ſoli licebat introire ſancta ſanctorum. Neq; enim laneo utebatur indumento, ſed tantum ſindone. Solus ingrediebatur templum, & iacebat ſuper genua ſua, orans pro populi indulgentia, ita ut orādo callos faceret in genibus ad modum cameli, ſemper genua flectēdo, nec unquam ab oratione ceſſando. Itaq; pro incredibili cōtinentia & ſumma iuſtitia appellatus eſt Iuſtus, & Oblias, quod eſt interpretatū, munimentū populi, & iuſtitia, ſicut & prophetæ indicarunt de eo. Quidam ergo de ſeptem hæreſibus quæ erant in populo (de quibus ſuperius ſcripſimus) interrogabant eum, quod eſſet oſtium Ieſu. At ille dicebat, hunc eſſe ſaluatorem. Ex quibus aliquanti crediderunt, quia Ieſus eſt Chriſtus. Illæ autem hæreſes (quas ſupra diximus) non crediderunt, neq; ſurrexiſſe eum, neq; uenturum ut retribuat unicuiq; ſecundum opera ſua. Qui uero crediderunt, per Iacobum crediderūt. In quibus cum multi etiā ex principibus credidiſſent, perturbatio erat Iudæorum

Egeſippus

Iuſtus oblias

Septē hæreſes

& Scribarum & Phariſæorum, dicentium: Nihil iam ſupereſt, quin omnis A
populus credat in Ieſum, quod ipſe ſit Chriſtus. Conuenientes igitur ad Ia
cobũ, dicebãt ei. Oramus te, ut reuoces populũ, qui ecce errat in Ieſu, putãs
quod ipſe ſit Chriſtus. Deprecamur ergo te, ut ſuadeas omnibus cõuenien
tibus in die paſchæ de Ieſu. Tibi enim omnes obtemperamus, & de te tam
nos, quàm populus teſtimonium ferimus, quia iuſtus es, & perſonam nulli/
us accipis. Tu ergo ſuade populo de Ieſu ne erret, quia omẽs tibi obedimus.
Aſcende itaq; in excelſum locum pinnæ templi, ut in edito poſitus appare/
as omnibus, & uerba tua audiãtur à cunctis, quia in diebus paſchæ cõuenit
non ſolum Iudæorum, ſed & Gẽtilium multitudo. Statuerunt igitur ſupra/
Iacobi pœna & mors dicti Scribæ & Phariſæi Iacobum ſupra pinnam templi, & uoce magna cla
mantes, ad eum dicunt: Virorum iuſtiſsime, cui omnes nos obtẽperare de/
bemus, quoniam populus errat poſt Ieſum qui crucifixus eſt, enũtia nobis
quod ſit oſtiũ Ieſu? Tunc Iacobus ingenti uoce ad eos reſpondit: Quid me
interrogatis de filio hominis? Et ecce ipſe ſedet in cœlo à dextris ſummę uir
tutis, & ipſe uẽturus eſt in nubibus cœli. Cumq; hac reſpõſione & teſtimo
nio Iacobi multis ſatisfactũ eſſet, & libenter audiſſent quæ Iacobus conte/
ſtatus eſt, cœperunt glorificare deum, & dicere: Oſanna filio Dauid. Tunc
rurſum ipſi Scribæ & Phariſæi cœperunt ad inuicẽ dicere: Male fecimus ta
le teſtimoniũ præſtare de Ieſu. Sed aſcendamus & præcipitemus hunc de/ B
orſum, ut cæteri terreantur, & non credãt ei. Simul & uoce magna exclama
uerunt, dicẽtes: O ô, & Iuſtus errauit. Et cõpleuerũt ſcripturã, quæ in Eſaia
ſcripta eſt, dicentẽ: Auferamus Iuſtum, quoniã inutilis eſt nobis, propterea
fructum operum ſuorum manducabunt. Aſcẽderunt ergo & præcipitaue/
runt eum, & dicebant ad inuicẽ: Lapidemus Iacobum Iuſtum. Et cœperũt
eum urgere lapidibus. Qui deiectus, non ſolum mori non potuit, ſed con/
uerſus & ſuper genua ſua recumbens, dicebat: Rogo domine deus pater, re
mitte eis peccatum, non enim ſciunt quid faciunt. Cumq; eum talia orantẽ
deſuper lapidibus perurgerent, unus de ſacerdotibus de filijs Rechab filij
Rechabin, de quibus proteſtatur Hieremias propheta, exclamauit, dicens:
Parcite quęſo. Quid facitis? Pro uobis orat iuſtus hic, quẽ lapidatis. Et unus
ex ipſis fullo arrepto fuſte, in quo res exprimere ſolent, cerebro eius illiſit, &
tali martyrio conſummatus eſt, ac ſepultus in eodẽ loco prope tẽplum. Hic
eſt qui extitit ueritatis teſtis Iudæis & Gentibus, quia Ieſus eſt Chriſtus. Et
non multo poſt oppugnatio conſequuta eſt Veſpaſiani. Hæc latius quidẽ,
ſed conſonãter Clementi etiam Egeſippus retulit, quod ita mirus quidam,
Propter occiſum Iacobum Hieroſolymã euerſam & apud omnes homines opinatiſsimus in obſeruatione totius iuſtitiæ Iaco
bus habebatur, ut & Iudæorũ prudentes quiq; crederent hanc eſſe cauſam
ſtatim cõſequutæ oppugnationis Hieroſolymorũ, quod in illum rurſus ſce
leratas iniecerint manus. Et Ioſephus ita ſibi uideri euidẽter indicat per hęc
uerba

A uerba: Quę omnia, inquit, acciderunt Iudæis, pro uindicta Iacobi Iuſti qui
erat frater Ieſu, qui dicitur Chriſtus, quē iuſtiſſimum & piiſſimū omniū cō
feſſione uirum Iudæi interfecerunt. Idemq; etiā mortē eius in uiceſimo An
tiquitatum libro, his uerbis deſignat. Mittit autē Cæſar Albinum Iudææ
præfectum, Feſti morte cōperta. Ananias autē iunior (quem pontificatum *Ananias pon-*
ſuſcepiſſe ſupra diximus) proteruus admodum, & inſolēs moribus, hære *tifex, propu-*
ſim defendebat Sadducæorū, qui in iudicijs crudeliores Iudæis cæteris ui *gnator Sad-*
dentur, ſicut iam ſupra diximus. Hic inſolentiæ ſuæ tempus datum credēs *ducæorum.*
ex morte Feſti, cōſeſſum iudicū conuocat, & introducit in medium fratrem *Ioſephus Ana*
Ieſu, qui dicitur Chriſtus, Iacobum nomine, & alios quàm plurimos, quos *niam uocat A-*
uelut cōtra legē gerere incuſans, tradidit lapidandos. Quod facinus, ſi quis *nanum, & Fe-*
ex ciuibus modeſtior fuit, & æqui ac legis obſeruātior, grauiſſime tulit. Qui *ſtum Sextum*
etiā occulte legationē ad Cæſarem mittunt, orantes eum ſcribere Ananiæ,
ne hæc agat: quia nec prius huiuſmodi facinora rectè cōmiſerit. Quidā aūt
ex ipſis etiā Albino occurrunt, de Alexandria ad ipſos iter agenti, atq; edo
cent, quod non licuerit Ananię ſe inconſulto conſeſſum iudicum cōuocare.
At ille commotus ex his quæ dicta ſunt, cum indignatione ſcribit ad Ana
niam, cōminatus ablaturū ſe ab eo iudicandi poteſtatē, qua non recte ute
batur, quia & Agrippa rex eum tribus ſolis menſibus functū hoc honore,
B priuauerit, & Ieſum Damnei filium in locum eius ſubrogauerit. Hactenus
etiam de Iacobo, cuius illa habetur epiſtola, quæ prima ſcribitur inter eas *Epiſt. Iacobi.*
quæ Catholicæ appellantur. Sciendum tamen eſt, quod à nonnullis nō re
cipiatur, nec facile quis antiquorum meminerit eius. Sicut ne illius quidem
quæ dicitur Iudæ, quæ & ipſa eſt una de ſeptem. Nos tamen ſcimus etiam *Epiſt. Iudæ*
iſtas cum cæteris ab omnibus penè eccleſiis recipi. Cap. XXIIII

IGitur Neronis primo imperij anno, poſt Marcum euangeliſtā eccleſiæ
apud Alexandriam Annianus ſacerdotiū ſuſcepit. Sed Nero regni ſibi *Annianus*
poteſtate cōualeſcente, poſt multa quæ animo conceperat nepharia & im *Alex. epiſc.*
pura flagitia, ad ipſam quoq; iam diuinitatis tendebat iniuriam. Longum
eſt, & noſtro operi inconueniēs, probra eius flagitiaq; deſcribere, maxime
cum multi de his plenius ſcripſerint. Ex quorum libris ſi quis dedecoroſam *Nero qualis*
eius uitam atq; omnibus ſceleribus obnoxiam ſcire uult, facilius poteſt: in
quibus eum inueniet in tantū ſceleris eſſe progreſſum, ut ne à proprijs qui
dem ac domeſticis temperauerit, ſed & in matrem, & in fratres, & in uxo
res, atq; in omnes ſanguinis proximos, & parricida extiterit, & inceſtus.
His igitur omnibus deerat, ut ipſe primus ex Imperatorbus Romanis etiā *Ruffinus ad-*
in ipſum Deū impietatis arma cōuerteret, ſicut Tertullianus, uir ſcriptorū *didit*
nobiliſſimus, refert dicens: Cōſulite cōmentarios ueſtros, illic reperietis pri
mum quoq; Neronem in hanc ſectā, tum maxime Romæ orientē, Cęſa
reano gladio ferociſſe. Tali dedicatore damnatiōis noſtræ etiā gloriamur.

Qui enim ſcit illũ,intelligere poteſt, nõ niſi grãde aliquod bonũ à Nerone A
dãnatũ. Tẽtauerat & Domitianus Portio Neronis de crudelitate,ſed quaſi
& homo facile cœptũ repreſſit,reſtitutis etiã quos relegauerat. Tales nobis
ſemper inſequutores,iniuſti,impij,turpes,quos et ipſi dãnare conſueuiſtis,
à quibus dãnatos reſtituere ſoliti eſtis. Hæc Tertullianus. Cap. XXV

Paulus decollatus. Petrus in crucem actus.

IGitur Nero,ut apertum ſe hoſtem diuinitatis,pietatiſq; profeſſus eſt,ip
ſorum prius Apoſtolorum, quippe qui duces & ſigniferi erant in popu
lo dei,expetit neces. Et Paulum quidem capite in ipſa urbe Roma, Petrum
uero crucis patibulo cõdemnat. Horum teſtimonium quærere extrinſecus
ſuperfluum puto,cum rem geſtam inſignia uſq; in hodiernum,& ſplendi
diſſima eorũ monumenta teſtentur. Veruntamẽ ſcribit de his etiam Gaius

Gaius ſcriptor

quidam ſcriptor antiquus, qui cum Zephyrino epiſcopo Romano aduer
ſum Proculum quendã Cataphrygam diſputans, hæc de Apoſtolorum
cõmemorat locis: Ego,inquit,habeo trophęa Apoſtolorũ,quę oſtendam.
Si enim procedas uia regali,quæ ad Vaticanum ducit,aut uia Oſtienſi, in
uenies trophæa defixa,quibus ex utraq; parte ſtatutis Romana communi

Dionyſius Corinth. epiſ.

tur eccleſia. Quod autem eodem tempore ambo paſſi ſint, Corinthiorum
epiſcopus Dionyſius,cum in urbe poſitus eſſet, & de ſcripturis diſputaret,
hoc dicit: Sed & uos habentes cõmonitionem à Petro & Paulo, plantatio

Eccl. Romana Corinthiorũ

nem Romanæ & Corinthiorum eccleſiæ cõiunxiſtis. Ambo etenim ſimul B
aduentãtes, & in noſtra Corinthiorum eccleſia docuerunt, & per omnem
Italiã,atq; in hac urbe ſimul docentes, etiã martyrio pariter uno eodemq;
tempore coronati ſunt. Hæc autem retulimus,ut hiſtoria quæ in opinio
ne omnium eſt, confirmatior habeatur. Ioſephus autem ſcribens quantæ
clades Iudæorum gentẽ peruaſerint,& ut eorum uaſtitas propagata ſit, ad
dit etiam hæc. Cap. XXVI

VErũ ad innumera mala quę Iudæis acciderant,addit etiã hoc Florus,
qui per idem tempus Iudæę procurationem tenebat,ut honorabiles
quoſq; uiros flagris uerberaret,& in ipſa urbe ſacratiſſima Hieruſalem pa
tibulo ſuffigeret,eo tempore quo perturbari Iudæorum ſtatum nouarum
rerum molitionibus accidit,duodecimo ſcilicet anno imperij Neronis. Sed
& per omnem Syriam in ſeditioſos Iudæorũ atrociſſimã refert exercitam
eſſe ſæuitiam, ita ut etiã illi qui per urbes ſingulas admixti gentibus cõma
nebant,in hoſtiũ numero deputarentur. Et uideres repletas inhumatis cor
poribus ciuitates,iacentes mortuos ſimul cũ paruulis ſenes, fœminarumq;
abſq; ulla ſexus reuerentia nudata in publico reiectaq; cadauera, atq; uni
uerſam prouinciam innumeris malis refertam. Sed tamen tam diro hoc,&
tam atroci ſpectaculo, multo grauius eos futurorũ & per dies augeſcẽtium
malorum metus & formido terrebat. Hæc ad uerbum Ioſephus refert. Ve
rum in hoc loco de Iudæis iſta ſufficiant.

Elenchus

A

ELENCHVS CAPITVM TERTII

LIBRI HISTORIAE ECCLESIASTICAE

In quibus locis Chriſtum apoſtoli prædicauerint.	Cap. 1
Qui primus Romanorum rexit eccleſiam.	Cap. 2
De epiſtolis Apoſtolorum.	Cap. 3
De ſucceſſionibus Apoſtolorum.	Cap. 4
De Iudæorum expugnatione poſt Chriſtum.	Cap. 5
De fame quæ oppreſſit eos.	Cap. 6
De his quæ à Chriſto prædicta ſunt.	Cap. 7
De portentis ante bellum.	Cap. 8
De Ioſepho, & quos reliquerit libros.	Cap. 9
Vt diuinarum meminerit ſcripturarum.	Cap. 10
Quemadmodũ poſt Iacobum Symeon Hieroſolymorũ rexerit Eccl.	Cap. 11
Vt Veſpaſianus poſteritatem Dauid iuſſerit inquiri.	Cap. 12
Quod Alexandrinæ ciuitati ſecundus Abilius præfuerit.	Cap. 13
Quod Romæ ſecundus epiſcopus Anacletus fuerit.	Cap. 14
Vt tertius ab hoc Clemens.	Cap. 15
De epiſtola Clementis.	Cap. 16
De perſequutione ſub Domitiano.	Cap. 17
De Ioanne apoſtolo, & reuelatione eius.	Cap. 18
B Quemadmodum Domitianus poſteritatem Dauid iuſſerit occidi.	Cap. 19
De Proſapia Saluatoris.	Cap. 20
Quod Alexandrinorum eccleſiæ tertius præfuerit Cerdon.	Cap. 21
Quod Antiochenæ eccleſiæ ſecundus præfuerit Ignatius.	Cap. 22
Relatio de Ioanne apoſtolo.	Cap. 23
De ordine Euangeliorum.	Cap. 24
De indubitatis diuinis ſuſpectisúe ſcripturis.	Cap. 25
De Menandro Mago.	Cap. 26
De ſecta Ebionæorum.	Cap. 27
De Cerintho prauæ religionis antiſtite.	Cap. 28
De Nicolao & ſectatoribus ſuis.	Cap. 29
De his Apoſtolis, qui non ſunt aſpernati iura connubij.	Cap. 30
De Philippi & Ioannis Apoſtolorum exceſſu.	Cap. 31
Quemadmodum Symeon Hieroſolymorum epiſcopus paſſus ſit.	Cap. 32
Vt Traianus Chriſtianos uetuerit inquiri.	Cap. 33
Quod eccleſiam Romanam quartus rexerit Euariſtus.	Cap. 34
Quod tertius præfuerit Hieroſolymis Iuſtus.	Cap. 35
De Ignatio & epiſtolis eius.	Cap. 36
De ijs Euangeliſtis, qui id temporis eminebant.	Cap. 37
De epiſtola Clementis, alijsq; ſcriptis eius.	Cap. 38
De libris Papiæ.	Cap. 39

EVSEBII PAMPHILI EPISCOPI

A

CAESARIENSIS ECCLESIASTICAE HI-ſtoriæ Liber III. Ruffino interprete.

CAPVT I

Apoſtoli IGITVR Iudæi debitis cladibus perurgebantur: ſanctí uero Apoſtoli domini & Saluatoris noſtri, cæteriq́ diſcipuli, ad prædicandũ uerbũ dei, per ſingulas quaſq́ orbis terrę prouincias dirimũtur. Thomas (ſicut nobis traditũ eſt) ſortitus eſt Parthos, Matthæus Aethiopiã, Barptolemęus Indiã citeriorẽ, Andreas Scythiã, Ioannes Aſiã: unde apud Epheſum & cõmoratus eſt, & defunctus. Cap. II

Petrus PEtrus Pontum, Galatiã, Bithyniam, Cappadociã, cæteraſq́ confines prouincias, Iudæis duntaxat prædicans, circumiſſe deprehenditur, & ad ultimum in urbe Roma cõmoratus, ubi & crucifixus eſt, deorſum capite demerſo: quod ipſe ita fieri deprecatus eſt, ne exæquari domino uideretur. De Paulo aũt quid dicã, qui ab Hieruſalẽ uſq́ ad Illyricũ repleuit Euangeliũ Chriſti, & ad ultimũ ſub Nerone martyriũ duxit. Hæc ita per ordinem in tertio libro Explanationum Geneſis Origenes exponit. Cap. III

B

Epiſtolę Petri VErum Petrus Apoſtolus prædicationis ſuæ monumenta nobis perpauca dereliquit. Vna etenim eius epiſtola eſt, de qua nullus omnino dubitauit. Nam de ſecunda multis incertum eſt, apud plurimos tamen etiã *Actus Petri* ipſa legẽda ſuſcipitur. Ille uero libellus qui dicitur Actus Petri, & quod no*Euang. Petri* minis eius Euangelium nuncupatur, ſed & quæ dicitur eius Prædicatio uel *Prędicatio ſiue Reuelatio Petri* Reuelatio, in ſcripturis prorſus Canonicis non habetur: ſed ne aliquis quidem ſcriptorũ ueterum uti eorum teſtimonijs inuenitur. Verum procedente nobis hiſtoriæ narratione per opportunitatem locorum, cum ſcriptores eccleſiaſticos memorabimus, neceſſario etiã ſcripturarum libros, qui in autoritate eſſe debeant, & quorum minus ſequẽda ſit autoritas, exponemus.

Epiſtolę Pauli Interim Petri (ut diximus) prima Epiſtola ab omnibus ueteribus eſt recepta. Pauli quoq́ manifeſte quatuordecim ſunt epiſtolæ, quæ in autoritate *Epiſtola ad Hebræos* habentur, licet ſciam apud Latinos de epiſtola quæ ad Hebræos ſcribitur, haberi dubitationem. Sed & de ipſa quid unuſquiſq́ ueterum ſcriptorum *Liber Hermę qui inſcribitur Paſtoris* ſenſerit, in tempore proferemus. Et libellus Hermæ, qui dicitur Paſtoris, cuius Paulus in epiſtolis ſuis meminit, à plurimis non eſt receptus: ab alijs autem neceſſarius iudicatus eſt, propter eos, qui primis ad fidem inſtitutionibus imbuũtur. Vnde & in nonnullis eccleſiis legitur, & multi ueterũ ſcriptorum uſi ſunt teſtimõnjs eius. Hæc interim nobis pręmiſſa ſunt de diuinorũ librorũ fide, quã mox etiã ueterum adſtipulatione firmabimus. Cap. IIII

Paulus

A PAulus autem quod ab Hieruſalem in circuitu uſq; ad Illyricũ gẽtibus Euangelium prædicauerit, ex ipſius uocibus comprobatur, & ex his que Lucas in Actibus Apoſtolorum ſcribit. Sed & Petrus in quibus etiam ipſe prouincijs his qui ex circumciſione ſunt, prædicauerit Chriſtum, proprijs uocibus in ea epiſtola, quam ipſius abſq; ambiguitate claruit eſſe, deſignat, in quo ad eos qui in diſperſione ſunt, ſcribit, ſine dubio Hebræos. Ipſi etenim diſperſi dicuntur, tanquã proprijs è ſedibus pulſi, & poſiti in diſperſione, ut ait ipſe, Ponti, Galatiæ, Cappadociæ & Aſiæ ac Bithyniæ. Ex quibus ſi qui conſtantes in fide, & æmulatores uerbi dei reperti ſunt, etiam regendas eccleſias quas Apoſtoli fundauerant, ſuſceperunt, quorum nomina non eſt facile explicare per ſingulos. Ex Apoſtoli tamen Pauli ſermonibus colligere poſſumus, permultos eſſe quos ille nunc adiutores, nunc commilitones, aũt etiã concaptiuos & conlaborantes in Euangelio, & comites nominat. Sed et Lucas in Actibus Apoſtolorum, plurimos eius ſocios memorat, & participes prædicationis, ſicut Timothei meminit & Titi: quorũ alter in Epheſo epiſcopus, alter ordinandis apud Cretam eccleſiis, ab eo præficitur. Ipſe autẽ Lucas, genere quidem Antiochenus, arte medicus, comes uero Pauli, & cæterorum Apoſtolorũ ſocius & neceſſarius fuit. Is ergo ſecundum hanc medicinam, quam ex apoſtolorum uel ſocietate, uel tradi-
B tione ſuſceperat, duos nobis medicinales libros, quibus nõ corpora, ſed animæ curentur, explicuit: Euangelium ſcilicet, in quo etiã ſic præfatur: Sicut tradiderunt nobis, inquit, hi qui ab initio ipſi uiderunt, & miniſtri fuerunt uerbi dei, quos & ab initio ſequutus ſum: et Actus Apoſtolorum, quos nõ iam auditu perceperat, ſed oculis inſpexerat. Tradunt autẽ quod Euangelium ſuũ ex Pauli ore deſcripſerit, & ipſum ſit quod Apoſtolus ſuum Euangelium ſoleat nominare, cum dicit: Secundum Euangelium meũ. Sicut & Marcus, quæ ex ore Petri fuerãt predicata, conſcripſit. Memoratur autem ex comitibus Pauli Creſcens quidã ad Gallias eſſe profectus, Linus uero & Clemens in urbe Roma eccleſiæ præfuiſſe: qui comites & auditores eius fuiſſe, ab ipſo Paulo perhibentur. Sed & Dionyſium Areopagitam apud Athenas, quẽ Lucas deſcripſit primũ Paulo prædicante credidiſſe, & inter ſocios eius fuiſſe, & eccleſiæ Athenienſium conſtat ſacerdotium ſuſcepiſſe. Sed nunc interim ad hiſtoriæ ordinem redeamus. Cap. V

Paulus | *Petrus quibus prædicauerit Euangelium* | *Diſperſi, hoc eſt, Hebræi* | *Timotheus* | *Titus* | *Lucas* | *Euangelium Lucæ* | *Geſta Apoſtolorũ, quæ uocamus Acta* | *Dionyſius Areopagita*

IGitur poſt Neronẽ, qui tredecim annis obſedit Romani culminis principatũ, Galba & Otho anno & ſex menſibus detento principatu defuncti, Veſpaſiano regni gubernacula derelinquunt, poſito per idem tempus in procinctu belli, quod Iudæis intenderat, ubi ab ipſo exercitu, cum quo oppugnabat Iudæam, ſubrogatur imperio. Iſq; confeſtim Romam tendẽs Tito filio ſuo curam belli, & Hieroſolymorum opugnationis iniungit. Verum poſt aſcenſionem domini & Saluatoris noſtri, Iudæi uel in ipſum commiſſi

Veſpaſianus Ceſar | *Titus filius*

commiſſi piaculi,uel perſequutionis in Apoſtolos,& necis in Stephanum, A ſed & obtruncationis in apoſtolum Iacobum, & in Iacobum nihilominus fratrem domini,qui appellatus eſt Iuſtus,ſceleris admiſſi, cæterorumq́ omnium, quos propter fidem Chriſti inſidijs, dolis atq́ omni fraude nequitiæ circumuenerant:Pro his, inquam,omnibus,pœnam diuinitus repoſcebātur.Et Apoſtoli quidem ab illis prius fugati, ac per omnem locum diſperſi (ſicut ſupra diximus) pergebant in uirtute Chriſti, qui eis præceperat, dicens: Euntes baptizate omnes gentes in nomine meo. Eccleſia uero quæ in Hieroſolymis fuerat congregata, reſponſo à deo accepto, emigrare iubetur,& tranſire ad oppidum quoddam Pellam nomine,trans Iordanem:quo ablatis ex urbe ſanctis & iuſtis uiris,uindictę cœleſti fieret locus, tam de urbe ſacrilega,quàm de populo impio, per excidium patriæ, euerſionemq́ ſumendæ. Quantis ergo malis gens tunc uniuerſa mulctata ſit, utq́ ipſa Iudææ terra,bello, fame, igne, cædibusq́ uaſtata ſit, quanta populorum milia, patres ſimul cum coniugibus ac paruulis liberis, abſq́ numero,abſq́ diſcretione trucidati ſint, quæ etiam diuerſarum urbium obſidiones,ſed & ipſius magnificæ,& famoſiſsimæ ciuitatis Hieruſalē, quanta uaſtitas,& quanta fuerit diuerſarum mortium ſtrages, quisq́ per hæc ſingula bellorum extiterit modus,& ut (ſecundum id quod Prophetæ prædixerant) abominatio deſolationis in ipſo quondam dei famoſiſſimo collocata ſit templo, utq́ ad ultimum cuncta ignis populatus ſit, & flamma cōſumpſerit,ſi quis plenius noſſe uult, hiſtoriā Ioſephi relegat. Nos uero ex his ea tantum quæ ad explanationē ſuſcepti operis ſufficiunt, aſſumemus: In quibus refert, quod ex omni Iudæa populi in die ſolenni paſchæ Hieroſolymam, uelut exitiali quadam manu cogente conuenerant, quos tricies centena milia hominum dicit fuiſſe,iuſto ſcilicet dei iudicio tempore hoc ultionis electo, ut qui in diebus paſchæ ſaluatorem ſuum, & ſalutare Chriſtum domini cruentis manibus,& ſacrilegis uocibus uiolauerāt, in ipſis diebus uelut in unum carcerem omnis multitudo concluſa, feralis pœnæ exitium quod merebatur,exciperet. Præteribo quæ in eis uel gladij cæde, uel alijs belli machinis collata ſunt,explicare: ea tantummodo quæ diræ famis exitio pertulerint,ſupradicti hiſtoriographi ſermonibus proferam,quo legentes hæc,intelligant quantum piaculi ſit,audere aliquid in Chriſtum, & quàm grauibus auſa ſupplicijs expientur. B

Eccleſia Hieroſolymorum Pellam transfertur

Cap. VI

AGe itaq́ quintus Ioſephi Hiſtoriarū liber ponatur in mediū,ex quo omnis illorū luctuoſa tragœdia pernoſcatur: Diuitibus autem permanere, inquit, atq́ perire unum atq́ idem erat. Si enim in urbe permanſiſſent,facultatū ſuarum cauſa crimine obiecto, quaſi qui de transfugiendo cogitarent, perimebantur. Neceſſitas uero famis factioſorū extollebat arrogantiā, & utrunq́ ſimul inedia cū temeritate creſcebat. Publice quidem frumentum

A frumentum nuſquã omnino erat,ſed irruentes urbis prædones, perſcruta-
bantur domos.& ſi quidẽ inueniſſent,tanquã de his qui fefellerant,pœnas
ſumebant.ſi uero non inueniſſent, nihilominus tanquam eos qui occultius
& diligentius abſconderẽt,cruciabant.Indicium uero haberi ab eis pabula
capiebãt, hoc ipſo,quod adhuc uiuere & ſubſiſtere corporibus uidebãtur,
tanquã qui profecto iam interiſſent,ni abſconditos uſpiam tegerent cibos.
Si quos ſanè tabeſcentes macie uidiſſent,hos cum uenia prçteribant,ſuper
fluum putantes perimere,quos paulo poſt abſumeret fames.Multi tamen
in occultis omni cenſu ſuo mercati ſunt unum metrum: ſi diuites,frumenti:
hordei,ſi inferiores fuerunt:& concludentes ſe in interioribus quibuſcꝫ pe-
netralibus domus,nõnulli nec in panes cõfectas fruges edebant. Alij uero
in quantum uel neceſſitas,uel metus permitteret excoquebant. Et menſam
quidem nullus expectabat apponi,ſed ex ipſo ſemiuſta igni rapientes,pro
pria uelut furtiua deuorabãt. Et erat infelicis ipſius cibi ſpectaculum miſera
bile,cum ualidiores quicꝫ inuenta diriperẽt, imbecillioribus uero nihil præ
ter luctum ſupererat & lachrymas. Et omniũ licet acerbitates rerũ ſuperet
fames,nihil tamen ita ſubruit & ſubuertit,ſicut uerecundiã. Quicquid enim
ſaluis rebus pudore dignũ eſt,id in hac neceſſitate contemnitur. Denicꝫ &
uxores de uirorũ manibus,& filij de parentum, & (quod eſt infelicius)ma-
B tres cibos de paruulorũ ſuorũ ore rapiebãt.Et cum dulciſſimi liberi in mani
bus atcꝫ ante ora poſiti tabeſcerẽt, exigua uitæ ſubſidia dentibus ipſis exi-
mere nemo parcebat. Verum nec ipſos quidem infelices & perexiguos ſu-
mentes latebãt cibos,ſed cõtinuo aderat prædonũ quis,& ſtatim ut clauſas
cuiuſpiã cõſpexiſſet fores,indiciũ credebat hoc eſſe, quod intrinſecus poſiti
ederẽt:& repente deſpicatis foribus præcipites irruebãt, atcꝫ ab ipſis(ut ita
dicam)faucibus exprimentes, ſi quid forte inſumptũ iam fuerat reuocabãt.
Verberabantur ſenes,ſi cibum uendicare tentaſſent.Sparſis etiam crinibus
mulieres trahebãtur,occultare nitentes, ſi quid forte deprehẽſum fuiſſet in
manibus.Nulla ſenibus pro canicie reuerentia,nulla erga paruulos miſera-
tio,ſed in exiguo panis fragmẽto paruulos inhærẽtes,& ex ipſo cui inhæſe
rant,ſuſpenſos, elidebant in terrã.In eũ uero qui raptores cibo præueniſſet
abſumpto,crudelius ſæuiebant, & excogitabant dira ſupplicia, obturantes
infelicibus naturales digeſtionum meatus. Alijs uero præacutas ſudes per
eadem uerenda adigentes (horreſco quæ geſta ſunt referens) ad confeſſio-
nem per hęc unius panis,aut cyathi farinę miſeros perurgebant. Nam ipſi
tortores nec patiebantur famem(eſſet enim quodammodo tolerabilius, ſi
hæc compulſi inedia facere uiderentur)ſed ut uel præpararent ſibi in poſte
rum cibos,uel ut crudelitas exercitio conualeſceret. In his etiam ſi qui fortè
furtim per ſtationes hoſtium pro colligendis herbis erepſiſſent,occurrẽtes
eis qui ſe hoſtium manus effugiſſe gauderent, diripiebant quicquid attule-

Metrũ uocat menſuram ſeu modium frumenti

Fames

f rant

rant. Supplicantibus autẽ & terribile quoddã ſibi nomen dei inuocãtibus A
ut uel partem aliquam ex his quæ cum mortis periculo quęſierant, indulge
rent, nihil prorſus præbebãt, Sed & hoc beneficij loco ceſſerat, ſi cõprehen
ſum uiuum licuiſſet euadere. His autem poſt aliquanta adiungit, dicens:
Lib. 6 cap. 19 de bello Iud. Iudæis uero cum egreſſu urbis omnis pariter ſpes excludebatur ſalutis. Et
inualeſcẽs acerbitas famis, domos ſimul & familias, gentemq́ue uaſtabat, ita
ut in penetralibus ſtrata iacerent mulierũ paruulorumq́ue cadauera: per pla-
teas uero infelicium ſenum corpora, fame magis quàm ætate conſumpta.
Iuuenes uero, atq́ue omnis ætas robuſtior, uelut ſimulacra quædam in uijs
& egreſſibus oberrabant, corruẽtes quocũq́ue loci greſſum ſubruiſſet inedia.
Sepelire autem cadauera proximorũ, nec defunctorum multitudo, nec ui-
riũ debilitas permittebat, ſimul & pro ſuæ unuſquiſq́ue uitæ incerto. Deniq́ue
aliquanti ſupra eos quos ſepeliebant, animas emiſere: multi etiam dum pro
ſequuntur funera, priuſquã ad ſepulchra ueniretur, efflabant. Sed nec plan
ctus ex more defunctis exhibebatur, aut luctus: quia hoc ſibi totũ uendica-
uerat fames. Sed nec ariditas inediæ, humorem cuiquam reliquerat lachry
marum: obſederant ciuitatẽ profunda ſilentia, & nox plena mortis cuncta
contexerat. Quibus malis omnibus grauiores ſoli uigebant prædones, qui
nec ſepulcra quidẽ diripere, & ſpoliare cadauera illicitum ducebãt, nõ tam
prędã petentes, quàm ſcelus irriſione cumulantes, & aciẽ gladiorũ ſuorum B
in cadauerũ obtruncatione probantes. Interdum etiam in nõnullos adhuc
ſpirantes mucro examinandus agebatur: quod alij ſemineces cum uiderẽt,
ſupplices dexteras protendebant, ut in ſe quoq́ue beneficij loco conuerterẽt
ſcelus, quo ſcilicet cruciatibus famis uelocius abſoluerentur. Sed nouo cru-
delitatis genere necem quam ſponte inferebant, ſi rogarentur negabant: cũ
tamen unuſquiſq́ue deficiẽtium cum gemitu oculos retorqueret ad templũ,
non de morte propria dolens, ſed de impunitate prædonum, quos ſuper-
ſtites relinquebat. Et primo quidem ſumptu publico ſepelire mortuos iuſſe
rant fœtoris intolerantia. Vt uero omnem ſumptum cœpit uincere multi-
Titus Cæſar tudo morientiũ, de muro cadauera præcipitabant. At cum Titus circumiẽs
peruidiſſet repletos mortuorum cadaueribus uallos, & humani corporis ta
be patriam terram rigari, cum ingenti gemitu eleuatis ad cœlum manibus
Lib. 6. cap. ultimo deum inuocat teſtem, hoc ſuum opus non eſſe. Et poſt aliquanta iterum ta
lia quædam proſequitur: Non cunctabor, inquit, proferre quod ſentio. Ar-
bitror enim, quod etiam ſi aduerſum impios ciues Romanorũ pauliſper ar
ma ceſſaſſent, aut hiatu terræ, aut aquæ diluuio, aut Sodomitanis ignibus
& fulminibus cœlitus tortis, ſupplicium ciuitas dependiſſet, quæ multo in-
fauſtiorem illis qui hæc perpeſſi ſunt, & nequiorem uirorũ præſentẽ hanc
protuliſſet ætatẽ, pro quibus & omnis gẽs pariter mereretur extingui. Sed
& in ſexto libro de eiſdem talia ſcribit: Et eorum, inquit, qui per totam ciui-
tatem

A tatē famis inedia corrumpebantur, multitudo innumerabilis erat, quorum nec explicari miſeria poteſt. Per ſingulas nãq; domos ſicubi fuiſſet aliquid cibi repertum, continuo bella & cædes inter charos, ipſosq; parentes ac liberos naſcebantur, dum non ſolum è manibus, ſed ex ipſis etiam faucibus inuicem cibum rapere certabant. Fides autem nec mortuis erat, ſed & ipſi cum iam ſpiritum exhalarent, perſcrutabantur à prædonibus, ne cui fortè intra gremium cibi aliquid reſediſſet. Alij autem per inediam hiantes uelu ti rabidi canes, huc atq; illuc ferebantur, & quaſi inſania quadam exagitati, in eaſdem domos ſub momento temporis iterum ac ſæpius irruebant. Omnia tamen neceſſitas uertebat in cibum, etiam illa quæ ne mutis quidē animalibus edere uſus fuit. Ad ultimum ne loris quidem uel cingulis, aut ipſis etiam calciamentis abſtinuerunt. Scutorum quoq; indumenta detrahētes, conficienda dentibus ingerebāt. Nonnulli & fœni ueteris feſtucas edebāt: ſed & de quiſquilijs undecunq; collectis paruiſſimū pondus drachmis quatuor diſtrahebant. Sed quid opus eſt per hæc pondus famis illius explicare, cum geſtum ſit ibi facinus, quod neq; apud Græcos, neq; apud Barbaros ullus accepit auditus, horrendum quidem dictu, auditu uero incredibile. Equidē libenter tam immane facinus ſiluiſſem, ne quis me crederet monſtruoſa narrare, niſi multos memoriæ noſtræ uiros teſtes commiſſi ſceleris

Vide 12. ca. & 13. 7. lib. Nam Euſebius Græcorum diſtinctionē ſecutus eſt, qui Ioſephi libros aliter diuidũt

B habuiſſem. Porro uero nec aliquid in hoc patriæ præſtare me arbitror, ſi ſubtraham eorum malorum uerba, quorū pertulit facta. Mulier quædam ex his qui ultra Iordanis alueum cōmanebant, Maria nomine, Eleazari filia de uico Bethezob, quod interpretatur domus hyſſopi, genere & facultatibus nobilis, cum reliqua multitudine quæ confluxerat, Hieroſolymis reperta, communem cum omnibus obſidionis caſum ferebat. Huius reliquas quidem facultates, quas è domo in urbem conuexerat, tyranni inuaſere. Si quid uero reliquiarū ex magnis opibus fuerat, quibus uictum quotidianum prætenuem duceret, irruentes per momenta prædonū ſatellites rapiebant. Pro quibus ingens mulierē uelut inſania iam quædam ex indignatione fatigabat, ita ut interdū prædones maledictis in necē ſui, & conuitijs inſtigaret. Verum cum nec iritatus quiſquā, neq; miſeratus eam perimeret, & ſi quid fortè cibi fuiſſet ab ea quæſitū, id ab alijs quęreretur, nec iam uſq; reperiēdi copia fieret, fames autē dira uiſceribus ipſis inſiſteret ac medullis, & ad furorem iam perurgeret inedia, fame & ira peſſimis uſa cōſultoribus, contra ipſa iam armatur iura naturæ. Erat nanq; ei ſub uberibus paruulus filius: hūc ante oculos ferens, infelicis, inquit, matris ô infelicior fili, in bello, fame, & direptione prædonū cui te reſeruabo? Nā & ſi uita ſperari poſſit, iugo Romanæ ſeruitutis urgemur. Sed nunc etiam ipſam ſeruitutē præuenit fames. Prædones uero utraq; ui grauiores perurgent. Veni ergo ô mi nate, eſto matri cibus, prædonibus furor, ſeculis fabula, quæ ſola deerat cla-

Maria Iudæa, filioli ſui deuoratrix

Fames & ira peſſimi conſultores

dibus Iudęorum. Et cum hęc dixiſſet, ſimul filium iugulat: tum deinde igni A ſuperpoſitū torret, & medium quidem conſumit, medium uero ſeruat obtectum. Et ecce confeſtim prædones irruūt, obuſtæ carnis nidore cōcepto: mortem minātur, niſi ſine mora cibos quos paratos ſenſerāt, demōſtraret. Tum illa, equidem partem, inquit, uobis optimā reſeruaui. Et cōtinuò quæ ſuperfuerant membra retexit infantis. At illos repente ingens horror inuaſit, & immanes quāuis animi diriguere, uox faucibus interclusa eſt. Illa uero truci uultu, & ipſis iam prædonibus truculentior, meus, inquit, hic filius, meus eſt partus, & facinus meum eſt: edite, nam & ego prior comedi quem genui. Nolite effici aut matre religioſiores, aut fœmina molliores. Quod ſi uos pietas uincit, & execramini cibos meos, ego, quæ iam talibus paſta ſum ego his iterum paſcar. Poſt hæc illi territi, trementesq́ diſcedunt, qui hunc ſolū ex omnibus facultatibus miſeræ matri reliquerāt cibū. Repleta eſt aūt confeſtim uniuerſa ciuitas nepharij ſceleris nuncio, & unuſquiſq́ ante oculos facinus quod perpetratū fuerat, adducens, tanq̄ ſi ipſe id perpetraſſet, horrebat. Omnes autē quos famis neceſſitas perurgebat, feſtinabāt magis ad mortē, beatos dicentes eos, quibus contigit interiſſe, priuſquam taliū malorum polluerentur auditu. Hactenus Ioſephus.

Cap. VII

IGitur Iudæos pro his quæ in Chriſtū deum cōmiſere piaculis talis conſequuta eſt pœna. Dignum eſt autē huic hiſtoriæ adhibere dominicas B uoces, quibus ipſe Saluator talia ſecutura eſſe prædixit: Væ autem, ait, prægnantibus & nutrientibus, uel lactantibus in illis diebus. Orate autem ut nō fiat fuga ueſtra hyeme, neq́ ſabbato. Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio ſeculi uſq́ nunc, neq́ erit. Colligens autem ſupradictus hiſtoriographus omnem numerū peremptorū, uel fame, uel ferro, undecies centena milia deſignauit: cæteros uero latrones & ſicarios, ac prædones, poſt urbis excidiū mutuis declarat interiſſe uulneribus. Electos autē quoſq́ iuuenum, quos decor & proceritas corporis cōmendabat, ad triumphum dicit eſſe ſeruatos, reliquos autē, qui ſupra decem & ſeptē annos agebant ætatis, uinctos ad opera Aegypti per metalla deſtinatos, uel per cæteras prouincias eſſe diſperſos: alij quidem ut ludis gladiatorijs, alij ut ad beſtias traderentur. Si qui uero intra ſeptimū & decimū ætatis reperti ſunt annū, per diuerſas prouincias in ſeruitutē diſtrahi iuſſi ſunt, quorū numerus uſq́ ad nonaginta milia perductus eſt. Hæc uero omnia geſta ſunt ſecundo anno imperij Veſpaſiani, iuxta ea quæ ipſe dominus & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus prædixerat. Quippe qui ea quæ gerenda erant præſcentia iam uideret, tunc cum ſecundum euangeliorum fidem, uidens ciuitatem fleuit ſuper eam, & uelut in auribus eius proloquutus eſt hæc uerba: Si agnouiſſes, inquit, & tu in hac die tua, quæ ad pacem tibi ſunt, nunc autē abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia uenient dies ſuper te, & circundabunt te inimici

Chriſti prædictio de calamitate Iudæorū

Numerus peremptorum

Ad triumphū

Ad metalla

Ad beſtias

uenditorum numerus

A inimici tui uallo,& circundabunt te,& perurgebunt te undiq; , & ad ſolum deducẽt te,& filios tuos qui in te ſunt. Sed & rurſum tanquã de populo dicens: Erit,inquit,neceſſitas magna ſuper terrã,& ira populo huic, & cadent in ore gladij,& captiui ducentur in omnes gentes, & Hieruſalem erit cõculcata à gentibus,uſquequo cõpleantur tempora gentiũ. Et iterum: Cum autem uideritis circundari ab exercitu Hieruſalem,tunc ſcitote quia appropinquabit deſolatio eius. Cõparet nũc unuſquiſq; domini & ſaluatoris noſtri ſermones cum hiſtoriographi relatione de bello quod geſtũ eſt, atq; excidio ciuitatis: & uidens miram diuinæ præſcientiæ uirtutem,agnoſcat prędicentis diuinitatem. Hęc quidem Iudęorũ genti poſt paſſionem Saluatoris iuſta ultione uenerunt,pro eo quod autorẽ uitæ à ſemet uniuerſa gens conclamauerat auferri. Veruntamen nihil obſtat etiam ea addere,per quę pietas & clementia dei licet ingratis uidetur oblata. Quadraginta nanq; poſt admiſſum piaculũ cõtinuis protracta annis, impiorum pœna differtur. In quibus & Apoſtoli omnes,præcipue tamen Iacobus, qui dicebatur frater domini,in Hieroſolymis epiſcopus cõſtitutus,indeſinenter populũ cõmiſſæ impietatis & feralis auſi de ſcelere cõmonebat,ſi forte poſſẽt cõmiſſi pœnitudinẽ gerere, ſi poſſent flere pro ſcelere,& ultrices pœnarum flãmas lachrymarũ ubertate reſtinguere. Oſtendebat nanq; eis deus per ſuã patien-

B tiam,quod ipſorum quæreret pœnitentiam,quia non uult tantũ deus mortem peccatoris, quantum ut conuertatur & uiuat.

Prædictio excidij Hieroſolymitani

Iacob. frater domini epiſc. Hieroſol.

Cap. VIII

MOllire autem adhuc mentis eorum duritiam nitebatur diuina maieſtas ſignis & prodigijs cœlitus datis, terroresq; ſimul & minacẽ dexteram oſtentãdo potius quàm inferendo. De quibus ſupradicti hiſtoriographi fides,ut in cæteris, etiam in hoc ſufficiẽs erit. Relegamus ergo quid in ſexto hiſtoriarum ſuarum libro de his ipſe ſignauerit Ioſephus: Sed infelicem,inquit, plebem teterrimi quidam homines & deceptores falſa uaticinantes ſuadebant,ut euidentibus ſignis & indicijs iracundię,& indignationis diuinæ nõ crederent, quibus aperte futurũ & urbis & gentis præſagiebatur excidiũ: ſed uelut afflati & amentes,& qui neq; oculos neq; animam in ſe haberent,ſpernebãt omnia quæ cœlitus nunciabantur. Et enim ſtella pręfulgens,gladio per omnia ſimilis,imminere deſuper ciuitati,& cometes præterea exitialibus flãmis ardere per totũ uiſus eſt annũ. Sed & ante excidij tempus ac belli,cum populi ad diem feſtũ azymorũ cõuenirent,octauo die menſis Xanthici,qui eſt Aprilis,noctis tempore hora nona tãtus luminis fulgor aram templumq; circundedit,ut putarẽt omnes diem clariſſimũ factũ,& permanſit ſpatio horæ dimidiæ. Quod imperitis quidẽ & ignaris proſperũ uidebatur,ſed legiſperitos & probos quoſq; doctores non latuit exitiale portentum. In eadem quoq; feſtiuitate uitula ſacrificijs admota & aris aſſiſtens, inter ipſas miniſtrorũ manus enixa eſt agnam. Sed & ianua

Prodigijs ad pœnitentiã inuitati Iudæi

Vide 17. cap. 7 lib.

Noctu lux exorta

interioris ædis,quę reſpiciebat Oriētem,cum eſſet ære ſolido induta,ac per A inde immenſi pōderis, quæ uix uiginti uiris ſummo conatu impellentibus clauderetur,ferreis quoq; uectibus & ſeris munita,ac peſſulis in altū demiſſis teneretur obſtricta,repēte hora noctis ſexta apparuit ſponte patefacta. Sed & tranſacto die feſto poſt aliquot dies, prima & uiceſima die menſis Artemiſii,qui Maius apud nos uocatur,prodigioſus apparuit uiſus,& fidē penè excedens,quod uere falſum putaretur, niſi oculorū fidem cōfirmaſſet

Currus in aere uiſi malorū cōſequuta pernicies.Etenim prope ſolis occaſum uiſi ſunt currus & quadrigæ in omni regione per aerē ferri, & armatorū cohortes miſceri nubibus,& urbes circundari agminibus improuiſis. In alio item die feſto, qui Pentecoſtes appellatur, noctu ſacerdotes ingreſſi templū ad miniſteria ex more cōplenda,primo quidē motus quoſdā ſtrepituſq; ſenſerunt, tum deinde uoces ſubitas audiunt, dicentes: Migremus hinc. Additur his etiam

Exclamatio hominis plebei aliud terribilius. Etenim quidam Ananiæ filius Ieſus nomine, uir plebeius & ruſticus, ante quartum belli annū cum ciuitas in pace & abundantia perduraret, in die feſto tabernaculorum repente clamare cœpit: Vox ab Oriente, uox ab Occidente, uox à quatuor uentis, uox ſuper Hieroſolymam & ſuper templum,uox ſuper ſponſos & ſponſas,uox ſuper populum.& indeſinenter die noctuq; per omnes plateas circumiens,hæc clamabat: uſq; quo quidam primores ex populo uiri,uelut infauſti præſagij indignatione B commoti, correptum hominem multis uerberibus afficiunt.At ille nequaquam pro ſe aliquid loquens, ſed ne eos quidē qui circumſteterant deprecans,eaſdem uoces pari obſtinatione & clamore repetebat.Tum principes intelligentes(ut res erat) numinis eſſe motus in uiro, perducunt eum ad iudicem Romanum: apud quem flagris ad oſſa uſq; laniatus, neq; preces, neq; lachrymas fudit, ſed eādem uocem miſerabiliter & cum quodam ululatu emittens,per ſingula penè uerbera proferebat, addens etiam hoc: Væ

Væ Hieroſolymis uæ Hieroſolymis. Proſequitur & aliud idem hiſtoriographus maiore geſtum miraculo, dicens: Oraculū quoddam in ſacris literis repertum, quod per idem tempus uirum deſignaret ex eorum regione proceſſurum, qui totius orbis potiretur imperio. Cuius oraculi præſagiū idē hiſtoriographus Veſpaſianum declarare eſt ſuſpicatus:ſed Veſpaſianus non alijs quàm illis ſolis gentibus,quæ Romano imperio uidebantur ſubditæ, dominatus eſt. unde iuſtius ad Chriſtum hæc reſponſa referūtur, ad quem dixerat pater: Pete à me,& dabo tibi gentes hęreditatem tuam,& poſſeſſionem tuam ter minos terræ. & cuius per idē tempus per Apoſtolos ſuos in omnē terram exierat ſonus,& in fines orbis terræ uerba eorum. Cap. IX

Operępręcium ſanè eſt poſt iſta noſcere quis fuerit hic Ioſephus,& unde, uel ex quo genere originem ducens,qui tantam nobis materiam rerum geſtarum cognitionemq; præſtiterit. Exponit ergo etiam hæc ipſe de ſe

A de ſe hoc modo ſcribens, Ioſephus Matathiæ filius, Hebræus genere, ex *Ioſephus*
Hieroſolymis ſacerdos, qui & ipſe primo bello Romanos oppugnauerim:
& poſteriorib. nihilominus interfuerim prælijs, neceſſitate cōſtrictus. Cō/
ſtat igitur hunc uirum per idem tēpus nō ſolū apud Iudęos proprios ciues,
uerumetiā apud Romanos habitum eſſe nobiliſſimum, ita ut literarum me
rito in urbe Roma etiam ſtatua donaretur, & libri eius bibliothecæ traderē
tur. Conſcripſit nanq; Antiquitatū hiſtoriam in uiginti libris: Belli uero Iu *Antiquitatum lib. xx.*
daici cum Romanis habiti hiſtoriā ſeptem uoluminibus cōprehēdit, quam
non ſolum Græca facundia, uerum & patrio, id eſt, Hebræo ſermone ſuis *Belli Iudaici lib. vij*
etiam ciuibus ſe ædidiſſe confirmat, dignus cui præ cæteris omnibus debe/
at credi. Sed & alia eiuſdem uiri extant de Iudęorum uetuſtate duo uolumi
na, in quibus contradicere Appioni cuidam Grāmatico uidetur, qui illis tē/
poribus aduerſum Iudæos ſcripſerat, & ad alios quoſdam, qui morem gen *Aduerſus Appionem lib. ij*
tis Iudęorum atq; inſtituta lacerauerāt. In primo ergo ex his duobus libro,
quæ uolumina apud Hebræos in autoritate habeantur, ſecundū maiorum
traditionem, per hæc edocet. Cap. x

NEq; igitur innumera (inquit) apud nos habētur uolumina inter ſe inui *XXII. libri*
cem diſcordantia, ſed duo tantum & uiginti ſunt libri, qui omniū tem
porum ſeriem continēt, qui & iuſte creduntur diuinitus inſpirati. Et quibus
B quinq; ſunt Moyſi, cōtinentes leges uitæ, & ſucceſſionis humanæ proſapiā *Quinq; Moſeos*
uſq; ad ipſius Moyſi terminum pertendentē, qui paulo minus ad tria mi/
lia annorum continentiam gerunt. A morte uero Moyſi uſq; ad Artaxer/
ſen, qui poſt Xerſen regnauit apud Perſas, quæ geſta ſunt, prophetæ quiq; *Prophetarū xiij*
per ea tēpora tredecim uoluminibus conſcripſerunt. Reliqui uero quatuor *Quatuor reliqui*
libri hymnos in deum, & uitæ inſtituta, ac monita mortalibus tradunt. Ab
Artaxerſe uero uſq; ad noſtrum tēpus ſcripta ſunt omnia, fide tamen non
eadem quæ primis habetur, digna ducuntur, pro eo quod non ita extiterit
prophetarum iugis & explorata ſucceſſio. Rebus igitur his conſtat q̄ nos
uenerabiliter utamur ſcripturis noſtris. Nā cū tot ſecula interceſſerint, neq;
addere quis unquā, neq; auferre, aut permutare quid auſus eſt, ſed omnib.
gentis noſtræ hominibus inſita hæc quodāmodo atq; ingenita fides eſt,
credere hæc dei eſſe cōſulta, & his iugiter inhærere, ac pro ipſis (ſi ita res po/
poſcerit) libenter & animā ponere. Sit hæc etiā pars hiſtoriographi, his in
locis à nobis (ut arbitror) non incōpetenter inſerta. Eſt adhuc & aliud eius
elegans ſatis uolumen, Quod animus ſit qui imperiū teneat in nobis: quem
libellum quidā Macchabæorū attitulauerūt, pro eo quod certamina inibi
& agones pro pietate à Macchabæis fratribus deſudata cōtineat. Sed & in *Quatuor libros adhuc promittit*
fine uiceſimi Antiquitatū libri, ſignificat idē ipſe propoſuiſſe ſe quatuor uo/
luminibus cōprehenſurum ſecūdum fidem & religionem patriam, de deo
& de ſubſtantia eius ac legibus, & quur quædam apud eos liceāt, quædam

uero non liceant. Sed & alia nonnulla opuſcula à ſe dicit eſſe compoſita. In A
In Iuſtũ emulum ſuum fine etiam ſupradicti uiceſimi libri Antiquitatũ, Iuſtum quendam ex Tiberiade, qui conatus ſit hoc idẽ operis, quod ipſe explicuerat, aggredi, arguit falſitatis per hæc uerba: Sed non ego te imitatus ſum in his quæ conſcripſeram. Ipſis etenim Imperatoribus obtuli libros meos, cũ adhuc ipſa quæ geſta ſunt, penè in oculis haberentur: quippe qui conſcius mihi eſſem ſeruatæ in omnibus ueritatis. Nec me de eorũ teſtimonio fefellit opinio. Sed & alijs pluribus obtuli, quorum multi etiã ipſis interfuere bellis, ſicut Agrippa rex, & nonnulli eius propinqui. Et Imperator quidẽ Titus intantum probauit ex iſtis debere libris ad omnes homines rerum geſtarum notitiam peruenire, ut manu ſua ſubſcriberet, publice ab omnibus eos legi debere. Rex uero Agrippa ſexaginta & duab. epiſtolis de operis noſtri ueritate teſtatus eſt, ex quibus & duas inſerui. Sed & de his ſatis dictum eſt, nũc ad narrationis noſtræ ſeriem redeamus. Cap. XI

Apoſtoli et diſcipuli domini conueniunt POſt martyrium Iacobi, & continuo conſequutũ ciuitatis excidium, traditur apoſtolos, cæteroſq; domini diſcipulos, qui ad illud tẽpus reliqui erant, in unũ è locis omnibus cõueniſſe, ſimul cum his qui propinqui ſecundum carnẽ domini dicebãtur (plurimi nanq; & ex his per illud tẽpus ſupererant) & habuiſſe in cõmune conſilium quẽ oporteret dignũ ſucceſsione Iacobi iudicari, omneſq; uno cõſilio atq; uno conſenſu Simeonẽ Cleopæ filium decreuiſſe (cuius mẽtio in euãgelijs facta eſt) ut epiſcopatus ſedẽ ſuſciperet. Conſobrinus is ſecundũ carnẽ Saluatoris fuiſſe dicebatur: quia Cleopam fratrẽ fuiſſe Ioſeph, Egeſippus conteſtatus eſt. Cap. XII B

In familiam Dauidicam inquiritur PEr idem tempus Veſpaſianus poſt excidia Hieroſolymorum omnes, ſi qui forte ex familia Dauid ſuperfuiſſent apud Iudæos, uelut regalis proſapiæ uiros perquiri iubet. Vnde etiam pro hac cauſa grauiſsima Iudæis perſequutio exorta eſt. Sed Veſpaſiano decennio principatu miniſtrato, Titus filius in imperio ſuccedit. Cuius ſecundo regni anno, Linum duodecim annis in ſacerdotio tranſactis, urbis Romæ epiſcopatum tradidiſſe Anacleto ferunt. Cap. XIII

Domitianus Ceſar SEd Titus non amplius quàm duobus annis, totidemq; menſibus, principatu Romani apicis miniſtrato, Domitiano fratri ſummam rerum reliquit. Quarto igitur anno Domitiani, apud Alexãdriam Annianus uiginti & duobus annis miniſtrato ſacerdotio defunctus eſt, in cuius locum ſecundus ſuccedit Abilius. Cap. XIIII

IN urbe uero Roma duodecim Anacletus annis in epiſcopatu exactis, ſacerdotij ſedem Clementi tradidit. Cap. XV

QVem adiutorem ſuum Paulus Apoſtolus Philippenſibus ſcribẽs, deſignat, dicẽs: Cum Clemente & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro uitæ. Cap. XVI

Huius

A HVius Clemẽtis epiſtola habetur ad Corinthios ſcripta, præcipua pla
nè & ualde mirabilis,quam uelut ex perſona Romanæ eccleſiæ dicta/
uit, cũ diſſenſio apud Corinthios fuiſſet exorta : quam epiſtolã in plurimis
eccleſijs publice legi,& ueterum,& noſtris etiam tẽporibus conſtat. Verum
de ſeditione facta apud Corinthios,ac diſſenſione plebis, teſtis ualde fide/
lis Egeſippus indicat,hoc modo dicens: Cap XVII *Egeſippus.*

MVlta erga multos crudelitate Domitianus exercita, plurimiſq; in ur/ *Domitianus*
be Roma nobilibus & illuſtribus uiris, nullo iure,nullaq; ratione tru *Chriſtianorũ*
cidatis,innumeris etiã in exilium truſis, & bonorũ direptione mulctatis, ad *perſequutor*
ultimũ Neronianæ theomachiæ & impietatis ſucceſſor efficitur. Secundus *θεομαχία*
hic quippe ab illo perſequutionem molitur in noſtros,cum utiq; pater ſuus
Veſpaſianus nihil prorſus noſtris irrogauerit iniuriæ. Cap. XVIII

QVo in tempore Apoſtolus & Euãgeliſta Ioãnes,ob prædicationẽ uer *Ioannes in*
bi diuini,& teſtimoniũ ueritatis, in inſulam Pathmos traditur ablega/ *Pathmos rele/*
tus. Deniq; Irenæus ſcribens de computo nominis antichriſti,quod con/ *gatur*
tinetur in reuelatiõe quæ dicitur Ioãnis,quinto aduerſus hæreſes libro,hæc
de ipſo Ioãne cõmemorat: Quod ſi oportet, inquit, apertius in hoc tẽpore
de iſto nomine prædicari,à quo magis poterat aperiri, niſi ab eo, qui ipſam
reuelationẽ uidit? Neq; enim multũ temporis eſt quod reuelata eſt, ſed pe/
B nè noſtra ætate. In fine etenim Domitiani principatus exorta eſt. In tãtum
uero per idem tẽpus fidei noſtræ inſtituta florebant, ut etiã nonnulli alieni
à religione noſtra ſcriptores hiſtoriarũ ſuarum tradiderint monimẽtis, uel
de perſequutionibus illius temporis,uel etiam de martyrijs. Qui etiã diligẽ
ter explorato tempore deſignãt,quintodecimo anno Domitiani principis,
cum alijs plurimis,ab eo etiã Flauiam Domicillã ſororis filiam, Flauij Cle/
mentis unius tunc ex conſulibus uiri, ob teſtimonium quod Chriſto perhi
bebat,in inſulam Pontiã nomine,deportatam. Cap. XIX

APud ipſum uero Domitianum,cum iuſſiſſet omnes perimi,qui de ge/ *Interficitur*
nere Dauid & regia ſtirpe deſcenderẽt,uetus traditio tenet,quod de/ *poſteritas*
lati ſint quidam,quaſi eſſent de poſteritate Iudæ,quem fratrem fuiſſe Salua *Dauid*
toris ſecundũ carnem tradunt. Quiq; duplici urgebantur inuidia,uelut qui
ex Dauid genere, & ex ipſius Chriſti propinquitate deſcenderẽt. Quæ E/
geſippus per ordinem his uerbis refert. Cap. XX

AAhuc autem uiuebant quidam de carnali genere domini noſtri, ne/ *Nepotes Iudæ*
potes Iudæ,eius qui ſecũdum carnem frater domini dicebatur, quos *falſo delati*
quidam detulerunt,tanquã ex Dauid ſtirpe uenientes. Hos Reuocatus qui/ *à Reuocato*
dam nomine,qui in hoc miſſus fuerat,perducit ad Domitianum Cęſarem:
& ipſe enim formidabat de aduentu Chriſti,ſicut & initio Herodes. Inter/
rogati ergo à Domitiano,ſi eſſent ex familia Dauid,cõfeſſi ſunt. Tunc quę/
ſiuit ab eis, quantis poſſeſsionibus, uel quantis eſſent facultatibus prædi*ti*.

At illi

At illi reſponderunt,quod utricꝫ nō amplius eſſet in bonis nouem milibus A denarijs,ex quib. ſingulis pars media pro portione deberetur. Nec hæc ſibi in pecunia ſubſiſtere,ſed in æſtimatiōe terræ,quæ eis eſſet in quadraginta minus uno iugeribus conſtituta, quam ſuis manibus excolentes, uel ipſi alerentur,uel tributa dependerent. Simul & teſtes ruralis & diurni operis, manus lobore rigidas & callis obduratas præferebant. Interrogati uero de Chriſto,quale ſit regnum eius,uel quis ipſe,aut unde, aut quando uēturus: reſponderunt quod nō huius mundi regnum, necꝫ huius terræ ei deſignetur imperium,ſed quia cœleſte ei regnum per angelorū miniſteria in cōſummatione ſeculi præparetur, quando ſcilicet aduentans in gloria, de uiuis & mortuis iudicabit,& reſtituet unicuicꝫ pro factis ac meritis ſuis. Ad hęc Domitianus, cum necꝫ in eis quicquam criminis inueniret, & uilitatem eorum quāmaxime contemneret,abire eos liberè iubet.Sed & perſecutionē,quam aduerſum eccleſias agitari iuſſerat,datis rurſum compeſcit edictis. Illi uero dimiſsi ab eo,uel martyrij merito uel propinquitatis pręrogatiua pacis iam tempore duces eccleſiæ effecti,uſcꝫ ad Traiani tempora permāſerunt: Hęc quidem Egeſippus.Sed & Tertullianus de Domitiano ſimilia refert,dicēs: Tentauit aliquando & Domitianus ſimile aliquid, portio Neronis de crudelitate: Sed quaſi homo cito deſtitit, ita ut etiam eos quos in exilium miſerat, reuocaret. Poſt Domitianum uero quindecim annis imperio potitum, B Nerua ſuſcepit principatum. Sub quo omnes quidem honorum tituli, qui in Domitianum collati fuerant, detrahuntur.Reuocati autem quicuncꝫ ab eo in exiliū truſi ſunt, ac recipere facultates ex Senatuſconſulto iubentur:de quibus ſingulis teſtimonium perhibent, qui geſta illorum temporum conſcripſerunt. Tunc igitur etiam Apoſtolum Ioannem poſt abſolutionem inſulæ, Epheſum quaſi ad ſcholam propriam rediſſe, noſtrorum ſcriptores declarant.

Roguntur de regno Chriſti quale ſit

Ioannes Epheſum redit

Cap. XXI

NErua uero poſt annum plus minus defuncto,Traianus ſuccedit imperio. Cuius primo principatus anno Abilius apud Alexandriam tredecim annis ſacerdotio miniſtrato diem obit:cui ſuccedit Cerdon tertius in ſacerdotium. Qua tempeſtate in urbe Roma Clemens quocꝫ tertius poſt Paulum & Petrum pontificatum tenebat.

Cap. XXII

SEd & apud Antiochiam Euodius primus fuerat,& ſecundus Ignatius: Hieroſolymis quocꝫ Symeon ſecundus poſt Iacobum fratrē domini ijſdem temporibus gubernat eccleſiam.

Cap. XXIII

IN his ſuperſtes adhuc apud Aſiam demorabatur ipſe ille, quem amabat dominus Ieſus, Apoſtolus ſimul atcꝫ Euangeliſta Ioannes, eccleſiarum quæ inibi erant gubernacula regens,poſt Domitiani(ut diximus)obitum regreſſus ex inſula. Quod quia ita ſe habeat,duobus fidelibus teſtibus approbabo. Irenæus & Clemens Alexādrinus huic ueritati aſtipulātur.in

Ioannes Euangeliſta

ſecundo

A ſecundo aduerſus hæreſes libro, Irenæus hoc modo ſcribens: Et omnes, inquit, presbyteri teſtes ſunt, qui in Aſia Ioannem diſcipulum domini uiderunt, & ſciunt hæc tradidiſſe Ioannem, qui & permanſit apud eos uſq; ad tempora Traiani. Item in tertio eiuſdem operis libro, idem ſcriptor de eiſdē ita teſtatur: Eccleſia, inquit, quæ eſt apud Epheſum, à Paulo quidem fundata eſt, à Ioanne uero ædificata, qui permanſit in ea uſq; ad tempora Traiani. Habes hunc teſtem fidelem de Apoſtoli temporibus conteſtantem. Accipe quid etiam Clemens (cuius pariter promiſimus teſtimonium) dicat, hiſtoriam quandam perneceſſariam ſimul texens, quam nos quoq; ſi inſeramus, utilem fore legentibus credimus. Scribit ergo hæc: Audi, inquit, fabulam & non fabulam, ſed rem geſtam de Ioanne Apoſtolo, & memorijs omnium traditam. Cum poſt tyranni obitum de Pathmos inſula Epheſum rediret, rogabatur etiā uicinas luſtrare prouincias, quo uel eccleſias fundaret, in quibus non erant locis: uel in quibus erant, ſacerdotibus ac miniſtris inſtrueret, ſecundum quod ei de uno quoq; ſpiritus ſanctus indicaſſet. Cum igitur ueniſſet ad quandam urbem haud longe poſitam, omnibus eccleſiaſticis ſolenniter adimpletis, uidit iuuenem quēdam ualidum corpore, & uultu elegantem, ſed & animis acrem nimis: reſpiciensq; ad epiſcopū qui nuper fuerat ordinatus, hunc, inquit, tibi ſummo ſtudio cōmendo ſub teſti-

Iuuenis ad meliorem uitam reuocatur per Ioannē euangeliſtam

B monio Chriſti & totius eccleſiæ. Tum ille ſuſcipiens, omnem ſe adhibiturum, ſicut præcipiebat, diligentiam pollicetur. Sed iterū atq; iterum eadem ſæpius repetens, iuuenem commendabat attentius, & poſt hæc Epheſum redijt. Tum uero presbyter in domum ſuam adoleſcentem ſuſcepit cōmendatum, & cum omni diligentia enutrit, amplectitur, fouet, ad ultimum etiam baptiſmi gratiam tradit. Poſt hæc iam uelut confidens gratiæ, qua fuerat commonitus, paulò indulgētius iuuenem habere cœpit. Sed ille ubi ætate immatura, libertate potitus eſt, cōtinuo per æquæuos, quibus luxus & deſidia cordi eſt, amare uitia & corruptæ uitæ incedere tramitem perdocetur. Et primo quidē conuiuiorum illecebris decipitur, inde nocturnis eum furtis ſocium ſibi participēq; conſciſcunt, poſt hæc etiam ad maiora flagitia pertrahunt: cum interea ſenſim iuuenis formabatur, & inſtituebatur ad ſcelera, & quia eſſet acer ingenio, ſicut equus infrenis & ualidus, diris morſib. obfirmatis, recti itineris lineā derelinquens, rectore contempto, rapido curſu totus fertur in præceps, ita ſuccedentibus ſibi malis, ut deſperationē ſibi quoq; à deo præſtitæ ſalutis acceperit. Dedignatur iā de paruis ſcelerib. cogitare, grādia quæq; molitur, & ex integro perditioni ſe tradēs, nullo inferior eſſe in flagitijs patitur. Deniq; illos ipſos, qui prius magiſtri criminū fuerant, diſcipulos facit, & latronū ex his turmā, quibus ipſe dux & princeps uiolentus præeſſet, inſtituit, & cum his omni crudelitate graſſatur. Verū tempore elapſo (cum rei ita popoſciſſet utilitas) inuitatur iterum ad illam urbem

Ioannes

Ioãnes,& cum cætera(quorũ gratia uenerat)ordinaſſet,age,inquit,ò epiſco A
pe,depoſitum repræſenta,quod tibi ego planè & Chriſtus cõmẽdauimus,
eccleſia teſte quam regis. At ille obſtupuit,primo pecuniã putans à ſe repo/
ſci,quam non acceperat. Sed rurſum cõſiderabat nec poſſe fallere Ioannẽ,
nec quod non dedit,quærere. Hærebat ergo ſtupens. Quem Ioannes hæ/
rentẽ uidẽs,iuuenem illum,inquit,repeto abs te & animã fratris. Tunc gra/
uiter ſuſpirãs ſenior,& in lacrhymas reſolutus,ille,ait,mortuus eſt. Quomo
do,inquit,uel quali morte? Deo,ait,mortuus eſt, quia peſsimus & flagitio/
ſus euaſit, ad ultimum etiam latrocinium adgreſſus eſt. Deniq; nunc mon/
tem quendam cum multa latronum manu occupauit. Quibus auditis apo/
ſtolus ueſtẽ continuo, qua erat indutus, ſcidit, & cum ingenti gemitu feriẽs
caput ſuum,bonum te,inquit,cuſtodẽ fratris animæ dereliqui. Sed iam nũc
mihi equus paretur,& dux itineris. Et confeſtim ab ipſa eccleſia aſcendens,
concitus properabat. Cumq; perueniſſet ad locum,attinetur ab his latroni
bus,qui cuſtodias obſeruabant. At ille neq; effugere,neq; prorſus declina/
re uſquam nitens,ingenti tantum uoce proclamabat,quia ad hoc ipſum ue/
ni,adducite mihi principem ueſtrum. Qui cum ueniret armatus, eminus a/
gnito Ioanne apoſtolo,pudore actus,in fugam uertitur. Ille equo poſt eum
admiſſo,confeſtim inſequitur fugitantem,etiam ætatis oblitus,ſimul & cla/
mans: Quid fugis ò fili patrẽ tuum? Quid fugis inermem ſenem? Miſer hæ B
re,noli timere,habes adhuc ſpem uitę. Ego Chriſto rationem reddam pro
te. Certè & mortem libenter pro te accipiã,ſicut & dominus excepit pro no
bis,& pro tua anima dabo animam meam. Sta tantum & crede mihi, quia
Chriſtus me miſit. At ille audiens,reſtitit,ac uultum demiſit in terram,poſt
hoc arma proiecit,tum deinde tremefactus flebat amariſſime,& accedentis
ad ſe ſenis genibus prouoluitur, gemitibus & ululatibus quibus poterat ſa/
tisfaciens,& uberrimis lachrymarũ ſuarum fontibus iterum baptizabatur,
occultans ſolam dexteram ſuam. Apoſtolus uero iuriſiurandi ſacramento
ſe ei à ſaluatore impetraturum ueniam pollicens, ſimulq; genibus eius pro/
uolutus,atq; ipſam dexterã, ex cuius cędis conſcientia torquebatur,tanquã
iam per pœnitentiam purgatam deoſculans,ad eccleſiam reuocat: & indeſi
nenter pro eo orationes profundẽs, & cum ipſo pariter ducens crebra ieiu/
nia,indulgentiã à deo,quam ei pollicitus fuerat,expetebat. Sed & uarijs ſer
monum cõſolationibus,uelut quibuſdã præcantationibus efferos & exter/
ritos eius animos mitigabat. Nec prius abſtitit, q̃; eum in omnibus emen/
datum etiã eccleſiæ præficeret: præbens per hoc magna exempla ueræ pœ
nitentiæ, & documentum ingens nouæ regenerationis, atq; inſignia quæ/
dam & trophæa uiſibilis in eo reſurrectionis oſtendens. Hæc à Clemente
dicta, non ſolum ad ſcientiam rerum,ſed & ad utilitatem legentium profu/
tura,hunc in noſtris quoq; libris teneant locum. Cap. XXIIII

Age

A AGe iam etiam huius apoſtoli quæ ſint ſcripta, quæ in autoritate habe-
antur, cum his pariter explicemus. Eſt igitur primo euãgelium nomi- *Euangelium*
nis ipſius, quod in omni orbe perſonuit. Quod autem poſt cætera tria euan *Ioannis*
gelia quarto à ueteribus ſtatutũ eſt loco, hæc erit ratio. Venerabiles & uere
deo digni apoſtoli Chriſti, cũ eſſent in omnibus puritate uitæ & animi uir- *Apoſtoli non*
tutibus clari, non magni pendebant ſermonis ornatum: quippe in quibus *affectarũt ele-*
anima erat diuinis ornata uirtutibus, ſimul & ſignorum gratia quæ eis à do *gantiam ſer-*
mino noſtro Ieſu Chriſto conceſſa fuerat: qua confidentes, non in ſuaſorijs *monis*
humanæ ſapientiæ uerbis ſummã prædicationis dominicæ collocabãt, ſed
in oſtenſione ſpiritus & in uirtute, per quã mirabilibus cõſummatis, & uer-
borũ ſuorum fide facta, uniuerſo orbi regni cœlorum ſcientiã tradiderunt,
paruiducẽtes plures libros condere, quod huiuſcemodi prædicationis aſſer *Apoſtoli pau-*
tio, non argumento humani ſermonis, ſed aſtipulatione diuinæ uirtutis in- *ca ſcripſerũt*
digeat. Denicꝫ Paulus, qui inter omnes apoſtolos eruditior etiam in uerbis *Paulus Apo-*
uidetur, & in ſenſibus præpotens, nõ amplius ꝙ paruum epiſtolarum ſua- *ſtolorum eru-*
rum corpus reliquit, qui uticꝫ immenſa contineret intra ſe atcꝫ innumera ſa *ditiſſimus*
cramenta, utpote qui etiam uſcꝫ ad tertium cœlum raptus quæ gererentur
inſpexerat, & in ipſum quocꝫ deo dignum paradiſum abductus, audierat
ibi ineffabilia uerba, & doctrinam (quæcuncꝫ illa inibi eſt) ſiue corporeus,
B ſiue incorporeus, illius interim ſcholæ diſcipulus effectus, exceperat. Sed &
reliqui domini ac ſaluatoris noſtri diſcipuli, nõ ſolum ex illis duodecim, ſed
& ſi qui extra hunc numerum de ſchola tamen domini & ſaluatoris noſtri,
ſermonem aliquem, diuinitus inſpirati, memoriæ reliquerũt, breuem hunc
& ſuccinctum per omnia eſſe uoluerunt. Igitur ex ipſis diſcipulis domini,
Matthæus tantũmodo & Ioannes ad ſcribendum appuliſſe animũ tradun *Matthæus*
tur, neceſſitate quadã in hoc ipſum prouocati. Matthæus enim primo He-
bręis prædicauerat. Verum cum pararet tranſire ad gẽtes, patria lingua ſcri
pturã compoſuit, & ea quæ prædicauerat cõprehendens, dereliquit his ad
memoriã à quibus proficiſcebatur, ut gentibus pręedicaret. Poſt hunc Lucę *Lucas*
& Marci ſcriptura euãgelica ſecundum eas cauſas, quas ſuperius diximus, *Marcus*
æditur. Ioannem uero tradunt uſcꝫ ad ultimũ penè uitę ſuæ tempus, abſcꝫ *Ioannes*
ullius ſcripturæ indicijs euãgelium prædicaſſe. Sed cum horum trium euan
geliorũ etiam ad ipſum notitia perueniſſet, probaſſe quidem dicitur fidem
& ueritatem doctorum, deeſſe tamẽ uidit aliqua, & ea maxime, quæ primo
pręedicationis ſuæ tempore dominus geſſerat. Certũ enim eſt, quod in ſupe
rioribus tribus euangelijs hæc uidentur ſola contineri, quæ in eo geſta ſunt
anno, quo Ioannes Baptiſta uel incluſus eſt in carcerem, uel punitus. De-
nicꝫ ſi obſerues, ſtatim in initijs narrationis poſteaquam refert Matthæus
de quadraginta dierum ieiunio, & de tentatione eius, cõtinuo ſubiecit, dicẽs:
Audiẽs aũt, quia Ioãnes traditus eſt, diſceſſit de Iudæa, & uenit in Galilæã.

Sed & Marcus ſimiliter, poſteaquã (inquit) traditus eſt Ioannes, uenit Ieſus in Galilæam. Lucas uero etiam priuſquam incipiat aliquid de actibus referre Ieſu, dicit: Quia adiecit Herodes ſuper omnia mala quæ geſſerat, & concluſit Ioannem in carcerem. Quia (inquam) ab his hæc uidebãtur omiſſa, rogatus dicitur Ioannes apoſtolus, ut ea quæ prætererant priores ante traditionẽ Ioannis, Saluatoris geſta conſcriberet. Et ideo dicit in euãgelio ſuo: Hoc fecit initium ſignorum Ieſus. Et iterum in alio loco indicat, dicẽs: Nondum enim Ioannes erat miſſus in carcerem. Ex quibus cõſtat quod ea quæ anteꝗ̃ Ioãnes traderetur, à Ieſu fuerant geſta, deſcribit. Et ideo ſi quis hoc diligentius conſideret, euidenter inueniet, non ſibi euangelia diſſonare, ſed alterius tẽporis geſta eſſe quæ ſcribit Ioannes, alterius uero quæ cæteri. Vnde quia natiuitatẽ ſecundum carnẽ ſaluatoris, uel Matthæus, uel Lucas deſcripſerant, reticuit hoc Ioannes, & à theologia atq; ab ipſa eius diuinitate ſumit exordiũ. Quæ pars ſine dubio ipſi uelut eximio per ſpiritũ ſanctum reſeruata eſt. Hæc etiã de Ioannis euãgelio dicta ſint. De Marci uero euangelio ſufficienter ſupra cõprehenſum eſt. Lucas aũt in initio euãgelij ſui, cauſam cur ſcriberet, indicauit: uidelicet, quoniam multi alij temere præſumpſerant enarrare, quæ ſibi magis erant ad liquidũ comperta: uolẽs ergo abſtrahere nos à cæterorum narrationibus, fidem facit per ſe conſcriptæ ueritati, certus quod eam uel Paulo exponente, uel alijs Apoſtolis, qui ab initio ipſi uiderant, ac ſibi tradiderant, conſecutus ſit: & hanc nobis per propriũ euangeliũ tradat. Hæc à nobis etiam de Luca breuiter dicta ſint. Opportunius uero & plenius in tempore inſertis his quæ antiqui autores ſcripta reliquerunt, ut ſe cuncta habeant, indicabimus.

Nota — *Lucas* — A — B

Cap. XXV

Epiſtola Ioannis prima

IOannis tamen extant præterea epiſtolæ, de quarum prima, neq; ab antiquis unquã, neq; à poſteris dubitatũ eſt. De reliquis uero duabus, & de Reuelatione, etiã nunc anceps ſentẽtia habetur: de quibus (ut dixi) & à ueteribus dubitatũ, ſuis in locis ipſorum uocibus approbabimus. Vt ergo, quandoquidem in hæc loca deuenimus, omnem Noui teſtamenti Canonem deſignemus, primo enim omniũ euangeliorũ cœleſtis quadriga iungatur, his Actus apoſtolorũ copulentur. Poſt hos Pauli epiſtolæ ſocientur, conſequatur uero has prima Ioãnis epiſtola, ſimiliter & Petri prima. Hęc ſunt de quibus nulla unquam prorſus extitit dubitatio. Sequenti loco iam ſunt illa, de quibus à nonnullis dubitatũ eſt, Reuelatio Ioannis, de qua quid ſinguli ueterum ſenſerint, ſuis in locis oſtendemus: & epiſtola Iacobi, ſed & Iudæ, Petri quoq; ſecunda, & item Ioannis ſecunda & tertia, ſiue his ipſius euangeliſtæ, ſiue etiam alterius eius cognominis, oſtendẽtur. Poſt hæc iam ſcriptura eſt, quæ dicitur Actus Pauli, ſed & libellus qui appellatur Paſtoris, & Reuelatio Petri, de quibus ꝗ̃ maximè dubitatur. Fertur etiam Barnabæ epiſtola, & Doctrina quę dicitur apoſtolorum. Quidam autem his ſociant etiam euangelium

Apocalypſis — *Euangelia quatuor* — *Acta apoſtol.* — *Epiſtolæ catholicæ* — *Acta Pauli* — *Lib Paſtoris* — *Reuelat. Petri* — *Epiſt. Barnab.* — *Doctrina apo.*

A euangelium, quod dicitur ſecundum Hebræos, quo præcipue utuntur illi Hebræi, qui Chriſtum ſuſcipere uidētur, ſed in eccleſia ei cōtradicitur. Quæ omnia tamen à nobis neceſſario enumerata ſunt, ut abſq; ulla ambiguitate clareſceret, quæ ſint in ueteri autoritate, & quæ ſint in quib. uel contradictio aliqua, uel etiā contatio, cum tamen à quàmplurimis eccleſijs recipiantur, ſo leat admitti. Sed & de illis ſciendum eſt, quæ ſub nomine apoſtolorū ab hę reticis proferuntur, uelut Petri & Thomæ, & Matthiæ, & cæterorum ſimiliter apoſtolorum quæ appellant euangelia, ſed & Andreæ & Ioannis, atq; aliorū apoſtolorū Actus, quod nuſquā prorſus in ſcriptis ueterum, eorum duntaxat qui apoſtolis ſucceſſerunt, aliqua mētio eorum aut cōmemoratio habetur. In quibus & ipſe ſtilus multum ab eccleſiaſtica cōſuetudine deprehenditur eſſe diuerſus. Senſus quoq; ipſe, & omnia quæ his inſeruntur, longe ab Apoſtolica diſſonant fide, ex quo figmenta eſſe prauitatis hæreticæ cōprobantur. Vnde ne inter illa quidem, de quibus dubitari diximus, collocanda ſunt, ſed ut aliena penitus & à pietatis regula diſcrepantia propellenda. Verum ad hiſtoriæ ordinem redeamus. *Euangelium ſecundū Hebraeos* *Euangelia & Acta quorundam Apoſtolorum*

Cap. XXVI

IGitur Simoni mago Menander ſuccedit ſcutum diaboli nō inferius primo, & ipſe Samarites genere: in arte aūt magica ſolus repertus eſt, qui nō modo æquiparare, ſed & ſupergredi impietatē poſſet magiſtri. Maioribus *Menander Samaritanus*
B quippe portentis efferebatur, ſemetipſum ſaluatorē dicēs, ad hominum ſalutem de cœleſtibus & inuiſibilibus ſeculis deſtinatū, aſſerens nō aliter poſſe unūquenq; angelos ſeculi uincere, niſi prius à ſemet magicę artis per ordinem ſuſciperet diſciplinā, & per baptiſmū à ſe datum, immortalis æternus effectus, in hac uita perpetuus fieret. Quę omnia ex libris Irenæi, uolentib. ſcire perfacile eſt. Sed & Iuſtinus in his ipſis, in quibus Simonis fecerat mētionē, etiā de hoc talia quædam ſcribit: Menandrum quendā Samaritanū, ex uico Capparathea, Simonis diſcipulum, ſtimulis dæmoniacis incitatum ueniſſe Antiochiā, & ꝙ plurimos per artem magicam decepiſſe ſcimus, qui hoc etiam ſuadere potuit ſectatoribus ſuis, quod nō eſſent morituri. Ex quibus in hodiernum ſunt aliqui ex illo eadem confitentes. Quod eſt uere diaboli cōmentum, ut homines magi Chriſtianorū ſibi nomen imponerent, quo per hoc ſanctum & uenerabile religionis noſtræ myſteriū macularēt, qui tamen irrident & ſpernunt eccleſiaſtica dogmata, uel de immortalitate animæ, uel de reſurrectione mortuorū. Verum hi talibus freti autoribus, de ſpe ſalutis & uitæ penitus exciderunt.

Cap. XXVII

SEd & alios idem dæmon, quos ab amore Chriſti ſeparare nō poterat, alia nihilominus arte decepit, id eſt, Ebionæos, qui interpretātur pauperes. Vere enim pauperes ſunt & egeni in ſcientia gloriæ Chriſti: quoniāquidem ſolum eum hominē putant, & per profectū uitæ ac uirtutis uirum iuſtum effectum, cōmuni etiā natiuitate ex uiro & fœmina procreatū. Cuſto *Ebionij*

dicndam uero cenſent etiam legis obſeruantiā,nec ſufficere ad ſalutē ſolam Chriſti exiſtimant fidem. Quidā tamen ex ipſis refugiunt hanc impietatē, ut ex uiro & fœmina adferāt eum natum: ſed confitentē de ſpiritu ſancto & Maria uirgine: nec tamē eum ſemper fuiſſe deū & uerbū, ac ſapientiā dei fatentur. Corporalem uero legis obſeruantiā cuſtodiūt. Apoſtoli aūt epiſtolas omnes pariter reſpuunt, & ipſum apoſtatam legis appellāt. Vtuntur & euāgelio uno quodam, quod ſecundū Hebræos appellāt: cætera omnia nihili ducunt. Sabbata cum Iudæis ſecūdū legē, nobiſcum dominicam diem ſacratam pro reſurrectione domini obſeruant. Vnde competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati ſunt. A

Paulus

Ebiones

Cap. XXVIII

Cerinthus hereticus

Gaius ſcriptor eccleſiaſticus

Iſdem temporibus etiā alterius hæreſeos obortum principem Cerinthū accepimus. De quo Gaius (cuius iam in ſuperiorib. fecimus mentionem) in Diſputationū ſuarum dialogo ita ſcribit: Sed & Cerinthus (inquit) per reuelationes quaſdam, quas uelut à magno apoſtolo conſcriptas, & per angelos ei reuelatas putaret, talia quædam portenta nobis introducit, Poſt reſurrectionē terrenum dicit futurū eſſe regnum Chriſti in Hieruſalem, et homines in carne iterum cōcupiſcentijs & uitijs ſubiectam conuerſationem habituros. Cōtra fidē quoque ſcripturarū quoſdā mille annos deſignat: in quib. multa quidem & alia corruptionis opera, & nuptiarum feſtiuitates dicit futuras, ad eos qui libidini ſunt dediti, decipiēdos. Sed & Dionyſius, cum de Ioannis reuelatione diſſereret, & quædā ſecundum ea, quæ antiquitus eccleſiæ tradita fuerant, diſputaret: mentionē facit huius ipſius uiri, in his uerbis: Cerinthus (inquit) à quo & Cerinthiana hæreſis oborta eſt, figmentis ſuis autoritatem magni nominis acquirere, ſecundum ſcripturæ huius prauam intelligentiam geſtiebat: quippe cuius hæc erat hæreſis, ut affirmaret terrenum futurum eſſe Chriſti regnum. Et quia erat uētri & gulæ ac libidini deditus, ea futura decernebat, quæ ſibi propria libido dictabat. Ventris & eorum quæ ſub uentre ſunt, incitamēta, cibis, potibus, nuptijs prædicabat explēda. Et ut aliquid ſacratius dicere uideretur, legales aiebat feſtiuitates rurſum celebrādas, & hoſtias carnales iterum iugulandas. Irenæus uero etiam ſecretiora ipſius hæretici in primo operis ſui libro publicauit, quæ inde diſcat, ſi quis plenius ſcire uult. B

Dionyſius Corinthiorū epiſcopus

Cap. XXIX

Nicolaitæ

Nicolaus

Sed & alia hæreſis, quæ appellatur Nicolaitarum, per pauca tempora uiguit, cuius etiam in reuelatione Ioannis mentio facta eſt. Iſti Nicolaum unum ex illis qui cum Stephano ab apoſtolis conſtituti ſunt diaconi, autorem ſe habere iactabāt. Sed Clemens Alexandrinus in tertio libro ϛρωμα- τῶ hæc de eo ſcribit: Pulchram (inquit) ualde hic uxorem habuit. Et poſt aſcenſionem domini & ſaluatoris noſtri, cum increparetur ab apoſtolis tanquam de zelotypiæ iniuria, productā in medium uxorem ſuam, ſi quis uellet eam habere, permiſit. Ex qua occaſione iſti conſequens putauerunt, ut ſecundum

A cundum hoc factũ uel dictum Nicolai, unuſquiſq; carne ſua in quod delectaret abuteretur. Et obtinentes dictum uel factum huius ſimpliciter & innocenter, abſq; ulla reuerẽtia promiſcuos nunc & inlicitos cõcubitus expetunt hi, qui ſub illius nomine ſectã ſibi propriæ libidinis aſſumpſerant. Mihi autem cõpertum eſt, Nicolaum nullam prorſus agnouiſſe mulierẽ, præter eam quam in matrimoniũ acceperat. Cuius etiã liberi, fœminæ quidem uſq; ad ultimam ſenectutem caſta uirginitate durarunt: filius autem etiam ipſe ſanctitatẽ incorrupti corporis cuſtodiuit. Quæ cum ita ſe habeant, conſtat illud quod in medium apoſtolorũ præ zelotypiæ ſuſpitione produxit uxorem, ex contemptu uitij uel libidinis geſtum: quo per hoc continentem ſe oſtenderet eius rei, quam nimie putabatur expetere, contemnendam magis quàm expetendam carnis edocens uoluptatem. Quoniãquidem nolebat (ut opinor) ſecundum Saluatoris præceptum, duobus dominis ſeruire, libidini & deo. Dicũt autẽ etiam Matthiam ita docuiſſe, aduerſum carnem pugnandũ, & in nullo prorſus uoluptati eius ac libidini concedendum: animam uero alendam ſapientiæ paſtibus, & ſcientiæ cibis in maius ſemper augendam. Hæc de illis hæreſibus, quæ temporibus memoratis à ueritate declinantes cito extinctæ ſunt, retuliſſe ſufficiat. *Matthias apoſtolus*

Cap. XXX

B Clemẽs ſanè hic, cuius uoces adnotauimus, ſcribens aduerſum eos qui nuptias ſpernunt, inter cætera etiã hæc dicit: An & apoſtolos improbant? Petrus etenim ac Philippus, & uxores habuerunt, & filias etiam uiris nuptum dederunt. Sed & Paulum non tedet apoſtolum, in quadam epiſtola ſua mẽtionem uel ſalutationem facere comparis ſuæ, quam ſe ideo negat circumducere, ut ad prædicationẽ euangelij expeditior fiat. Verum quoniam Clementis fecimus mentionẽ, abſurdum non erit, aliam quoq; eius memorabilem narrationẽ proferre, quam in ſeptimo eiuſdem operis libro ita inſeruit. Aiunt, inquit, beatũ Petrum, cum uidiſſet uxorẽ ſuam duci ad paſſionem, gauiſum eſſe electionis gratia, ac regreſſionis ad propriã domum: & exclamaſſe ad eam cum duceretur, ac proprio nomine compellantem, dixiſſe: O coniux, memento domini. Talia coniugia ſanctorũ erant, tam perfecta fuit affectio beatorum. *Petrus, Philippus et Paulus fuerũt mariti* *Petri uerba ad uxorem*

Cap. XXXI

IGitur quia de uitæ exitu Petri uel Pauli iam in ſuperiorib. explanauimus, ſed & tempus Ioannis quo uita exceſſit, ex parte iam diximus, nũc etiam de loco quietis eius, ſecundũ fidem Polycratis Epheſij epiſcopi, edocere cõueniẽs puto. Hic etenim Polycrates Victori epiſcopo urbis Romę ſcribẽs, & ipſius & Philippi apoſtoli, ac filiarũ eius pariter meminit, dicẽs: Sicut iam ſuperius inſeruimus, quod magna lumina in Aſiæ partib. dormierunt quæ reſuſcitabit dominus in nouiſsimo die aduentus ſui, cum ueniet in gloria, & requiret omnes ſanctos ſuos. Dico autem de Philippo, inquit, qui fuit unus ex apoſtolis, qui dormiuit apud Hierapolim. Sed & duæ eius filiæ inibi uir- *Polycrates* *Philip. apud Hierapolim obijt* *Philippi filiæ*

gines cõſenuere,& alia eius filia ſpiritu ſancto repleta,permãſit apud Ephe- A
Ioannes apud ſum. Et Ioãnes ille qui ſupra pectus domini recumbebat, qui fuit ſacerdos
Ephesum dei,pontificale † πίταλον geſtãs,& martyr & doctor optimus apud Ephe
Mitram ſum dormiuit. Hæc etiã de locis,in quib. requieſcũt in ſomno pacis, adiecíſ-
ſe ſufficiat. Sed & Gaius (cuius ante mentio facta eſt) in dialogo ſuo,quem
cum Proculo diſputans ſcribit,de filiabus Philippi ſimul & obitu ipſius con
ſonis uocibus memorat dicens: Poſt hæc aũt prophetiſſæ quatuor fuerunt
Philippi filiæ, quius ſepulchrũ extat apud Hierapolim Aſiæ urbẽ unà cum
Lucas filiabus ſuis. De his aũt & Lucas in Actibus apoſt. meminit, cum adhuc a-
pud Cęſareã degerent. Dicit ergo ita: Venimus,inquit, Cęſareã,& ingreſſi
in domũ Philippi euangeliſtę,qui erat ex ſeptem,manſimus apud eũ. Huic
aũt erant uirgines filiæ quatuor prophetãtes. His igitur à nobis de apoſto-
Digreſſio per epilogum lorum temporibus uel exceſſibus,prout potuimus,ex ſcripturis ueterũ con-
gregatis: ſed & de ſcripturarũ canone, qui in autoritate habeantur libri, uel
qui penitus repudientur: qui uero medij quodam modo ad inſtructionem
ſolam ab eccleſiis non etiam ad indubitatam autoritatem recepti ſint,conſe
quenter expoſitis,tendamus ad cætera. Cap. XXXII

POſt Neronem Domitianũq́;,ſub hoc(cuius nũc tempora memoraui-
mus) per ſingulas ciuitates ex inſolẽtia populi perſecutionẽ in noſtros
Symeon Cleo- accepimus motã. Quo in tẽpore etiã Symeon Cleopæ filius, quẽ ſecundũ B
pæ fil. epiſco- Hieroſolymis ordinatũ epiſcopũ ſupra edocuimus,per martyriũ carnis uin
pus Hieroſol. culis reſolutus eſt. horum aſtipulator ipſe ille eſt Egeſippus, quem in plurib.
iam produximus teſtem. Is ergo refert, quod à quibuſdam hæreticis accu-
ſatus ſit ſupradictus uir tanq̃ Chriſtianus,et multis ſupplicijs afflictus per
multos dies, ita ut etiam iudex ipſe cum amicis ſuis de eius patiẽtia miraret,
& ad ultimũ iuberet ſimili eum, quã dominus pertulit, paſſiõe uitam finire.
Sed & ipſa uerba,quibus hæc proteſtatur, audire gratius puto. Agit ergo
cum de hæreticis diceret: Ex his igitur ipſis accuſauerunt quidam Symeonẽ
Cleopæ filium,tanq̃ qui eſſet ex genere Dauid,& Chriſtianus. Et ita mar-
120 ann. tyr effectus eſt,cum eſſet annorũ centũ xx. ſub Traiano Cæſare apud Atti
cum conſularẽ. Addidit aũt etiam hoc,quod accuſatores eius,cum in illis tẽ-
poribus perquireret,ſi qui ex genere Dauid,et ex regia tribu deſcenderent,
comprehenſi ſint inter ipſos. Quod aũt Symeon unus fuerit ex ipſis audito
ribus domini,uel longæuitas eius indicio eſt,uel euangeliorum fides,ubi eti
am mater eius Maria, Cleopæ uxor refertur. Sed & alios quoſdã idem ſcri
Nepotes Iudæ ptor refert,præter eos de quibus ſupra diximus,nepotes Iudæ,unius ex fra
fratris domini tribus domini,per idem tẽpus ſuperſtites inuentos, & Domitiani tẽporib.
martyres factos,hoc modo ſcribens: Veniunt igit hi,& præſunt omni eccle
ſiæ, tanquam martyres & propinqui domini, & reddita pace eccleſiæ, per-
manſerunt uſq; ad tẽpora Traiani Cæſaris, uſquequo cõſobrinus domini
Symeon

A Symeon, de quo ſupra diximus, filius Cleopæ, calumniã pateretur ab hæreticis Chriſtianus Cõſulari delatus. Cumq́ multo tẽpore ſupplicijs fuiſſet affectus, martyrio cõſummatus eſt omnibus qui aderant, & ipſo iudice mirantibus ut cxx. annorum ſenex crucis ſupplicium pertuliſſet. Poſt hæc idem ſcriptor addidit etiã hoc, quod uſq; ad illa tempora uirgo munda & immaculata permanſit eccleſia, corruptoribus ueritatis, & diuini uerbi temeratoribus, aut nuſquã omnino extantibus, aut etiã ſi qui forte fuerant, in occultis & abditis hiatibus terræ deliteſcentibus. Vt uero & apoſtolorũ chorus, & omnis illa ætas, quæ à domino ſuſceperat uiuæ uocis auditũ, de hac luce diſceſſit, tum uelut in uacuã domũ, falſæ doctrinæ impius ſe error immerſit, & tanquam ubi nullus iam diuini cenſus defenſor exiſteret, nudato (ut aiunt) capite corripientes arma mendacij, oppugnare apoſtolicã ueritatem nituntur. Sed iſtud bellũ intrinſecus gerebatur. Perſecutionũ uero extrinſecus pondus urgebat eccleſiã, & tam immenſæ cateruæ martyrũ quotidie iugulabantur, ut Plinius Secundus, qui tunc prouinciam adminiſtrabat, multitudine interemptorũ permotus referret ad Imperatorẽ, quod innumera hominũ millia quotidie obtruncarẽtur, in quibus nihil omnino ſceleris deprehẽderetur admiſſum, aut aliquid contrariũ Romanis legibus geſtũ, niſi hoc ſolũ, quod antelucanos hymnos Chriſto cuidã canerẽt deo. A-

Symeon cxx. annos natus, in crucem agitur

Viuentib. apoſtolis nihil audebãt heretici

Prouerbiũ. i. citra pudorẽ, & palàm

Plinius Secundus

B dulteria uero, uel cetera huiuſmodi crimina apud eos & illicita haberi, & penitus arceri: cætera uero ſecundũ leges eos agere cõmunes. Cap. XXXIII

AD quæ tunc Traianus reſcripti ſui authoritate decernit, ut Chriſtiani quidem non requirantur: ſi qui tamen inciderint, puniantur. Per quod ex parte aliqua perſecutionis ſedatum putabatur incendium. Sed his qui nequitiam ſuam aduerſum nos exercere cupiebant, lædendi occaſio nõ uidebatur exempta. Interdum enim populus inſtigabatur, interdũ etiam iudex occaſionibus utebatur, & negabat quęſitos, quos punire uoluiſſet oblatos. Hęc Tertullianus in Apologetico ſuo dicit, ex quo poſſunt inſtrui plenius ſcire cupientes. Cap. XXXIIII

Traianus Plinio

IGitur in urbe Roma tertius ab Apoſtolis Clemens nouẽ annis ſacerdotio perfunctus, Euariſto diuini uerbi tradidit miniſteriũ. Cap. XXXV

IN Hieroſolymis uero, Symeõe (de quo ſuperius diximus) defuncto, Iuſtus quidam ex his qui de circumciſione ad fidem Chriſti uenerant, epiſcopatũ ſuſcepit. Quibus tẽporibus apud Aſiã ſupererat adhuc et florebat ex Apoſtolorũ diſcipulis Polycarpus, Smyrnęorũ eccleſię epiſcopus, & Papias ſimiliter apud Hierapolim ſacerdotium gerens. Cap. XXXVI

Polycarpus

SEd & in noſtra quoq; tẽpora famę celebritate uulgatus Ignatius apud Antiochiam poſt Petrum ſecũda ſucceſſione epiſcopatum ſortitus eſt. Quem ſermo tradidit, de Syriæ partibus ad urbem Romam tranſmiſſum, & pro martyrio Chriſti ad beſtias datũ. Quiq́ cum per Aſiam ſub cuſto-

Ignatius Petri ſucceſſor apud Ant.

dia nauigaret,ſingulas quaſq; digrediens ciuitates,eccleſiæ populos Euan- A
gelicis cohortationibus edocebat in fide perſiſtere,& obſeruare ſe ab hære
ticorum contagijs,qui tunc primum copioſius cœperãt pullulare: & ut dili-
Traditiones gentius ac tenacius apoſtolorũ traditionibus inhærerent, quas traditiones
apoſtolorum cautelæ gratia,& ne quid apud poſteros remaneret incerti,etiam ſcriptas ſe
aſſerit reliquiſſe. Deniq; cum Smyrnam ueniſſet,ubi Polycarpus erat, ſcri-
bit inde unam epiſtolam ad Epheſios, eorumq; paſtorẽ, in qua meminit
Epiſtolæ & Oneſimi:& aliam Magneſiæ ciuitati, quæ ſupra Mæandrũ iacet, in qua
Ignatij & epiſcopi Dammei mentionẽ facit. Sed & eccleſiæ quæ eſt Trallis ſcribit,
cuius principem tunc eſſe Polybiũ deſignauit. In ea uero quam ad Roma-
nam eccleſiã ſcribit,deprecatur eos, ne ſe tanq; ſupplicijs ſuis parcentes,ue-
lint ſpe priuare martyrij, & his poſt aliquãta utitur uerbis: A Syria,inquit,
Romam uſq; cum beſtijs terra mariq; depugno, die ac nocte connexus &
colligatus decem leopardis,militibus dico ad cuſtodiam datis, qui ex bene-
ficijs noſtris ſæuiores fiunt. Sed ego nequitijs eorum magis erudior. Nec
tamen in hoc iuſtificatus ſum. O ſalutares beſtias quæ præparantur mihi.
Quando uenient? quãdo emittentur? quãdo eis frui licebit carnibus meis?
quas & ego opto acriores parari, & inuitabo ad deuorationem mei, & de-
precabor ne forte (ut in nõnullis fecerunt) timeãt cõtingere corpus meum.
Quin imò & ſi contabuntur, ego uim faciam, ego me ingeram. Date quæ- B
ſo ueniã,ego noui quid expediat mihi. Nũc incipio eſſe diſcipulus Chriſti.
Faceſſat inuidia uel humani affectus, uel nequitiæ ſpiritalis,ut Ieſum Chri
ſtum merear adipiſci. Ignes,cruces,beſtiæ,diſperſiones oſſium, diſcerptio-
neſq; membrorũ, ac totius corporis pœnæ, & omnia in me unũ ſupplicia
diaboli arte quæſita cumulentur, dummodo Ieſum Chriſtũ merear adipi-
ſci. Hæc & multa alia his ſimilia ad diuerſas eccleſias ſcribit,Sed & ad Poly
carpũ,uelut apoſtolicũ uirum,datis literis, Antiochenã ei eccleſiã præcipue
cõmendat. Ad Smyrnæos ſanè ſcribẽs,utitur uerbis quibuſdã,unde aſſum
ptis neſcimus,quibus hæc de ſaluatore proloquit̃. Ego aũt poſt reſurrectio
nem quoq; in carne eũ ſcio fuiſſe,& credo. Nam & cum ueniſſet ad Petrum
cæteroſq;,ait eis: Accedite & uidete, quia nõ ſum dæmoniũ incorporeum.
Qui & contingẽtes eum,crediderunt. Scit aũt & Irenæus martyriũ eius, &
mentionẽ facit ſcriptorũ eius per hæc uerba: Sicut dixit (inquit) quidam ex
noſtris,pro martyrio Chriſti damnatus ad beſtias, Frumentũ, inquit,ego
Polycarpus ſum dei:beſtiarũ dentibus molor & ſubigor, ut panis mũdus efficiar Chri
ſto. Sed & Polycarpus horũ memoriã facit in epiſtola q; ad Philippenſes
ſcribit per hæc uerba: Deprecor,inquit,oẽs uos, obedientiæ operã dare, &
meditari patientiã,quã uidiſtis in Ignatio & Rufo, & Zoſimo beatis uiris,
præcipue autẽ in Paulo, & cæteris apoſtolis,qui fuerunt apud uos,ſcientes
quod hi omnes non in uacuũ,ſed per fidẽ & iuſtitiã cucurrerunt,uſquequo
perueniren t

A peruenirēt ad locum ſibi à domino præparatū: quoniamquidē paſſionum eius participes extiterunt, nec dilexerūt præſens ſeculū, ſed eum ſolum, qui pro ipſis & pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit. Et poſt pauca ſubiungit: Scripſiſtis mihi & uos, & Ignatius, ut ſi quis uadit ad partes Syriæ, deferat literas ad uos. Quod faciā cum tempus inuenero. Mittam uobis & Ignatij epiſtolas, & alias, ſi quæ ſint, quæ ad nos tranſmiſſæ ſunt, ex quibus utilitatem maximam capiatis. Cōtinent enim de fide & patientia inſtructionem perfectam ſecundum domini præceptum.

Cap. XXXVII

HActenus de Ignatio. Poſt hunc rexit eccleſiam ciuitatis Antiochenæ Heros. Inter eoſdem ſanè floruit, uir æquè inſignis, Quadratus, qui unà cum Philippi filiabus in prophetica gratia celeberrimus fuiſſe perhibetur. Sed & alij plurimi per idem tempus apoſtolorum diſcipuli ſuperſtites erant, qui eccleſiæ fundamentis, quæ ab illis iacta fuerāt, digniſſima deſuper fidei ædificia cōſtruebant, augentes in omnibus prædicationem uerbi dei, & ſalutaria ſemina regni cœlorum per omnem terram latius diſſerentes. Deniq; nonnulli ex his ardentiore diuinæ philoſophiæ cupiditate ſuccenſi, animas ſuas uerbo dei conſecrabant, explentes perfectionis ſalutare præceptum, ut facultates ſuas primo indigentibus diuidentes, expediti ad prædicādum euangelium fierent, ut ſi quibus forte prouincijs nomen ſi
B dei eſſet incognitū, prædicarent. Primaq; apud eos fundamenta euangelij collocantes, atq; electis quibuſq; ex ipſis officium regendæ eccleſiæ, quam fundauerant, committentes, ipſi rurſum ad alias gentes, aliaſq; prouincias properabant, & euangeliſtarū fungebantur officio: quoſq; ſimiliter, ut in exordio apoſtolos, diuinorū ſignorum comitabatur effectus, & ſancti ſpiritus gratia, ita ut uideres una alloquutione integros ſimul populos ad cultum diuinæ religionis adduci, & prædicantium uerbis non eſſe tardiorem audientium fidem. Verum quoniam impoſſibile nobis eſt ſingulos enumerare, qui poſt apoſtolorum primas ſucceſſiones in eccleſiis, quæ per orbem terræ ſunt, uel principes, uel Euangeliſtæ fuerunt, uel paſtores: illos tantummodo cōmemoraſſe ſufficiat, quorū libris inſerta ad nos uſq; fidei & prædicationis monimenta uenere, ut Clementis & Ignatij, cæterorumq; quorum ſuperius fecimus mentionem.

Heros
Quadratus
Diſcipuli apoſtolorum
Facultates ſuas egenis largiebantur

Cap. XXXVIII

CLemens tamen in epiſtola quā Corinthijs ſcribit, meminit epiſtolæ Pauli ad Hebræos, & utitur eius teſtimonijs. Vnde conſtat, quod apoſtolus tanquam Hebræis mittendam, patrio eam ſermone cōſcripſerit: & (ut quidam tradunt) Lucam euangeliſtam, alij aūt hunc ipſum Clementem interpretatum eſſe. Quod & magis uerum eſt, quia & ſtilus ipſe epiſtolæ Clementis cum hac cōcordat, & ſenſus nimirum utriuſq; ſcripturæ plurimam ſimilitudinem ferunt. Dicitur tamen eſſe & alia Clementis epiſtola, cuius nos notitiam non accepimus, ſed & alia eius opuſcula non minima à nonnullis

Epiſtola Pauli ad Hebr.
Stilus Epiſtolæ Clementis

nonnullis haberi perhibentur,uelut Petri & Apionis diſputatio, quæ in uſu à ueteribus habita minime reperimus, quia nec pura in eis & incorrupta apoſtolicæ fidei regula manſiſſe deprehenditur. Cap. XXXIX A

Papiæ quinq; libri *Papias Ioannis auditor*

PApiæ quoq; feruntur quinq; libri,qui adtitulantur, Verborū domini corum explanatio. Horum facit & Irenæus mentionē per hæc uerba: Hæc autem & Papias Ioannis auditor, Polycarpi uero condiſcipulus & ſodalis,uir unus ex antiquis, proteſtatur in primo libro ſuo:quinq; eñ uolumina cōſcripſit. Hæc quidem Irenæus de Papia. Ipſe uero de ſe ita indicat, tanquam qui non ab apoſtolis,ſed ab eorū diſcipulis ſuſceperit fidem, per hæc uerba: Non pigebit autē nos tibi omnia quæ quondam à presbyteris didicimus,& bene retinemus, recordantes exponere cū interpretationibus ſuis, & ut eorum ueritas habeat explicare. Neq; enim multa dicētibus, ſed uera tradentibus auſcultauimus: neq; his qui hominum præcepta, ſed qui domini mandata memorabant ab ipſa ueritate ſuſcepta. Quod ſi quando adueniſſet aliquis ex his qui ſecuti ſunt apoſtolos, ab ipſo ſedulo expiſcabar, quid Andreas, quid Petrus dixerit, quid autem Philippus,uel Thomas, quid uero Iacobus, quid Ioannes, aut quid Matthæus, uel alius quis ex diſcipulis domini,quæúe Ariſtion,uel Ioannes presbyter,cæteriq; diſcipuli dicebant. Nec enim tantum mihi librorum lectiones prodeſſe credebam,quantum uiuæ uocis præſentisq; magiſterium. Sed mihi dignum uidetur intendere,quod ſecundo nomen Ioannis enumerat,& eum quidem, cuius primo meminit,Petro & Iacobo ac Mattheo, cæterisq; apoſtolis ſociat,quem ſine dubio ipſum euangeliſtā eſſe & apoſtolum conſtat. Alium uero Ioannem, diſtinctione quadam facta,extra apoſtolorum numerum collocat, præferens ei Ariſtionē quendam,& euidenter eum presbyterum nominat: ut per hæc comprobetur uerum eſſe illud, quod quidam Aſiani ſcribunt, quod duo ſint apud Epheſum ſepulchra, & utrunq; Ioannis appelletur. Quibus ſi diligētius intēdamus, fortaſſis ſecūdus hic erit Ioannes, ſi ille non creditur primus,ſub cuius nomine Reuelatio habetur,quæ appellatur Ioannis. Sed & hic ipſe,de quo nobis ſermo eſt, Papias, Apoſtolorum ſe uerba ab his,qui ſequuti eos fuerant, Ariſtione uidelicet, & Ioanne presbytero aſſerit ſuſcepiſſe. Vnde & frequenter nominatim in commentarijs ſuis à Ioanne & Ariſtione traditum ſibi de ſingulis quibuſq; cōmemorat. Meminit ſanè idem ipſe etiam de quibuſdam mirabilibus in opere ſuo, quæ prætereūda minime cenſeo. Per Philippi enim Euangeliſtæ filias prophetiſſas hæc ſibi tradita eſſe deſignat,mortuum reſurrexiſſe ſuis temporibus dicit. Sed & de Iuſto,qui cognominatus eſt Barſabas, refert miraculū ingens, quia uenenū biberit, & nihil ex hoc triſte pertulerit propter domini fidem. Iuſtus aūt ipſe eſt hic, qui poſt ſaluatoris aſcenſum à ſanctis apoſtolis cum Matthia ad apoſtolatus ſortē ſtatutus eſt, ſicut in Actibus apoſtolorum

Ioannes duo *Ioan. euang.* *Ariſtion* *Ioan. presb.* *Apocalypſis Ioan. presb.* *Iuſtus Barſabas* B

A ſtolorum cõmemoratur. Dicit autem & alia plurima à maioribus ſibi tradita miracula, & nouas quaſdam parbolas Saluatoris, & doctrinam incognitam magisq́ fabuloſam, mille annos futuros poſt reſurrectionem, quibus corporaliter regnum Chriſti in hac terra futurũ ſit. Sed ego puto eum ſpirituales & myſticas Apoſtolorum traditiones corporaliter & ſecundum literam ſuſcepiſſe, nec potuiſſe diſcernere ea, quæ illi in figuris uelut lactentibus & peruulis loquebantur, qui & reuera etiam ex ipſis quæ conſcripſit opuſculis exigui ſenſus uir, & minus capacis oſtenditur. Multis tamen poſt ſe eccleſiaſticis uiris erroris huius præbuit cauſas, autoritatem dogmati tantum ex uetuſtate tribuens, non etiam ex ratione dictorum, ſicut Irenæo, & ſi quis alius eum in hac parte uiſus eſt ſequi. Alia quoq; & plurima ſupra memorati Ariſtionis refert, tanquã ei ex uerbis domini tradita, & Ioannis presbyteri, quæ ſi quis uult plenius noſcere, ipſos eius relegat libellos. Nos tamen aliud aſſumimus ex his, quod de Marco euãgeliſta his protulit uerbis: Etiam hoc (inquit) presbyter narrabat, quod Marcus interpres fuerit Petri, & quæcunq; meminerat ab eo dicta, cõſcripſerit. Non tamen per ordinem ea quæ à domino dicta ſunt uel facta, digeſſerit: quia non ipſe auditor domini fuerit uel ſectator, ſed nouiſſime (ut dixi) Petro adhæſit, ad uſum ac miniſterium prædicandi, non ad conſcribendos domini ſermones.

Papias autor Milenariorũ erroris, quos Græci χιλιασ-σὰς uocant.

Euſebij iudicium de Papia

Attende de ſpiritualib. & myſticis Apoſtol. traditionibus

Marcus euangeliſta

B Itaq; nihil peccauit Marcus in eo quod ita quædã ſcripſerit, quaſi qui ſparſim audita recordari uideatur. Et hoc ſolum ſatis egit, ne quid ex auditis omitteret, aut aliquid falſum ſcriberet. Hæc de Marco ſcribit Papias. Sed & de Matthæo ita refert: Matthæus quidem ſcripſit Hebræo ſermone. Interpretatus eſt aũt ea quæ ſcripſit, unuſquiſq; ſicut potuit. Hæc etiam de Matthæo. Vtitur ſanè idem Papias teſtimonijs ex epiſtola Ioannis prima, & Petri ſimiliter prima. Simul & hiſtoriam quandam ſubiungit de muliere adultera, quæ accuſata eſt à Iudæis apud dominum. Habetur autem in euangelio, quod dicitur ſecundum Hæbreos, ſcripta iſta parabola. Sed de his iſta ſufficiant.

Matthæus

F N I I S.

ELENCHVS CAPITVM QVARTI A

LIBRI HISTORIAE ECCLESIASTICAE

Qui ſub imperio Traiani Romanorū,uel Alexandrinorū Epiſc.fuerint. Cap. 1
Qualia ſub eodem paſſi ſint Iudæi. Cap. 2
Qui ſub Adriano fidei defenſiones ſcripſerint. Cap. 3
Qui ſub eodem Romanorū Alexandrinorumq́ fuerint ſacerdotes. Cap. 4
Epiſcopi Hieroſolymorū ab exordio ſaluatoris uſq; ad tēpora memorata. Cap. 5
Excidium nouiſſimum Iudæorum temporibus Adriani. Cap. 6
Qui temporibus ijſdem falſi nominis ſcientiæ principes extiterint. Cap. 7
Qui fuerint tunc eccleſiaſtici ſcriptores. Cap. 8
Epiſtola Adriani qua perſequutionem à noſtris remouerat. Cap. 9
Qui principatu Antonini Rom. Alexandrinorūue fuerint ſacerdotes. Cap. 10
De his qui ſub eodem tempore deuias aſſeruerunt ſectas. Cap. 11
De Iuſtini defenſione apud Antoninum, Cap. 12
Epiſtola Cæſaris Antonini ad Aſianos de profeſſione noſtrorum. Cap. 13
Quæ de Polycarpo diſcipulo Apoſtolorum ferantur. Cap. 14
Vt Polycarpus ſub Vero, alijq́ nonnulli, Smyrnæ martyrium paſſi ſint. Cap. 15
Vt Iuſtinus philoſophus Chriſti uerbum prædicans, Romæ martyrium meruerit. Cap. 16
De martyribus quos Iuſtinus in ſuis commemorat libris. Cap. 17
Quæ Iuſtini ſcripta ad nos uſq; peruenerint. Cap. 18
Qui tunc uiri Romanæ, Alexandrinæq́ eccleſiæ præfuerint. Cap. 19 B
Qui Antiochenſium. Cap. 20
De his qui memoratis tēporibus eccleſiaſtici ſcriptores enituerunt. Cap. 21
De Egeſippo, quæq́ ipſe commemorat. Cap. 22
De Dionyſio epiſcopo Corinthiorū, & de epiſtolis eiuſdem. Cap. 23
De Theophilo epiſcopo Antiocheno. Cap. 24
De Modeſto. Cap. 25
De Melitone, quosq́ ipſe commemorat. Cap. 26
De Apollinare. Cap. 27
De Muſano. Cap. 28
De ſecta ſecundum Tacianum. Cap. 29
De Bardeſane Syro, & ſcriptis eiuſdem. Cap. 30

A # EVSEBII PAMPHILI EPISCOPI CEASARIENSIS, ECCLESIASTICAE HIſtoriæ Liber IIII. Ruffino interprete.

CAPVT I

DVODECIMO anno principatus Traiani Cæſaris, Cerdon (quem paulò ante memorauimus Alexādinorum gubernare plebē) diem obijt, poſt quem quartus ab Apoſtolis, Primus nomine, ſacerdotij inibi iura ſuſcepit. Eadem tēpeſtate Alexander quoq; Romæ cum octauum annū Euariſtus ſacerdotalis adminiſtrationis impleſſet, quinta ſucceſſione poſt Petrum atq; Paulū plebis gubernacula ſortitus eſt. Et quidē Saluatoris noſtri inſtitutio, eccleſiarumq; profectus creſcebat indies. Iudæorum porrò funera denſiſſimis cladibus exagitabātur. Itaq; poſtquam prædictus imperator annum decimumoctauū principatus ingreſſus eſt, rurſum Iudæorū tumultus exarſit, quo magnus mox numerus gentis eius occubuit. Nam & Alexandriæ & per Aegyptū uel Cirenen tanq; atroci quodā ſeditioſoq; ſpiritu exagitati, primo ſimul cōmanentibus uiciniſq; gentibus inferre certamina. Tum deinde paulatim ſeditione B creſcente, ſequēti iam anno bellum publicū & non minimū intulere Romano duci tūc Lupo cuidā in partibus Aegypti. Ac ſanè primo prælio Iudęos ſequuta uictoria eſt. Sed gentiles, qui ex acie fugerant, irrumpētes Alexandriam, Iudæos, ſi quos fortè inibi repererant, captos interemere. Quorum auxilio deſtituti, reliqui qui apud Cyrenen rebelles extiterant, uelut deſperantes ad agros Aegypti, & caſtella uaſtanda uertuntur duce Luca. Aduerſus hos imperator mittit exercitū peditū atq; equitum, ſed & nauali manu Martium Turbonē: qui multis ſanè prælijs, nec paruo tēpore conſumptis, multa milia Iudæorum, non modo apud Cyrenen, ſed & in Aegypto, qui Lucæ auxilium ferebant, proſtrauit ac perculit.

Margin: Cerdon. Primus. Iudæi tumultuantur. Lupus dux Ro. exercitus. Martius Turbo.

Cap. II

PRinceps uero Romanus etiam eos, qui apud Meſopotamiam cōſiſtebant, Iudæos ratus ſimilia auſuros, Lucio Quieto pręcepit delere prouinciam funditus, ac totam gentē penitus excindere. Tum ille directa acie magnam eorum multitudinem ſternit. Cuius facinoris gratia Quietus remunerationis uice ab Imperatore prouinciæ Iudææ indeptus eſt præſidatum. Sed hęc etiam Græcorū gentilium hiſtoriographi per ſingulas quiq; ætates ordine eodem memoriæ tradiderunt.

Margin: Lucius Quietus.

Cap. III

TRaiano autē uigniti annis minus ſex menſibus principatu peſuncto, Aelius Adrianus in ſceptra ſuccedit. Huic Qradratus oratione ſplendidiſſima Apologeticum librū pro noſtra religione cōſcriptum, & ualidiſſimis cōmunitum aſſertionibus obtulit: quoniamquidem maligni quidam

Margin: Aelius Adrianus Cæſ. Quadratus.

homines ſub eodem principe noſtros nitebantur inceſſere. Qui liber hodi A
eq́ſeruatur,& apud nos,& apud multos ex fratribus noſtris. Ex quo uo/
lumine indicia magni cuiuſdam uiri & mentis ac fidei Apoſtolicæ, eius ſci/
licet qui cōſcripſerit,colligūtur. Idē igitur ipſe ſuæ antiquitatis ſpecimen tali
bus exprimit uerbis: Noſtri autē Saluatoris,inquit, opera ſemper aderant
uiua & uera in his qui ſanati fuerant: & in his qui à mortuis excitati ſunt.
Non enim uiſi ſunt tantummodo uel reſurgere,uel ſanari,ſed perpetuò ab
hominibus uidebantur,non tantum Saluatore præſente,ſed & poſt diſceſ/
ſum eius multis temporibus,ita ut aliquanti qui ab eo uel curati, uel reſuſci/
tati ſunt, etiam ad noſtra uſq; tempora perdurarint. Et de hoc quidem ſa/
tis dictū. Sed & Ariſtides uir fidelis, & pietate noſtræ religionis imbutus,
Quadrato ſimile uolumen ad Adrianum pro fidei noſtræ ratione conſcri/
pſit, cuius etiam nunc ſcripta ſeruantur.

Ariſtidis Apologeticus pro Chriſtia.

Cap. IIII

TErtio autē eiuſdem principatus anno, Alexander epiſcopus Romanę urbis, ſacerdotium ſimul ac uitam finiuit decennio expleto. Huic ſub/rogatus eſt Xyſtus. Sed & Alexandriæ eodem tempore defuncto Primo, duodecimo ſui ſacerdotij anno, epiſcopatum Iuſtus excepit.

Cap. V

IN Hieroſolymis ſanè epiſcoporum temporā ſucceſſionesq́; nullis ad in/tegrum monimentis conſeruata reperimus, eo quod ualde ad breue tem/pus mortis celeritate præcepti, ſacerdotio ſinguli quiq; functi perhibeātur, B ita ut, quantum ex ueterum lectione comperio, ad tempora uſq; principis Adriani, ſub quo Iudæi excidium paſſi ſunt, tradant quindecim epiſcopo/rum ſucceſſiones eſſe decurſas: quos omnes aiunt Hebræos antiquæ origi/nis extitiſſe, & ſcientiam Chriſti fideliter recepiſſe, & ideo incunctanter ab his qui poterāt de fidei merito iudicare, ſacerdotio quoq; uiſos eſſe digniſ/ſimos. Quippe cum omnis tūc eccleſia ex Hebræis fidelibus coaceruata fir/mataq́; uideretur, incipientibus ab Apoſtolis, & perdurantibus nimirum uſq; ad illud tempus excidij, quo Iudæi iterum deficientes à Romanis, ma/gnis rurſum prælijs ſubiugati ſunt. Igitur quia per idem tēpus aſſumere e/piſcopos ex circūciſione ceſſatum eſt, neceſſarium uidetur omnes à primo uſq; ad id tēporis enumerare pariter ſacerdotes. Primus itaq; Iacobus, qui domini frater eſt habitus, poſt hūc Symeon electus eſt, tertius Iuſtus, Za/chæus quartus, deinde Tobias quintus, & Beniamin ſextus, ac ſeptimus Ioannes, tum Matthias, quem Philippus excepit, cui decimus Seneca ſub/rogatus eſt, Iuſtus exinde, ac duodecimus Leui, poſt hunc Effrem, & quar/tuſdecimus Ioſeph, ac finis omnium Iudas. Iſti ſunt ferè omnes qui Hiero/ſolymis epiſcopi ab Apoſtolis ad illa uſq; tempora, quæ ſuperius deſigna/uimus, plebi illi ex circūciſione præfuerunt. Romæ autē duodecimo anno memorati principatus, Xyſto duodecim annis eccleſiæ gubernaculis fun/cto, Teleſphorus ſeptimus ab Apoſtolis ſubrogatur. Anno poſtquam & uno

XV. epiſcopi Hieroſolymorum uſq; ad tēpora Adriani Cæſaris Hebræi fuerunt

A quē & uno menſe Alexādrinæ eccleſiæ moderamē Eumenes ſexta ſucceſ-
ſione ſuſcepit,cū deceſſor eius undecim annis populo pręfuiſſet. Cap. VI

VErū Iudaicis motibus ac factionibus rurſus ad maiora progreſſis,Ru *Rufus Iudæos*
fus Iudęæ præſidens,armata manu ſibi ab Imperatore decreta,inſo- *occidit*
lentiā gentis acerrime cōprimebat,multa milia paſſim uirorum, fœminarū
puerorumq́ꝫ conficiens, quorū terras iure belli Romano uendicabat impe-
rio.Tempore quo iſta gerebantur, ducebat exercitū Iudæorū Barchocha- *Barchochabas*
bas quidā,quod nomen ſignificat ſtellā,cęterū uir crudelis & ſceleſtus.Sed *dux Iudæorū*
ex uocabulo ſuo uelut uilibus mancipijs perſuadebat, ſe ob ſalutē eorū ſy-
dus magnum cœlitus eſſe delapſum,ægris mortalibus, & longa obſcurita-
te damnatis,ferre lucis auxiliū.Igitur cum maxime belli huius fomenta con
creſcerēt, decimooctauo anno principatus eiuſdem apud Bethera oppidū *Bethera oppi-*
præualidum Hieroſolymis uicinū,cum longior à Romanis tenderetur ob- *dum*
ſidio,fame ac ſiti perduellibus intrinſecus ad extremum internitionis addu
ctis,poſtquam dux ipſe præcipue meritas ſuo facinore pœnas exoluit,om-
nis hæc natio iam ex illo ab omni regione finitima Hieroſolymorum peni
tus arcebatur, cū ſanctione diuinæ legis, tū maxime cōſtitutionibus & de-
cretis Adriani, ita ut ne de excelſiore quidē proſpectu eminus eis ſaltē pa-
ternū ſolū prophanis obtutibus liceret inſpicere.Ariſton Pellæus hiſtorio-
B graphus iſta proſequitur.Ita factū eſt,ut ciuitas poſt interitū Iudaicę gētis,
incolis mox in eam peregrinæ nationis confluentibus, permutatis ciuibus,
etiā ipſa Hælia appellaretur,ex cognomēto Imperatoris Hælij Adriani,et *Hælia,Hieru-*
ut in Romanorū ius conuerſa,ritū pariter mutaret & nomen. Cap. VII *ſalem*

IGitur ex gentibus ut inibi cœpit eccleſia congregari,primus poſt epiſco-
pos ex circunciſione,ſacerdotium ciuitatis illius accepit Marcus. Cumq́ꝫ *Marcus pri-*
iam refulgentibus in modum clariſſimorum ſyderum eccleſiis ubiq́ꝫ terra- *mus Hieroſo-*
rum,uigenti etiam per omne hominū genus fide,qua cuncti pariter in Sal- *lymorū epiſco*
uatorem ac dominum noſtrum Ieſum Chriſtum integre & conſtanter cre *pus ex gentib.*
diderant: ille totius bonitatis æmulus dæmon, utpote ueritatis inimicus &
ſalutis humanæ hoſtis perpetuus,omnia molimina cōtra dei eccleſiam uer-
ſans, qui prius externis eā perſequutionibus & hoſtilibus oppugnauerat,
nunc malignis quibuſdā uiris & deceptoribus repertis,inteſtino bello eam *Hæretici à ca*
quatere nititur: ſcilicet ut fraudulenti fallacesq́ꝫ homines noſtræ religionis *codæmōe ſub-*
ſimulato tantum nomine induti, fidelium quidem ſi quos fortè perſuaſio- *ornati*
nis ſuæ fraude deciperent,peſſundarent: ignorantes uero fidei noſtræ my-
ſterium, peruerſis & feralibus ſuis uel geſtis uel aſſertionibus impeditos, à
deſiderio uerę fidei & ſalutis longius ſubmouerent.Igitur humani generis
deceptor antiquus poſt Menādrū, quem ſupra retulimus Simonis ſucceſ-
ſorē,uelut quandā beſtiam bino ore ſibilantē,binisq́ꝫ linguis diabolica ue- *Saturninus*
nena uibrantē,Saturninū quēdam Antiochiæ genitū,& Baſilidē Alexan- *Baſilides*

driæ ortum produxit. Quorũ uterq; ſuis in regionibus officinas impiæ ac A deo inuiſæ condidit diſciplinæ. Et quidem in omnibus penè Saturninum eadem quę Menandrum commentatum eſſe ſignificat Irenæus. Baſilidem uero prætextu myſticæ doctrinæ in imménſum tetendiſſe mentis impiæ cogitatũ, dũ prodigioſa fabularũ figmenta ſibimet cõplacerent. Cap. VIII

SEd econtrario multi admodũ eccleſiaſtici uiri pro ueritate fortiter ſtare, ac ſcriptis quoq; & aſſertionibus uera ratione ſubnixis, pro Apoſtolica & eccleſiaſtica traditione certare, ut ex librorũ monimentis etiã poſteris ad cauenda hæreticorũ uenena, munimen & ſubſidium præberetur. E quibus peruenit ad nos liber celeberrimus, ſcriptoris id tẽporis Agrippę Caſtoris confutationẽ Baſilidis ualidiſſimã cõtinens, per quem uerſutia ac calliditas uiri ad decipiendũ nimis apta detegitur. Deniq; cũ publicaret eius arcana, dixit eum de Euãgelio quidem quatuor & uiginti cõmentarios condidiſſe: Prophetas uero ſibimet nuncupaſſe quoſdam Barchaban & Barchob aliosq;, qui nunquam extiterint, quos ipſe tamen cõſtituerit ſibi, ac Barbaris uocabulis, ut eſſet appellatio ipſa terribilis, nominarit. Docere etiã eum refert immolata abſq; ullo reſpectu conſcientię deguſtanda, & ſine ſcrupulo atq; indifferenter fidem negandam perſecutionis tẽporibus. Sectatoresq; ſuos ad morem Pythagoricũ docuit quinquennio ſilere. Addit alia quoq; non pauca, quibus ſectæ huius errorem penitus à ſe deprehenſum & cõfutatum eſſe declarat. Sed & Irenæus ſcribit coæuũ tempore & moribus memoratorũ fuiſſe Carpocratem quendã, ſuperſtitionis alterius, qui Gnoſtici appellantur, uocabulo ab ſcientia confictó authoris. Qui ſanè præſtigias Simonis magi, non ut ille clam, ſed publice ac palàm tradebat, & uelut pro ſummis atq; optimis ſtudijs laudem confeſſam ac publicam de nepharijs artibus à deceptis auditoribus requirebat, & magicas tenebras in luce publica perorabat, de amatorijs duntaxat, ſomnijsq; immiſſis, ac dæmonijs Parhedris, alijsq; ſimilibus fraudibus. Deq; his conſequenter doceri oportere omnẽ hominẽ decernebat, qui ad perfectionẽ ſui myſterij, uel potius ſceleris, cuperet peruenire, aſſerens non aliter unumquemq; effugere poſſe mũdi huius principes, uel declinare, niſi per huiuſcemodi facinora ſua cuiq; nepharia debita ſoluerẽtur. His igitur ille totius boni æmulus utẽs ſuę malignitatis miniſtris, tam eos qui poſt fidẽ ab his decipiebantur, rapiebat ad tenebras ſempiternas, quàm illos qui necdum crediderant, tanq; hæc eſſet noſtræ religionis infamia, ſubmouebat à fide: dum ob execrabilẽ horum hominũ uitam, ipſam Chriſtianorũ profeſſionem audiens quiſq; uitaret. Nec aliunde hæc ſuſpicio de nobis, tanquam uere impijs & inceſtis fuerat exorta, quàm ut aſſereretur inlicitis plebem noſtram ſtupris, ac promiſcue habitis, in matribus ac ſororibus pollui, atq; ab execrandis infanticidijs dapibus funeſtari. Sed non in longũ durauit infamia, ubi ſeipſa cœpit ueritas aperire:

Margin notes: Agrippæ Caſtoris liber aduerſus Baſilidem — Hæreſis Baſilidis — Apud Hieronymũ legitur Marcob — B — Carpocrates — Al. ob ſcientiam — ὀνειροπομποί — πάρεδροι — Chriſtiani ſimulabantur infanticidij & promiſcui concubitus

A aperire: quin imò & clarius ac ſplendidius illuceſcente uita noſtrorū,extinguebatur continuo ſuperſtitioſi caligo figmenti. Et ſingulis quibuſcꝫ ſectis quæ aduerſum ueritatem exortæ fuerant,euaneſcentibus,uel in multifidas ac multiformes ſpecies diffluētibus,proficiebat & extollebatur indies ſolus ueræ & catholicæ eccleſiæ ſplendor, nulla temporū uarietate fucatus: quia caſtimonia ſui ac puritate & diuinæ conuerſationis gloria per omne genus hominū ſapientia,doctrina,fide, & actibus refulgebat. Etenim ipſo confeſtim tempore quo cœperat,opprobrij huius flamma reſtincta eſt. Permāſit autem apud ſingulorum mentes ueritas, quę ſuis ſemper uiribus nitens, conuincit & arguit falſitatē, nec paſſa eſt adulterino maledicorū fuco eccleſiæ caſtitatem pudicitiamcꝫ lacerari: intantum ut ex illo ad noſtra uſcꝫ tempora nullus tam ſæuæ mentis extiterit, qui honeſtatē & caſtimoniā plebis noſtræ ore ſacrilego cōcinnatis macularet opprobrijs, ſed ad Romanos & Gręcos,ad Scythas ac Barbaros,et ad ipſas penè in ultimis orbis partibus reconditas nationes intantum ſuauis odor de eccleſię geſtis & diuinū quiddam reſpirans ſanctæ cōuerſationis aura peruenit: intantum ad aures omnium ac mentes felix Chriſtianorū fama peruecta eſt, ut omne hominum genus legibus & ſuperſtitionibus patrijs derelictis, ſe ad fidem Chriſti cōuerteret, omniſcꝫ barbaries genuina feritate depoſita, ad Ieſum concurreret,diſcere ab eo,quia mitis eſt & humilis corde. Extiterunt præterea per diuinam gratiā uiri ea tempeſtate eruditiſſimi,qui probabiliter & ſufficienter obſcœna hæreticorum cōmenta conuincerent,& quid uera fides in eccleſia catholica caſtitatis haberet,oſtenderēt. In quibus Egeſippus celeberrimus habebatur, qui integerrimā traditionem Apoſtolicæ prædicationis ſimplici ſermone conſcriptā in quincꝫ libris memorię tradidit. Vbi & de ſuis ipſe temporibus aliquanta cōmemorat,& de quibuſdam qui ſimulacra collocauerant,talia quædā ſcribit: Quibus,inquit,templa,imò potius ſepulchra fecerunt,ſicut etiā nunc uidemus. E quibus eſt unus Antinous ſeruus Adriani Cęſaris,cui agones annui celebrantur,qui Antinoij appellantur,noſtris adhuc tēporibus inſtituti. Nam & ciuitatē cōdidit eius nomini Antinoon, & templum ei & ſacerdotes inſtituit,ac prophetas. Sed & Iuſtinus fideliſſimus noſtræ philoſophiæ ſectator,& in Græcorū diſciplinis eruditiſſimus, ſcribens ad Antoninū apologeticū pro noſtra religione librum, horū meminit,ita dicens: Non mihi uidetur abſurdū, meminiſſe in his etiam de Antinoo quod nuper geſtū eſt, quem omnes timore principis quaſi deum colere cœperunt: cum bene nouerint, quis,qualiſúe paulo ante fuerit, & unde duxerit genus. Idem quocꝫ ipſe etiā Iudaici belli,quod tunc gerebatur, memoriam faciens,talia quædam refert: Etenim in hoc quod nunc geritur,bello Iudaico,Barchochabas princeps Iudaicæ factionis, Chriſtianos ſolos, niſi negarent Chriſtum, tanquam blaſphemos ad ſupplicia rapi iubebat.

Veritas eccleſiæ

B

Eccleſiaſtici aduerſus hæreticos

Egeſippus

Antinous

Iuſtinus

Barchochabas dux Iud. in Chriſtianos

In quibus libris etiã de cõuerſione ſua, quam habuit à gentili philoſophia A ad ueræ religionis fidem, quod non abſq; probabili ratione & examinato iudicio ad hæc cõuerſus ſit, hoc modo ſcribit: Nam & ego ipſe, inquit, ſectis Platonicis inſtitutus, audiens infamari Chriſtianos, & uidens eos impauidos ad ſuſcipiendam mortem, atq; omne ſupplicium tollerandum, conſiderabã quod impoſſibile eſſet, in malicia eos & in libidine cõuerſari. Quis enim aliquando uoluptuoſus & luxurijs deditus, & qui humanis carnibus ueſci delicias putet, mortem libenter amplectitur, quo ſcilicet ipſa cõſeſtim careat, pro qua infirmari maluit uoluptate? Quinimo uiuere perpetuò (ſi liceret) & latere iudicia, in hoc magis operam daret, nedum ſemetipſum ſtatutę ac profeſſe morti ſtuderet offerre. Sed & idem ipſe uir ſcribit, Adrianũ principem, ſuſceptis à Serenio Graniano clariſſimo uiro præſide literis, in quibus de Chriſtianis percõtabatur, reſcripſiſſe, quod non eſſet iuſtũ Chriſtianos nullius criminis reos, abſq; iudicio legibusq; puniri. Simul et exemplum epiſtolæ ipſius ſubijcit, continentis hunc modum. Cap. IX

Iuſtinus quomodo factus Chriſtianus

EXEMPLVM EPISTOLAE IMPERATORIS

Adriani ad Minutium Fundanum, Proconſulem Aſiæ

ACCEPI literas ad me ſcriptas à deceſſore tuo Serenio Graniano clariſſimo uiro, & non placet mihi relationem ſilentio præterire, ne & innoxij perturbentur, & caluminatoribus latrocinandi tribuatur occaſio. Itaq; ſi cuidẽ B ter prouinciales huic petitioni ſuæ adeſſe ualent aduerſum Chriſtianos, ut pro tribunali eos in aliquo arguant, hoc eis exequi nõ prohibeo. precibus autem in hoc ſolis, & adclamationibus uti, eis non permitto. Etenim multo æquius eſt, ſi quis uolet accuſare, te cognoſcere de obiectis. Si quis igitur accuſat & probat aduerſum leges quicquam agere memoratos homines, pro merito peccatorum etiam ſupplicia ſtatues. Illud mehercule magnopere curabis, ut ſi quis calumniæ gratia quenquã horũ poſtulauerit reum, in hũc pro ſui nequitia ſupplicijs ſæuioribus uindices. Cap. X

Ethnici Chriſtianorũ uindictã petebant

VErum Adrianus poſt hæc uiceſimo & primo ſui principatus anno diem obijt. & Antoninus cognomẽto Pius, Romanum ſuſcepit imperiũ. Huius primo anno Teleſphorus annis undecim ſacerdotio in urbe Roma adminiſtrato, uita deceſſit, & Hyginus epiſcopatus ſortem Romanę ſuſcepit eccleſiæ. Veruntamen Irenæus refert, Teleſphorum martyrio uitam finiſſe, ſimul indicans, Hygini epiſcopi temporibus, Valentinum autorem Valentinianæ hæreſis extitiſſe, & Cerdonem quendam erroris illius principem, quem poſtea Marcion ſequutus eſt, eosq; uno tempore Romę, ſed diuerſis impietatibus ferbuiſſe. Scribit autem ita: Cap. XI

Antoninus Pius Cæſar

Hyginus Ro. Pont.

NAm Valentinus uenit Romã ſub Hygino. Inualuit aũt temporibus Pij, & ad Anicetũ uſq; durauit. Cerdon uero qui ante Marcionẽ fuit & ipſe ſub Hygino, qui erat in urbe Roma ab Apoſtolo nonus epiſcopus, uenit.

Valẽtinus hæreticus
Cerdon

A uenit. Qui tamen aliquando quidē quaſi pœnitens,& errorē confitēs excuſabat,aliquādo rurſum occulte, interdum etam publice impietatē docebat. In quo conuictus,à cœtu fraternitatis arcetur. Hæc aūt Irenæus dixit in tertio aduerſus hæreſes libro. In primo autem libro nihilominus de Cerdone hæc dicit: Cerdon uero à ſectatoribus Simonis impietaris ſuæ occaſionib. ſumptis,Romam uenit ſub Hygino, ibiꝗ docuit,quod is qui à lege & prophetis prædicatus eſt deus,non eſſet ipſe pater domini noſtri Ieſu Chriſti: quia ille quidem notus eſſet, hic autem ignotus: & ille iuſtus,hic autem bonus. Cui ſuccedens Marcion Ponticus, abſꝗ reuerentia ulla blaſphemans auxit doctoris inſaniam. Idem quoꝗ ipſe Irenæus,immēſum profundum Valentini erroris de materia & cæteris ualidiſsime coarguit, & ſerpentis in modum cæcis ſemetipſum latebris obtegētem, in lucem protrahit, ac denudat. Iis adiungit & de Marco quodam,quem dicit magicis artibus imbutū, & apprime enituiſſe. De cuius prophanis ſuperſtitionibus, & arcanis non tam ſacris ꝗ̄ ſacrilegis,& myſticis myſterijs ita ſcribit: Etenim quidā eorū thalamū conſtruunt, & nephariū quoddā initiandi celebrant genus,tanꝗ̄ ſecretis quibuſdā carminibus ac uerbis, nō tam ſacris quàm execrabilibus, cum qui introducit conſecrātes, ſpirituales nuptias aiunt eſſe quod faciunt, inſtar uidelicet ſupernarū coniugationū. Adducētes uero eos ad aquam,& B baptizantes,hæc ſuper eos proferunt uerba: In nomine,aiunt,ignoti patris omnium,& in ueritate omnium matre,& in eo qui deſcendit in Ieſu. Alij uero Hebraica nomina ad pauorē audientium ſuper eos quos initiant,terribiliter loquuntur. Hæc de ſectatoribus Marci Irenæus ſcribit. Quarto autem epiſcopatus ſui anno cum deceſsiſſet Hyginus, Romanæ eccleſiæ ſacerdotium Pius ſuſcepit: apud Alexandriā uero Marcus,decimotertio anno epiſcopatus ſui Eumenide defuncto. Qui Marcus cum decē annis ſacerdotiū adminiſtraſſet,Celadioni poſt obitū ſuum eccleſię gubernacula dereliquit. Pius uero in urbe Roma quindecim annis in ſacerdotio expletis, Aniceto poſt ſe tradidit ſedem. Cuius tēporibus Egeſippus refert ſemetipſum Romam ueniſſe,& permanſiſſe inibi uſꝗ ad Eleutherū, qui poſt Anicetū ſubrogatus eſt in epiſcopatū. Quibus tēporibus ſimul florebat Iuſtinus,in habitu philoſophi diuinum prædicans uerbum,& fidei noſtræ rationem tam ſcriptis uoluminibus,quàm uiuæ uocis aſſertione defendens. Qui & aduerſum Marcionem ſcribens,cōmemorat de eo quod adhuc ſupereſſet eo tempore quo ſcribebat. Deniꝗ ita dicit: Marcion uero quidam Ponticus, qui hodieꝗ ſupereſt, docet homines alium credere eſſe deum, maiorem conditore deo. Hæc ille hominibus ingerēs,& dæmonibus adiutoribus utens, multis blaſphemare perſuaſit, ut negarent creatorē omnium deum ipſum eſſe patrem Chriſti,ſed & alium quendam,qui quaſi maior hoc eſſet. Et tamen omnes ſectatores eius Chriſtiani appellantur, ita nimirū ſicut omnes

Vide Irenæū lib.3.cap.4 circa finem
Cap.28
Marcion
Marcus hæreticus
Egeſippus quando uenerit Romam
Iuſtinus floret

cõmuni uocabulo,cum diuerſæ ſint ſectæ,philoſophi nuncupantur. Sed & A
Iuſtini liber aduerſus omnes hæreſes poſt pauca nihilominus dicit: Eſt aũt & nobilis liber aduerſus oẽs hæreſes compoſitus,quem ſi uultis decurrere,dabimus. Cap. XII

Iuſtinus aduerſus gentes HIc aũt ipſe Iuſtinus ſcribit etiã cõtra Paganos uolumẽ inſigne. Sed & alios libros pro noſtra religione, in quib. ad Antoninũ principẽ, qui cognominatur Pius,ſermonẽ dirigit,ſcribens & ad Senatũ. In urbe etenim Roma maxime conſiſtebat. Deniq; in uno ex ijs libris, etiam de ſemetipſo uolens,quis uel unde eſſet,oſtendere,hoc modo ſcribit:

Titulus, ſeu potius ſubſcriptio libri, quẽ Iuſtinus pro religiõe Chriſtiana ſcripſit ad Antoninũ Cæſarem IMPERATORI AELIO ADRIANO ANTONINO PIO, Cæſari Auguſto, & ueriſsimo philoſopho: & Lucio philoſopho Cæſaris proprio filio,ac Pio adoptiuo,amatori ſapiẽtiæ: & ſacro Senatui,atq; omni populo Romano,pro uiris ex omĩ genere hominũ cõgregatis, & iniuſto odio laborãtibus,ac nõ digna patiẽtibus,Iuſtinus Priſci filius Bacchiadis,ex urbe Neapoli Paleſtinæ,unus pro omnib. hoc defero poſtulatũ. Sed interpellatus idẽ Imperator in Aſia ab his qui uario iniuriarũ genere affligebantur,tale reſcriptũ ad uniuerſos Aſiæ populos promulgauit. Cap. XIII

IMP. CAES. MARCVS AVRELIVS ANTONINVS AVG. ARMENICVS, PONT. MAX. TRIB. POT. XV. COS. III. VNIVERSIS SIMVL PLEBIBVS ASIAE SALVTEM. B

EGO quidẽ nõ ambigo,etiã dijs ipſis curę eſſe,ne quis noxius lateat. Multo enim magis illis cõuenit punire eos, qui ipſis immolare nolunt, q̃ uobis. Sed uos cõfirmatis eorũ quos perſequimini ſententiã, quã de uobis habẽt, dicentes,uos impios et ſine deo eſſe. Vnde & optabilius habẽt animã ponere pro deo ſuo, & mortẽ libenter amplecti, q̃ uobis talibus adquieſcere, & in ueſtræ religionis iura cõcedere. De motib. aũt terræ qui uel facti ſunt,uel etiã nunc fiunt, abſurdũ non erit mœrorẽ ueſtrũ iuſta cõmonitione ſolari.
Ethnici in Chriſtianos transferebant cões caſus Quoniãquidẽ cõperi,quod in huiuſcemodi rebus, ad illorũ inuidiã cõmunes caſus trãsfertis. In quo illi quidẽ maiorẽ fiduciã accipiunt apud deum. Vos aũt in omni tẽpore,quo de talibus ignoratis, cæteros quidẽ deos negligitis:cultũ uero immortalis dei,quẽ Chriſtiani colunt, expellitis & deturbatis,uſq; ad mortẽ cultores illius obſeruãtiæ perſequẽtes. Super quibus plurimi ex prouincijs Iudices etiã uenerabili patri noſtro ſcripſerant. Quib. reſcriptũ eſt ab eo, ut nihil omnino moleſtiæ huiuſcemodi hominib. generarẽt, niſi fortè arguerẽtur aliquid aduerſum Romani regni ſtatũ moliri. Sed & mihi ipſi de his quãplurimi retulerunt. Quib. ego paternã ſecutus ſententiã,pari moderatiõe reſcripſi. Quod ſi quis perſiſtit huiuſcemodi hominib. abſq; ullo crimine mouere negocia, ille quidẽ qui delatus pro hoc nomine fuerit, abſoluatur, etiam ſi probetur id eſſe quod ei obijcitur, Chriſtianus. Is aũt qui crimen obtendit,reus pœnæ ipſius quam obiecit, exiſtat.

Propoſita

A Propoſita Epheſi publicè in conuentu Aſiæ. Cap. XIIII

HAec ita geſta eſſe teſtatur etiã Melito epiſcopus eccleſiæ Sardenſis,in co libro,quẽ ad Imperatorẽ Verum pro fide noſtra ac religione conſcripſit: qua tẽpeſtate etiã Aniceto Romanæ eccleſiæ præſidẽte, Polycarpũ Romã ueniſſe, atq; habuiſſe ſermonẽ cum ipſo Aniceto de paſchæ die Irenæus refert. Sed & alia quædã de eodẽ Polycarpo ſcribit, quæ mihi dignũ uidetũ corpori huic noſtrę narrationis inſerere. Tertio igitur libro aduerſus hæreſes hæc de eo cõmemorat Irenæus: Polycarpus, inquit, qui nõ ſolum ab apoſtolis eruditus eſt, neq; ſolum conuerſatus eſt cum his qui dominũ uiderãt, ſed & ab ipſis apoſtolis ordinatus Smyrnæorũ eccleſiæ epiſcopus, quẽ nos quoq; in prima ętate noſtra uidimus. Diu etẽm permanſit in uita, & longæua ætate perdurans,nobilis uiuendo,ſed & moriẽdo nobilior extitit,quippe qui uitam martyrio cõſummauit. Docebat aũt ſemper ea quę ab Apoſtolis ipſis didicerat: & hæc eccleſiæ tradebat, quæ ſola uera ducenda ſunt. Quorum teſtes ſunt oẽs eccleſię,quæ in Aſia conſtitutæ ſunt,& hi qui per tẽpus etiã nunc in Polycarpi ſucceſſione perdurant. Multo autẽ uerior & fide dignior hic autor eccleſiæ eſt,& ueritatis teſtis,q̃ Valẽtinus & Marcion,& cæteri peruerſæ mentis homines. Qui etiã ſub Aniceto Romã perrexit, & multos ex ſupradictis hæreticis ad eccleſiã dei cõuertit,hanc ſolam

B prędicans tenendã eſſe ueritatem,quã ipſe ſciret ſe ad Apoſtolis ſuſcepiſſe, quam & tradebat eccleſię. Et ſunt adhuc etiam nunc,qui audierunt ab ipſo, quod Ioãnes apoſtolus diſcipulus domini,apud Epheſum cum balneas lauandi gratia fuiſſet ingreſſus,& uidiſſet ibi Cerinthum,exilucrit cõtinuo, & diſceſſerit non lotus,dicens:Fugiamus hinc, ne & balneæ ipſæ corruant, in quib. Cerinthus lauatũ,ueritatis inimicus. Idẽ etiã ipſe Polycarpus, Marcioni aliquãdo cum occurriſſet, dicenti ſibi: Agnoſce nos. Reſpõdit: Agnoſco agnoſco primogenitũ Satanæ. Tanta tunc apoſtoli atq; eorum diſcipuli in religione cautela utebantũ,ut ne uerbi quidem cõmunionem cum aliquo eorum qui à ueritate deuiauerant habere paterentũ. Sicut & Paulus dicit: Hæreticum hominem poſt unam & alterã correptionẽ deuita, ſciens quia peruerſus eſt huiuſmodi, & peccat, cum ſit à ſemetipſo damnatus. Extat & epiſtola Polycarpi ad Philippenſes ſcripta, perualida, ex qua formã fidei eius ac prædicationis(ſi quis fortè ſalutis ſuæ ſollicitudinem gerit)capere poteſt. Hactenus Irenæus. Polycarpus uero in ipſa epiſtola,quam ad Philippenſ. ſcripſerat,utitur teſtimonijs de prima Petri epiſtola. Cap XV

SEd enim Antonino,qui Pius cognominatus eſt,uiceſimo et ſecundo anno principatus exacto Marcus Aurel. Verus, & Antoninus filius eius cum Lucio fratre ſuccedunt. Quo in tempore Polycarpus maximis perſecutionibus Aſiam quatientibus uitam martyrio finiuit. De quo plane neceſſarium duximus memoriæ tradere, maximè cum ſcripta extet epiſtola ex perſona

Melito Sardẽſis epiſcopus

Polycarpus

Vide Irenæũ aduerſus hæreſes lib. 3. ca. 3

Nota.

M. Aurelius Verus

perſona eccleſiæ Smyrneorũ ad Ponti eccleſias data, quæ de martyrĳ eius beato fine deſignat. Cuius exemplum infra ſcriptum eſt. A

Eccleſia Smyrneorũ de martyrio Polyc.

ECCLESIA DEI QVAE EST APVD SMYRnam, eccleſiæ dei conſtitutæ apud Philomelium, & omnibus quæ ubiq; ſunt ſanctis eccleſĳs catholicis, miſericordia, & pax, & charitas dei patris, & domini noſtri Ieſu Chriſti multiplicetur.

SCRIPSIMVS uobis fratres de martyribus, & de beato Polycarpo, qui uelut ſignaculo quodam martyrĳ ſui, finem perſequutionib. poſuit. Et paulo poſt deſcribentes etiam cæterorum martyrum agones, talia quædã ſcribunt. Deterrere etenim uolẽtes inſpectantẽ populum, nunc flagris uſq; ad interiora uiſcerum martyres laniabãt, ita ut abdita corporis, & quæ natura in arcanis locauerat, nudarentur. Nunc autem marinas cochleas, quos murices uocant, & acuta quæq; fragmenta in dorſum ſupinatis martyribus ſubſternebant, in quibus omne tormẽti genus & pœnæ ſpeciẽ conſumẽtes, ad ultimũ deuorandos eos beſtĳs exponebant. Sed in his præcipue deſignatur uir fortiſſimus effloruiſſe Germanicus nomine, qui per gratiam diuinæ uirtutis metum corporeæ fragilitatis excluſit. uolente nanq; Procõſule perſuaſionibus aggredi uirũ, & obĳcere ei primæ ætatis florẽ, debere eum ſuimet ipſius miſerationẽ capere: ille nihil moratus, ſpõte dicitur præparatã ſibi beſtiam prouocaſſe, ueluti tardantes increpãs pœnas, & iniquæ huius uitę ultro uelocẽ expetiſſe diſceſſum. Verũ cũ ex huius tã inſigni morte ſtuporem cepiſſet aſtantis populi multitudo, & totius Chriſtianorũ gẽtis mirari uirtutẽ de contẽnenda morte cœpiſſent, conclamãt oẽs: Tolle impios. Polycarpus requiratur. Sed cum ex adclamatione grauis perturbatio fieret, Corinthũ quendã natione Phrygẽ nuper de ſuis regionib. aduentantẽ, accidit primo quidẽ beſtias cæteraq; tormenta ſponte laceſſere, dehinc fractis animis cedere, ad ultimũ etiã ſalutẽ ſegnitia perdere. Quæ res eũ ad martyriũ procacia potius & temeritate, q̃ deuotiõe proſiluiſſe declarat. Ipſe nanq; ſe iudicĳs ingeſſerat. Victus itaq; exemplum euidẽs omnib. dedit, cautius in rebus talibus & circũſpectius agẽdum: quia nõ temeritas, ſed fides & modeſtia coronatur. Sed de his quidem talia geſta ſunt. Inſignis aũt uir Polycarpus, primo quidẽ cũ audiret uulgus in ſe adclamationib. excitatum, in nullo penitus motus eſt, ſed manſit impauidus. Tranquillus nanq; erat moribus, & ſerenus aſpectu: Qui cũ in eadẽ ciuitate uellet interritus pmanere, adquieſcens tamen deprecãtibus ſe familiaribus ſuis, ad agrũ quendã ciuitati proximum ſeceſſit, atq; ibi cum paucis die noctuq; nihil aliud quàm in orationibus permanet, pro pace eccleſiarũ, quæ ubiq; ſunt, ſupplicans deo: quod ei facere in omni uita ſua moris perpetui fuit. Sed is in oratione poſitus, ante triduum quàm comprehenderetur, uiſionem uidet per noctem, ceruical capitis ſui flammis eſſe conſumptum. Cumq; euigilaſſet, poſt uiſum interpretatus

Margin notes: Germanicus — Vox pop. — Corinthus parum conſtans martyr — De pace eccleſiarum — B

A pretatus eſt aſtantib. ſomnium ſuum, dixitq́ pro certo, ſe ob Chriſtũ per ignem uitæ exitum ſortiturũ. Imminente igitur quæſtione, rurſus fratrum charitate compulſus, cõmigrauit in alium locũ. Quo non multo poſt inquiſitores eius ingreſſi correptis duobus pueris, & altero ex his uerberato, per indicium eius ad Polycarpum perueniũt, cum iã declinaret dies. Et ingreſſi ipſum quidem offendunt in ſuperioribus quieſcentẽ. Vnde cum poſſet facilis ei tranſitus eſſe ad alteram domum, noluit, dicens: Voluntas domini fiat. Quin imò & cum cõperiſſet adeſſe comprehenſores ſuós, in occurſum eis progreſſus, læto admodũ uultu ac placido cõpellare uiros cœpit cum ingẽti oris gratia, ita ut illi mirarentur & ſtuperẽt, quid tãtum ſtudij fuerit, ut uir illius grauitatis & honeſtatis in tam longæua ætate, & tantã uitæ autoritate poſitus, perquiri & comprehendi iuſſus ſit. Sed ille nihil moratus, continuo apponi menſam hoſtibus quaſi hoſpitibus iubet, atq́ eis epulas largius miniſtrari, unius horæ ab eis ſpatio orationis gratia impetrato. Orabat igitur tanta dei gratia repletus, ut admirarẽtur omnes qui aderant, & ipſi qui ad cõprehẽdendũ eum uenerant, pœniterent, quod tam honeſtũ uirum ac deo dignũ, & ipſa ætate uenerabilem, rapere iuberẽtur ad pœnam. Et poſt aliquanta eadem ſcriptura uerbis ipſis talia coniungit ex ordine. Poſtea uero quàm finiuit orationem, memoriã faciens omnium quoſcunq́ noſſe potuit,

B maiorũ minorumq́, nobiliũ & ignobiliũ, & totius catholicæ eccleſiæ, quę per orbẽ terrę eſt, inſtante iã hora progreditur, & in aſino ſedẽs ad ciuitatẽ deducebatur, cum eſſet dies magni ſabbati. Pergenti occurrit ei Præfectus pacis Herodes nomine, & pater eius Nicetas, qui leuantes eum ſecũ in uehiculum, perſuadere ſedulo conabãtur, dicẽtes: Quid em̃ mali eſt, dicere deum Cęſarẽ, & immolare, & de cætero uiuere ſecurum? Hæc ille primo tacitus audiuit. Sed ubi perſiſtebãt, ait ad eos: Quid multis opus eſt? facturus non ſum quod dicitis. At illi poſteaq́ nihil ſe profeciſſe ſenſerunt, indignatione cõmoti, cum contumelia eum uehiculo deturbant, ita ut pedẽ læderet præceps actus. Sed quaſi nihil fuiſſet iniuriæ, tota alacritate cõtentus, pergebat ad ſtadiũ quo duci fuerat imperatus. Cũ uero tumultus ingẽs in ſtadio ex ingreſſu eius fuiſſet exortus, uox de cœlo delapſa eſt: Fortis eſto ò Polycarpe, & uiriliter age. Sed autorẽ quidẽ uocis uidere potuit nemo, auditus tamen ad plurimos uenit. Interea animatur ad furorẽ tumultus populi uidentis, quia Polycarpus introducitur. Cumq́ eminus à Procõſule interrogaretur, ſi ipſe eſſet Polycarpus, ſe eſſe cõfitetur: Ergo, inquit, habeto ætatis tuæ reuerẽtiã, & parcẽs ultimæ ſenectuti tuæ, iura fortunam Cæſaris, gerens de prioribus pœnitudinẽ, & cõclama etiã tu, Tolle ſacrilegos. Tũ Polycarpus toruo uultu ad populũ, qui in ſtadio reſidebat, aſpiciẽs, eleuata ad cœlũ dextera, cũ gemitu proclamauit & dixit: Tolle ſacrilegos. Sed inſiſtente procõſule, & dicente, iura fortunã Cæſaris, & dic in Chriſtũ cõuicia, & dimitto te.

Dies magni ſabbati

Herodes præfectus pacis

Vox de cœlo

Iura fortunã Cæſaris

Polycarpus

Polycarpus ad hæc, Octoginta, inquit, & ſex annis ſeruio ei, & nihil me læ- A
ſit unquam, quomodo poſſum maledicere & blaſphemare regẽ meum, qui ſa-
lutem mihi dedit? Cumque rurſum uehemẽtius urgeretur, ut fortunã Cæſa
ris iuraret: Si hanc, inquit, iactantiã quæris, ut ego fortunã Cæſaris iurẽ, &
quis ſim ignorare te ſimulas, cũ omni libertate audi à me, quia Chriſtianus
ſum. Si uero etiam rationem uis Chriſtianæ religionis accipere, ſtatue diem
& audi. Proconſul dixit: Suade hoc populo. Polycarpus ait: Tibi quidem re
Magiſtrati- ſpondi. Docemur enim, principibus & poteſtatibus ijs quæ à deo ſunt, ho-
bus quatenus norem deferre, eum ſcilicet qui religioni non ſit contrarius. Populo aũt ſurẽ
obediendum ti ſatis facere nõ eſt meũ. Procõſul dixit: Beſtias habeo paratas, quibus obij
cieris niſi cito pœnitueris. At ille reſpondit: Adhibeantur: Nobis enim im-
mobilis ſtat ſententia. Nec poſſumus de bono ad malum per pœnitudinẽ
cõmutari. Melius aũt erat, ſi hi mutarẽtur ad bona, qui perſeuerãt in malis.
Tunc Proconſul: Igni te, inquit, faciam conſumi, ſi tibi beſtiæ contẽnendæ
uidẽtur, nec propoſiti recipis pœnitudinem. At ille: Ignem minaris, inquit,
hunc qui ad momẽtum incenditur, & paulo poſt extinguitur, quia ignoras
futuri iudicij ignem æternũ, qui ad perpetuas pœnas præparatus eſt impi-
orum. Sed quid moraris? Adhibe utrum uoles. Hæc & multa alia his ſimi-
lia dicens Polycarpus, confidentia ſimul & lætitia replebatur, ita ut alacrita-
tem uultus eius, reſponſionumque conſtantiam Proconſul maximo ſtupore B
miraretur. Miſſo igitur Curione ad populũ, iubet uoce maxima proteſtari,
Polycarpum tertio cõfeſſum Chriſtianũ ſe eſſe. Quo audito, uniuerſa mul-
titudo tam gentilium quàm Iudæorũ Smyrnenſium ciuitatis, cum ingenti
furore adclamabant: Hic eſt totus Aſiæ doctor, & pater Chriſtianorũ, no-
ſtrorum autem ſubuerſor deorum. Ipſe eſt qui multos docet, ne immolent,
neue adorent deos. Et poſt hæc uerba acclamabãt Philippo munerario, ut
leonẽ Polycarpo dimitteret. Qui reſpondit, non ſibi licere, quia iam æditio-
nis ſuæ munus expleſſet. Tunc illi omnes pariter conclamarunt, ut Polycar-
pus uiuus arderet. Oportebat enim uiſionẽ eius quam de ardente ceruicali
uidit, impleri. Quæ cũ dicto citius gererentur, ipſis populis ligna uel de bal-
Iudæi perſecu- neis, uel de publicis quibuſque locis, & ſarmenta cõgregantibus, præcipue Iu
tores Chriſtia- dæis ardentius ad hæc ex more feruẽtibus, cũ omni uelocitate extructus eſt
norum rogus. Tum depoſitis ſenior indumẽtis, ac zona reſoluta, calciamẽta quoque
pedibus tẽtabat educere, quę nunquã niſi à religioſis quibuſque fide & deuo
tione ſemetipſos inuicem præuenientibus, reſolui conſueuerant. Ita nanque
in omni etiam reliqua uita ſua uenerabiliter ab omnibus colebatur. Vt ergo
expedita ſunt quæ ad ignẽ pertinebant, cum eum uellent rogo impoſitum
etiam clauis affigere, ait: Sinite me. Qui enim dedit mihi ignis ferre ſupplici
um, dabit & ut ſine clauorum affixione flãmas immobiliter perferã. Tum
illi omiſſis clauis, uinculis uſi ſunt ſolis. Quibus poſt tergum manibus reuin

A ctis,uelut electus aries,& ex magno grege aſſumptus, acceptabile holocau
ſtum omnipotenti oblatus eſt deo, has preces etiã in ipſa paſsione profun/
dens: Deus dilecti & benedicti filij tui Ieſu Chriſti pater,per quẽ tui agni/ *Precatio Po/*
tionem ſuſcepimus: Deus angelorum,& uirtutũ,& uniuerſæ creaturæ,ac to *lycar. ad deũ*
tius iuſtorum generis, qui oẽs coram te uiuunt, benedico te, qui me in hanc
diem atq; in hanc horam perducere dignatus es,ut particeps exiſterẽ mar/
tyrum, & calicis Chriſti tui, in reſurrectionem uitæ æternæ animæ ac ſpiri/
tus mei per incorruptionem ſpiritus ſancti,in quibus ſuſcipiar in conſpectu
tuo hodie,tanquam ſacrificiũ pingue & acceptabile: ſicut præparaſti & præ
ſignaſti,ita & feciſti. Verus es tu,& ſine mendacio deus, propterea & in om
nibus laudo te,& benedico te, & glorifico te per æternum deum & pontifi/
cem Ieſum Chriſtum dilectũ filium tuum, per quem, & cum quo tibi cum
ſpiritu ſancto gloria,& nunc,& in futura ſecula,Amen. Et cum Amen inſo/
nuiſſet,oratione cõpleta ſubijciunt ignẽ homines ignis æterni. Cũq; flãma
ingens reluxiſſet, uidimus miracula oẽs nos, quibus ea deus uidere conceſ/
ſit. Ex quibus & q̃plurimi à domino ad hoc reſeruati ſunt,ut annuntiarent *Polycarpi cor*
cæteris quæ uiderunt. Flãma etenim in modum cameræ curuata ſpecie,qua *pus in igne*
ſi uelum nauis uento ſinuante, ſupra corpus martyris ſtetit: quod corpus in
medio poſitum non erat ut caro ardens, ſed tanquam ſi aurũ & argentum
B in fornace cãdeſceret. Tum præterea odorem naribus hauſimus tanquam
thuris incenſi, uel precioſiſſimi fragrantis unguenti. Ad ultimũ uidẽtes ſce/
lerum miniſtri, igne corpus non poſſe conſumi, iuſſerunt propius accedere
confectorem,& corpus cui ignis ceſſerat, mucrone transfodere. Quo facto
tam largus profuſus eſt ſanguis, ut reſtingueret rogum. Populus aũt mira/
culi ſtupore diſceſsit attonitus, erga electos dei tam inſigni eius fauore per/
ſpecto. Hic ergo eſt admirabilis & electus temporib. noſtris magiſter apo/
ſtolicus, & propheticus Smyrneorũ eccleſiæ ſacerdos, qui omne uerbum
quod loquutus eſt,& impletum eſt, & implebitur in futuro. Sed ille æmu/ *Polycarpi cor*
lus totius boni,& aduerſarius omnium iuſtorum, poſtquam uidit quod & *pus negatur*
pro martyrij gloria,& pro uitæ egregiæ uirtutib. coronatus eſt,& per mor/ *Chriſtianis*
tem præmia immortalitatis indeptus, ſatiſagere cœpit, ut reliquias eius ad *ſepeliendum*
ſepulturam noſtris deſiderantibus nemo concederet. Inſtigabatur ergo Ni
cetas Herodis pater, frater autem Dalcæ, adire iudicem, & petere ab eo ne
humandum concederet corpus,ne forte,inquit, relinquentes illum qui cru/
cifixus eſt Chriſtiani,hunc colere incipiant: Iudæis maxime iſta machinan *Iudæorũ odiũ*
tibus,qui & noſtros intentis oculis obſeruarunt, ne eum è flãmis adhuc ar/
dentibus raperent: ignorantes miſerrimi, quia neq; Chriſtum aliquando
poſſumus derelinquere, qui mortem pro totius mũdi ſalute ſuſtinuit, neq;
alium quenquam colere: quoniam uerum deum, & qui ſolus colendus ſit,
nouerimus: Martyres uero tanquam diſcipulos domini diligamus & uene

i remur

remur,quaſi integre fidem magiſtro ſeruātes & domino,quorū nos quoq; A in fide & perſeuerantia charitatis optamus eſſe participes. Vbi autem uidit Centurio tam obſtinatam Iudæorū contentionē, poſitum in medio ipſum corpus exuſſit: & ita nos poſtmodum ambuſta oſſa precioſiſsimis gemmis chariora,& omni auro probabiliora per ignem facta collegimus,ac(ſicut cō ueniebat)ex more cōdidimus. Quo in loco etiam nunc,præſtante domino, ſolennes agimus celebreſq; conuentus,maxime quidē in die paſsionis eius, ſed & cum eorum memorias,qui prius paſſi fuerant,celebramus,ut ſequentium animi ad præceſſorum uiam exemplis inſignibus ſuſcitentur. Hactenus de beato Polycarpo,cum quo etiam alij duodecim ex Philadelphia uenientes,apud Smyrnam martyrio conſummati ſunt. Sed & in eadē epiſtola continebatur etiam de alijs q; plurimis eiuſdem temporis martyribus intexta narratio. In quibus refertur poſt Polycarpum, quod etiam Metrodorus quidam ex Marcionis hæreſi presbyter, igni ſit traditus. Inter cæteros autem qui per idem tempus martyres extiterūt, famoſiſſimus inibi refertur quidam Pionius nomine, cuius per ſingulas interrogationes reſpōſionum conſtantiam,& pro fide noſtra ad populum orationes:quamq; apud Iudices interritus ſemper aſtiterit,docens & diſputans etiā in ipſis tribunalibus: utq; his qui in perſequutione titubauerant,cohortationibus ſuis ad conſurgendū dexteram dederit:& in carcere poſitus, qualiter ingreſſis ad ſe fratribus animos ad martyrij tolerantiam roborarit,quos ue etiā ipſe pro martyrio pertulerit cruciatus:utq; ſit clauis affixus, & ardēti rogo ſuperpoſitus: & ut in his beatū uitæ fecerit finem, ſi quis uult plenius ſcire, ex illa quæ nobis de antiquis martyribus ſcriptura cōpoſita eſt,plenius diſcet. Poſt hęc etiam aliorū apud Pergamum Aſiæ urbē martyrū geſta referunt, Carpi cuiuſdā & Papyrij,& Agathonicæ optimæ fœminæ, aliarūq; multarum, quæ pro beatis confeſſionibus martyrio coronatæ ſunt. B

Metrodorus | *Pionius inſignis martyr* | *Euſebij liber De antiquis martyribus*

Cap. XVI

CVm quibus & uir mirabilis, de quo paulo ſuperius fecimus mētionē, Iuſtinus, cum ſecundo iam librum pro religionis noſtræ defenſione conſcriptum, temporis illius iudicibus obtuliſſet, remunerationem linguæ fidelis & eruditæ,martyrij munus accepit, quodam philoſopho Creſcente nomine, cane tam profeſsione q; moribus, dolos uiro inſidiaſq; tendente. Quoniāquidem ſępe cum eo diſputans,auditoribus medijs,non ſolum obtinuerat eum, uerum & uehementius ueritate ſibi ſuffragante confuderat: unde & uictoriæ ſuæ palmam, martyrium percepit à domino. Hoc aūt ita futurum,etiā beatus ipſe,uerus philoſophus ueritatis in ea defenſione, quā ab eo conſcriptam ſupra diximus,aperte,ſicut erat futurū,prophetica mente prædixit,his uerbis: Nam & ego, inquit, ſpero me ab aliquo horū,quib. pro ueritate obſiſto,inſidias eſſe paſſurum: ſpero baculo aut claua feriendū: certe uel à Creſcente hoc,non philoſopho,ſed φιλοκόμπῳ, id eſt, non amatore

Iuſtinus | *Creſcēs Cynicus* | *Iuſtini uerba in ſecūdo apologetico,p religione Chriſtiana*

A tore ſapientiæ,ſed amatore iactantiæ. Neq; enim dignum eſt, philoſophū nominari eum,qui de his quæ neſcit,publice proteſtatur: & Chriſtianos ſine deo eſſe,& impios dicit,ad gratiam & libidinē eorum,quos in errore poſitos,ipſe maioribus laqueis erroris inuoluit. Si enim ignoratur ab eo Chriſti doctrina,& ea arguit quę ignorat,nequiſsimus eſt,& imperitis multo nequior:quia & imperiti uel idiotæ obſeruant,ne diſputare audeāt de his quæ ignorant,& de illis teſtimonium perhibere quæ neſciunt. Si uero legit quæ apud nos ſcripta ſunt, & aut non intellexit eorum uirtutē, aut intellexit quidem,ſed diſſimulat,ne et ipſe ſuſpectus habeatē in talibus,multo nequior & deteſtabilior iudicandus eſt, qui imperiti uulgi captans fauorē, ueritatis ac pietatis quam probat, hoſtis exiſtit & proditor. Nam & propoſuiſſe me ei ſciatis quædam, ex quorū reſponſionib. nihil ſcire cōuictus eſt. Et in tantū uera ſunt quæ dico, ut putem uobis etiā quæſtionis habitæ inter nos diſputationes allatas,ex quibus apertiſſime dignoſcitur,quæ noſtra ſunt,penitus ignorare. Si uero necdum uenerunt hæc ad notitiā ueſtrā,paratus ſum rurſum uobis audientibus diſputare. Hæc ſunt beati Iuſtini uerba, in quib. ſecundū ea quæ prædixerat, per Creſcentis inſidias martyrio conſummatus eſt. Tatianus quoq; uir erudutiſſimus,in prima ætate ſua cū magna admiratione oratoriā docens, ex qua non parum gloriæ quæſierat, poſtmodū ad

Id non obſeruant idiotæ hoc ſeculo

Tatianus rhetor, Chriſtia.

B noſtra ſe ſtudia cōuertens,libros etiā ipſe aduerſum gētes dignos memoria dereliquit,in quib. Iuſtini meminit his uerbis: Sed & admirabilis,inquit,uir Iuſtinus,ſatis recte proſecutus eſt,ſimiles iſtos dicēs eſſe latronibus. Et poſt aliquāta,cū de philoſophis quædā dixiſſet,addit etiā hæc: Creſcens denicq; ille,qui obſedit urbē magnā, in puerorum quidē ſtupris oēs præibat,in pecuniæ aūt cupiditate nullo inferior erat. Mortem uero cum cæteris contemnendam ſuaderet, ipſe tam peſsimam de ea opinionē gerebat, ut Iuſtinum tanquā ultimo malo traderet morti, pro eo quod ueritatē prædicans,uoluptuoſos & deceptores philoſophos arguebat. Cap XVII

Tatiani teſti. moniū de Iuſt.

IDem quoq; Iuſtinus priuſquam proprium deſudaret, aliorum qui ante ſe martyres extiterant,deſcribens agones,in primo defenſionis ſuę libro talia quædā refert: Mulier quædā ait,cōiūcta erat uiro turpi,quæ & ipſa prius turpiter uixerat. Hæc poſtquam Chriſti præcepta cognouit pudica effecta,uiro quoq; de pudicitia ſuadebat, ſuggerēs ei ſcriptum eſſe in Chriſtianorum præceptis,æternas imminere pœnas his,qui pudicitiā in uita ſua iuſtitiamq; contēpſerint. Sed ille in eadē obſcœnitate perſiſtens,actibus iam ſuis alienam à ſe faciebat uxorē. Quippe cum nephas eſſe mulier exiſtimaret in eius mariti cōtubernio permanere,qui naturæ lege contempta,nouas uias libidinis exquirebat. Statuit igitur iura repudiare coniugij. Sed propinquis interuenientibus,& de mariti emēdatione pollicentibus, compulſa eſt in eius rurſum conſortio reſidere. Verum ille poſt hæc Alexandriam profe

Mulier pudica & Chriſtiana, turpē maritū relinquit

ctus,cum turpius ageret,atq; inceſtæ uitæ maiora nunciaret augmẽta quæ/ A
ſiſſe,mulier ne ultra in coniunctione eius manens,particeps inceſti hominis haberet,libello ei repudij dato diſcedit. Tum ille egregius maritus,quẽ gaudere oportuerat,quod in tantũ uxoris ſuæ caſtitas profeciſſet,ut non ſolum nihil turpe cõmittere, ſed ne mariti quidẽ patiẽter ferre turpitudinẽ poſſet, à quo emendationem refutante pro caſtimoniæ amore diſceſſerit: nouo criminis genere pro caſtitate accuſat uxorem: Chriſtiana,inquit,eſt. Et illa quidem libellum tibi obtulit Imperator, ut primo permitteret ei rem familiarem ordinare: tum deinde reſpõderet obiectis: quod & indulſiſti. Verũ maritus cum mulierẽ non poſſet arguere,in Ptolemæi cuiuſdam exitiũ,qui magiſter mulieris in Chriſtiana religione fuerat,tali arte cõuerſus eſt. Amicum habebat Cẽturionẽ quendã: huic perſuadet ut percontaret à Ptolemæo,ſi Chriſtianus eſſet. Hoc tantũ Ptolemęus tanquã amator ueritatis,nequaquã gloriam ſuæ profeſſionis occultans, percontanti Chriſtianũ ſe eſſe cõfeſſus eſt. Hunc continuo Centurio in uincula coniecit, & multo tẽpore ſqualore carceris maceratũ, ad ultimum Vrbicio iudici obtulit. A quo ſimili modo hoc ſolũ interrogatus eſt Ptolemæus,ſi Chriſtianus eſſet. Qui rurſum tanti boni ſibi cõſcius,diuinã religionem præ ſe tulit,& de Chriſti magiſterio,ac totius boni inſtitutionibus publica confeſſione teſtatus eſt. Qui enim negat quod eſt,ſine dubio culpabile iudicat eſſe quod negat. Cõtinuo igitur poſt B confeſſionem,ab Vrbicio duci iubetur ad mortem. Lucius aũt quidã Chriſtianus uir,uidẽs tam temere datam ſententiã,ait ad Vrbicium: Quid quæſo cauſæ eſt, quod neq; adulterum, neq; corruptorem,aut homicidam, uel latronem,raptoremq;,aut alterius cuiuslibet facinoris reum, ſed tãtum pro nomine Chriſtiano,quod hoc ſe uocabulo cõfeſſus eſt nuncupari,ad mortem duci hominem præcepiſti? Non ſunt hæc digna pio Imperatore, nec ſapientiſſimo puero filio eius,neq; ſacro ſenatu quæ agis ô Vrbici. At ille nihil aliud inquirẽs,ait ad Luciũ: Videris mihi & tu Chriſtianus eſſe. Cumq; Lucius reſpondiſſet, Hoc planè ſum: etiam ipſum Vrbicius duci pariter iuſſit ad mortem. Ille, Gratias,inquit, ago,quod me nequiſſimis dominis abſolutum, ad bonum & optimum patrem & regem omnium deum remittis. Sed & tertius quidam pari modo libertate uſus, pari quoq; ſententia punitus eſt. Poſt hæc illa Iuſtinus annexuit ex ordine, quæ paulo ante retulimus. id eſt: Et ego,inquit,ſpero me ab aliquo horũ quibus pro ueritate obſtiti,inſidias eſſe paſſurum. Et cætera.

Ptolemæus Chriſtianus

Vrbicius iudex

Lucius, homo Chriſtianus

Cap. XVIII

Libri Iuſtini philoſophi & martyris

PLurima autem nobis hic uir ſtudiorum monimenta dereliquit, quibus eruditæ eius animæ,ac diuinis deditæ diſciplinis, indicia colligimus: in quibus emolumenti plurimũ inuenire poſſunt ij, qui amorem doctrinæ & ſcientiæ gerunt. Extat igitur eius liber hic(de quo ſuperius memorauimus) ad Antoninum qui dicebatur Pius,& filiũ eius, ac Senatum,pro noſtra religione

A ligione conſcriptus. Sed & ſecũdus nihilominus defenſionẽ noſtræ fidei cõ
tinẽs, quẽ ſcribit ad ſucceſſorẽ ſupradicti principis Antoninũ Verum, cuius
tẽpora nunc cepimus explicare. Sed & alius liber eſt aduerſum Paganos, in
quo de ſingulis, uel noſtris, uel Græcorũ philoſophis cõferẽs, diſputationẽ
latiſſimã conſerit. Ibi etiã de natura dæmonũ diſſerit quędã: quæ his inſere
re longum eſt. Sed & alius liber eſt aduerſum Paganos, qui ſuperſcribitur
Confutatio. Eſt & alius eius De monarchia, quẽ nõ ſolum de noſtris libris,
ſed & de Græcorũ uoluminibus texuit. Eſt & alius, qui ſuperſcribit̃ Pſaltes.
Et alius uelut in ſubnotationũ modo De anima, in quo diuerſas quæſtiões
inſeruit, ex his quæ apud Græcorũ philoſophos agitant̃, quibus contradi/
cturum ſe repromittit, et ſuam de his ſententiã in illius reſponſionis uolumi
ne prolaturũ. Cõpoſuit etiã dialogum quaſi cum Iudæis, quem apud Ephe
ſum cum Tryphone Hebræorũ nobiliſſimo doctore habuit: in quo expo/
nit, quomodo ipſe per diuinã gratiã ad credulitatẽ ueræ fidei perductus ſit,
cum prius immenſum ſtudium erga philoſophorũ geſſerit diſciplinas, per/
quirendæ ueritatis amore detentus. Simulq; refert de Iudæis, quod aduer/ *Iudæorũ odiũ in chriſtianos*
ſum eccleſiam Chriſti, inſidijs feralibus agãt. Et pro his inſimulat Trypho
nem, dicens: Quia non ſolum non pœnituiſtis pro his quę à uobis male ge
ſta ſunt, ſed & uiros aptos ad hoc elegiſtis de Hieroſolymis, & miſiſtis per
B omnẽ terram, qui circũirent & dicerent impiam hæreſim ſurrexiſſe Chriſti/
anorum, ſimul & criminoſa quædã diffamarent aduerſum nos, quo ſcilicet
per hæc ignorantes quiq; deterriti, conſortia noſtra uitarent: in quo non ſo
lum nobis ipſis, ſed & alijs opprobria fingendo cauſa mortis extitiſtis. Scri/ *Prophetia in*
bit autem quod uſq; ad ſua tempora prophetiæ gratia in eccleſijs floruerit. *eccleſijs uſq;*
Sed & Apocalypſim, Ioãnis apoſtoli eſſe dicit. Propheticis etiã quibuſdam *ad Iuſtini*
utitur teſtimonijs ad Tryphonem, conuincens eum de his, quod Iudæi ab/ *tempora.*
ſciderint hæc de ſcripturis, & abſtulerint. Sed & multa eius alia apud q̃p plu *Apocalypſis*
rimos fratrum ferunt̃, quæ ita probabilia ac digna à ueterib. iudicata ſunt,
ut Irenæus ex ipſis inueniatur adſumere, & in quarto aduerſum hæreſes li/
bro de his hoc modo ſcribere: Et bene, inqt, Iuſtinus in eo uolumine quod
aduerſum Marcionem ſcribit, proſequutus eſt, dicens: Quia ipſi domino
nunquam adquieſcerem, ſi alium deum diceret præter omnium creatorem.
Et iterum in quinto eiuſdem operis libro dicit: Et optime, inquit, Iuſtinus
affirmat, quia ante aduẽtum domini nunquã auſus eſt Satanas blaſphema
re deum, quippe qui nondum agnouiſſet damnationem ſuam. Hæc autem
nobis neceſſario de opuſculis Iuſtini dicta ſint, ad inquiſitionẽ librorũ eius
ſtudioſos quoſq; fideles prouocantibus Cap. XIX

IGit octauo anno ſupradicti principis, Aniceto undecimo anno epiſco/
patus ſui defũcto, ſucceſſit Soter. Apud Alexãd. uero Celadion quatu/
ordecim annis miniſtrato ſacerdotio, Agrippinũ ſucceſſorẽ reliquit. C. XX

APud Antiochiam uero Theophilus per idem tēpus ſextus ab Apoſtolis eccleſiæ pontificatum tenebat, Vbi quartus poſt Heronem fuerat Cornelius. Poſt quē quinto gradu Heros ſucceſſerat. A Cap. XXI

Egeſippus
TVnc etiam Egeſippus, de quo ſupra memorauimus, inſignis habebatur, & Dionyſius Corinthiorum epiſcopus, ſed & Pinytus nobiliſsimus apud Cretam in epiſcopis fuit. Philippus etiam & Apollinaris, & Meliro, Muſanusq́ & Modeſtus, & præcipuus Irenæus, quorum omnium ad nos uſq; apoſtolicæ fidei & ſanæ doctrinæ præclariſsima monimenta perlata ſunt. Cap. XXII

Irenæus

EX quibus Egeſippus in quinto Commentariorum libro, ubi ſententiam ſuæ fidei pleniſſima cum adſtructiōe deſignat, indicat hoc etiam, quod cum ad urbem Romam pergeret, plurimis per loca ſingula epiſcopis in ſermone & charitate congreſſus, omnes eiuſdem fidei prædicatores doctoresq́ repererit: ſimul & de Epiſtola Clementis ad Corinthios ſcripta quædam cōmemorat, quæ etiam inſerere huic operi noſtro neceſſarium duxi. Ait ergo, Et permanſit, inquit, eccleſia Corinthiorum in prædicatione recta uſq; ad Primum epiſcopum: quem Romam nauigans uidi, & reſedi cum eo apud Corinthū diebus multis, delectatus puritate fidei eius. Cum autem ueniſſem Romam, permanſi inibi, donec Aniceto Soter, & Soteri ſucceſsit Eleutherus. Sed in omnibus iſtis ordinationibus, uel in cæteris B quas per reliquas urbes uideram, ita omnia habebātur, ſicut lex antiquitus tradidit, & prophetæ indicauerunt, & dominus ſtatuit. Item idem ipſe etiam de hæreticis, qui ſuo tempore exorti ſunt, talia quædam commemorat: Et poſteaquam, inquit, Iacobus, qui cognominatur Iuſtus, martyr effectus eſt, ſicut dominus, etiam ipſe reddens teſtimonium ueritati: electione diuina Symeon Cleopę filius epiſcopus ordinatur, electus ab omnibus pro eo quod eſſet conſobrinus domini. Propterea autem tunc eccleſia uirgo uocabatur, quia nondū fuerat adulterini uerbi ſubreptione corrupta. Sed Theobutes quidam, quia repulſam meruit epiſcopatus, ipſæ cœpit initio perturbare omnia & corrumpere. Qui erat ex ſeptem hæreſibus in populo conſtitutis Ex quibus erat & Simon, à quo Simoniani: Cleobius, unde & Cleobiani: & Doſitheus, unde Doſitheani: & Gortheus, unde Gortheni: & Maſbutheus, unde & Maſbutheni: ſed & Menander, unde Menandriani. Ab ipſis & Marcioniſtæ, & Carpocratiani, & Valentiniani, & Baſilidę, & Saturniani. Quorum unuſquiſq; diuerſis corruptionibus fidei, ſeorſum ſchiſma componens, propriam ſectam, & proprios habuit ſectatores. Ex ipſis proceſſere pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & pſeudapoſtoli, qui in diuerſas partes fratrum unitatem ſcindentes, per corruptelam doctrinæ caſtum eccleſię cubile macularunt, impietatem loquentes aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Sed & antiquas Iudæorū hæreſes idem ipſe

De primis hæreticis

Eccleſia uirgo

Hæretici uarij

A ipſe ſcriptor,quæ,uel quantæ fuerint,per hęc uerba deſignat:Erant,inquit, diuerſæ ſententiæ in circumciſione,id eſt,in filijs Iſrael, quæ maxime aduerſabantur tribui Iudæ, ex qua Chriſtus eſt.Erant ergo Ieſſæi, Galilæi, Hemerobaptiſtæ,Masbuthæi,Samaritæ,Sadducæi, Phariſæi. Sed & alia quoq; plurima ſcribit, de quibus ex parte iam pro locorum opportunitate in ſuperioribus memorauimus. Diſſeruit autem & de euangelio ſecundũ Hebræos & Syros,& quędam etiã de lingua Hebraica diſputauit,& Iudaicarũ traditionum meminit: per quæ indicat ſe ex Hebræis ad fidẽ Chriſti ueniſſe. Verum & hic ipſe,& Irenæus, & omnis antiquorum chorus,librũ qui adtitulatur Sapientia, Solomonis eſſe dixerũt,ſicut & Prouerbia,& cætera.De apocryphis uero cum ageret aduerſum quoſdã hæreticos, corrupta in his quædam etiam ac falſata eſſe perhibuit. Cap. XXIII

Antiquæ iud. hæreſes *Egeſippus primum Iudæus*

SEd ueniendum nobis eſt tandem ad beati Dionyſii cõmemorationem Corinthiorum eccleſiæ epiſcopi,cuius eruditione & gratia,quam habebat in uerbo dei, fruebantur non hi populi ſolũ quos regendos ſuſceperat, ſed & procul poſiti,quibus per epiſtolas præſentiã ſui reddebat. Extat deniq; eius ad Lacedæmonios ſcripta epiſtola de catholica fide, in qua & de pace atq; unanimitate florentiſſime docet.Et alia ad Athenieſes,in qua ad Euangelij credulitatẽ inuitat & cõcitat ſegniores, ſimul & arguit quoſdam B uelut penè prolapſos à fide, cum epiſcopus eorũ Publius fuiſſet martyrio conſummatus.Sed & Quadrati, qui Publio martyri ſucceſſerat in ſacerdotio,meminit:ſimul & memorat,quod labore eius & induſtria rediuiuus quidam in eis calor fidei reparatus ſit.Et illud in eadẽ deſignat epiſtola, quod Dionyſius Areopagites,qui ab apoſtolo Paulo inſtructus, credidit Chriſto,ſecundum ea quæ in Apoſtolorum Actibus deſignãtur,primus apud Athenas ab eodem apoſtolo epiſcopus fuerit ordinatus. Fertur & alia eius epiſtola ad Nicomedienſes,in qua hæreſim Marcionis impugnat,& eccleſiaſticæ fidei regulã mirabili ratione conſtituit.Scribit & aliã eccleſiæ Gortinenſiũ,cæteriſq; ſimul eccleſiis Cretę,in qua epiſcopũ ipſorum Philippum uelut magnis uirtutibus & optimis ſtudijs præditum proteſtatur.Dicit autem ab hæreticorum conuiuijs abſtinendum. Scribit etiam aliam eccleſiæ Amaſtrianorum, cęteriſq; cum ea Ponti eccleſiis, in qua Bachylidis & Elpiſti meminit,tanquam qui eum cohortati ſint ad ſcribendum, & multa in ea ex diuinis ſcripturis explanat, ſimulq; epiſcopi eorum mentionem facit nomine Palmeæ. Sed & de nuptijs & caſtitate plurima cõmemorat: & ex quocunq; lapſu reſurgentes, & conuertentes ſe à peccato, etiam ſi ab hęretica peruerſitate reſiliant, ſuſcipi iubet. Coniungitur & his alia eius epiſtola ad Gnoſios,in qua cõmonet & deprecatur epiſcopum eorum Pinytum, ne grauia onera diſcipulorum ceruicibus ſuperponat, neue fratribus neceſſitatem cõpulſę caſtitatis indicat,in quo nonnullorũ periclitetur infirmitas.

Dionyſii Corinth. epiſt. *Publius Athenienſium epiſcopus* *Dionyſius Areopagites* *Bacchylides Elpiſtus* *Palmeas* *Pinytus* *Attendãt hũc locũ epiſcopi*

Ad quæ reſcribens Pinytus Dionyſio, ſententiam quidem conſilij melio/ A
ris amplectitur, ſimulq́ꝫ obſecrat eum poſt illa quæ prius ſcripſerat, robuſti
oris iam & ualidioris cibi de cætero ſcripta trāſmittere, quibus ad meliorem
profectum eccleſiæ ſuę populus aleretur, ne ſemper cibo lactis inhęrentes,
paruulorum uitam in corpore iam ſeneſcente perducerent. Simul & rectæ
fidei ſuæ inſignia, & ſollicitudinem quam erga curā plebis expendit, erudi/
tionisq́ꝫ ac ſapiētiæ uerbi diuini in hac epiſtola Pinytus nobis uelut in quo/
Epiſtola Dionyſii ad Romanos — dam ſpeculo uiuentē ſui dereliquit imaginem. Dionyſii autem fertur et alia
ad Romanos data ad epiſcopū Soterem, in qua inſtituta anquitus tradita,
Antiquus mos eccleſiæ Rom. — in eccleſia Romana cuſtodiri, libenter amplexū ſe his indicat uerbis: A prin
cipio nanqꝫ moris eſt, inquit, uobis, fratres omnes uarijs iuuare beneficijs,
multisq́ꝫ eccleſiis quæ ſunt per diuerſa terrarū loca, cuncta quibus indigēt,
deſtinare: ſingulorū quoqꝫ neceſſitates in omnibus conſolari: ſed & per me
Soteris Romani Pont. laus — talla fratribus relegatis, quæ uſus poſcit præbere. Hæc ab initio Romanæ
eccleſiæ facere moris fuit, à patribus ſibi huiuſcemodi inſtitutione dimiſſa,
& ſemper integre cuſtodita. Beatus uero epiſcopus ueſter Soter, nō ſolum
ſeruauit quæ patres tradiderant, ſed & auxit in melius. Qui nō tantum ſan/
ctis quę uſus corporalis poſcit, impertit, uerū & aduenientes fratres clemen
ti ſatis & mitiſſimo ſolatur alloquio, & tanqꝫ pium ſe ac religioſum patrem
Clementis ad Corinthios epiſtola — ſingulis exhibet. In hac ipſa ſcriptura meminit etiam epiſtolæ Clementis B
ad Corinthios ſcriptæ, ſignificans ueteri inſtituto, & antiqua conſuetudine
ſemper ipſam epiſtolam lectam eſſe in eccleſia. Deniqꝫ ſic dicit: Beatam, in/
quit, duximus hodiernam dominicam diem, in qua legimus epiſtolam ue/
ſtram, quam & ſemper ad noſtri cōmonitionem legimus, ſicut & illam prio
rem à Clemente ad nos ſcriptā. Idem adhuc ipſe de epiſtolis ſuis tanquam
falſatis à quibuſdam, hæc ſcribit: Epiſtolas enim quaſdam, fratribus rogan
Epiſtolæ Dionyſii falſatæ — tibus me, ſcripſi, quas tamen apoſtoli Satanæ zizanijs repleuerunt, quædā
auferentes, alia autem addentes, quibus uæ repoſitū eſt in iudicio dei. Quid
autem mirum, ſi dominica uerba ſanctæ ſcripturæ falſare conati ſunt, qui
uilia hæc quæ nos ſcripſimus, corruperūt? Fertur adhuc & alia præter iſtas,
Dionyſii ad Chryſophorum fideliſsimam ſororem ſcripta, in qua conue/
nienter uel ſexui, uel menſuræ eius, rationabiles ei diuini uerbi exhibuit da/
pes. Sed de Dionyſio ſatis ſit dictum.

Cap. XXIIII

Theophili Antiochiæ epiſcopi libri — THeophili uero, quem Antiochiæ epiſcopum ſupra diximus, feruntur
tres Inſtitutionum libri ad Autolycum ſcripti. Et alius liber aduerſum
hæreſim Hermogenis, in quo & teſtimonijs utitur de reuelatione Ioannis.
Sed & alij extant eius inſtructionum uariarum libelli. Igitur ea tempeſtate
hæreticis per omnem locum, zizaniorū modo, pura uerbi dei ſemina ma/
culantibus, & areas apoſtolicæ doctrinæ adulterina admixtione fœdanti/
bus, ex omni parte ſacerdotes domini, uelut uigilātes agricolæ, excutere eo/

rum &

A rum & expurgare mala ſemina nitebantur, & tanq̃ ſolliciti paſtores inſidiantes lupos gregibus Chriſti, clamoribus ſimul inſectationibusq; repellere, cōmonendo fratres, inſtruēdo, ſcribendo etiã longe poſitis, ipſos quoq; interdum, ſicubi corãm deprehendiſſent, cominus perurgendo, & uerborum lucta, ac diſputationũ certamine proſternendo: alij etiam poſteris conſulentes, quæſtiones eorum & peruerſas obiectiones æditis commentarijs confutando. Inter quos & Theophilus, de quo nunc loquimur, nõ ignobili aduerſum eos, id eſt, aduerſum Marcionē, indicatur ex his quæ legimus, diſputatione congreſſus. Huic igitur ſeptimus ab apoſtolis in Antiochenę eccleſiæ ſacerdotio Maximinus ſucceſſit. Sed & Philippus, quē Gortynenſis eccleſiæ epiſcopum ſuprà diximus, nobile etiã ipſe monimentum aduerſum Marcionem dereliquit. Similiter & Irenæus. Cap. XXV

Ortodoxi aduerſus hereticos

Philipp. Gortyn. aduerſus Marcionem

MAgnificētius aũt cęteris Modeſtus, qui oēs ipſius deceptiões & fallacias retecto, quo uelabant̃, nequitię tegmine denudauit. Cap. XXVI

MElito quoq; Sardenſis antiſtes eccleſiæ, & Apollinaris apud Hierapolim eccleſiam regens, celeberrimi inter cæteros habebãtur. Qui & imperatori Romano Apologeticos ſimiliter libros pro noſtra fide luculentiſſime conſcriptos porrexerunt. Horũ quanta relicta ſint monimenta, quę ad noſtram uſq; notitiam peruenerunt, infrà oſtenditur.

Melito Sardenſis, Apollinaris Hierapolitanus

B Melitonis de Paſcha lib. duo.
De optima conuerſatione liber unus. Sed &
De prophetis.
De eccleſia.
De die dominica.
De fide hominis.
De figmento.
De obedientia fidei.
De ſenſibus.
De anima, & corpore, & mente.
De lauacro.
De ueritate. Item
De fide.
De generatione Chriſti, & de prophetia eius. Item
De anima & corpore.
De hoſpitalitate. Item
Liber qui dicitur Clauis.
De diabolo.
De reuelatione Ioannis.
De deo corpore induto. Et poſt omnia
Liber ad Antoninum Verum.

Libri Melitonis

In libello

In libello ſuo de Paſcha, tempus quoque quo ſcribebat inſinuans, ita dicit: A
Sub Sergio, inquit, Paulo Proconſule Aſiæ, quo in tempore Sagaris martyrio coronatus eſt, quæſtio ingens oborta eſt apud Laodiceã de Paſcha, quibus diebus hæc ſcripſimus. Huius etiã ipſius libelli mentionẽ facit Clemens Alexandrinus in opere ſuo, ubi de Paſchæ ratione ſcribit, quod ſe dicit ex occaſione huius ipſius libelli, qui à Melitone prius æditus fuerat ſcribere. In eo autem libro quem ad Imperatorem ſcribit, talia quędam memorat illis temporibus aduerſum nos geſta: Quod nunquam, inquit, factum eſt, nunc perſecutionem patitur genus piorum. Effugantur undique, nouis decretis per omnẽ Aſiam promulgatis. Impudentes nanque homines & calumnioſi, qui rapere aliena deſiderant, occaſione accepta Imperialium præceptorum, more prædonum die noctuque graſſantur, & diripiunt innocentes. Et poſt aliquanta iterum dicit, Et ſi quidem te iubente hæc faciunt, bonum credamus, quicquid iuſto Imperatore iubente cõmittitur. Sed & nos libenter ferimus mortem, quam à te cognoſcimus irrogari. Sed hoc eſt ſolũ quod te obſecramus, ut ipſe prius miniſtros proteruitatis huius requiras: & ſi à te mandatæ ſint iſtæ, quas irrogant, mortes, ipſe diſcutias. Si uero tuam quoque conſcientiam pręceptum iſtud tam immane & tam barbarum latet, obſecramus ne nos deſpicias, & patiaris religioſos ciues tam publico latrocinio iugulari. Et iterum poſt aliquanta addit etiam hæc: Etenim philoſophia hęc qua nos utimur, primo quidem florebat apud Barbaros. Intro B
ducta eſt autẽ etiã Romanæ ueſtræ cõuerſationi Auguſti temporibus: ex quo & regni ueſtri ſublimius culmen aſcendit, obſeruantiæ huius auſpicijs eleuatum. Cuius imperij feliciter propagati, tu felix ſucceſſor exiſtis, & traditum tibi feliciter ſeruas unà cum filio. Propter quod & ſimul tibi cum imperio traditum noſtræ philoſophiæ ritum pari religione cuſtodi, uelut qui ingreſſu ſuo patribus tuis cauſam proſperitatis intulerit. Et fidem, quę cum ipſius Auguſti felicitatibus adoleuit, integram tu quoque nunc regnans, illibatamque conſerua: quia nec ipſi Auguſto in ingreſſu eius, uel in progreſſu, triſte aliquid accidit, ſed è cõtrario lęta omnia, & omnia magnis ſucceſſibus plena, obſecrãtibus deum ſummũ pro imperij eius ſtatu, religionis huiuſce cultoribus. Nec quiſquã principũ niſi Nero ſolus & Domitianus, nequam hominum ſuggeſtionibus, aduerſati ſunt dogmati noſtro. Ex quorũ tempore accidit, nos falſis calumnijs infamari. Sed illorũ errorẽ, qui ex ignorantia uenerat, emendauerunt patres tui, qui frequentibus poſtmodum decretis animaduerterunt in eos, qui auderent moleſtiæ aliquid huiuſmodi cultoribus irrogare. In quibus auus tuus Adrianus, & ad alios quidem multos iudices, præcipue tamẽ ad Fundanum Proconſulem Aſiæ pro hoc literas dedit. Pater uero tuus tecum pariter Romani regni apicem gerens, omnibus quidem generaliter ciuitatibus, maxime tamen ad Lariſſeos, & Theſ

Melitonis uerba ex libro ad Antoninum

Adrianus Cæſar

Minutius Fundanus

ſalonicenſes

A ſaloniceſes,& Athenienſes,pro his mittit edicta.Te uero multo magis ean
dem credimus ſeruare ſententiã, imò & multo clementius cõfidimus proui
ſurũ,tanꝗ qui ueræ philoſophię,ac puræ religionis amator exiſtas. Hęc
& multa alia nobiliter ab eo ſcripta,in libello,de quo memorauimus,inſerũ
tur.In his autem quæ de explanatione ſcripturarũ ſcribit,quaſi in præfatio
ne,enumerat quæ ſint uolumina Veteris teſtamenti,quæ in Canone debe
ant obſeruari.Quam partem ſcripturæ indere his neceſſarium puto.

MELITO, ONESIMO FRATRI SALVTEM.

QVONIAM QVIDEM frequenter me rogaſti pro ſtudio,quod ha
beas erga uerbum dei,ut excerpam tibi teſtimonia ex lege & prophetis de
Saluatore,& de fide noſtra, ſimulq́ indicem,qui ſit ordo uel numerus Ve
teris teſtamenti uoluminũ: poſtulata libenter impleui, ſciens quod ſit in te
diſcendi ſtudium, uel quanta fidei deuotio, & ut uitæ æternæ deſiderio ni
hil præponas. Scias ergo perrexiſſe me uſꝗ ad Orientis locum, ubi prædi
cationis noſtræ cœpit exordium,& ubi geſta ſunt illa omnia,quę leguntur
ſcripta,ibiq́ diligenter de omnibus exploraſſe,quæ eſſent Veteris teſtamẽ
ti uolumina.Ibi igitur quę cum omni inueſtigatione cõperi,hęc ſunt:Moy
ſi libri quinꝗ:Geneſis,Exodus,Leuiticus,Numeri, Deuteronomiũ.Tum *De libris qui habentur in canone*
deinde Ieſu Naue,Iudicum,Ruth,Regnorum libri quatuor, Paralipome
B non libri duo,Pſalmi Dauid,Salomonis Prouerbia,quæ & Sapientia, Ec
cleſiaſtes,Cantica canticorũ,Iob.Prophetæ autem,Eſaias, Heremias, Du
odecim phrophetarum liber unus. Daniel, Ezechiel, Eſdras.Ex his ergo
ἐκλογὰς tibi, id eſt,excerpta teſtimonia in ſex libris digeſta tranſmiſi. De
Melitonis monimentis iſta comperimus. Cap. XXVII

APollinaris uero, cũ multa à multis habeantur,ad nos tamen iſta ſunt *Apollinaris lucubrationes*
quæ uenerunt.

Apologeticus liber ad prædictum Imperatorem ſcriptus,Et
Aduerſum Paganos libri quinꝗ,
De ueritate libri duo.

Et quos poſtmodum ædidit aduerſum Cataphrygas,Montanum ſcilicet
& pſeudoprophetiſſas eius,qui tunc primum deuiandi à recto itinere exor
dium ſumpſerant. Cap. XXVIII

SEd & Muſani(cuius in pręcedentibus fecimus mentionem)fertur libel *Muſani liber aduerſum Encratitas*
lus multa elegantia ſcriptus ad quoſdam fratres, qui declinauerant ad
hæreſim, quæ dicitur Encratitarum,tunc nuper exortam. Cuius autorem *Encratitæ*
extitiſſe Tatianũ ſermo aſſerit, illum ipſum de quo in ſuperioribus memo
rauimus,beato Iuſtino teſtimonium dante, cuius eum & diſcipulum ferũt. *Irenæum lege*
De quo tamen Irenæus in primo libro contra hæreſes hæc refert: A Satur *de cotinentibus cap.30. lib.1*
nino, inquit, & Marcione deſcenderunt & hi, qui uocantur Encratitæ,nu
ptias refutantes, quæ à deo antiquitus inſtitutæ ſunt: & ſubtiliter accuſan
tes illum,

tes illum, qui ab initio maſculum & fœminam ad reſtitutionem humani ge A
neris fecit. Sed & ab animalibus abſtinendum prædicãt, ingrati exiſtentes
deo, qui hæc humanis uſibus procreauit. Cap. XXIX

Tatianus hereticus

CONtradicunt etiam primi hominis ſaluti. Et hoc nũc inuentum eſt ab
his, quibus Tatianus quidam autor extitit, & huiuſcemodi blaſphe-
mias introduxit. Qui fuit quidẽ auditor Iuſtini, ſed donec cũ ipſo fuit, nihil
tale ſe ſentire prodidit. Poſtea uero ꝗ ille martyr effectus eſt, abſcidit ſe ab
eccleſiis: & doctoris arrogantia tumidus, & elatione nimia inflatus, tanquã
qui ſe cæteris duceret meliorem, proprium maluit ꝗ à ueteribus traditũ do
cendi inſtituere ſtilum, ſecula quædã inuiſibilia ſecundũ Valentini fabulas
introducens, nuptias autẽ & fornicationes corruptionemꝗ; pari iudicans le
ge, ſimilia Marcioni Saturninoꝗ; confirmans. De ſalute uero Adam in du
bium deducẽda, nouis quæſtionibus cõmentatur. Et paulo poſt idem Ire-
Seuerus hereticus *Seueriani*
næus addit etiã hæc: Non multo aũt, inquit, poſt, Seuerus quidam ſupradi
ctæ hæreſi robur adiungens, fomenta maxma eius ſectatoribus præſtitit.
Vnde & magis Seueriani appellati ſunt. Qui utuntur quidem lege, & pro-
phetis, & euangelijs: ſed propria quadam interpretatione, ſcripturarũ ſen-
ſum peruertunt. Obtrectant autem Paulo apoſtolo, & refutant eius epiſto
las. Sed neqꝫ Actus Apoſtolorũ ſuſcipiunt. Veruntamen prior eorũ autor
Tatianus, collationem quandã faciens euangeliorũ, neſcio quomodo cõpo B
ſuit Euangeliũ unum ex quatuor, quod Diateſſaron nominauit, quod etiã
nunc habetur à multis. Dicitur autem & nonnulla ex ſermonibus Apoſto
li permutaſſe, tanꝗ qui emendare uelit ordinem cõpoſitionemꝗ; uerborũ.
Tatianus aduerſus Gentes
Reliquit autem hic ipſe infinitum librorum numerum. Sed ille quem aduer
ſum gentes ſcripſit, liber ex omnibus ſcriptis eius præcipuus & ualde utilis
comprobatur. Sed & de his ſatis dictum. Cap. XXX

Bardeſanes Syrus aduerſus Marcionẽ

PEr idem tempus innumeris hæreſibus ubiqꝫ pullulãtibus, & præcipue
apud Meſopotamiam, Bardeſanes quidam uir diſertiſſimus in Syro-
rũ lingua, & uehemẽs dialecticus, aduerſum Marcionẽ alioſqꝫ nonnullos,
dialogos ſcribit, quos propria lingua cõpoſitos ędidit. Sed et plura alia eius
extant uolumina, quæ diſcipuli eius in græcum uertẽre ſermonẽ. Erat nãqꝫ
ita potens in uerbo & in doctrina, & in diſputationibus ualidus, ut pluri-
Dialogus de Fato ad Antoninum Ces.
mos & nobiles uiros habuerit ſectatores. Eſt & eius ad Antoninũ de Fato
potentiſſimus dialogus. Sed & alia multa ſcripſit, quæ ſatis utilia & perne-
ceſſaria perſequutionum quæ tunc erant temporibus, extitere. Ferunt autẽ
hũc ipſum fuiſſe primo de Valentini ſchola. Sed cum magiſtrũ notaſſet er-
roris, & ineptas eius fabulas arguiſſet, uiſus eſt ſibi ad meliorẽ & rectam fi-
dei ſententiam conuertiſſe. Nec tamen ex integro ueterum errorum ſordes
maculamqꝫ depoſuit. Iiſdem uero temporibus etiam Romanæ eccleſiæ So
ter epiſcopus, uiuendi finem fecit.

Elenchus

A ELENCHVS CAPITVM QVINTI
LIBRI HISTORIAE ECCLESIASTICAE

Quanti & quemadmodũ ſub Seuero apud Galliam pro pietate ſubierint mortem. Cap. 1
Vt martyres quamdiu habebantur in uita, omnes qui in perſequutione lapſi fuerant, reuocabant. Cap. 2
Qualis Attalo martyri apparuerit uiſio. Cap. 3
Vt martyres Irenæum ſua cõmendatione proſequantur. Cap. 4
Quemadmodum ſub Marco Aurelio Cæſare, noſtrorũ precibus exauditis, pluuiam præſtiterit deus. Cap. 5
Enumeratio epiſcoporum qui fuerunt Romæ. Cap. 6
Vt uſq; ad illa tempora per fideles miracula fierent. Cap. 7
Quemadmodum Irenæus canonem ſcripturarum diuinarum definiat, & de Septuaginta interpretibus. Cap. 8
Enumeratio ſub Commodo ſacerdotum. Cap. 9
De Pantæno philoſopho. Cap. 10
De Clemente Alexandrino. Cap. 11
De epiſcopis Hieroſolymorum. Cap. 12
De Rhodone & Marcionis ſecta. Cap. 13
De pſeudoprophetis Cataphrygarum. Cap. 14
De ſchiſmate quod ſub Blaſto factum eſt Romæ. Cap. 15
B Quæ de Montano & cæteris pſeudoprophetis ferantur. Cap. 16
De Miltiade & ſcriptis eius. Cap. 17
Quanta etiã Apollonius Cataphrygas confutando proſequatur. Cap. 18
Serapionis uerba de ſecta Cataphrygarum. Cap. 19
Quæ Irenæus contra hæreticos apud urbem Romam diſceptarit. Cap. 20
Quod Romæ Apollonius martyrium paſſus ſit. Cap. 21
Qui tunc epiſcopi nobiles habiti fuerint. Cap. 22
De Paſchæ quæſtione. Cap. 23
De dubitatione quæ orta eſt apud Aſiam. Cap. 24
Vt omnibus una ſententia de Paſcha complacuerit. Cap. 25
Quæ de Irenæi ſcriptis uſq; ad nos peruenerint. Cap. 26
Quæ etiam cæterorum, qui ijſdem temporibus floruerunt. Cap. 27
De his qui Artemonis introduxerunt ſectam, quales moribus fuerint, quoq; pacto ſacroſanctos libros temerare auſi ſint. Cap. 28

CAESARIENSIS, ECCLESIASTICAE HIſtoriæ Liber v. Ruffino interprete.

PROOEMIVM.

Eleutherus Pont. Ro.

IGITVR Soteri epiſcopo octo annis in urbe Roma ſacerdotio miniſtrato, duodecimus ab apoſtolis ſuccedit Eleutherus ſeptimodecimo anno imperij Antonini Veri. Quo in tempore per multas Romani orbis prouincias, ex acclamatione & ſeditione uulgi perſecutiones aduerſum noſtros diriſſimæ cõcitatæ ſunt, ita ut multa milia martyrũ per loca ſingula fierent. Quod cõijcere ex his facile poſſumus, quæ ad rerum geſtarũ memoriã cõſeruandam literis mandata reperimus.

Significare uidetur opus ſuum De antiquis martyribus, cuius ante etiã meminit

Et quamuis de hoc plenior nobis narratio, quã de ſingulorũ martyrijs proſecuti ſumus, ſui ſub titulo uideatur expoſita, quæ inſtructionẽ pariter doctrinæ & ſcientiæ neceſſariam non minimã contineat, tamen quæ etiã præſenti operi cõpetere duximus, pauca inſeremus è multis. Alij nanque ſcriptores hiſtoriarũ, referant bella, trophæa, uictorias, magiſtratuũ ducũque fortia geſta cõcelebrent, morteſque ciuiũ aut hoſtiũ narrent: patriã, coniuges, liberos, diuerſis cuncta cædibus confuſa deſcribant. Noſter hic ſermo qui narrationẽ continet de his quę ad deũ pertinẽt rebus, abſurdũ non erit, ſi bella deſcribat, quæ caro pro animę ſalute perpeſſa eſt, & pugnas quas anima ut B

Bella & pugnæ martyrum

cœleſtẽ patriam recuperaret, excepit: ſi certamina eius referat, quæ pro fide ueritatis exegit, in quibus nõ aduerſum mortales milites, ſed aduerſum ſpiritales dæmones dimicauit: non pro libertate carnis, ſed pro ſpiritus libertate. Si, inque, monimentis literarũ mandemus prælia, quæ non pro terrarum ſpacijs, nec prouinciarũ poſſeſſionibus, ſed pro cœlorum regno, & paradiſi hęreditate peracta ſunt: non regni mortalis imperiũ quæſitura, ſed ab immortali rege omnium deo triumphorum gloriam perceptura. Cap. 1

Lugdunum Vienna Rhodanus

GAlliarum nobiliſſimę urbes Lugdunenſiũ ciuitas habebatur & Viennenſiũ, quas præcipiti lapſu præterfluit Rhodanus nobiliſſimus fluuiorum. In his quæ & quanta erga dei martyres geſta ſint, ſuprà memoratis Antonini Veri temporibus, deſcripta per ordinem, ab eis ad eccleſias Aſiæ & Phrygiæ, fideli relatione trãſmiſſa ſunt. De quibus ut fides certior habeatur, ipſa ſcriptorum exempla ſubijciam.

SERVI CHRISTI HABITANTES APVD VIENNAM ET Lugdunũ Galliæ urbes, fratribus omnibus qui per Aſiã, & Phrygiã, eandẽ quã nos redemptionis Chriſti fidẽ & ſpem gerũt, pax uobis, gratia & gloria à deo patre, & Chriſto Ieſu dño noſtro.

Et cum

A Et cum nonnulla uelut in præfatione proſecuti uiderẽtur, poſt aliquanta ita rerum geſtarũ ordiuntur initiũ: Tribulationis, aiunt, noſtræ magnitudinem & Gentilium furorem, quem ſanctis martyribus intenderunt, ſicut eſt, enumerare, ne præſentes quidem ipſi ſufficimus, nedum ſcriptura comprehẽdere. Omnibus etenim uiribus cõgreſſus eſt inimicus, tanq́ qui iam per acerbitatem perſecutionis, aduentus ſui oſtentaret initia, & per hoc inſtrueret & informaret miniſtros ſuos aduerſum ſeruos dei, omne miniſterium ſceleris & crudelitatis explere, ita ut primo nobis domorũ prohiberetur habitatio: tum deinde uſus balnearum: poſt etiam proceſſus ad publicum: ad ultimum, ne omnino in quolibet loco domi foriſq́ publico priuatoq́ uideremur. Sed aderat dei gratia, quæ fragiliores quidem quoſq́ noſtrorum de manibus eorũ eripiebat. Producebat autem in medium uiros ſtabiliores columnis, qui poſſint per patientiam ſuam non ſolum ferre impetus quos excogitabat inimicus, ſed & ultro expetere, & ſponte ſe omnibus uel opprobriorum, uel tormentorũ cruciatibus obiectare, & laſſeſcentibus iam penè tortoribus, ipſi adhuc parum putare, pro eo quod moram ſibi hanc eſſe quodammodo ad Chriſtum feſtinãtibus crederent, rebus ſe rè ipſis, & patientiæ uirtute clamantes: quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ferebãt ergo

Epiſtola Chriſtianorũ apud Viennam & Lugdunum habitantium

1 Habitatio domorum

2 Vſus balnearum

3 Proceſſus in publicum

4 Perpetuæ latebræ

Viri ſtabiliores columnis

B fortiter adclamationes aduerſum ſe, & probra atq́ iniurias populi: & cõtumelias eorũ, laudes ſuas eſſe ducebãt. Sed & uerberari ſe ab eis, ac lapidari & concludi, patienter accipiebant: æquanimiter ſuſcipientes, quicquid illud furẽtis uulgi excogitauiſſet inſania. Deniq́ quodam tempore aſtante Tribuno & primoribus ciuitatis, pro ſolis adclamationibus populi, correpti & in carcerem truſi ſunt fratres, uſq́ ad præſentiam Præſidis: cuiq́ aduenienti offeruntur. In quos ille tanta crudelitate uſus eſt, ut ſæuitiæ eius ſpecies ſingulas nemo poſſit exponere. Vetius igitur Pagatus unus ex fratribus, qui & in deum perfectã charitatẽ, & in homines integrã cuſtodiret: cuius uita, cum eſſet adoleſcens, ita examinata erat omnibus & probata, ut etiam grauiſſimis ſenibus præferretur. Incedebat enim in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela: ad obſequia quoq́ ſeruorũ dei promptiſſimus erat. Is cum zelo diuino et feruore ſpiritus plenus, tam crudelia ſeruis dei ſupplicia uideret inferri, & contra ius faſq́ tot pœnas humanis uiſceribus excogitari, indignitatem rei ultra non ferens, popoſcit ſe audiri, pro ciuibus optimis, & quibus nihil impietatis cõmiſſum probari poterat, loquuturũ. Erat enim & nobiliſſimus inter ſuos, & eruditiſſimus. Verũ cum defenſionem eius nõ reciperet obſtinatio iudicis, inquirit tantum ab eo, ſi & ipſe Chriſtianus eſſet. Vtq́ Chriſtianum ſe eſſe clariſſima & libera uoce teſtatus eſt, tanq́ aduocatus (inquit) Chriſtianorũ, & ipſe uinctorũ numero ſocietur. Sed in hoc illi quidem quid dicerent ignorabant. Ille uero habens in

Adclamationes populi in Chriſtianos

Fratres, hoc eſt, Chriſtiani

Vetius Pagatus, patronus Chriſtianorũ

ſe aduocatum pro nobis Ieſum, hoc nomine meruit honorari: ſancti presbyteri Zachariæ, qui erga ſanctos plenitudinem charitatis oſtenderat, ſecutus exemplum. Qui & ipſe dum fratribus adeſt & defenſionem libertatis, quæ in noſtra religione conſiſtit exequitur, dominicum ſecutus exemplum, animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit, & pro amicis. Et ideo cum hoc pariter uelut diſcipuli fideles Chriſti, in regno uenturo ſequentur agnum quocunqꝫ uadit. His igitur optimis, & fideliſſimis ducibus uſus omnis reliquus ſanctorum chorus, prompti & alacres animas ſuas pro fidei libertate ponebant. Aliqui aũt impares & infirmiores inuenti, & ad illatæ perſequutionis euehendũ pondus inualidi, decem fermè numero, lapſu ſuo luctum nobis & ingentẽ triſtitiã reliquerunt, & multorum animos, quos priorũ fides ſuccenderat, infregerunt. Vnde & omnes ualde perterriti ſumus, non propter tormenta, quę crudelius uidebantur inferri, ſed pro exitu confeſſionis incerto: quia multo nos grauius lapſus noſtrorum, q̃ ea quæ inferebantur tormenta, cruciabant. Comprehendebantur tamen quotidie, quos dignos dominus iudicabat in lapſorũ numerũ ſubrogari, ita ut ex utraqꝫ eccleſia oẽs qui ſtudioſi & magni uidebantur, & quotũ labore & induſtria regebantur eccleſiæ, uniuerſi pariter tenerentur. Accidit autẽ etiam ſeruos cõprehendi quorundã ex noſtris paganos: quoniamquidem publice iuſſum fuerat requiri omnes & teneri. Quicꝫ dæmonis inſtinctu, cũ tormenta pertimeſcerent, quæ inferri ſanctis uidebant, monentibus ſe in hoc ipſum militibus, quibus ita fuerat præceptũ, cõmenti ſunt aduerſum nos, uelut Thyeſteas cœnas, & inceſta Oedipia perpetrantes: & alia, quæ nec proloqui aut cogitare nobis fas eſt, & qualia ne credere quidẽ poſſumus aliquãdo apud homines geſta. Quæ cũ de nobis diffamata fuiſſent in uulgus, horrori maximo & execrationi apud omnes homines eſſe cœpimus, etiam apud eos qui prius aliquid moderationis erga nos ſeruandum eſſe cenſebant. Et oẽs ſimul fremere aduerſum Chriſtianos, atqꝫ inſatiabili odio furere cœperũt. Tunc uidimus cõpleri illud quod à domino dictũ eſt: Quia ueniet tẽpus in quo omnis qui occiderit uos, putet ſe obſequiũ offerre deo. Poſt hęc iam ſupra omne narrationis genus eſt, ſuppliciorũ & cruciatuum modus, qui ſanctis martyribus inferebatur, perurgente ſatana, quo ſcilicet etiã illorũ cõfeſſione tale aliquid eliceretur à nobis eſſe cõmiſſum. In quo omnes pari atqꝫ eodẽ furore perſiſtebant, uulgus, iudex, officiũ, milites, perurgentes præcipue Sanctum nomine, quendam diaconum Viennenſem: & Maturũ neophytum quidem, ſed in fide & patientia robuſtiſſimũ: ſed & Attalum Pergamenum ciuem, qui columna & firmamentũ eccleſiæ noſtræ in omnibus fuit: & Blandinam fœminã, per quam Chriſtus oſtẽdit, quia ea quæ apud homines deſpecta ſunt, & cõtemptui habentur, in magna gloria apud deum ducuntur: & quia charitas eius, quæ fragilia ſunt per naturam, per gratiam

Zacharias presbyter — *Decem negarunt Chriſtũ* — *Incertus profeſſionis exitus ſollicitos eos habebat* — *Tertullianus etiam eadem indicat* — *Sanctus diaconus Viennen. Maturus Attalus*

A B

A tiam facit eſſe firmiſſima. Cum enim omnes nos de ea trepidaremus, ſed & ipſa eius carnalis domina, quæ erat una ex numero martyrũ, uereretur ne forte Blandina cederet in tormentis, & pro debilitate corporis, uix ad primæ confeſſionis tormẽta ſufficeret, tanta tolerantiæ uirtute firmata eſt, ut reſoluerentur prius & conciderent carnificũ manus, qui ſibi pro cõtentioſa iudicis animoſitate inuicem ſuccedebant. Deniqꝫ à prima luce uſqꝫ ad ueſperam tormenta ſemper innouantes, ad ultimum uictos ſe cõfitentur, ſtupentes quomodo in ea ſpiritus permaneret, cum nihil iam in illa ex corpore per ſupplicia reſediſſet. Sed illa uere beata, ut poſtmodũ nobis ipſa diſſeruit quondam, quoties uocem confeſſionis emiſit, & Chriſtiana ſum proclamauit, toties nouæ uires corpori reddebantur, & tanquã ablatis per confeſſionẽ doloribus, inſtaurabatur recentior ad agones. Eoqꝫ magis, quod intellexerat quod uox pia ſenſum doloris extingueret, ſæpius & alacrius Chriſtiana ſum, & Nihil apud nos mali geritur, proclamabat. Diaconus quoqꝫ Sanctus nomine, etiam ipſe ſupra quàm dici poteſt, & ſupra quàm humanam fas eſt ferre naturam, acrius inſiſtentibus miniſtris dæmonum, quo aliquid ab eo elicere poſſent confeſſionis illicitæ, noua pœnarum genera pertulit, & quæ longe ſubſtantiam humanæ conditionis excederent. At ille uir deo plenus, intantum crudelitates eorum irriſit, & ferinam in quæſti-

Blandinæ mira in tormentis constantia

Sancti diaconi constantia

B one ſæuitiam, ut nunquã dignatus ſit, uel quis eſſet genere, unde domo uel patria, nomen ſaltem ſuum eis fateri. Sed de his ſingulis interrogatus, nihil aliud in omnibus tormentis, niſi Chriſtianum ſe eſſe reſpondet. Hoc mihi nomen, hoc genus, & patria eſt. Aliud, inquit, omnino nihil ſum ꝙ Chriſtianus. Vnde & eos incredibilis agitabat inſania, quod tantis pœnarũ generibus conſumptis, extorquere ei ne profeſſionem quidem proprij uocabuli potuiſſent. Ad ultimum candentes laminas æris & ferri erga inguinis loca, & delicatiora quæqꝫ membrorum inſtauratis ignibus adhibebant: ex quo carnes quidẽ eius aduſtæ igni defluebãt: ipſe uero permanebat immobilis, inconcuſſus, intrepidus, cœleſtibus æterniſqꝫ fontibus qui procedunt de uentre Ieſu, humanas in ſe temperans flammas. Veruntamẽ membris omnibus martyr erat, & toto corpore unum uulnus horrebat. Perit in eo humanæ formæ agnitio, & non ſolum quis eſſet, ſed & quid eſſet, tormẽtorum crudelitas ne agnoſci poſſet, abſtulerat. Chriſtus tamen in eo ſolus per martyrij gloriam recognoſcebatur, qui per eius patientiam deſtruebat aduerſarias poteſtates, & ſuos milites per tolerantię roborabat exemplum: oſtendens omnibus, quia nihil terribile eſt, ubi diligitur pater: nihil doloris eſt, ubi fides Chriſti eſt. Sed artifices ſcelerum, nequaquam martyris erubuere uirtutem. Poſt paucos etenim dies cõſiderantes quod ſi tumentibus adhuc uulneribus, quę indignarentur etiam ad molliſſimũ manus tactum, tormẽta rurſus inferrent, & denuo membra iam putrefacta uexarent, unũ

è duobus fore: aut in ſua eum impietatis iura ceſſurum: aut ſi in tormẽtis ani A
mam poſuiſſet, terrorem crudelitatis, & metum cæteris intentandum. Sed
hoc longe contra quàm impij cogitauerant, ceſſit. Nam quod uix credi ab
infidelibus poteſt, reſtitutum eſt in primam ſpeciem corpus per ſecũda tor
menta. Et officia membrorum, quæ abſtulerat prima crudelitas, ſecũda re-
parauit, ita ut iterata ſupplicia, nõ iam ei pœnam contulerint, ſed medelam.
Sed & Blandina, quam paulo ante memorauimus, ſimili exemplo ad ſup-
plicia ſecunda reuocatur. Quæ cum ſemiuiua penè, & in mortis quodam
confinio poſita, iteratis fuiſſet pulſata cruciatibus: uelut è ſomno quodam ſu
bito euigilans, in memoriam futuræ beatitudinis uenit, & uoce cõſtanti tan-
quam de excelſo & ædito concionaretur apud populum: Multum (inquit)
erratis ô uiri, quod putatis infantum uiſceribus ueſci eos, qui ne mutorũ qui
dem animalium carnibus utuntur. Et ſic in confeſſione perdurans, iterũ nu-
mero martyrum ſociata retruditur.

Blandina ad tormenta reuocatur. Accuſabãtur Chriſtiani tanquã qui in ſacris ſuis infantium uiſceribus ueſcerentur. Apparet ueteres Chriſtianos à carnib. abſtinuiſſe

Cap. II

SEd poſteaquã per beatorum martyrum patiẽtiam tyrãnica euanuere
ſupplicia, alijs rurſus diabolus machinis oppugnare parat famulos dei,
quo ſcilicet afflictione carceris, & pœnali ſqualore conſumpti, ac ſeptimo (ut
dicunt) puncto in neruo pedes contra quàm credi fas eſt, diſtenti, in intimo
tenebrarum loco, per omnia pœnarum genera quæ furẽrium ſæuitia exco-
gitare poterat, deperirẽt. Quàm plurimi ergo hoc genere in ergaſtulis con- B
ſumuntur, domino ſuſcipiente eorum huiuſcemodi exitũ, quibus nec ibi de
fuit diuinæ maieſtatis auxilium. Aliquanti etenim ex his qui ſæuiſſima tor-
menta pertulerant, nec humanæ aliquid medelæ permiſſi ſunt conſequi, mi-
rum in modum uirtute domini cõualeſcere, & ſubitã mentis alacritatem ac
deſperatum corporis robur recuperare cœperunt, ita ut cohortatione ſua cę
teros ad patientiã cõfirmarent. Et impatientes erant pœnarũ illi magis, qui
nuper fuerant correpti, & quorũ corpora nondũ tormenta ſolidauerant: illi
deniq; erant, qui fœtoris horrore, & concluſionis tenebris necabantur. Ve-
rum beati Photini Lugdunenſis epiſcopi glorioſam martyrij cõfeſſionem,
fas nõ eſt ſilentio præterire. Qui cum nonagenario maior eſſet ætate, & cor-
pore utpote illius æui inualidus, cætera penè iam mortuus, ſolo martyrij a-
more uiuebat. Ducit̃ ad tribunalia, imo potius defertur, ſenio & languore re
ſolutus. Cuius ad hoc ſolum anima ſeruabatur, ut Chriſtus per eam magni
ficentius in fragili corpore triumpharet. Statuit̃ interea ſenior pro tribuna-
libus impiæ plebis. Vndiq; clamor attollit̃, hunc ipſum eſſe inſonant Chri-
ſtum. Dum uero à præſide interrogatur, quiſnam eſſet Chriſtianorũ deus,
reſpondit: Si dignus fueris, ſcies. Hinc uero cunctos uelut rabies immenſi
cuiuſdam furoris inuaſit, ita ut qui prope aſtabant pugnis, alij calcibus ſubi
gerent ſenem, nec grauitati, nec ætati aliquid reuerentiæ deferentes. Illi ue
ro qui longius erant, quicquid furẽtibus teli ueniſſet in manus, eminus iacie-
bant

Septimo puncto in neruo diſtenti pueri. Photi. Lugdunẽſis epiſcop. quẽ Sophronius uocat πο-θεινὸν

A bant: ita ut unuſquiſq; ſummi ſibi eſſe delicti duceret, niſi aliquid in ſenem
ſceleris intuliſſet. In hoc etem uindicandos deos ſuos eſſe credebant. Quem *Photinus mo-*
cum ſeminecem proieciſſent in carcerem, incontaminatum paulo poſt ſpiri *ritur in carc.*
tum reddidit. Per idem tempus immenſa quædam dei diſpenſatio procura
tur, & miſericordia ex inſperato Chriſti domini arte conquiritur. Quod *Negatores ra-*
nunquam ferè prius à perſequutoribus geſtum meminimus: omnes hi qui *piũtur in car-*
primo comprehenſi negauerãt fidem, correpti truduntur in carcerẽ: & quo *cerẽ tãquã ho*
infelicibus ne ſolamen quidem pœnalis præſtaretur exitij, non quaſi Chri *micidæ & in-*
ſtiani iam, ſed tanquam homicidæ & inceſti detinebantur, habentes miſeri *ceſti, nõ tãquã*
duplicem pœnam. Quoniamquidem cæterorum ſupplicia mitigabat ſpes *Chriſtiani*
& corona martyrij: Chriſtiq; charitas, & ſancti ſpiritus gratia releuabat
afflictos. Iſtos autem ipſis pœnalibus cathenis, & pondere carceris grauius
conſcientia cruciabat, ita ut uultu ipſo & aſpectu diſcernerentur à cæteris:
quod illi producebantur de ſupplicijs læti, & diuinum neſcio quid in ipſis
uultibus preferentes, uincula ſua monilia precioſa ducebant, per ſqualorem
carceris, Chriſti bonus odor effecti, ita ut uiderentur ſibi non in ergaſtulo,
ſed in myrotheca concluſi: at illi alij triſtes, demerſi, ipſis quoq; conſpecti-
bus horridi, & omni turpitudinis deformitate fœdiores. Sed & ipſis gentili
bus in multo opprobrio expoſiti erant, tanquam degeneres & ignaui, qui fi
B dem perdiderint, & crimẽ inuenerint, & qui Chriſtianorum quidem nomi
ne caruerint, homicidarũ tamen pœnas nõ effugerint. Quæ cum ita geri ui-
derent cæteri, incredibiliter corroborati ſunt, ita ut comprehenſi abſq; ulla
animi nutatione, cõſtanter ſe nihil aliud quàm Chriſtianos eſſe faterentur.
Et cum quædã in his locis fuiſſent longius proſequuti, poſt aliquanta iterũ
hæc ſubiungũt. Poſt hæc iam per diuerſas ſpecies martyrij eorum, uelut
coronam quãdam uarijs floribus cõpoſitam dominus Chriſtus intexens
offerebat patri, ut ab eo uelut uictores magni agonis remunerationes æter-
norum ſumerent præmiorum. Nam Maturus, & Sanctus, & Blandina, & *Maturus Sanctus*
Attalus, munerum diebus, innumeris milibus gentium diuerſarum ad ſpe *Blandina*
ctaculum congregatis, ſtatuunt in medio arenæ. Et rurſum Maturus cum *Attalus*
Sancto, quaſi nihil prius geſtum fuiſſet, ad omnia tormẽtorum & uerberũ
genera renouantur, certantibus omnimodis aduerſarijs, quatenus eorũ pa-
tientiam frangerent, & ab ipſo, ut ita dicam, uertice coronas eorum diripe-
rent, inſanis populi uocibus inſtigati. Sed illis eo magis animos roborabat
ſpes uicinæ iam gloriæ, quam ſibi iam iamq; manu cõtingere, & contrecta-
re dextris uidebant. Dumq; & ſuppliciorũ genera, & ſpectaculorum iam
penè tempus fuiſſet abſumptũ, nec moueri ullatenus à ſententia ualuiſſent,
cum etiã ſellæ ferreæ ſuperpoſiti, conſumptã uerberibus carnem, ignis ſub-
miniſtratus exureret, ad ultimũ infatigabiles martyrũ ſpiritus ferro ceſis cer
uicibus effugarũt. Blãdina uero religata ad ſtipitem, atq; in crucis modum

diſtenta, beſtijs pabulum præparatur. Quæ tamen in ligno pendens uul- A
tu interrito & ſatis læto, orationem fundebat ad deum, quia & ſibi conſtantiam, & cæteris agonis ſui conſortibus perſeuerantiam precaretur. Et facile uota ſperabat implenda, quæ proprijs iuuabat exemplis: ſimul & illud docens, quod paſſionum Chriſti conſortibus certũ ſit: etiã gloriæ eius donanda eſſe conſortia. Sed cum nulla ex beſtijs corpus eius auderet attingere, depoſita de ligno rurſum reuocatur ad carcerem, alijs adhuc agonibus præparanda, ut per multas uictorias caput quidẽ tortuoſi ſerpentis attereret, fratrum uero animos ad tolerantiam concitaret, per hoc quo ipſa in paruo & fragili corpore tot certaminib. permaneret inuicta, & per ſingulos agones diſcederet coronata. Cap. III

Attalus ATtalus quoq; populi uocibus poſtulatur. Erat enim ualde nobilis, & quod cunctis nobilius eſt, uir optimæ conſcientiæ, & in fide Chriſti per omnia exercitia ſemper martyr. Cumq; circũactus fuiſſet in amphitheatro, titulo ſe præcedente, in quo ſcriptum erat, ATTALVS Chriſtianus, fremere in eum uulgi inſanientis furor uehementius cœpit. Sed cũ Præſidi indicatum eſſet, eſſe eum Romanæ ciuitatis uirum, iubet eum cum cæteris in carcerem recipi: ſimul & ad Cæſarem refert, eiusq; ſententiã quid de *Chriſtiani in carcere* eo iuberet, expectat. Verum inter moras poſiti in carcere, non infructuoſum ſibi tempus tranſire patiuntur, ſed uigore animi, & alacritate fidei ſuæ, B
eos qui infirmiores uidebantur, animabant: & ipſi nondũ martyres, cohortationibus ſuis plurimos martyres faciebant. Ex quo magnum gaudium matri naſcebat eccleſiæ, uidenti ſuos filios, qui penè iam decidiſſe uidebantur in mortem, per hos reparari ad uitam: & monitis eorum multi qui iam negando uelut aborſum quoddam effecti fuerant, quaſi iterum parturiebantur, & Chriſtus in eis iterum reformabatur. Docebantur enim ab his, quia deus non uult mortem peccatoris, ſed ut cõuertatur & uiuat. Igitur cũ à Cæſare reſcriptũ fuiſſet, ut perſiſtentes quidem punirentur, negantes autem dimitterentur: die quodam celeberrimo, in quo ex omnibus prouincijs *Dies nundinarum* coeuntes, nundinas apud nos agere ſolent, in ipſo frequẽtiſſimo conuentu tribunal aſcendẽs, præparari ſibi iudex Chriſtianos, & introduci ad ſuppliciorum pompam prębendã cunctis qui aderãt, iubet. Rurſum itaq; cruces, rurſum pœnę, rurſum tormenta reparantur. Et ſi qui forte ciues Romani reperti ſunt, hos plecti capite decernit, cęteros uero beſtijs tradi. Ingens tamẽ ab omnibus gloria Chriſto conferebatur, pro his qui ante negauerant, & dimitti neq; negantes potuerant: nunc uero, cum negãtibus uenia præſtaretur, in confeſſione perſiſterent, & de perditionis grege reuocati, numero *Alexander* martyrũ iungerentẽ. Igitur cum erga ſupradictos quæſtio haberetur, Alexander quidam genere Phryx, medicus diſciplina, uir religioſus & prudẽs, et uitę ac morũ probitate cunctis charus acceptusq;, amore dei cõcitatus, cum aſſiſteret

A aſsiſteret tribunali, nutibus hortabatur ad confeſſionem eos, in quos quæſtio agitabatur: ita ut omnibus qui aſtabant, palàm fieret quid animo gereret. Cumq; id populi notauiſſent, indignantes maxime pro his, qui quod prius negauerant, rediuiua nunc confeſſione reuocabant, conclamauerunt aduerſum Alexandrum: hæc ipſo inſtigante cōmitti. Qui iuſſus à præſide in medium ſtatui, & quis eſſet interrogatus, Chriſtianum ſe eſſe liberá profeſſione teſtatur: quem continuo præparandum beſtijs condemnauit. Et poſtera die ſimul cum Attalo producitur. Quem contra præceptum Cæſaris gratificari populis uolens, etiam ipſum beſtijs tradi iuſsit. Sed cum ferarum nulla ſanctorum corpora contigiſſet, omnibus eos uerberum cæterarumq; pœnarum ſupplicijs cruciatos, ad ultimum in conſpectu populi in medio arenæ iugulari iubet, beato Alexandro in omnibus quæ perpeſſus eſt pœnis, ne unum quidem penitus proferente ſermonē, ſed ab initio uſq; ad finem intra ſemetipſum ſemper cum deo loquente, & in laudibus eius ac precibus permanente. Attalus uero cum prunis ſubteriectis in ſella ferrea torreretur, cumq; nidor aduſtæ carnis ad nares & ora inſpectantis populi perferretur, uoce magna exclamat ad plebem: Ecce hoc eſt homines comedere, quod uos facitis. quid à nobis uelut occultum inquiritis facinus, quod uos aperta luce committitis? Nos enim neq; comedimus homines Nā putabatur humana carne uesci Christ.
B neq; aliud quid mali agimus. Et cum interrogaretur, quod nomē habet deus? reſpondit: Qui plures ſunt, nominibus diſcernuntur: qui unus eſt, non indiget nomine. Poſt hos nouiſſimo iam munerum die Blandina rurſus in Blandina ducitur cum Pontico annorum ferè quindecim puero, quiq; & impiorum Ponticus puer cruciatibus iuſsi fuerant ſemper aſtare, quo magis cæterorum uidentes ſupplicia terrerentur. Statuuntur ergo in medium, & iubentur iurare per deos. Illi uero è contrario nullos eſſe aiebant iſtos, per quos iurare cogerentur. Cumq; alijs compluribus uerbis exprobrarent gentium deos, inſanire magis in eos cœpit populi multitudo, neq; teneram pueri ætatem, neq; ſexum fœminæ miſerantes, ſed per omnia tormentorū genera quaſi quodam eos circulo peragentes, nihil deeſſe pœnis patiebantur, quod crudelitas inueniſſet. Tunc Ponticus maximum patientiæ robur materna cohortatione ſuſcipiens, & perſeuerans in confeſſione fidei, impollutum ſpiritum reddit. Beata uero Blandina ultima omnium, uelut omnium nobilis mater, præmiſſos ad martyrij coronam filios, inſequi iam ſecura feſtinat, exultans & ouans, uelut ad thalamum ſponſi inuitata, & ad nuptiale conuiuium. Ex quo fiebat, ut in uerberibus tripudiaret, & craticulis exuſta gauderet, ac tam hilaris uideretur & læta, quaſi inter dapes regias accubaret. Poſt hoc ad beſtias traditur, ſed ab his intacta perdurat. Inde etiam aliud excogitatur crudelitatis genus, ut reti conſtricta obijceretur tauro ferociter inſtigato. A quo cum fuiſſet innumeris ictibus laceſſita, & toto arenæ ambitu iactata, nihil penitus

penitus læditur, ſed permanet læto (ut ſemper) uultu, mente conſtanti, ſpe A
Blandina gladio iugulatur
& ipſa & animi præſumptione cum Chriſto colloquens. Ad ultimũ iugulari gladio iubetur, ſtupentibus etiam ipſis impijs, et dicentibus, quod nunquam fuerit fœmina, quæ tãta & talia ferre potuerit. Sed ne ſic quidem ſatietatem aliquam capere crudelitas quiuit. Antiqui etenim ſerpentis uirulentia concitati, feri ac barbari mores manſueſcere neſciebant. Ex ipſa quippe ſanctorũ patientia, ſæuior eis contentionis rabies accendebatur: & uelut pudore quodam fatigabantur, quod maior ineſſet cruciatis, quàm cruciantibus uirtus. Et ex hoc ad nephãda odia iudex ſimul inſtigabatur & populus, ut ſcriptura impleretur, quæ dicit: Iniquus adhuc inique agat, & iniuſtus adhuc faciat iniuſte. Igitur inaudito ſæuitiæ genere, eorum qui necabantur in carcere corpora canibus iubebantur exponi, adhibita ſimul cuſtodia die noctuque, ne quis collectas reliquias, humanitatis intuitu traderet ſepulturæ. Sed ſi quid forte uel beſtijs, uel igni reliquum ex corporibus martyrum fuerat, ipſaque cum truncis ſuis capita punitorum inſepulta per cuſtodiam militum ſeruabantur: & quærebatur, ſi quid ultra poſſet humana crudelitas, etiam in eos
Limen uitæ
qui iam uitæ huius limen exceſſerant. Exultabant tamen gentes magnificantes ſimulachra ſua, quorum uirtute datam in illos uindictam dicebant. Si quis uero inter ipſos paulo mitior uel humanior uidebatur, ubi nunc eſt, aiebant, Deus eorum? Et quid profuit eis iſta religio, pro qua etiam animas B
poſuerunt? Igitur apud illos erat uarium iſtud inſultationis genus. Apud nos uero ingens luctus habebatur, præcipue quod non poſſemus corpora humi tradere, quippe quibus nec noctis tempore aliqua ad hoc opportunitas præbebatur: neque muneribus ſuadere cuſtodes, neque precibus, aut ullo alio genere copia erat. Ita attente & ſollicite curabant, ne daretur extremis oſſibus ſepultura. Poſt aliquot autem dies cum nullam ſepeliendi gratiam præſtitiſſent, incenſa oſſa martyrum, & in fauillam redacta, cum reli-
Abijciuntur cineres in Rhodanum
quo terræ puluere in Rhodanum fluuium diſperſere, ne uſquam reliquiæ eorum reſiderent: quaſi uero hoc agentes, deum uincerent, & (ſicut dicebãt) ſpem eis per hoc reſurrectionis adimerent. Sperantes enim (aiebant) de ſepulchris quandoque ſe eſſe reſurrecturos, idcirco noua neſcio qua ſibi perſuadente ſuperſtitione læti ſe tormentis mortibuſque ſubijciũt. Nunc uideamus ſi reſurgent, & ſi poteſt eis adeſſe deus eorum, & eripere eos de manibus noſtris. Hæc ſunt quæ illis temporibus geſta, ex epiſtola fratrum Lugdunenſium declarantur. Ex quibus quid etiam per cæteras prouincias geri potuerit, coniectura capiendũ eſt. Referuntur adhuc in ipſa epiſtola quædam etiam de humanitate & manſuetudine beatorum martyrum, quæ dignum puto ad hæc ſuis ſermonib. ſicut cætera ſociari. Qui (ut aiunt) ad imitationem Chriſti, qui cum in forma dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, in tanta gloria poſiti, & ſemel atque iterũ ac frequentius martyres facti

A tes facti,poſt beſtias,poſt ignes & laminas, neq; ſe ipſi martyres dicebant, neq; alijs ita ſe appellantib.indulgebāt:ſed ſi forte aliquis noſtrū,uel in epiſtola uel in ſermone eos martyres nominaſſet,increpabant acrius dicentes, quod hæc appellatio ſoli Chriſto debetur:qui ſolus fidelis ueritatis eſt martyr,& qui primogenitus eſt ex mortuis, & autor uitæ æternæ: uel certe illis ſolis aptum hoc eſſe uocabulū, qui poſt bonam confeſſionē de hac uita diſcedere & pergere meruerunt ad deum. Nos autē(aiebant) humiles & egeni, optamus ut ipſa ſaltem in nobis confeſſio tuta permaneat. Id quod etiā cęteros fratres cum lachrymis obſecrabāt, ut pro eis dominum precarent, quo perfectæ cōfeſſionis ſignaculum martyris mererent accipere. Et tanta in eis humilitas erat, ut cū rebus ipſis eſſent iam martyres, nominis tamen iactantiā fugerent. Apud gentiles uero cum omni fiducia conſiſtebant, nobilitatem animę per contemptum iniuriæ & ſuppliciorum demonſtrantes. Erant ergo inter fratres humiles,inter perſequutores elati:ſuis mites,aduerſarijs terribiles,Chriſto ſubiecti,diabolo erecti. Humiliabant ſe ſub potentiſſima manu dei,per quam nunc ſublimius exaltati ſunt:placabant omnes, accuſabant neminē:ſoluebant cunctos,ligabant nullum. Orabant etiā pro perſecutoribus ſuis,utentes ſermone ſancti Stephani primi martyris,dicentes: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Aduerſum quos eo uehemen-

Modeſtia martyrum

Perfecta profeſſio, ſignaculum martyris

B tiora diabolus prœlia concitabat,quod per nimiam charitatem,quam habebant in Chriſto Ieſu,etiam eos qui lapſi fuerant, & quos iam ſe immanis illa beſtia abſorbuiſſe crediderat, rurſum uiuos de internis eius uiſcerib. educebant: & uelut matres erga paruulos ſuos, ita erga eos totis profuſi miſerationū uiſceribus inhærebant, omnipotenti deo effundentes pro ipſis fontes & flumina lachrymarum: uitam petebant eis à deo,& tribuebat eis, nec ſibi gratum iter ducebant eundi ad dominum, uel lætam putabant martyrij fore coronam,ſi partem membrorum ſuorum de eccleſiis raptam, uelut ſpolia quædam detentari à diabolo permiſiſſent. Super omnia autem pacem & ipſi diligebant, & nobis ſeruare mandabant, nec aliam ſibi, niſi per pacem uiam ad martyrium cōſtruebant,cauentes ne ullam poſt ſe diſſenſionem fratribus,nec eccleſiæ matri mœſtitiā derelinquerent, ſed pacē ſemper habendam, pacem fratribus cuſtodiendam,& charitatem præcipue tenendam, quæ eſt unitas & concordiæ uinculum, commonebant. Hæc non inutiliter (ut opinor) à nobis ad ædificationem legentium memoriæ tradita ſunt,quæ ex tantorum uirorum autoritate deſcēdunt,propter eos qui tumidi & inflati aduerſum fratres ferunt: & ſi qui forte titubauerint, miſerationum Chriſti uiſcera ad eis putant penitus excludēda. Refert adhuc in eadē ſcriptura & alia narratio, quam cognitionis cauſa his inſerere dignum putaui. Alcibiades quidam erat in numero eorum, qui pro Chriſto uincti tenebantur. Hic uitam ſatis arduam & auſterā gerebat,nihil cibi uolens accipere,ſed

Pax

Charitas quid

Alcibiades

re, ſed tantum ſale & pane cum aqua utebatur. Cumq; hunc uitæ rigorem A uellet etiam in carcere poſitus obtinere, Attalo poſt primam confeſsionem ſuam quã in amphitheatro confeſſus eſt, reuelatur; quia nõ recte faceret Alcibiades, creaturis dei & ipſum non uti, & alijs formam ſcãdali derelinquere. Quibus cognitis, Alcibiades cœpit omnia cum gratiarũ actione percipere: quia quæ illi reuelabat ſpiritus ut doceret, & huic ut ſequeretur idem ſpiritus perſuadebat. Sed de his finis ſit. Igitur Montanus, & Alcibiades, & Theodotus, in Phrygiæ partibus tunc primũ apud quàm plurimos in prophetarum opinionẽ uenerũt. Et quia per illud adhuc tempus multæ etiam aliæ uirtutes & gratiæ, in diuerſis eccleſijs per donũ ſancti ſpiritus miniſtrabantur, facile accõmodata eſt fides, etiam his potuiſſe prophetiæ gratiã dari. Cumq; plurima inter fratres diſſenſio fuiſſet exorta, rurſum eccleſiæ Galliarum iudicium ſuum & ſententiam de his quoq; cum omni reuerentia & rectę fidei expoſitione decernunt, epiſtolas martyrum qui apud eos cõſummati fuerant, proferẽtes, quas illi in uinculis poſiti, per Aſiam & Phrygiam fratribus conſiſtentibus ſcripſerant, & Eleuthero urbis Romæ epiſcopo, de pace eum eccleſiæ cõmonentes: quiq; etiam Ireneum presbyterum tunc adhuc eccleſiæ Lugdunenſis, ſupradicto urbis Romæ epiſcopo cõmendabãt teſtimonium uitæ eius perhibentes, ſicut ipſorũ etiam uoces quæ infra ſcribuntur, oſtendunt. B

Montanus Theodotus

Ireneus presbyter Lugdunẽſis eccleſiæ

VALERE TE IN DEO ITERVM ET SEMPER optamus pater Eleuthere. Cap. IIII

Epiſtola martyrũ, laudẽ cõtinẽs Irenei

ROGAVIMVS fratrem & ſociũ noſtrum Irenæum, hæc tibi ſcripta deferre, quem deprecamur ut habeas cõmẽdatum. Aemulator nãq; eſt teſtamenti Chriſti. Scimus enim quod ſolus officij gradus non facit aliquem iuſtum, quo tamen iſte recte utitur, in presbyterio, ſed plus eum ex uitæ meritо commendamus. Enumerat etiam poſt hæc diuerſorum martyrũ glorias, quanti ferro cæſi, quanti beſtijs, quanti ignibus, quanti etiam ſqualore carceris abſumpti ſint. Quæ ſi quis uult plenius noſcere, ipſas ex integro requirat epiſtolas. Cap. V

M. Aur. Cæſ.

IGitur Antonini temporibus quibus hæc geſta referũtur, Marcum Aurelium fratrem eius Cæſarem bella inferentem Germanis ac Sarmatis, tradunt hiſtoriæ, cum ſiti eius periclitaretur exercitus, æſtuãtem & quęrentem quid facto opus eſſet, reperiſſe in legione quadã milites Chriſtianos: quibus (ſicut & noſtris mos eſt) flexis genibus obſecrantibus, exaudiſſe deum ſupplicationes eorum, & ſubito contra omnium ſpem largiſsimis imbribus profuſis, exercitus quidem periclitãtis, pro quo orauerant Chriſtiani, ſitim ſedatam: hoſtes uero qui iam exitialiter imminebant, fulminibus crebris & cœlitus prolapſis ignibus effugatos. Quod factum refertur quidem & ab hiſtoricis gentilium, ſed quod noſtrorum id orationibus impetratũ ſit non

Chriſtianorũ precib. impetrata pluuia

A non refertur,quippe apud quos etiam cætera miracula quæ à noſtris geſta ſunt,nō habenr fidē. Noſtrorū uero & Tertullianus hęc memorat,& apud Græcos Apollinaris, qui etiam ipſam legionem pro inſignis facti miraculo mutato nomine uocitatā dicit ab Imperatore fulmineā. Tertullianus uero Marci Imperatoris epiſtolas etiā nunc haberi dicit,quib. de his apertius indicatur. Sed nos iam ex hoc ad hiſtoriæ ordinē redeamus. Igitur Photino nonageſimo uitæ ſuæ anno, cum cæteris Galliæ martyribus conſummato, Irenæus Lugdunenſis eccleſiæ ſuſcepit ſacerdotium. Quem Irenæum Polycarpi auditorem in pueritia comperimus. Hic in tertio aduerſum hæreſes libro, Eleutheri epiſcopi temporibus(quæ tēpora nunc habemus in manib.) ſcribere ſe opus illud indicat his uerbis: Cap. VI

Lege Tertulliani in Apologetico ca. 5 Et in libro ad Scapulam

Irenæus

FVndata igitur & ædificata eccleſia,beati apoſtoli Lino officiū epiſcopatus iniungunt. Cuius Lini Paulus in epiſt. ad Timoth. meminit. Huic ſuccedit Anacletus, poſt quem tertio loco epiſcopatū ſuſcepit Clemēs. Hic autem cum beatis apoſt.fuit,& cum ipſis uitā ſemper exegit,atq; ab ipſis inſtitutus,recentē gerebat traditionis eorū memoriā,& prædicatiōis eorū formam ſemper habebat in oculis. Sub hoc ergo Clemente ſeditio non modica exorta eſt apud Corinthū inter fratres, ita ut ex perſona Romanæ eccleſiæ ſcriberet ipſe Clemēs ad Corinth. epiſtolam neceſſariā, quę eos reuocaret in pacem,& fidē eorum quæ concuſſa fuerat,renouaret,exprimens in ea apoſtolorū traditionem,quam nuper ab eis ipſe ſuſceperat. Et poſt aliquanta iterū dicit: Huic aūt Clementi ſuccedit Euariſtus, Euariſto Alexander. Et poſt hunc ſextus ab apoſtolis ordinatur Xyſtus, Poſt quem Teleſphorus, qui & illuſtre martyriū duxit. Poſt hunc Hyginus,deinde Pius,poſt quem Anicetus. Huic ſucceſſit Soter, qui nūc duodecimo loco ab apoſtolis epiſcopatus obtinet ſortem, & eaſdem quas apoſtoli tradiderunt prædicationes diuinæ fidei integras illibataſq; cuſtodit. Cap. VII

Linus Roma
Anacletus
Clemens

Clemēs Corinthijs ſeditione laborantibus epiſt. ſcripſit

B

HAec Irenæus in ſupradictis libris cōplexus eſt. Sed in ſecundo nihilominus eiuſdē operis libro, dicens etiā ſuis tēporibus reliquias quaſdā diuinę uirtutis in eccleſiis inueniri, hoc modo ſcribit: Abeſt aūt longe ab eis ut mortuum ſuſcitēt,ſicut dominus ſuſcitauit & apoſtoli per orationes. Sed & fratres frequēter fecerunt hoc in plurimis eccleſijs, ita ut omni ſimul eccleſia congregata, ieiunijs atq; obſecrationibus multis ad deum pfuſis, conuerteretur ſpiritus mortui,& redderetur homo uiuus per orationes ſanctorum. Et iterum dicit poſt aliquanta: Quod ſi dominum per phantaſiā dicēt feciſſe hæc, ad prophetas ueniamus, qui hæc ab eo gerenda eſſe prædixerunt,& qui confirmarunt hunc eſſe filium dei: propter quod & diſcipuli ſui in ipſius nomine, & ab ipſo accipientes gratiam, faciunt hæc ad ſubueniendum ſaluti hominum, prout unuſquiſq; meruit. Alij nanq; dæmones fugāt, & ita eos qui incurſati ſunt purgant, ut interdum illi ipſi qui curati ſunt,

Reliquiæ diuinæ uirtutis in eccleſijs, tempore Irenæi

Cap. 58

Dotes diuerſæ ſpiritus ſancti

credentes

credentes in eccleſia remaneant. Alij autem præſcientiam accipiunt futuro- A
rum,& uiſiones propheticas uident. Alij infirmos manu ſuper poſita reſti-
tuunt ſanitati. Sed & mortui ab his aliquoties ſuſcitati ſunt,& permanſerũt
nobiſcum per annos multos. Et quid plura? Non eſt numerus ſingularum
uirtutum, quæ per uniuerſum mundum in eccleſiis dei geruntur, per grati-
am & nomen Ieſu Chriſti ſub Pontio Pilato crucifixi. Quæ tamẽ quotidie
fiunt,non ob aliquam nundinationem,neq; ob pecuniæ quæſtum:ſed ſicut
gratis gratia accipitur à deo, ita gratis eadem miniſtratur. Et iterum in alio
loco idem Irenæus de his ita ſcribit: Sicut, inquit, audiuimus multos ex fra-
tribus in eccleſia gratiã habentes prophetarum,& omnibus linguis loquen
tes per ſancti ſpiritus donum, qui & myſteria & ſecreta dei in manifeſtum
cum expedit proferunt. Hæc autem inſeruimus, ut oſtenderemus diuerſas
ſancti ſpiritus gratias, uſq; ad illa adhuc tẽpora apud dignos quoſq; in ec-
cleſijs perduraſſe:quoniamquidem in initijs polliciti ſumus,hæc nos in tem
pore prolaturos. Cap. VIII

Irenæi iudicium de diuinis ſcripturis SEd & de ordine canonis diuinarum ſcripturarum, quid etiam ſupradi-
ctus uir Irenæus ſentiat,ipſius nihilominus ſermonib. proferamus: Pri-
mò,inquit,de ſanctis euãgelijs uideamus. Matthæus quidẽ Hebræis pro-
Mattheus pria eorum lingua conſcriptum ædidit Euangelium, cum Paulus & Petrus
in urbe Roma euangelizarent, atq; eccleſiæ inibi fundamenta ſolidarent. B
Marcus Poſt quorũ exitum Marcus diſcipulus & interpres Petri, Euangeliũ quod
Ioannes ille prædicauerat,digeſſit in libro. Poſt hæc Ioannes diſcipulus domini, qui
& ſupra pectus eius recubuit, ædidit Euangelium apud Epheſum urbem
Aſiæ poſitus. Hæc in tertio ſupradicti operis libro. In quinto uero de reue-
Apocalypſis Ioannis latione Ioãnis ſcribẽs,& de numero nominis Antichriſti,hæc refert. Cum
igitur hæc ita ſe habeãt, & in omnibus rectis & antiquis exemplaribus iſte
numerus inueniatur,ſed & illi hæc eadem conteſtentur, qui Ioannem uide-
runt in corpore poſitum, & uerbum domini prædicantem, quia numerus
beſtiæ,ſecũdum Græcorum cõputum,& literas quæ in eodem conſcribun-
tur. Et paulo poſt iterum ſubiungit hæc:nos ergo periculum incurrere nolu
mus, de Antichriſti nomine confidentius aliquid pronuntiantes. Si enim
oporteret hæc euidenter & palam in hoc iam tẽpore prædicari,utiq; & per
illum qui Apocalypſim ſcribit,nomen eius euidẽter fuiſſet expreſſum: quia
nec ipſa reuelatio ante multum temporis facta eſt,ſed penè iam noſtra æta-
te prope finem Domitiani Cæſaris. Hæc nobis etiam de Apocalypſi uir ſu
Prima Ioan. prà memoratus expoſuit. Meminit aũt primæ epiſtolæ Ioannis, & primæ
Prima Petri Petri,plurimaq; ex ipſis ſumit exempla. Necnon & libellum qui dicitur Pa-
Lib. Paſtoris ſtoris,amplectit̃ dicens: Bene ergo refert ſcriptura quæ dicit: Primo omniũ
credendum eſſe,quia unus eſt deus, qui omnia creauit atq; compoſuit. Vti-
tur autem & teſtimonijs de ſapientia Salomonis. Sed & Apoſtolici cuiuſ-
dam

A dam uiri (cuius nomen reticuit) ſermonũ, quaſi memoriter meminit. Iuſtini quoq; martyris, & Ignatij memoriã facit, & ea quæ ſcripſerunt, producit in mediũ, & promittit ſe quoq; aduerſus ſcripta Marcionis reſponſurum. Sed & de ſeptuaginta interpretibus diuinarũ ſcripturarũ, audi quib. referat uerbis: Deus, inquit, homo factus eſt, & ipſe dominus ſaluauit nos. Qui dedit ſignum illud quod de uirgine ſcriptum eſt, & nõ ſicut quidã dicunt eorum, qui modo auſi ſunt aliter interpretari ſcripturas, & aiunt: Ecce iuuencula in uentre cõcipiet & pariet filiũ, ſicut interpretatus eſt Theodotio Epheſius, & Aquila Ponticus, ambo Iudæi proſelyti, quos ſecuti ſunt Hebionitæ, qui dicunt Chriſtũ de Ioſeph natum. Et poſt pauca iterum iſta ſubiũgit: Prius enim, inquit, q̃ Romanorum inualeſceret principatus, cum adhuc Macedones Aſiam poſſiderẽt, Ptolemæus Lagi filius, uolens bibliothecæ ſuæ, quã apud Alexandriã ex omniũ ueterum Græcorũ uoluminibus conſtruebat, maiorẽ gloriã quærere, petit etiã ab Hieroſolymis, ut Hebræas eorum ſcripturas in Græcã linguam interpretatas acciperet. At illi (ſubiecti quippe erant Macedonibus) electos, & in ſcripturis ſanctis eruditiſſimos, atq; in utraq; lingua peritiſſimos uiros ſeptuaginta presbyteros miſerũt ad Ptolemæum, in quo tamẽ dei uoluntas & conſiliũ gerebatur. Tum ille ſingulorũ uolens accipere documenta, & uerens ne forte per interpretationẽ occultarent inſertam diuinis uoluminibus ueritatẽ, ſingulos à ſe inuicem ſeparat, & eadem ſeorſum poſitos interpretari iubet, eũq; ordinẽ interpretandi in ſingulis quibuſq; uoluminibus obſeruari: quoſq; rurſum coram ſe in unum omnes reuocari, & cõferre ad inuicem, quę ſinguli interpretati fuerant, facit. Et tunc deus uere glorificatᷣ, & ſcriptura ſancta quod uere diuina eſſet, agnoſcitur. Omnes enim eadẽ iiſdem uerbis, iiſdemq; nominibus ac ſententijs ſcripſerant, ab initio uſq; ad finem: ita ut & ipſi qui aderant gentiles, agnoſcerent, quia dei nutu ſcripturæ tunc interpretatæ ſunt. Et nihil mirum, ſi diuina prouidentia hoc ita fieri procurauit, cum & in ea captiuitate quæ populo acciderat ſub Nabuchodonoſor rege, corruptis ſcripturis, cũ poſt ſeptuaginta annos Iudæi ad patriã ſuam redirent in tẽporibus Artaxerſis Perſarum regis, inſpirauerit deus Eſdram ſacerdotẽ ex tribu Leui, ut omnia priorum prophetarũ uolumina ac uerba repararet, & reſtitueret populo legem, quæ per Moyſen fuerat data. Hæc Irenæus.

Sapientiã Salomonis

Theodotion Epheſius

Aquila Pont.

Ptolemaeus [handwritten marginal note, partly illegible]

LXX. interpretes

Nota mirum. [handwritten]

B

Cap. IX

IGitur decẽ & nouẽ annis Antoninus cum in imperio perduraſſet, poſt exceſſum ſui, principatum Cõmodo dereliquit. Huius primo imperij anno Iulianus apud Alexandriã ſacerdotiũ ſuſcepit, Agrippino exactis duodecim annis in epiſcopatu defuncto.

Commodus Aug.

Iulianus Alexãdriæ epũs

Cap. X

CVm per idem tẽpus ſcholæ eccleſiaſticæ, & doctoris officio præeſſet uir in omni eruditione nobiliſſimus Pantænus. Ex quo apud eos conſuetudo antiquitus tradita, uſq; in hodiernũ permanet, diuinarum ſcriptu-

Pãtæni Stoici ardor docẽdi ſacras literas

Apud Alexādriā ſchola erat eccleſiaſticas, in qua rudimēta Chriſtianæ religionis catechumenis tradebantur. Quod fieri potuit ut in alijs item eccleſijs fuerit factum. Vnde fortaſſis & apd'nos in templis epiſcopalib. & alijs horū æmulis collegijs ſcholaſtici quē uocant dignitas, & ſola hodie dignitas.

rarum doctores inibi ſcholæ eccleſiaſticæ haberi, uiros duntaxat in ſcientia A
& in eruditione probatiſſimos. Huius ergo officij uelut autor quidā & dux uir (de quo ſupra diximus) ſatis illuſtris habebat̄, quippe qui etiā in philoſophis prius, qui Stoici appellant̄, nobiliter floruiſſet. Cuius tantū ſtudij erga uerbum dei, & tantum amoris fuiſſe traditur, ut etiā ad prædicādū Chriſti Euangelium omnibus gentibus quæ in Orietis ultimis ſeceſſibus recōduntur, fidei & deuotionis calore profectus ſit, & uſq; ad Indiam citeriorē, uerbum dei prædicādo peruenerit. Erant enim adhuc in illis temporibus & Euangeliſtæ nōnulli, qui ad imitationē ſanctorum apoſtolorum in diuerſis orbis partibus oberrantes per gratiā dei & animi ſui uirtutē, uerbum dei & fidem Chriſti ignorantibus quibuſq; gentibus inferebant. In quibus præcipuus & illuſtris Pantęnus habebatur. Quem ferunt cum ad Indos perueniſſet, reperiſſe quod Bartholomæus apoſtolus apud eos fidei ſemina prima condiderit, & Matthæi euangelium Hebręis ſcriptū literis dereliquerit: quod per idem tempus ſupradictus Pantænus inibi repertū detulerit. Sed & in multis prȩterea alijs doctrinæ eccleſiaſticæ ſtudijs apud Alexādriam, claram ſatis & nobilem uitam, optimo & admirabili fine concluſit, tam uiua uoce diſcipulos inſtruens, q̄ librorum monimentis etiā poſteris theſauros ſcientiæ derelinquens. Cap. XI

In locū talium doctorum ſucceſſerūt apud nos Concionatores

IN huius diuinarum eruditionum ſcholis q̄ maxime effloruit apud Alexandriam Clemēs eodem uocabulo, quo & ille in urbe Roma apoſtolorum & ſucceſſor & diſcipulus uocitatus. Deniq; ipſe hic Clemēs in ſeptimo Diſpoſitionum libro, Pantæni tanq̄ magiſtri & præceptoris ſui mentionē facit. Sed & in primo libro Στρωματῶν, hunc eundem deſignat, in eo loco ubi enumerat, quod plures apoſtolicæ prædicationis repererit uiros, hæc dicens: Mihi quidem cōmentarij huius operis, nō ad oſtentationem ſcribuntur, ſed ad cōmemorationem ſenectæ, & ad obliuionis remedium, quo ſcilicet in his ſit mihi adumbratio quædā rerum magnificarum diuinorumq; uerborum, quæ audire merui à uiris ſanctis & beatis. quorum ab alio apud Achaiā, ab alio apud Syriam, ab alio uero in Oriente, & maxime apud Palæſtinam inſtitutus ſum à quodam ex Hebræorum origine ueniente. Ad ultimum autem in Aegypto magiſterio uſus ſum uiri uirtutis & ſcietiæ merito omnibus pręferendi: poſt quem uelut theſauro in abſconditis reperto, aliud quærere ultra ceſſaui. Et illi quidem diuinæ doctrinæ ueritatem mihi, quę ſibi ab ipſis ſtatim primis autoribus Petro & Iacobo ac Ioāne & Paulo ſanctis apoſtolis, tradita fuerat, tanquā patres filio cōmendarunt. Sed pauci patribus ſimiles filij. Tamen deo fauente per ipſos in nobis apoſtolici germinis plantata ſunt ſemina. Cap. XII

Intelligit Pantænum

Narciſſus Hieroſol. epiſcop.

PEr idem tēpus, eccleſiæ Hieroſolymorū Narciſſus præerat, qui famæ merito noſtris adhuc temporibus celebratur, quintādecimam poſt eos qui

A qui ex circumciſione fuerant ſucceſsionem uſq; ad tempora Adrianæ obſidionis adducens. Primum nanq; inibi ex gentibus epiſcopum fuiſſe indicauimus Marcum, poſt quem Caſsianum, inde Publium, poſt hunc Maximum, & ſic Iulianum, poſt quem Gaium, & iterum alium Iulianum, Capitonem quoq; & Valentem, inde Dolicianum, poſt quem triceſimum ab Apoſtolis Narciſſum. *Epiſcopi Hieroſolymorũ*

Cap. XIII

VErumetiã ea tempeſtate Rhodon quidam ex Aſiæ prouincia oriundus, ut ipſe ſcribit, in urbe Roma eruditus à Tatiano, cuius in ſuperioribus inter cæteros ſcriptores meminimus, libros quàm plurimos, & maxime cõtra Marcionis hæreſim ſcripſit, quam aſſerit idem Tatianus in diuerſas ſciſſam eſſe ſententias. Sed & qui, & ob quam cauſam ex eadem hæreſi ſciſsi ſint, ipſe per hæc uerba deſignat: Propterea, inqt, etiã inter ſemetipſos diſcordant, quia id affirmare cupiunt, quod nõ poteſt ſtare. Ex eorũ nanq; grege eſt Apelles, qui abſtinentiæ & ſenectutis prærogatiua uſus, unũ quidem omniũ fatetur eſſe initiũ, prophetas tamen cõtrario ſpiritu aſſerit inſpiratos, ſequens perſuaſionẽ uirginis cuiuſdam actæ ſpiritu dæmonis, nomine Philumenæ. Alij autẽ, ſicut ipſe nauta Marcion, duo eſſe principia introducunt, è quibus eſt & Potitus & Baſiliſcus. Qui & ipſi ſecuti ſunt quidem Ponticũ lupum, ſed nõ inuenientes exitũ rerum, ſicut nec ille quidem, ad ea B quæ putarũt eſſe faciliora cõuerſi ſunt, & duo principia introduxerũt, abſq; ullis hoc probationibus confirmantes. Alij quoq; ex eiſdem rurſus in deterius deuoluti ſunt, nõ ſolum duo, ſed tria principia, & tres naturas cõfirmantes. Quorum princeps & autor eſt Syrenus, ſicut ipſi defenſores dogmatis huius dicunt. Sed & ipſe deſcribit ut congreſſus ſit cum Apelle, ita referens. Nam & Apelles ſenex habuit nobiſcum ſermonem, & multa mala docere conuictus eſt. Vnde & aſſerebat nõ oportere omnino fidei diſcuti rationẽ, ſed unumquemq; debere in eo quod credidit, permanere. Salutem nanq; eſſe his qui in crucifixũ ſperant, tantũ ut in bonis operibus inueniantur: manifeſte tamen decernebat de deo, ſicut prædiximus, unũ eſſe principiũ, ut & nos dicimus. Et inde exponens omnem eius ſententiam, introducit etiam ipſe ſuũ ſenſum: Dicebam autem, inquit, ad eum: Vnde tamen oſtendimus unius principij rationẽ? aut quomodo hæc aſſeratur, ediſſere. Tum ille: Prophetiæ quidem (aiebat) ſemetipſas coarguunt, quia nihil omnino cõtinent ueritatis, ex eo quod inter ſe inuicem diſcordãt, & uticq; falſæ ſunt, quæ ſibimetipſis aduerſantur. Quomodo aũt ſit unũ principiũ, ſe quidem ſcire denegabat, ita tamen ſibi uideri. Cumq; adiuraretur à me, ut quod uerũ eſt diceret, ſacramento confirmauit ſe neſcire, quõ unus ſit ingenitus deus, ſed tantummodo credere. Tum ego deriſum planè eum, & notatũ habui, qui ſe doctorem profiteretur eorũ, quæ ſe ignorare fateretur. In eodem quoq; opere refertur, Calliſtion quidam in urbe Roma diſcipulus extitiſſe Tatiani, qui

Rhodon *Apelles* *Syrenus* *Calliſtion diſcip. Tatiani*

Liber propoſitionum & quæſtionũ Tatiani

ſcripſit compoſitũ eſſe à Tatiano Propoſitionum & quęſtionũ librũ, in quo omnia quę obſcura ſunt & difficilia in ſcripturis diuinis, abſoluat. Sed idem Rhodon in cõmentarijs ſuis propoſitiones eius prolaturum ſe & cõfutaturum promittit. Eſt autem eiuſdem & in Hexameron cõmentarius, in quo refert, quod Apelles quamplurima aduerſum legem Moyſi cõſcripſerit impia, & aduerſum totã legem blaſphemas protulerit uoces, coarguẽs ut ſibi uidebatur, & deſtruens ea quæ ſcripta ſunt A

Cap. XIII

HAec & multa alia ex ſupradicti ſcriptoris cõperimus libris. Cũ tamen hoſtis humani generis ad ſalutẽ hominũ debellandã nihil uſquã ocij gerit, ſed diuerſas & uarias hæreſes per ſingula quæcꝫ ſuſcitat loca: in quib. maximũ ſui generis ſerpentẽ, apud Aſiã Phrygiamcꝫ producit Montanũ qui ſe nominaret Paracletũ, & cum eo mulieres Priſcã & Maximillã, quas prophetiſſas, uelut ex ipſius factas inſpiratione iactabat.

Cap. XV

SEd in urbe Roma Florinus quidam gradu presbyteri de eccleſia lapſus unà cum Blaſto ſocio criminis & furoris, plurimos de eccleſia in ſuũ barathrũ deducebant noua aduerſum ueritatem figmenta machinantes. Sed aduerſum hæreſim Cataphrygarũ ſcutum ualidiſsimũ protulit Apollinaris Hierapolites, de quo ſupra memorauimus. Alijcꝫ quamplurimi ad id locorum & eruditiſsimi uiri aduerſus eos pro ueritatis defenſione certarũt, qui etiam nobis ad hiſtoriæ textum monimenta ualidiſsima reliquerunt. B

Claudius Apollinaris aduerſus Montanum

Interim (ut diximus) Apollinaris ſcribens aduerſum hanc hæreſim, & deſignans in præfatione, quod per eccleſias Galatiæ, uicinarumcꝫ prouinciarum digrediens, & plurimos ab eis irretitos uidens, multos quidẽ, & coràm diſputando correxit: rogatus tamen à fratribus, etiam hæc ad ipſos ſcripta tranſmiſerit. In quibus poſt aliquanta, cum autorem hæreſis deſignaſſet, progrediens etiam hæc addit.

Cap. XVI

Apollinaris de origine Montanæ hæreſis. Montanus

ORigo (inquit) huius hæreſis, quæ aduerſum eccleſiã nuper exorta eſt, inde deſcendit: Vicus quidam eſſe dicitur apud Myſiam Phrygiæ ciuitatem, qui appellatur Ardabau, in quo aiunt Montanum quendam nomine, qui nuper ad fidem Chriſti uenerat, ſub Grato Aſiæ proconſule, cupiditate nimia primatus accenſum, contrarijs ſpiritibus in ſemetipſo locum dediſſe: ac repente in quodam exceſſu mentis effectũ, & uelut ſpiritu actum proloqui cœpiſſe noua quædam & diuerſa ab his, quæ ex ſucceſsione maiorum eccleſiæ tradita fuerant, uelut prophetali ſpecie proferentem. Quæ cum ita fieri uiderent hi, qui per idem tempus aderãt auditores, alij eum uelut dæmone repletum, & erratico perflatũ ſpiritu ad decipiendos populos iudicantes obiurgabant, & proloqui omnino prohibebant, memores dominici præcepti, & comminationis eius, qua iubet obſeruari à falſis prophetis. Alij autem uelut ſpiritusancto repletum, & prophetiæ gratia donatum putabant, & immemores dominici præcepti, erratico & ſeductori ſpiritui

catenus

A eatenus indulgebant, ut etiã prouocare eum ad dicenda aliqua delectaren/tur. Et hoc fiebat arte diabolica, qua indiſciplinatis perditio parabatur. A quibus Montanus cum ſupra quàm dignum eſt in ueneratione haberetur in tantum temeritatis progreſſus eſt, ut etiã duas quaſdam mulieres inſani ſpiritus, quo ipſe replebatur, participes ſibi faceret, & ad inſaniendũ ſecum pariter edoceret, quo facilius uterq; ſexus in errorem per utrũq; caperetur. Hic iam beatificare eos, qui ſibi familiarius adhærebant, & promiſsionum magnitudine tumidos reddere: interdum etiam obiurgare quoſdam, uti ne in omnibus adulatores deprehenderentur. Tamen perpauci erãt ex Phrygibus, qui corũ deciperentur inſania. Quibus & perſuadebat, uniuerſam eccleſiam, quæ per orbem terræ eſt, blaſphemare: & nõ ſolum nihil ei deferre reuerentiæ, ſed ne limen quidem eius incedere. Frequẽter tamen aduenientibus ex Aſia fratribus, ueſani & contra fidem Chriſti bacchantes cõfutati, ut hæretici & corruptores ueritatis, ab eccleſiæ cõuentu & ſocietate depulſi ſunt. Hæc in libro primo ſcribẽs, & per omne operis ſui corpus fraudes hæreſis in ſingulis quibuſq; cõuincens, in ſecundo quoq; uolumine de eiſdem etiam hæc ſcribit. Quale eſt autem, inquit, quod & prophetarum percuſſores nos uocant, pro eo quod inſanas eorum non ſuſcipimus phantaſias? Dicunt enim hos eſſe, quos promiſerit dominus ad populum ſuum ſe eſſe

Priſca & Maximilla

Montaniſtæ

B miſſurum prophetas. Reſpondeant ergo nobis, ſi à deo miſſi ſunt prophetæ Montanus & mulieres eius, quis corũ à Iudæis perſequutionem paſſus eſt? Aut quis occiſus eſt? Vel quis eorum pro nomine domini tentus eſt, & ante reges & prẹſides ſtetit? Aut quis in ſynagogis Iudæorum flagellatus eſt? uel quis lapidatus eſt? Quin imò & è contrario traditur, quod finem uitæ exemplo Iudæ traditoris acceperint. Dicuntur enim ipſo dæmone quo inſpirabantur, adigente, diuerſis quiq; temporibus uitam laqueo finiſſe. Illum uero admirabilem uelut prophetiæ ipſorum primogenitũ Theodotũ nomine, tradunt quodam tempore uiſum ſibi eſſe, uelut in cœlum aſſumi, & ſe credidiſſe ſpiritui erroris, quo euectus in excelſum, & inde deductus ad terrã, finem uitæ exitu peſſimo terminarit. Sed hæc ipſi de Montano & Theodoto ac mulieribus ita geſtum negant, tamen à pluribus affirmatur. Quid tum? inter negãtes & cõfirmãtes nos rei fidẽ relinquimus in medio. Idem poſt aliquanta ſubiungit etiam hæc: Sed & ſancti epiſcopi probatiſsimi uiri, qui per idem tempus fuerunt Zoticus de Comana, & Iulianus de Apamia, aggreſsi cohibere ſpiritum qui loquebatur in Maximilla, iuſſerunt Themiſonem obturare os corũ, & excludere uocem falſi & erratici ſpiritus. Quod & ita factũ eſt. Et iterum coarguens falſam fuiſſe Maximillæ prophetiã, quæ bella q; plurima imminere prædixerat, his utit̃ uerbis.

Theodotus

Montaniſtæ

Zoticus

Iulianus

Et quomodo nõ eius mendacium euidenter arguitur? Tredecim nanq; iam exacti ſunt anni uſq; ad præſentem diem, ex quo mortua eſt mulier

iſta,& nuſquam prorſum, uel priuatim, uel publicce bellum aliquod exor- A
tum eſt. Sed & Chriſtianis per dei miſericordiam pax iugis & firma perdu-
rat. Sed & in tertio libro, de his qui ſe iactabant, quod multi martyres ex eo-
rum hæreſi extitiſſent, hæc dicit: Cum, inquit, in omnibus quæ ſupra dixi-
mus conuicti, nihil reſpondere potuerint, ad martyres confugiũt, dicentes,
multos ſe habere martyres, & hoc eſſe indiciũ quod uerus ſit apud eos pro-
pheticus ſpiritus. Quid ergo? Quia multi alij hæretici plurimos martyres
habẽt, ideo adquieſcendũ eſt eis, quod etiã ueritas apud ipſos ſit? Nam pri-
mi, qui dicuntur Marcioniſtæ, habent plures martyres. Sed quæ eſſe pote-
rit apud eos martyrij ueritas, ubi Chriſti ueritas non eſt? Et poſt aliquanta
iterum ſubiungit: Deniq; & ſancti martyres, qui pro uera fide martyrium
ducunt, cum de eccleſia procedentes ad paſsionem ducuntur, ſi qui forte in-
uenti fuerint de hæreſi Phrygum, ſecernunt ſe ab eis, & reſpuunt eorum ſo-
cietatem: nec ullo genere cum iam martyrij palmam teneant, ſpiritui Mon-
tani & Maximillæ adquieſcendum putant, ſicut & noſtris tẽporibus apud
Apamiam, quæ eſt ſupra Meandrum poſita, geſtũ ſcimus à Gaio & Alex-
andro, qui de Eumenia martyres extiterunt Cap. XVII

Miltiades aduerſus Montanum

IN eodem autem opere meminit & Miltiadæ ſcriptoris, tanquam qui &
ipſe librũ aduerſum hæreſim ſupradictã conſcripſerit. Deniq; & inſerit
ex eius dictis ſuo operi hæc uerba: Neq; enim credendum eſt, inquit, in ex- B
ceſſu mentis, id eſt, per amentiã prophetari, quod eſt proprie pſeudopro-
phetarũ. Vbi enim quis amens efficitur, iuſti rectiq; eſſe non poteſt tenax.
Qui ſine dubio initium ſumunt ex imperitia, ad finem uero deuoluuntur
amentiæ, ſicut ſupra diximus. Hoc autem modo neq; in Veteri teſtamento
quenquã, neq; in Nouo per dei ſpiritũ extitiſſe prophetã poterunt demon-
ſtrare: quia neq; Agabus, neq; Iudas, neq; Silas, neq; quatuor filiæ Philip-
pi, neq; Ammia, quæ in Philadelphiæ eccleſia prophetauit, neq; Quadra-
tus, neq; alius quiſquã ex numero ipſorum hoc modo dinoſcitur prophe-
taſſe. Et poſt pauca iterum ſubiungit & dicit: Si enim poſt Quadratum &
Ammiam Philadelphinam, ut aiunt, mulieres iſtæ Montani ſucceſſerũt in
propheticam gratiam, & ſicut confirmabãt uniuerſæ eccleſiæ, datæ ſunt ad
prophetandum uſq; ad aduentum domini, decipitur eorum confirmatio.
Quartumdecimum etenim iam penè habet annũ, ex quo defuncta eſt Ma-
ximilla. Hæc ex ſupradicti uiri cõmentarijs. Ipſe uero de quo iudicat Mil-
tiades, etiam alia nobis proprij operis non contemnenda monimenta dere-
liquit. Scripſit nanq; & aduerſum Gentes librũ, & aduerſum Iudæos aliũ,
& ad principes Romani regni Apologeticũ pro fide noſtra. Scripſit & ad-
uerſum Cataphrygas hæreticos. Cap. XVIII

Prophetæ Noui teſt.

Liber aduerſum Gentes Aduerſus Iudæos Apologeticus pro religione Chriſtiana.

Apollonius aduerſus Montanum

SEd & Apollonius quidam eccleſiaſticus nihilominus ſcriptor, libellum
aduerſum eos ædidit, in quo ſatis uigilanter prophetias ipſorum falſas
eſſe conuincit

A eſſe conuincit, & ſingula in eis uerba coarguit, ſimul & uitam moresq́ eorum qui autores hæreſeos extiterũt, exponit per hæc uerba: Sed uideamus, inquit, quis eſt hic nouus magiſter, & primo nobis doctrinam eius ſecundum domini ſententiam, actus ipſius & opera cõmendent. Hic eſt qui docuit nuptias ſolui, & qui ieiuniorum leges primus impoſuit, qui Pepuzam & Thymium oppida Phrygiæ Hieruſalem nominauit, atq; in hæc omnes cõgregandos decernit: qui exactores pecuniæ ſtatuit, qui ſub nomine oblationum munera artificioſius accepit, qui ſalaria præſtat prædicantibus uerbum ſuum, ut per hæc inuitati, enixius doctrinæ eius operã præbeant. Hęc de Montano. De mulieribus uero eius poſt aliquanta ita ſcribit: Oſtendimus autem primò omnium has prophetiſſas, ex quo ſpiritu repletæ ſunt, uiros ſuos reliquiſſe. Quomodo ergo mentiuntur Priſcam uirginem fuiſſe. Et poſt aliquanta iterum dicit. Non tibi uidetur quod omnis ſcriptura prohibet prophetam munera accipere, uel pecunias? Si ergo uideam propheten accepiſſe aurum & argẽtum & ueſtes precioſas, quomodo eum propheten putẽ? Et iterum poſt aliquanta ſubijcit, dicens: Sed & Themiſus, qui apud eos nomine tantum cõfeſſionis inflatus eſt, ueræ autem confeſſionis fructibus caret, quoniã quidem per multam pecuniam uincula depoſuit, quem oportebat utiq; humiliter ſe agere: hic arrogantia elatus, Apoſtolicæ ſibi ali-

B quid autoritatis aſſumens, epiſtolã ad omnes eccleſias ſcribit, in qua docere conatur eos, qui multo rectius quàm ipſe credebant: & cohortatur omnes ad nouas uerborum adinuentiones accõmodare aurem ſuam. Blaſphemat autem dominum & apoſtolos eius, & ſanctã eccleſiam. Sed & de alijs quibuſdam, qui apud eos ut martyres honorantur, ita ſcribit: Verum ne in pluribus immoremur, dicite nobis de Alexandro, qui ſemetipſum martyrem dicit, quem conuiuam habet hæc prophetiſſa, quem adorat ut deum: nonne hic pro latrocinijs alijsq́ nepharijs actibus reus extitit? Non nos dicimus, ſed Acta hæc publica continẽt. Quis ergo eorum cui donat peccata? prophetiſſa ignoſcit martyri latrocinia, an martyr ignoſcit prophetiſſæ rapacitatis & auaritiæ crimina? Cũ enim dominus dixerit: Nolite habere aurum, neq; pecuniam, neq; duas tunicas: iſti in omnibus cõtraria gerunt, adquirentes & congregantes ea, quæ dominus etiam habentes iuſſit abijcere. Probamus nanq; eos, qui apud ipſos uel prophetę, uel martyres nominantur, nõ ſolum à diuitibus, ſed etiã à pauperibus, pupillis, ac uiduis pecunias congregare. Aut ſi habent confidentiã, adſint, & pro his habeant nobiſcũ diſceptationem, ut ſi conuicti fuerint, uel de cætero deſinant talibus ſe implicare commercijs. Oportet enim ex fructibus, uel agnoſci, uel etiam probari prophetã, ſicut & dominus dixit: Quia arbor ex fructibus cognoſcitur, & propheta uerus probatur ex fructibus. Vt aũt de Alexandro certius cognoſcatur, ſciendum eſt quia iudicatus eſt apud Aemilium Frontinum Proconſulem

Leges ieiuniorũ à Montano

Priſca

Themiſus

Alexãder factionis Montanicæ

Aemilius Frõtinus Proconſul Aſiæ

ſulem Epheſi, non propter nomẽ Chriſti, ſed propter quædam latrocinia. A Nam à Chriſti nomine iam apoſtata extiterat. Sed poſt hæc ut fideles quidam fratres, qui per illud tempus apud iudicem aliquid poterant, pro ipſo intercederent, ſimulauit ſe propter nomẽ domini laborare, & per hoc dimittitur. Nec tamen in eccleſia patriæ ſuæ receptus eſt, ubi latro eſſe ab omnib. noſcebatur. Quod ſi quis forte minus his quæ dicimus, adcommodandam exiſtimat fidem, in archiuis publicis apud Epheſum geſta ſeruantur: quæ tamen ibi ſeruari, hi optimi prophetæ qui ei famulant, ignorant. Qui utiq; cum in his conuincitur, ſine dubio & prophetarum ignorantia cum ipſo pariter redarguitur. Hæc & multa alia in eo ſimilia poſſumus edocere. Aut ſi confidunt, in cominus ueniant, excipiant intentiones noſtras, & exuant ſe ab his, ſi putant ſe eorum poſſe effugere conſcientiam. Item poſt pauca de ipſis prophetis iſta ſubiungit. Quod ſi negant ſe prophetæ ipſorum munera accepiſſe, ſtatuant hoc ut, ſi conuicti fuerint, prophetas ſe eſſe ultra non ſimulent, & mille deferam probamenta. Veruntamen neceſſarium puto, etiam reliquos horum prophetarũ fructus probari. Dicite mihi uos ò prophetiſſæ, uultus prophetantis candoribus & ruboribus aliquando fucatur? prophetiſſa ſtibijs tingitur? prophetiſſa ornamentis utitur & ornatibus delectatur? deinde propheta ad tabulam & ad teſſeras ludit? propheta pecuniam ſuam ad uſurã dat? Dicant, ſi licet hæc facere prophetis. Ego autem B uniuerſa hæc eis probabo. Hæc & multa alia idem Apollonius ad confutandos eos, ſatis probabiliter & conſtanter intexuit, deſignans etiam hoc, quod quadrageſimus iſte, quo hæc ſcribebat, ageretur annus, ex quo Montanus falſæ huius uaticinationis initium dederit. Refert etiã de quodã Zotico, quod apud Pepuzam cum prophetare ſe Maximilla ſimularet, repente ingreſſus cœpit imperare ſpiritui qui in ipſa loquebatur, ita ut cum penitus cohiberet, ſed obſtiterũt hi qui eis adulabant. Meminit aũt & Traſeę cuiuſdam martyris, qui quaſi ex traditione priorũ ſe accepiſſe aſſeruit, Saluatorẽ præcepiſſe apoſtolis ſuis, ut ne ante duodecimum annum ab Hieroſolymis diſcederent. Refert prętcrea & apud Epheſum mortuos à Ioãne ſuſcitatos, & alia quàm plurima. Ex quibus omnibus uehementer ſupradicta hæreſis confutatur. Hæc Apollonius.

Zoticus prohibuit ſpiritũ Maximillæ prophetantis

Cap. XIX

Serapiõ epiſ. Antioch. Sophronius catalogi Hieronymiani interpres habet πρὸς καρῖνον καὶ πόντιον, i. ad Carinũ & Pontium

SErapion autẽ qui poſt Maximinum epiſcopus apud Antiochiam fuit, in epiſtola ſua, quã ad Caricũ & Ponticũ ſcribit, de hac ipſa hæreſi poſt aliquanta hæc dicit: Vt autem etiam hoc ſciatis, quòd iſta quæ nunc noua prophetia, uel potius execratio noua proceſſit, ab omni fraternitate quæ in uniuerſo mundo eſt, reſpuitur & refutat: tranſmiſi uobis Claudij Apollinaris Hierapolitani Aſiæ prouinciæ epiſcopi literas, quibus de his plenius inſtruamini. In hac autem ipſa Serapionis epiſtola, etiã ſubſcriptiones quorundam epiſcoporũ & martyrum continentur. Ex quibus unus hoc modo

ſubſcribit

A ſubſcribit: Aurelius Cyrinus martyr, opto uos bene ualere. Alius quoq; hoc modo, Aurelius Publius Iulius à Debeltho Colonia Thraciæ: epiſcopus: Viuit deus in cœlis, quia beatus Zotas qui eſt in Anchialo, uoluit dæmonem Priſcillę eijcere, ſed adulatores eius non permiſerunt. Sed & multorum ſimul epiſcoporum eadem declarantium ſubſcriptiones, ſupra dictis literis inhærebant. Verum de his ſatis dictum.

Cap. XX

PEr idem tempus in urbe Roma, diuerſis nihilominus nouitatibus, per nõnullos regula traditionis eccleſiaſticæ uexabatur, pro quibus Irenæus ad diuerſos ſcripta ꝓrogauit. Extat igit̃ unus eius libellus qui ſupſcribit̃: Irenæi uolumina

Ad Blaſtum de ſchiſmate. Alius

Ad Florinum de monarchia, Et

Quod non ſit deus malorum creator.

Hoc enim ſupradictus uidebat̃ aſſerere, qui tamen poſtea in errores deuolutus eſt Valentini. Scribit autem idem Irenæus &

De Ogdoade librum. In quo ſignificat conſecutum ſe eſſe quoſdam ex ſucceſſoribus apoſtolorum. Cuius libelli ſubſcriptionem ſatis eleganter affixam, his inſerere dignum duxi. Adiuro te, inquit, qui tranſcripſeris librum hunc, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & aduentum eius in gloria cum ueniet iudicare uiuos & mortuos, ut conferas hęc quæ ſcribis, & Obteſtatio Irenæi quã præfixit Hieronyꝰ Chronicis Euſebij à ſe uerſis

B emendes diligẽter ad exemplaria, de quibus tranſcripſeris, ad fidem, & ut ſacramentum adiurationis huius ſimiliter tranſcribas, & inſeras his quæ tráſcripſiſti. Hæc aũt utiliter ab illo dcta inſerere operi noſtro neceſſarium credidi, quo per hæc diligens efficiatur omnis qui hoc uel legere, uel deſcribere dignum duxerit, ſciens exemplum diligentiæ à ſanctis uiris & illuſtribus traditum. Verum in his quæ ad Florinum ſcripſiſſe Irenæum ſupra diximus, facit Polycarpi mentionem, cum quo etiam ſe cõuerſatum eſſe deſignat per hæc uerba: Hæc, inquit, dogmata Flotine quæ aſſeris, confidenter dico, quia non ſunt ſanæ ſententiæ. Hæc dogmata non ſunt conſona eccleſiaſticæ fidei. Hæc dogmata, ne illi quidem qui de eccleſia pulſi ſunt hæretici, potuerunt aliquando commentari. Hæc dogmata impietatem docent. Hæc dogmata ſancti illi presbyteri qui ante nos fuerunt, nunquam protulere, illi, qui & apoſtolos uiderant, quos & tu noſti. Vidi enim te, dum adhuc puer eſſem in Aſia apud Polycarpũ, tunc quidẽ præclare agentem, dũ adhuc eſſes intra palatiũ, & ſtudentẽ placere Polycarpo. Multo enĩ magis mihi illius temporis rerum geſtarum inhæret memoria, quàm præſentis: quia hæc quæ à pueris diſcimus, cum anima ipſa coaleſcunt, & adhærẽt ei. Vnde etiam locum ipſum tibi dicere poſſum, in quo ſedens diſputabat beatus Polycarpus, & inceſſum illius, & uultum, ac totius uitæ modum, & ipſius quoq; corporis habitum. Sed & diſputationes quas habebat ad populum, & conuerſationem quæ fuerat ei cum Ioanne: quomodo narrare Irenæus audiuit Polycarpũ Polycarpus Ioannẽ Apoſtõ

ſolitus

ſolitus erat, uel cæterorum qui ipſum dominũ uiderant: & quomodo recor- A
dabatur omnia ac recenſebat uerba quæ dicta à domino, ab illis audierat:
& de uirtutibus eius ac doctrina. Et tamen omnia hæc cum ſcripturis cõſo-
na proferebat: quæ tunc ego pro miſericordia dei, quã mihi donare digna-
tus eſt, attentius & ſtudioſius audiens deſcribebã, non in chartis, ſed in cor-
de meo: quæq; per gratiam dei fideliter cuſtodio, & mecum ipſe ſine inter-
miſſione quodammodo rumino. Deum ergo teſtor, & in conſpectu ipſius
tibi affirmo, quia ſi quid tale audiſſet beatus & apoſtolicus uir Polycarpus,
exclamaſſet ſtatim, & aures ſuas obturaſſet, ac ſicut moris erat ei, dixiſſet:
Deus bone, in quæ tempora me reſeruaſti ut hæc audiam? Nõne etiam ip-
ſum continuo locum fugiſſet, in quo ſedẽs uel ſtans huiuſcemodi uerba au-
diſſet? Sed & ex epiſtolis eius quas ſcripſit uel ad uicinas eccleſias, uel ad ali-
quos ex fratribus, cõmonens & confirmans eos, & cohortans ad fidẽ, po-
teſt ſententia eius euidenter agnoſci. Hæc Irenæus. Cap. XXI

Verba Polycarpi, quibus ſolebat uti

VErum ea tempeſtate Cõmodo Romani regni apicẽ gubernãte, pax
eccleſiis per omnẽ terrã propagabat, & ſermo domini ex omni gene
re hominũ ad agnitionẽ & pietatẽ dei ſummi animas cõgregabat. Deniq;
& in urbe Roma multos ex illis inluſtribus & prædiuitibus uiris, cum libe-
ris & coniugibus ac propinquis, atq; omni pariter familia ſociauit ad fidẽ.
Sed hoc non æquis oculis ille antiquus humanæ ſalutis hoſtis aſpexit. Cõ- B
tinuo deniq; aggreditur uarijs noſtros machinis impugnare. Primo in ur-
be Roma Apolloniũ quendã, uirũ in fide noſtra, & omnibus philoſophię
eruditionibus illuſtrẽ, ad iudiciũ pertrahit, accuſatore ei ſuſcitato quodã in-
feliciſſimo & deſperatæ ſalutis homine. Quiq; quoniã lex quæ oblatos pu-
niri iuſſerat Chriſtianos, in delatorẽ prius animaduertendũ cenſebat, à Pe-
rennio iudice, ut eius crura cõminuerentur, ſententiã prius excepit. Tum de
inde exhortatur beatus Apollonius martyr, ut defenſionẽ pro fide ſua, q̃
audiente Senatu atq; omni populo, luculenter & ſplendide habuerat, æde-
ret ſcriptã. Et poſt hæc ſecundum Senatuſconſultum capite plexus eſt. Ita
nanq; à prioribus lex iniquiſſime promulgata cenſebat. Cap. XXII

Apollonius Chriſtianiſmi accuſatur

Perennius iudex

IGitur ſub eiuſdem Cõmodi principatu: Eleuthero in urbe Roma trede-
cim annos ſacerdotio functo Victor ſuccedit. Sed & Iuliano apud Ale-
xandriã poſt decem annos defuncto, Demetrius ſubſtituitur. Apud An-
tiochiam quoq; octauus ab apoſtolis epiſcopus conſtituitur Serapion, de
quo & in ſuperioribus memorauimus. Tũc apud Cæſareã Paleſtinę Theo
philus, & Narciſſus in Hieroſolymis, eccleſias procurabant: Apud Corin-
thũ uero Bacchylus, & apud Epheſum Polycrates, nobiles in epiſcopis ha
bebãtur. Sed & multi in alijs locis referuntur per idẽ tempus egregij ſacer-
dotes: nos tamen eorũ facimus mentionem, quorũ & fidem & ſcientiam ex
proprij operis indicijs poſſimus habere compertam. Cap. XXIII

Quibus

A QVibus ea tempeſtate eccleſiis præſidentibus, in prouincijs Aſiæ quæſtio nō minima exoritur, uelut ex antiqua eorum obſeruatione deſcēdens, quod quartadecima luna putarent omnimodo genere Paſcha obſeruandum, quando ſcilicet Iudæis agnus præcipitur immolari, ueluti neceſſario confirmantes, quacunq; die ſeptimanæ quartadecima luna ueniſſet, ſolui debere ieiunium, cum talis cōſuetudo in nullis prorſus alijs unquam obſeruata fuiſſet eccleſiis. Ob quam cauſam conuentus epiſcoporum & Concilia per ſingulas quaſq; prouincias conuocantur, prorogatisq; ad ſe inuicem epiſtolis, de ſingulis quibusq; locis unum omnes eccleſiaſticū dogma cōfirmant: Ne liceat aliquando, niſi in die dominica, in qua dominus reſurrexit à mortuis, dominicum Paſchæ celebrare myſterium, & in hac ſola ſoluendum eſſe Paſchale ieiunium. Extat deniq; uſq; in hodiernū diem, Concilij apud Cæſaream Paleſtinæ habiti decretum, in quo primus eſt Theophilus ipſius Cæſareę epiſcopus, & Narciſſus Hieroſolymorum ſacerdos. Habetur & in urbis Romæ Concilio ſimile aliud decretū, cui præfuiſſe Victor epiſcopus indicatur, & Ponti prouinciæ Palmeas. Gallorum quoq; ſacerdotalis conuentus extat, Irenæum præſulem ſcribēs: Achaiæ uero Bacchylum Corinthiorum eccleſiæ epiſcopum. Qui omnes diuerſis è locis, unam eandemq; iudicij ſui ſententiam protulere.

De paſcha, Aſiaticorum ſententia

Conciliū Cæſarienſe

Conciliū Ro.

Achaicum

Cap. XXIIII

B SEd epiſcopi regionis Aſianę, ſeruandā magis à ueteribus ſibi traditam conſuetudinem confirmabant. In quibus Polycrates, qui in eis primatum agere uidebatur, ad Victorem epiſcopum Romanæ eccleſiæ ſcribens, morem traditionis antiquæ ad ſe uſq; delatum, per hæc uerba deſignat: Nos ergo (inquit) intemeratum Paſchæ colimus diem, neq; addentes, neq; auferentes aliquid. Etenim magna quędam luminaria apud Aſiam dormierunt, ſummi & electi uiri, quos dominus ſuſcitabit in aduentu ſuo, cum ueniet de cœlis in gloria, & requiret omnes ſanctos ſuos: in quibus eſt Philippus euangeliſta, qui dormiuit apud Hierapolim: ſed & duæ filiæ eius, quæ uirgines ſenuerunt, & alia eius filia ſpiritu ſancto repleta, quæ apud Epheſum dormiuit: nec non & Ioannes, qui ſupra pectus domini recubuit, qui fuit ſummus ſacerdos, & pontificale πίταλον geſſit martyr & doctor eccleſiæ, qui & ipſe apud Epheſum dormiuit: Polycarpus quoq; apud Smyrnam & epiſcopus & martyr: ſimiliter & Thraſeas epiſcopus apud Eumeniam, ſed apud Smyrnam martyrio cōſummatus. Quid autem dicam etiam Sagarem nihilo minus ſacerdotem & martyrem, qui apud Laodiceam requieſcit in pace: ſed & Papyrium, & Macarium, & Melitonem propter regnum dei, & eunuchum, & ſpiritu ſancto repletum, qui iacet in ciuitate Sardenſium, expectans aduentum domini de cœlis, ut reſurgat à mortuis: Iſti ergo omnes diem Paſchæ in quartadecima die menſis obſeruauerunt, ſecundum Euangelium, nihil omnino extrinſecus agentes, ſed fidei regulam

Polycrates

Hunc totū locum Hieronymus hinc tranſtulit in catalogū ſuum, in Polycrate

πίταλον Hieronymus uertit auream laminam

Fortaſſe πα‐πύειον τὸν μακάειον. i. Papyriū beatum, ſicut Hieron. uertit

Polycratis maiores, epiſcopi

per omnia conſeruantes. Sed & ego omniũ ueſtrũ minimus Polycrates, ſecundum traditionem parentum meorum obſeruo, eorum duntaxat, quos & ab initio ſequutus ſum. Septem naq; ex parentibus meis per ordinẽ fuerunt epiſcopi, ego octauus, qui omnes ita obſeruauerunt hunc diem, ut conueniret cum illo, quo fermentum Iudæorum populus aufert. Vnde fratres chariſſimi, ſexaginta & quinq; annos ætatis gerens in nomine domini, multorum quoq; orbis terræ epiſcoporum notitiam pleniſſime habens, & ſanctis ſcripturis intendens, non perturbabor ex his quæ ad terrorem proferuntur: quia & maiores mei dixerunt: Obtemperare oportet deo magis quàm hominibus. Et poſt pauca, de his qui ſecũ aderant epiſcopis, iſta ſubiungit: Poteram autem etiam præſentium epiſcoporum facere mentionẽ, quos ipſi petiſtis ut euocarem, ſicut & feci. Quorum nomina ſi ſcribam, nimia multitudo eſt, qui omnes ſcientes paruitatem meam, conſenſu ſuo confirmant quæ ſcribimus, certi quòd non inaniter canos attulimus, ſed in diſciplina Chriſti ſemper conuerſati ſumus. Sed ad hæc Victor Romanæ eccleſiæ epiſcopus, pertinacius agens, paſſim totius Aſiæ, ac uicinarum prouinciarum eccleſias à cõmunionis ſocietate abſcindere nititur, tanquam in hæreſim declinãtes: & litteras mittit, quibus omnes ſimul abſq; diſcretione ab eccleſiaſtico fœdere ſegregaret. Sed hoc non omnibus placebat epiſcopis, quinpotius è cõtrario ſcribentes ei, iubebãt, ut magis quę pacis ſunt ageret, & concordiæ atq; unanimitati ſtuderet. Deniq; extant etiam ipſorũ literę, quibus aſperius obiurgant Victorem, uelut inutiliter eccleſiæ cõmodis conſulentem. Nam & Irenæus, cum cæteris quibus præerat Galliarum epiſcopis, ſcribens, confirmat quidẽ, ut in dominica die reſurrectionis domini myſterium celebretur. Victorem tamen arguit, quod non recte fecerit, abſcindere à corporis unitate tot & tantas eccleſias dei, quæ morẽ ſibi antiquitus traditum cuſtodirent. Sed & de multis alijs cõmonet per hæc uerba: Non ſolum, inquit, de die Paſchæ agitur controuerſia, ſed & de ipſa ſpecie ieiuniorum. Quidam enim putant uno tantum die obſeruari debere ieiuniũ, alij duobus, alij uero pluribus, nonnulli etiam quadraginta, ita ut horas diurnasq; computantes, diem ſtatuant. Quæ uarietas obſeruantiæ non nunc primum, neq; noſtris temporibus cœpit, ſed multo ante nos, ex illis (ut opinor) qui non ſimpliciter quod ab initio traditum eſt tenentes, in alium morem, uel per negligentiam, uel per imperitiam poſtmodum decidere. Et tamen nihilominus omnes iſti etiam cũ in obſeruantia uariarent inter ſemetipſos, & pacifici fuerunt ſemper nobiſcum, & ſunt: nec diſſonantia ieiunij, fidei conſonantiam rupit. Poſt hæc inſerit etiam hiſtoriam quandã, quæ pro ſui opportunitate nec à nobis debet omitti. Deniq; ait: Et illi omnes ante Soterem presbyteri, qui eccleſiæ (cui tu nunc præes) ſacerdotium tenuerũt, Anicetum dico & Pium, Hyginumq; & Teleſphorum, & Xyſtum, neq;

Victor Pont. Rom. Aſiæ eccleſias cõmunione Chriſtianorũ priuat

Victorẽ Põt. Rom. Irenæus arguit

Controuerſia de ieiunio

Attende

A ipſi ita tenuerunt, neq; hi qui cũ ipſis erant: & tamen cũ ipſi ita nõ obſeruarent, pacẽ ſemper habuerunt cũ illis eccleſijs, quæ hunc obſeruantiæ morẽ tenebant: cũ utiq; & ipſis contrarium uideretur, quod non etiã cæteri ſimiliter obſeruarent. Nunq; tamẽ ob hoc repulſi ſunt ab eccleſiæ ſocietate, aut ueni entes ab illis partibus nõ ſunt ſuſcepti: imò potius & omnes presbyteri qui fuerunt ante te, omnibus ſemper qui non ita obſeruabant presbyteris eccleſiarũ, euchariſtiã ſolenniter tranſmittebant. Beatus aũt Polycarpus cum ad urbem Romã ueniſſet ſub Aniceto, cumq; de alijs nõnullis parum quid habuiſſent inter ſe, ſtatim tamen coiſſent in pace, de hac quæſtione ita egerũt, ut non unuſquiſq; ſentẽtiam ſuam obſtinata cõtentione defenderet. Neq; enim aut Anicetus Polycarpo ſuadere poterat, ut nõ obſeruaret ea, quæ nouerat Ioannem diſcipulum domini noſtri, uel cæteros apoſtolos, cum quib. ſemper fuerat, obſeruaſſe: neq; rurſum Polycarpus Anicetum perſuaſit ea deſerere, quæ ille dicebat à ſe maiorum more ſeruari. Cumq; hęc ita inter ſe habuiſſent, cõmunicarunt ſibi inuicem, ita ut concederet Anicetus Polycarpo etiam ſacerdotali miniſterio, honoris duntaxat contemplatione, perfungi: & ita ab inuicem plena fide, pace integra, & firma charitate diſcedunt, ut omnes eccleſiæ, ſiue quæ ita de Paſcha, ſiue quæ non ita obſeruarẽt, inter ſe tamen concordiã cuſtodirent. Hæc Irenæus, agens nominis ſui opus, pacẽ

Ex hoc Irenæi loco apparet, quod ſi epiſc. aliquis Rom. ueniſſet, Põt. Rom. euchariſtiã hoſpiti ſolẽniter tranſmittebat. Porrò nomine presbyteri intelligit epiſcopũ

B uidelicet dei eccleſijs concilians, ſcribit. Et non ſolum Victori, ſed & diuerſis eccleſiarũ rectoribus ſimiliter per epiſtolas aſſerit, quod nulla pro hac quæſtione in eccleſijs dei diſſenſio debeat oboriri. Cap. XXV

APud Paleſtinam quoq; cõuenientes in unũ ſacerdotes dei Narciſſus Hieroſolymorum & Theophilus, de quibus iam ſupra diximus: ſed & cum ipſis Caſſius Tyrius, & Clarus de Ptolemaide, & cęteri permulti pariter congregati, cum de hac quæſtione ageretur, quid etiã apud ipſos apoſtolica traditio contineret circa fidem decreti, quod in concilio eorũ ſtatutũ eſt, hoc modo indicant: Epiſtolæ, aiunt, noſtrę exemplaria per omnes eccleſias tranſmittantur, uti ne rei efficiamur animarum, quæ diuerſis erroribus immerguntur. Deſignamus igitur uobis, quia & apud Alexandriam eadẽ qua apud nos die Paſchæ ſolennitas geritur: quare & ipſorũ nobis literę deferuntur, & ipſi noſtra ſcripta ſuſcipiunt, ut pariter & cõſonanter diem feſtũ celebremus. Hactenus de ſupradicta quæſtione ex his quæ in ueterum ſcriptis haberi reperimus. Cap. XXVI

Conuẽtus epiſcoporũ in Paleſtina

Paleſt. ſequuntur eccleſiam Alexandrinã

EXtat autem adhuc Irenæi, prętér eos quos ſupra memorauimus libellos, etiam aliud uolumen egregium aduerſum gentes, quod De diſciplina adtitulauit, ad Martianũ quendam ſcribens. Sed & Dialogi de diuerſis. In quibus teſtimonia de epiſt. ad Hebræos ponit plurima, & de Sapiẽtia, quæ dicitur Salomonis. Hæc ſunt quæ ad noſtram notitiam etiam de Irenæi opuſculis peruenerunt. Cap. XXVII

Dialogi Iren.

Pertinax Cæ. *Seuerus Ceſ.* COmmodus autẽ tredecim annis Imperio gubernato, Pertinaci poſt ſe regnum reliquit. Quo ſex ſolis menſibus retento, idem Pertinax di em obijt, & Seuerus poſt hunc ſuſcepit principatũ. Cuius tẽporibus pluri mi eccleſiaſtici uiri nobiles, & ſtilo illuſtres extiterunt, ſicut ex eorum moni mentis agnoſcimus. A

Cap. XXVIII

Heraclius *Maximinus* *Candidus* *Appius* *Sextus* *Arabianus* EX quibus eſt Heraclius, qui in Apoſtolũ cõmentatus eſt, & Maximi nus, qui de famoſiſſima omnium hæreticorũ diſſeruit quæſtione, qua ſemper inquirit, unde ſint mala, uel unde malicia, & quod materia facta ſit, & nõ infecta. Sed & Candidus, qui in Hexameron, id eſt, de principio Ge neſis ſcribit. Appius quoq; de eiſdem ſimiliter cõmentatur. Sextus etiã, qui de reſurrectiõe diſſeruit, & de cæteris nõnullis. Arabianus quoq; & alij in numeri, quos longum eſt uel enumerare, uel etiam pro aliquo illuſtri unum quemq; dictorum ſuorum indicio deſignare. Plurimi tamen ipſorum exor tas temporibus ſuis hæreticorum perfidias confutantes, fidem rectam & a poſtolicam monimentis ſuorum uoluminũ mandauere, ut Artemonis illi us hæreſeos autoris, quam poſtmodum Paulus Samoſatenus noſtris iam pene temporibus inſtaurare conatus eſt, de qua dignum eſt, quæ uel qualis ſit, hiſtoria cõprehendere. Hæc hæreſis purum hominem, id eſt, abſq; deo fuiſſe Saluatorem confirmat, idq; antiquitus ad ipſis etiam apoſtolis tradi tum eſſe mẽtitur. Aduerſum quos unus ex his, quos ſupra memorauimus, eccleſiaſticus ſcriptor ita reſpondit: Aiunt, inquit, etiam ipſos Apoſtolos ita uel ſuſcepiſſe, uel cæteris tradidiſſe, ſicut nunc ipſi aſſerunt, & hãc ueritatem prædicationis eſſe ſeruatam uſq; ad Victoris tempora. Et quomodo ſucceſ ſores eorũ ſcribentes aduerſum gentiles, uel aduerſum hæreticos, id eſt, Iuſti nus, & Miltiades, & Tatianus, & Clemens: & alij quamplurimi, de deitate Chriſti apertiſſime diſſerunt? Irenæi uero & Melitonis, cæterorũq; qui per idem tempus fuerunt uolumina, quis ignorat, quibus deum & hominem ſi mul prædicant Chriſtum? Sed & pſalmi uel cantica, quæ à fratribus fideli bus ab initio ſcripta ſunt, uerbum dei eſſe Chriſtum, & deum tota hymno rum ſuorum laude concelebrant. Quomodo ergo tot ſeculis fidem prædi catam iſti aſſerunt, quod à Victoris temporibus exordium ſumpſerit? Quo modo autem Victori de hoc calumniã faciunt, qui ſciant Victorem, Theo dotum Coriarium, qui princeps & pater extiterat impietatis ipſorum, è cõ munione eccleſiæ repuliſſe, qui primus Romæ auſus eſt dicere purum homi nem fuiſſe Chriſtum? Si enim Victor (ut dicunt) ita credebat, quomodo eij ciebat de eccleſia Theodotũ blaſphemiæ iſtius inuentorem? Sed de Victo re hæc cõmemoraſſe ſufficiat. Cui decem annis epiſcopatu functo, Zephy rinus ſacerdotij ſucceſſor extitit, nono principatus Seueri anno. De quo Zephyrino eadem ſcriptura, qua in ſuperioribus niſi ſumus, talia quædam refert: Igitur commonebo uos fratres de his quæ geſta ſunt apud nos, quæ ſi forte

Artemonis hæreſis. *Paulus Samoſatenus* *Theodotus Coriarius eie ctus ex eccleſia* B

A ſi forte in Sodomis accidiſſent, etiam illos emendare et corrigere potuiſſent.
Confeſſor quidam erat apud nos, Natalis nomine, noſtra adhuc confeſſus memoria. Hic deceptus aliquando ab Aſclepiodoto quodam, & Theodoto collectarijs (qui ambo diſcipuli erant Theodoti Coriarij, illius, qui primus pro hac ſtulta aſſertiõe ab eccleſiæ ſocietate depulſus eſt à Victore tũc urbis Romæ epiſcopo) adquieuit, ut accepto ab eis ſalario, epiſcopus illius hæreſis nominaretur, certa pactione, id eſt, centum quinquaginta denarijs menſtruæ præſtationis. Quicq; Natalis cum ſe in hoc deceptus locaſſet, frequenter admonebatur in ſomnis à domino, quia miſericors deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus, nolebat martyrem ſuum, qui ſibi in multis paſſionibus teſtis extiterat, de eccleſia perdere. Sed cum negligentius ſuſciperet uiſiones, primatus amore, & turpis lucri deuictus illecebra, ad ultimũ à ſanctis angelis per totam noctem uerberatus, & pœnis grauibus excruciatus, mane conſurgens, cilicio ſe induit, & cinere conſpergit, ac multis lachrymis errorẽ ſuum deflens, ante pedes Zephyrini epiſcopi proſternit, & ueſtigijs omnium, non modo clericorum, ſed etiam laicorum, multa cum lamentatione prouolutus, in lachrymas & miſeratiões omnem prouocauit eccleſiam, ut indulgentiã ſibi à Chriſto, cõtinuis & iugibus pro ipſo precibus implorarent, oſtendendo ſimul in conſpectu omnium liuores corporis eius & cicatrices, quas pro nominis ipſius confeſſione ſuſceperat. Vix aliquando in B cõmunionem eccleſiaſtici corporis reuocatus eſt. Sed & poſt aliquãta idem ſcriptor adiungit etiam hæc: Scripturas autẽ diuinas abſq; ulla timoris dei reuerẽtia corruperunt: antiquæ uero fidei regulam proterue & impie reſpuunt, ignorantes Chriſtum, quem idcirco non inuenerunt, quia non recte quæſierunt. Et in tãtum ſtultitiæ impietatiſq; prolapſi ſunt, ut ſi quis eis ſermonem de ſcripturis propoſuerit, illi è contrario proponant: utrum hic ſermo de quo agitur, coniunctum, aut ſeparatum genus ſyllogiſmi faciat: & de relinquẽtes ſanctas dei ſcripturas, Geometriam tractant. Tanquam qui uere de terra ſint, de terra loquuntur: & ideo eum qui deſurſum eſt, & de cœlis uenit, ignorant. Deniq; Euclides apud eos uel maxime in Geometriæ diſciplinis uiget. Sed & Ariſtoteles & Theophraſtus ab his in admiratione habentur. Galenus uero à nonnullis eorum & adoratur. Quorum artibus & doctrinis, hæreſeos ſuæ impietatẽ nituntur aſſerere: & deceptionibus hominum ignorantiũ deum, ſimplicitatẽ diuinarum ſcripturarũ & ſynceritatem fidei ſubruunt. Sed hæc faciũt, quia nec uicini facti ſunt fidei, propterea & diuinas ſcripturas abſq; ullo timore cõtemerant, & corrumpentes eas emendare ſe dicunt. Verum ne quis me putet falſa aduerſum eos proferre, palam eſt omnibus noſcere, ſi quis uult exemplaria eorum accipere, & cum alijs nihilominus eorum exemplarijs conferre, inueniet etiam inter ſeipſa multum diſſonare: quia unuſquiſq;, ut ſibi uidetur, emendat. Deniq; Aſclepiodoti

Natalis profeſſor deceptus ab hereticis

Natalis, cõductitius hæreticorum epiſc.

Pœnitẽdi, cõfitẽdiq; modus apud ueteres

Artemonitæ ſcripturas corruperunt

Hoc etiam hactenus fecerũt apud nos Theologi noſtri

piodoti non conueniunt omnino cum Theodoto: tum deinde etiam diſci-pulis eorum, ſi qui forte tranſcripſerũt, quod eis uiſum eſt uel addere licuit, uel auferre: & omnibus præferunt ſe habere emẽdata, magis autem inquinata exẽplaria. Rurſum Hermophili exemplaria non cõſonant cum Apollonidis. Sed ne ipſa quidem ſibiipſis concordant, ſi priora cum poſteriorib. conferas. Semper enim emendãt, quibus ſemper diſplicet quod emendãt: & noua quæq; perquirunt, cum eis quæ in uſu ſunt, uidebũt aduerſa. Quid autẽ temeritatis habeat iſtud admiſſum, neq; ipſos arbitror ignorare. Aut enim non credunt diuino ſpiritu ſcripturas eſſe conſcriptas, & ſunt infideles, aut ſemetipſos arbitrantur ſapientiores eſſe ſpiritu ſancto. Et quid aliud indicant per hoc, niſi quia dæmone aguntur? Neq; enim negare poſſunt factum ſuum, quandoquidem etiam manus eorum in ipſis exemplaribus tenẽatur, & nouerint ipſi, quod à magiſtris ſuis & doctoribus ſcripturarum, ſecundum corruptelæ genus, etiam explanationis ſuſceperint intellectum.

Abnegant legem & prophetas

Quidam aũt ex ipſis nec corrumpere iam ſcripturas dignati ſunt, ſed penitus abnegare, legem ſcilicet & prophetas: & obtentu impiæ huius aſſertionis, in ultimum perditionis gurgitem deuoluti ſunt. De quibus hæc ſufficiat hiſtorijs eſſe mandata.

A **ELENCHVS CAPITVM SEXTI**

LIBRI HISTORIAE ECCLESIASTICAE

De perſequutione Seueri. Cap. 1
De martyrio Leonidis patris Origenis, & de ipſius Origenis à puero inſtitutione. Cap. 2
De eo quod à puero uerbum dei prædicabat. Cap. 3
Quanti per ipſum edocti, martyres facti ſunt. Cap. 4
De Potamiena. Cap. 5
De eo quod Origenes ſe caſtrauit. Cap. 6
De Alexandro & Narciſſo. Cap. 7
De epiſcopis Hieroſolymorum. Cap. 8
De Alexandro. Cap. 9
De Serapione & libris eius. Cap. 10
De libris Clementis. Cap. 11
De Heracla. Cap. 12
Quantum ſtudij fuerit Origeni erga ſcripturas diuinas. Cap. 13
De Symmacho interprete. Cap. 14
De Ambroſio & ſtudio Origenis. Cap. 15
De epiſcopis qui tempore Origenis fuerunt. Cap. 16
De Hippolyti libris. Cap. 17
Quomodo Origenes presbyter factus ſit. Cap. 18
B Quomodo Heraclas apud Alexandriã ſuſceperit ſacerdotium. Cap. 19
De perſecutione Maximini. Cap. 20
De ordinatione Fabiani epiſc. & mirabilibus quæ in ea geſta ſunt. Cap. 21
Quanti diſcipuli fuerint Origenis. Cap. 22
De Aphricano. Cap. 23
De Beryllo. Cap. 24
De Philippo Imperatore. Cap. 25
De Dionyſio epiſcopo. Cap. 26
De Arabum diſceſsione. Cap. 27
De hæreſi Elceſaitarum. Cap. 28
De Decio. Cap. 29
De paſsionibus Dionyſii. Cap. 30
De martyribus qui apud Alexandriam paſſi ſunt. Cap. 31
De his quæ ſcribit Dionyſius. Cap. 32
De Nouato. Cap. 33
De Serapione. Cap. 34
De his quæ ad Nouatum ſcribit Dionyſius. Cap. 35

EVSEBII PAMPHILI EPISCOPI CAESARIENSIS, ECCLESIASTICAE HIſtoriæ Liber VI. Ruffino interprete.

A

CAPVT I

Seuerus Aug.

AT CVM Seuerus quoq; perſequutionibus agitaret eccleſias, præclara à militibus Chriſti pro pietate certamina martyrij gerebantur, præcipuè tamen apud Alexandriam: quò ex omni Aegypto ac Thebaide, uelut in quoddā ſtadium pietatis, athletæ deducebant, qui pro ſuppliciorum mortiſq; patientia conſequebantur à deo immortalitatis coronas.

Cap. II

Leonides pater Origenis, martyr

IN quibus & Leonides Origenis pater pro martyrio Chriſti capite plexus, tenerę adhuc ætatis ſupradictum puerum dereliquit. Quiq; qualibus animis ex eo erga diuinæ legis ſtudia uiguerit, non erit importunum paucis exponere: præcipue quia & apud quamplurimos opinio de eo celeberrima peruulgata eſt. Et ſi quidem uelit quis omnem uitam uiri huius literarum tradere monimentis, certum eſt quia tanta ſunt de eo, ac talia, quæ & propriū opus requirant, & otium. Nos tamen in præſenti, quāta poſſumus breuitate, inſeremus huic operi, etiam quę ad ipſum ſpectant, pauca de multis, quæ uel ex ipſius epiſtolis ad nos uſq; ſeruatis, uel ex aliorū hiſtorijs indicata cognouimus. B Cuius geſta, ſi res pateret, etiā ex ipſis cunabulis digna mihi uident poſteritatis memoria. Decimū nanq; imperij agebat Seuerus annum, Alexandriæ uero per idem tempus, omniq; Aegypto præſidebat

Lætus præfectus Aegipti. Demetr. epiſ. Alexandriæ

Lætus, epiſcopatum in ea poſt Iulianū Demetrius ſuſceperat, cū ſupramodum accenſo perſequutionis incendio, & multis ea tempeſtate martyrio coronatis, in tantū ardorem capeſſendi martyrij puerulus tunc adhuc Origenes exarſerat, ut ſpōte ſe periculis ingereret, & alijs in certamine poſitis, præceps in mediū rueret, ita ut inſectari ipſam mortē, et rapere uelle uideret: quā & adipiſci omnimodis potuiſſet, niſi quod diſpenſatione domini ad utilitatem multorū putatur pro totius eccleſiæ ædificatione ſeruatus per ſollicitudinem matris, quæ glorioſæ mortis eius deſideria impediuit. Quæ cum primo maternis ei obſecrationibus ſupplicaret, ut ſibi cōſuleret, ut parceret matri: & ille ex his precibus inflāmatior ad amorē martyrij redderet, maxime ex eo quod patrē iam teneri cognouiſſet in uinculis, & ipſe propere ſocius effici uinculorū eius ac martyrij feſtinaret, arte quadā materni affectus inhibetur. Etenim cum maturare eum uelle, & antelucanū prorumpere ad agonum certamina præſenſiſſet, noctu cubiculū filij dormiētis ingreſſa, omnia eius indumenta, quibus procedi ad publicū poterat, furata ſubtraxit, ut per

Origenes auidus martyrij, etiamnū puer

hoc

A hoc domi reſidere neceſſitate cogeret. Ille maternis impeditus dolis, cum nihil aliud agere poſſet, nec tamē mens quieſcere pateretur, audet aliquid ſupra ætatem: epiſtolā ſcribit ad patrem, ſe quidē maternis artibus detineri, ſed illū tenere debere quod cœpit. Et addit etiā hoc: Vide pater, ne propter nos aliud aliquid uelis. Hæc ſunt prima pucrilia Origenis rudimenta: hic ludus eius infantiæ: hæc à tenero religionis & pietatis indicia. Talis in eo erga deū coaluit affectus. Hinc iam lectioni ſe cœpit diuinorum uoluminum mancipare, & in eruditionibus fidei diuinæ ſemetipſum haud ſegniter exercere: quoniamquidem iam & à parente in his imbui cœperat, qui ei ſenſim inter ſeculares libros, quibus in prima ætate erudiebatur, etiā noſtrarum ſcripturarum nonnulla interim legenda ſubijciebat. Tum deinde paulatim etiā proferre hæc ſcholaribus ſtudijs cōmonebat. Iā inde etiā lectiones exigere per dies ſingulos, & memoriæ cōmendare puerū non inuitum, imò potius erga hæc diſcenda promptiorē cogebat: quippe qui legens hæc, nō ſolo ſimplici intellectu uideret eſſe contentus, ſed negocia patri de ſcripturæ ſenſibus ac quæſtionibus cōmoueret, inquirens ab eo, quid ſibi uideretur, quòd per ſpiritum ſanctū ſcriptura dicitur inſpirata, uel quid diuini cōſilij tegat ſimplicitas iſta uerborū. At ille ſimulabat quidē increpare ſe eū, & uetare ultra ætatē aliquid quærere: apud ſemetipſum tamen incredibiliter exultabat, omnipo

Animat patrē ad martyriū

Origenis inſtitutio & ingenium

B tenti deo gratias referēs, qui ei talis ſobolis eſſe donauerit patrē. Deniq; frequenter dicitur dormiēti puero, religioſus ac ſollicitus ſuperueniēs, pater operimentū pectoris detraxiſſe, & uelut dei ſpiritu intus incluſo, pectus eius tanquam templū quoddam ueneratus, & demulcens oculis abſceſſiſſe, beatum ſemetipſum à deo effectū, pro tantæ prolis felicitate gratulatus. Hæc & multa his ſimilia in pucrili ætate Origenis extitiſſe memorātur. Vt uero pater eius martyrio conſummatus eſt, puer ipſe cū matre uidua & ſex alijs paruulis fratribus ſeptimumdecimū agens ætatis annū, in ſumma facultatū penuria derelictus eſt: quoniāquidem cenſus paternus, qui uel maximus fuerat, fiſco per proſcriptionem ſociatus eſt. Nec tamen ei defuit omnipotentis dei prouidentia. Ob inſigne nanq; uel literarū, uel religionis ſtudiū, à quadam nobili & locupletiſſima fœmina familiariter foueri cœpit. Quæ tamen Paulum quendam Antiochiæ ortū, antiquæ hæreſeos famoſiſſimū ſectatorem adoptiuū domui ſuæ illo in tempore habebat. In quo adoleſcentulus Origenes, cum neceſſitatem haberet apud prædictā fœminā unà degere, documentum iam inde à puero fideliſſimæ & catholicæ ſuæ mentis oſtendit. Nam cum ad ſupradictum uirum, uelut ad magiſtrum & ſummi nominis doctorem, per dies ſingulos immenſæ multitudines cōuenirent, non ſolum hæreticorum, uerum & ex noſtris multorū, pro eo quod eruditionis ei ſumma ab omnibus cederetur, nullo tamen pacto, uel pro honoris gratia, uel etiam pro neceſſitate coniunctionis flecti potuit Origenes, cum eo ſal

Paulus Antiochenus

tem

tem in oratione cõſiſtere . Ita ei à prima ætate eccleſiaſticæ regulæ obſeruan A
tia honorabilis fuit, & hæreticorũ ſocietas execrabilis, ſicut ipſe in quodam
Orig. ſtudia loco operis ſui ait, quia hæreticorũ execranda doctrina eſt. Nec tamen dee-
rat ei erga cõmunes literas ſtudium, in quibus pater eum erudiendum tradi
derat, ſed exercebatur & in his multo attẽtius etiam poſt cõſummationem
patris. In arte nanq; Grammatica ita fuerat inſtitutus, ut & ad docendum
plenè ſufficeret, & ex hoc ei quæ ad neceſſitatem tranſigendæ domus uide-
bantur neceſſaria, pararentur. Cap. III

Profeſſor bonarũ literarũ VErum cum præeſſet auditorio, & Grãmaticã doceret, ſicut ipſe in qui-
buſdã ſcriptis ſuis refert, & cum eccleſiæ apud Alexandriã magiſterij
Origenes deeſſet officiũ : cumq; oẽs deturbati perſecutorum minis & ferocitatibus au
fugiſſent, aliquanti gentilium cõueniebant ad Origenem, tunc adhuc Grã-
maticam docentẽ, audire ab eo uerbum de noſtra fide ac religione cupien-
Cõuertit gẽtiles ad Chriſtũ tes. Quos ille non ſolum ad fidẽ de perfidia cõuertebat, uerumetiã perfectę
Plutarchus uitæ inſtitutionibus informabat. Quorũ primus extitit Plutarchus, qui per
ipſum conuerſus ad fidem noſtram, non ſolum perfectæ uitæ inſtituta ſer-
uauit, uerumetiã (quæ eſt ſumma beatitudinis) martyrij conſecutus eſt pal-
Heraclas mam. Secũdus cum hoc fuit Heraclas, & natura Plutarchi frater, & meritis.
Qui cum ab eo in fide noſtra atq; ſcientia, ſed & uitæ purioris inſtitutioni-
bus ad perfectum fuiſſet inſtructus, Alexãdrinæ eccleſiæ præeſſe poſt De- B
Aquila præfectus Aegypti. metrium ſubrogatus eſt. Sed ea tẽpeſtate qua Aquila Alexãdriæ atq; Ae-
gypto præſidente, perſecutionum rabies increſcebat, octauum decimũ Ori-
Origenis celebritas genes agebat ætatis annum. Quo in tẽpore famoſiſſimũ apud omnes, uel
incredulos, uel fideles, domi foriſq; nomen eius effectum eſt, pręcipue per
Officia eius erga martyres id, quod ſanctos omnes in confeſſionis uinculis poſitos, non ſolum ſermo-
ne & cohortatione perfectæ & ſpiritalis doctrinæ ad martyriũ roborabat,
uerumetiam multos ſuis officijs ac miniſterijs è uinculorũ pœnis & ſqualo-
re carceris ſubleuabat. Sæpe deniq; etiã ante tribunalia iudicum, & in ipſis
eorum cruciatibus aderat, aduerſus prophanas interrogationes iudicum,
affectu eis ac mente compatiens, uultuq; & nutibus, ſi dici poteſt, uelut fir-
miores eis reſponſiones ſubijcere geſtiens. Sed & cum ſententiam ſuſcepiſ-
ſent, eadem fiducia utebatur, omnibus ſe periculis inferẽs, nec trepidans per
ſequutorib. intuentibus, extremis quoq; oſculis martyres ſalutare, ita ut nõ-
nunquam pro his etiam impetus in eum gentiliũ fieret, ſed diuina dextera
cum admiratione omniũ protectus euaderet. Verum nec enumerari facile,
nec referri poteſt, quoties, & q̃ crebro, imò per ſingulos penè dies, de quan
tis eum, & qualibus periculis, dum erga prædicationem uerbi dei impiger
& promptus eſt, eadem illa diuina dexrera cõſeruauit: quoties in inſidijs po
ſitos, qui eum clàm interimerent, effugit. Et in tantum aduerſum ſe, dum in
dei opus promptus eſt, infidelium concitauit inſaniam, ut turmæ militum
diſpoſitæ

A diſpoſitæ, domum eius, in qua cõmanere uidebatur, obſiderent, nec tamen eum capere aut tenere potuerint, diuina protectione ſeruatũ. Tanta rabies contra eum mentes hominũ inceſſerat, pro hoc ſolo, quod plurimos per eũ uidebant ad fidem noſtrã ab incredulitate conuerti. Et in tantũ quotidie ad uerſus eũ perſecutio cumulabať, ut tota urbs maxima Alexãdria cum tegere non poſſet, ſed de domo ad domũ tranſiret, & tamen undiqꝫ fugaretur, cum poſtea uiderent per loca ſingula multitudines plurimas per eum ad fidem dei ſociari. Obtinebat autem hæc, quia nõ ſolum in uerbo erat ei perfecta doctrina, uerumtiã in opere cõſummatę diſciplinæ præbebat exempla: & dicebatur (ſicut aiunt) de eo, qui hic eſt, qui quale habet uerbum, talem habet & uitam: [& qualem habet uitam, tale habet & uerbum] quoniam quę docet, agit: & quæ agit hæc docet. Manifeſte autem & euidenter aderat ei diuina gratia, per quam innumeros ad imitationem ſui in fidem dei prouocabat. Vnde & uidens Demetrius epiſcopus, quod ad ipſum præcipue doctrinæ gratia, & prædicationis uerbi dei, multitudines plurimæ conuolarent, catechizandi ei, id eſt, docendi magiſterium in eccleſia tribuit. Quod primus poſt apoſtolos apud Alexandriã Pantænus, ſecũdus per ordinẽ Clemẽs, tertius adminiſtrauit Origenes, ipſius diſcipulus Clementis, qui Clemẽs in opere Στρωματέων, etiam tempora, in quibus libros deſcribebat, in procœ-
B mijs deſignauit, & ad finem imperij Cõmodi pertendit. Vnde certum eſt, quod Seueri tẽpora hæc ipſa quæ nunc habemus in manibus, cõtinebant. qua tempeſtate etiam Iudas quidã ſcriptor alius, de ſeptimanis quæ in Daniele referunť, diſſeruit: qui & ipſe decimũ Seueri Imperatoris annũ regni commemorat. Is etiam diuulgatam antichriſti præſentiam iam iamqꝫ æſtimans imminere ex perſecutionũ nimietate, multorũ ex noſtris fidelium animos perturbauit. Igitur Origenes, iniuncto ſibi à Demetrio epiſcopo magiſterij officio, Grãmaticam ſcholam negligere cœpit, magis ſe uerbo dei conferens. Vtitur ſanè etiã cõſilio nõ puerili. Bibliothecam Gentiliũ librorũ tradit cuidam fideli amico, pactus cum eo quatuor ſibi obolos ex eius precio per dies ſingulos inferri, quo ſcilicet nec grauis eſſet cuiquam in ſuſtentanda uictus neceſſitate, nec congregatam pecuniam domi reſeruare uideretur. Igitur in talibus inſtitutis plurimum temporis exigens, uita, moribus, exercitijs, per omnia Chriſtianus philoſophus habebatur, cum & pro iuuenilibus cupiditatibus reprimendis, & pro ſapientiæ profectibus capeſſendis, die noctuqꝫ artioribus ſe abſtinentiæ conſtringeret frenis, & indeſinenter diuinorum librorum meditationibus inhęreret, in abſtinentia plurima, in ieiunijs indeſinentibus, in uigilijs penè iugibus, ita ut ſi quando parũ aliquid ſomni neceſſitas naturalis exigeret, hanc ille non ſupra ſtratum, quo omnino nullo utebať, ſed ſupra nudi ſoli dependeret ſuperficiem. Ante omnia uero, præcepta Euangelica, & uoces ſaluatoris ſummo amore & ſtudio

implendas

Periclitatur inter ethnicos

Nota mirum de vit. Orig.

Non eſt in antiquo exemplo

Fit magiſter Catechumenorum

Pantænus

Clemens

Iudas de ſeptimanis Daniel.

Origenes Chriſtũ docet

Vendit libros ethnicos

Chriſtianus philoſophus

implendas eſſe cenſebat:quibus præcipit, duas tunicas non habēdas, neq; A
calciamentis utendum,neq; de craſtino cogitandum : quæ ille ſingula ſum/
ma cum diligentia & fide contendebat explere, & ſupra uires atq; ætatem
ſuam,ſecundum Apoſtoli monita, in frigore & nuditate agones patientiæ
deſudabat. Ita cunctis auditoribus ſuis renuntiandi omnibus quæ poſſide/
bant, & beatæ paupertatis præbebat exempla.Erat igit̄ per hæc charus o/
nibus,& acceptus:in hoc uno triſtes q̄; plurimos reddens, nonnullos offen
dens, quod cupientes de facultatibus proprijs aliquid ſibi ſaltem uictus gra
tia miniſtrare,pro diſtricta continentiæ diſciplina refutabat: cum utiq; pro
labore quo in uerbo dei deſudabat,nō ſolum duplici, ſecundū apoſtolum,
ſed & multiplici honore dignus ab omnibus duceretur.Sed ille honorem ſi
bi ſummum in continentia deputabat. Deniq; & per multos annos tradit
Nudipes abſq; omni calciamento nudis inceſſiſſe ueſtigijs : uini quoq; uſum cætero/
Abſtemius rumq; ſimiliū,niſi ea ſola quæ uitæ neceſſitas depoſcebat, nullū penitus ha/
buiſſe,uſq; quo incōmodo ſtomachi,imò iam penè periculo cogeret.Talib.
igit̄ uitę atq; inſtituti ſui exēplis informans eos, quos à gentili uita & ſtulta
Exemplo uitæ ad amorē martyrij multos prouocauit philoſophia ad uerā Chriſti philoſophiā ſapientiāq; conuertebat, non ſo/
lum in intimis animę arcanis fidē habere docuit per hoc quod geri ab eo ui
debant quæ docebant̄, uerū etiā ad martyrij cos amorē per ea quibus quo
tidiano robotabant̄ exercitio, prouocabat. Ex quibus & multi cōprehenſi B
in perſecutione,palmam martyrij conſecuti ſunt. Cap. IIII

IN his primus erat Plutarchus,de quo paulo ſupius memorauimus.Quē
Origenis diſcipuli,martyres cum uidiſſet populus ad mortē duci, & aſſiſtere ei Origenem, qui horta/
tu ſuo ad magnanimitatē animos eius erigeret, uelut mortis eius autorē di/
ſcerpere eum penè & interficere uulgus irruerat,niſi & tunc ope diuinæ pro
uidentiæ è furentium manibus fuiſſet ereptus. Poſt Plutarchum martyr
ſecundus ex Origenis diſcipulis efficitur Serenus. Tertius ex eius nihilomi/
nus auditoribus Heraclides martyrio coronatur. Quartus Heros neophy
tus.Nam ſuperior Serenus adhuc catechumenus conſummatus eſt. Quin/
tus eiuſdem ſcholæ martyr efficitur alius nomine Serenus, qui poſt multa
ſupplicia pro Chriſto etiā capite plexus traditur.Sed & mulieres plurimæ,
in quibus erat quædam catechumena, de qua ipſe in quodā loco ait, quod
Baptiſmus ignis ignis baptiſmum conſequuta eſt. Cap. V

SEd & Potamiena famoſiſſima fœminarum & martyrū, & ipſe eius car/
Potamiena diſcipula Orig. nifex Baſilides.Etenim in noſtram uſq; memoriā ab incolis loci peren/
nis uirtutum Potamienæ fama celebrat̄,quod immēſos & innumeros ago/
nes primò pro uirginitate & pudicia deſudauerit: deinde etiam pro marty/
Marcella rio exquiſita atq; inaudita tormenta pertulerit, atq; ad ultimum unà cum
Aquila præfectus Aegypti uenerabili matre Marcella ignis ſupplicijs cōſummata eſt. Tradunt igitur
Aquilam (hoc enim erat tyrannici iudicis nomen) poſtea quàm crudelibus
cam

A eam ſupplicijs lacerauerat, ad ultimum ob iniuriam & nobilitatis eius, & caſtitatis cõminatum eſſe Potamienæ, quod eam uel crudeliſsimis gladiatoribus, uel impudiciſsimis lenonibus traderet. At illã, cum ab ea quid mallet, uel quid eligeret quæreretur, protuliſſe aduerſum tyrannũ uocem liberam, quæ ob ſuperſtitionem Romani ritus ſacrilega uideretur, & ideo ſine mora in eam latam eſſe ſententiã. Cumq́ꝫ Baſilides unus ex his quibus implere ſpiculatoris officium mos eſt, ſuſceptam eam duceret ad ſupplicium, ac multitudo impudicorum pariter & impiorũ Potamienæ uerbis & iniurijs conaretur illudere, Baſilides abigere impudentius irruentes, ac deturbare cœpit humanitatis & miſerationis obtentu. At illa religioſum uiri uotum erga ſe & propoſitũ humanitatis amplexa: Certus eſto, inquit, quod cum abiero ad dominũ meum, ſine mora boni huius tibi remunerationem parabo. Poſt hæc autem uerba conſtanter ſuſcepit ſtatuta ſupplicia picis calidæ, paulatim per artus ac membra diffuſæ, & hoc modo beata uirgo è terris migrauit ad cœlum. Non multis autem poſt diebus, Baſilides cum inter collegas ſuos ob cauſam quandam iuramentum poſceretur, ait ſibi non licere omnino iurare, pro eo quod eſſet Chriſtianus, & hoc publice fatebatur. Ioco æſtimatus eſt primo dicere: tum deinde cum conſtantius affirmaret, pertrahitur ad tribunal, ubi cum perſeueraſſet in confeſsione, uinculis B traditur. Tum uero uiſitantibus cum noſtris, & cauſam ſubitæ ac laudabilis huius permutationis inquirentibus, dixiſſe traditur, quod Potamiena poſt diem tertium martyrij ſui, noctu aſsiſtens coronam capiti ſuo impoſuerit, dicens, deprecatam ſe pro ipſo dominum, & impetraſſe ut ſecundum quod ſcriptum eſt: Qui recipit martyrem, mercedem martyris conſequatur. Quibus auditis, confeſtim fratres ſignum ei dominicum tradunt, & die poſtera ob domini martyriũ capite punitur. Sed & alijs pluribus per illud tempus apud Alexandriã condiſcipulis ſuis, cum quibus uerbo dei in Origenis ſchola operam dederat, Potamiena, ſimile munus traditur præſtitiſſe, aſsiſtens eis per uiſum, & coronas martyrij impetratas à domino deferens. Sed de his iſta ſufficiant.

Baſilides carnifex

Signũ domini cum crucẽ intelligit. Nã ſic olim Chriſtiani initiabantur

Cap. VI

IGitur per idem tempus cum docendi officio apud Alexandriam præeſſet Origenes, geſtum quid ab eo traditur, quod iuuenilis fortaſſe & minus perfecti ſenſus uideatur, ſed perfectæ fidei, ac nimiæ caſtitatis indicium continens. Illud nancꝫ quod ſcriptum eſt in euangelio: Quia ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum dei, etiam ſecundum hiſtoriã implendum credidit, non ſolum caſtitatis obtentu. Verum quoniam perſecutionis tempore tam in publico quàm in occulto ac ſecreto, & tã uiris quàm fœminis uerbum dei prædicabat: uidelicet quo omnem occaſionem turpis maledicti gratia infidelibus uideretur excludere, dominicã uocem re atcꝫ opere in ſemetipſo agreſſus eſt adimplere. Cumq́ꝫ pro eo ne ab homini-

Origenes ſeipſum caſtrat.

bus laudem quæreret, ſed à deo mercedem ſperaret, in occulto eſſe uoluiſſet, latere non potuit, ſed rei geſtæ indicium ad Demetrium epiſcopū peruenit. Iſq; ingenti primo ſtupore admiratus eſt audacis animi uirtutē, tum deinde collaudans fidei eius magnitudinem uel calorem, & tam grande in opere dei propoſitum: Nunc nunc maxime, ait, cœpto operi doctrinæ & prædicationis inſiſte, quando aduerſarijs nulla obtrectandi ſuſpicio derelicta eſt. Sed tunc quidem talis erat Demetrij ſentētia, cum nihil animos inceſſerat, quod recti iudicij regulam in partem alterā declinaret. Poſtea cum uidiſſet adoleſcentis famam ſatis fieri claram, & magno cum domi foriſq; præconio extolli, humanę infirmitatis aliquid paſſus, opus quod ipſe prius cum ingenti admiratione laudauerat, infamare poſtmodum cœpit. Nam cum apud Palæſtinam præcipui & eminentes inter epiſcopos uiri, id eſt, Hieroſolymorum Alexander, & Theoctiſtus Cæſareę, uidentes diuinum opus eius in uerbo dei, ordinaſſent eum presbyterum, ac ſummo eum ſacerdotio iam iamq; dignum probarent, idq; digniſsime factum ab omnibus laudaretur, & ne ſic quidem dignus honor ſapientia eius ac uirtutibus in eum collatus diceretur, uehementiſsime momordit hic ſermo Demetrium: & non inueniens in eum cauſam alterius criminis, hoc quod aliquando puer adhuc ille egerat, & epiſcopus iam iſte laudauerat, poſtmodum criminis loco protulit, etiam in illos culpam, qui eum ordinauerant, conatus inflectere. Sed hæc poſtmodum geſta ſunt. Tunc porrò Origenes apud Alexādriam doctor eccleſiæ ualde clarus habebatur, omnibus quos fama eius ad audiendum eum conuenire prouocabat, uerbum dei prædicans, ſicut Apoſtolus dicit: Opportune importune, per diem per noctem, publice & priuatim, uelut abſciſis omnibus impedimentis, liber prorſus & cum omni fiducia rem gerebat. Cum uero decem & octo annis Seuerus tenuiſſet imperium, Antoninus ei filius ſuccedit: Quo in tempore quàm plurimi erant, qui in confeſsionibus gloriam quæſierant, Dei tamen prouidentia fuerant reſeruati.

Demetrius Alexand. — *Demetrius in publicū profert Orig. caſtrationem ne fiat epiſc. q ſit excelſus.* — *Antoninus Seueri F. Cæſar*

Cap. VII

Alexander Hieroſol. — *Narciſſus*

IN quibus Alexander (de quo paulò ante memorauimus) confeſsionis titulo ſatis clarus, Hieroſolymorum eccleſiæ ſubrogatur epiſcopus, cum ſupereſſet adhuc Narciſſus, qui prius inibi functus eſt pontificatus officio. Verum quoniam Narciſsi memoriam ſermo progrediens attulit, congruū mihi uidetur aliquid de eius geſtis inſignibus memorare, de quo ab incolis quidem loci perplurima memoriæ traduntur. Nos uero unum opus eius memorabimus, ex quo cæteris quæ de eo narrantur, merito fides poſsit adhiberi. Accidit aliquando in die ſolenni uigiliarum Paſchæ, oleum deeſſe luminaribus: cumq; id per miniſtros innotuiſſet, mœror plebi maximus fuit. Sed Narciſſus fide fidens, miniſtris imperat haurire aquam, ſibiq; deferri. Cumq; detuliſſent, orauit & benedixit aquā, & infundi luminaribus præcepit

Solennis dies uigiliarum Paſchæ — *Aqua in oleū uerſa*

A præcepit. Tum repẽte miro & ſeculis inaudito genere uirtutis, natura aquæ
in olei pinguedinem uerſa, ſplendorem luminũ etiam ſolito reddidit clario-
rem. Ad fidem autem rei à plurimis religioſorum fratrum ex eodem oleo
quod uerſum de aqua fuerat, reſeruatũ eſt, ita ut ad nos uſq; miraculi huius
indicium perueniret. Et in hoc quidem fidei eius ac meriti habebatur exem-
plum: animi uero uirtus quanta in eo fuerit, alio nihilominus uno ex eius
geſtis opere declarabitur. Is nanq; cum inter cætera uirtutum ſuarũ bona
eſſet ualde conſtantis animi, & iuſti rectiq; indeclinabiliter tenax, quidam
homunculi nequam male ſibi conſcij, metuentes ne criminum ſuorum, ſi ar-
guerentur, non poſſent effugere uindictam, præueniunt, & factionibus cir-
cumuenire parant eum, cuius iudicium uerebantur. Concinnant igitur ad- *Inſimulatur*
uerſum eum infame ſatis & noxium crimen: conueniunt auditores: teſtes *criminis Nar-*
ex ſemetipſis producunt, qui ſub ſacramento iuramenti, quę obijciebantur *ciſſus*
confirmarent: quorum unus teſtis, ita non igni conſumeretur, uera ſe dicere
teſtabatur: alius, ita ne regio morbo corrumperetur: tertius, ita ne lumini-
bus orbaretur. Et quamuis ne iuramentis quidem iſtis quiſquam fidelium
& deum timentium crederet, eo quod uita Narciſsi & inſtitutio ac pudici- *Narciſſus*
tia ab omnibus noſceretur, ipſe tamen eorũ quæ mota ſunt, indignitatem *latitat*
ac moleſtiam non ferens, ſimul & ſecretam ac philoſophicam uitam ſem-
B per habere deſiderans, ſubterfugit eccleſiæ multitudinem, & in deſertis lo-
cis atq; agellis ſecretioribus deliteſcit annis quàm plurimis. At non ille ma-
gnus diuinæ prouidentiæ oculus quieſcit in longũ, ſed in impios ultionem
per ea ipſa quæ ſibi in periurijs ſtatuerãt maledicta, molitur. Primus nanq; *Vindicta diui-*
ille teſtis, parua ignis ſcintilla noctis tempore domo ſua ſuccenſa, cũ omni *na in teſtes*
genere ſuo omniq; familia, flammis ultricibus conflagrauit. Alius repente *periuros*
ab imis pedibus uſq; ad ſummum capitis uerticem morbo regio, quo fue-
rat imprecatus, repletur atq; conſumitur. Tertius autem priorum exitũ ui-
dens, & oculum diuinum nõ ſe latuiſſe perſpiciens, prorumpit in medium,
& audientibus cunctis ſera pœnitentia uniuerſum concinnati ſceleris ordi-
nem pandit. Tantis autem lachrymis immanis commiſsi facinus deflet, &
in tantum die noctuq; perdurat in fletibus, uſquequo luminibus orbarẽt.
Hi igitur figmenti ſui huiuſcemodi pœnas dederunt.

Cap. VIII

NArciſſus uero cum ita deſertũ petiſſet, ac locis ſemet ſecretioribus ab-
didiſſet, ut ubinam degeret nullus agnoſceret, neceſſarium uiſum eſt
epiſcopis eccleſiarum uicinarum, ut alium pro ipſo ordinarent, cui nomen
erat Dius: cuiq; cum paruo tempore præfuiſſet eccleſiæ, ſuccedit Germa- *Dius*
nion, & Germanioni Gordius: cum ecce ſubito uelut rediuiuus, cœloq; red- *Germanion*
ditus ex improuiſo apparuit Narciſſus, & rurſus à fratribus ad præſiden- *Gordius*
dum rogatur eccleſiæ. Multo enim uehementius erga eum amor omnium
fuerat incitatus, uel pro eo quod criminoſis innocens ceſsit, uel quod ſecre-

tam & philoſophicam uitam dilexit, & quod in eo compleuit dominus di/ A
cens:mihi uindictam,ego retribuam,dicit dominus. Cap. IX

VErum cum ipſe iam ſenio feſſus,pontificatus miniſterio ſufficere non poſſet, Alexandrum (de quo ſuperius memorauimus) qui iam eſſet epiſcopus alterius loci, diuina diſpenſatio in adiutorium Narciſſi ſenis eui/

Alexāder adiutor Narciſſi

dentiſſimis reuelationibus euocauit. Is nanque Alexander ex gente Cappadocum,ubi erat præclaræ urbis epiſcopus, Hieroſolymã adorandi & ſanctorum locorũ uidendi gratia properauerat. Quem loci incolæ,mẽtes eorũ inſtigante deo,cum omni amore & officioſitate ſuſcipiũt, ac ui charitatis & dilectionis nexibus uinctũ redire non ſinunt domũ. Oſtendebatur enim euidenter à domino,non ſolũ ipſi beato uiro Narciſſo, ſed & alijs plurimis per reuelationes in plebe,ut ipſum in loco ſancto epiſcopũ detinerent. Præterea quod ſupra cætera omnia magis terrificũ fuit, eo die quo ingreſſurus urbem Alexander nuntiatus eſt, & multitudo fratrũ plurima extra portas

Vox cœleſtis

in occurſum eius egreſſa eſt, uox cœlitus manifeſtiſsime omnibus audientibus facta eſt,dicẽs: Suſcipite epiſcopũ qui uobis à deo deſtinatus eſt. Cũque ex his omnibus euidenter apud cunctos fuiſſet dei diſpenſatio declarata, epiſcopi urbium uicinarum cõpertis omnibus quibus de eo res geri dei iu/

Alexãdri epiſtolæ ad Antinoitas

dicio docebatur,reſidere inibi eum neceſſario cõpulerũt. Ipſe ergo Alexander in epiſtolis ſuis ad Antinoitas ſcriptis, quæ uſque ad præſens ſeruantur B apud nos,meminit Narciſſi tanquã ſocij & cõſortis in epiſcopatu, his ipſis uerbis de eo ſcribens: Salutat uos Narciſſus,qui ante me epiſcopatũ huius eccleſiæ regere cœpit, quique mecum poſitus,orationibus ueſtris centũ iam & ſedecim annos uitæ ſuæ gerit, qui & ipſe uos mecum pariter deprecatur eſſe concordes. Et de his quidem talia. Apud Antiochiam uero defuncto Serapione epiſcopo, Aſclepiades loci illius ſuſcepit ſedem, qui & ipſe unus ex præclaro confeſſorum numero fuit. Meminit etiam huius ordinationis ſupradictus Alexander, Antiochenis ſcribens hoc modo.

ALEXANDER SERVVS ET VINCTVS IESV CHRISTI, beatæ eccleſiæ quæ eſt apud Antiochiam, in domino Salutem.

RELEVAVIT dominus uincula mea, & carceris huius mei dilatauit anguſtias, ex eo quod comperi ſanctæ eccleſiæ ueſtræ Aſclepiadem, uirum digniſsimum ſacerdotium ſuſcepiſſe. Hanc autem epiſtolam indicat ſe per Clementem Antiochenæ eccleſiæ presbyterum tranſmiſiſſe, ſcribens in fine epiſtolæ hoc modo: Hæc autem uobis domini fratres ſcripta tranſmiſi per Clementem beatum presbyterum, uirum in omnibus uirtutibus probatiſsimum, quem noſtis etiam uos, & eo amplius cognoſcetis. Cuius præſentia apud nos per dei prouidentiam procurata,& confirmauit & auxit eccleſiam dei. Cap. X

Igitur

A IGitur Serapionis epiſcopi eruditi uiri, puto quidem etiam alia opuſcula apud alios haberi. Ad nos autem illa tantummodo uenerunt, quæ ad Domnum quendam ſcribit, qui in tempore perſecutionis à fide Chriſti recedens ad ſuperſtitionem Iudaicam declinauit. Et ea quæ ad Pontium & Caricum eccleſiaſticos uiros ſcribit. Et aliæ nihilominus eius ſunt ad alios epiſtolæ. Sed & ille liber uenit ad nos, quem ſcribit de euangelio Petri, ubi arguit quædam falſa in eo conſcripta, emendare cupiens fratres, qui erant apud Rhoſum, qui per occaſionem ſcripturæ ipſius in hæreſim declinabāt. Dignū tamen mihi uidetur, pauca quædam de eius libello inſerere, ex quibus innoteſcat, quæ fuerit eius de ipſa ſcriptura ſentētia. Scribit ergo in quodam loco ita: Nos enim fratres, & Petrum & alios Apoſtolos recipimus ſicut & Chriſtum. Quæ autem ſub eorum nomine falſa ab alijs conſcripta ſunt, uelut gnari eorum ſenſus ac ſententiæ declinamus, ſcientes quod talia nobis non ſunt tradita. Ego enim cum eſſem apud uos, putabam omnes rectæ fidei eſſe inter uos, & nō decurſo libello qui mihi offerebatur, in quo nomine Petri conſcriptū euangeliū ferebatur, dixi: Si hoc eſt ſolum, quod inter uos inimicitiam ſimultatemq; uidetur inferre, legatur codex. Nunc autem comperto, quod hi qui codicem illum legi debere aſſerunt, proſpectu cuiuſdam occultæ hæreſeos hoc fieri popoſcerunt, ſicut mihi dictum eſt, B feſtinabo iterum uenire ad uos. Nos enim nouimus fratres cuius hæreſeos fuerit Martianus, qui etiam ſibijpſi contrarius extitit, non intelligens quæ loqueretur: quæ etiam uos diſcetis ex his quæ ſcripta ſunt uobis, inueſtigata per nos ab illis, qui hoc ipſum Euangelium ſecundum illius traditionem didicerant, & ſucceſſores extiterunt ſententiæ eius, quos nos δοκητὰς uocamus: quia in hac ipſa doctrina, illorum ſunt quàm plurimi ſenſus & ab ipſis mutuati. Nam certum eſt quod plurima ſecundum recti rationem ſentiunt de Saluatore: alia uero aliter, quæ & ſubiecimus. Hæc Serapion ſcribit.

Serapionis Antiocheni epiſc. opera

Rhoſos Ciliciæ

δοκηταί, opinatores

Cap. XI

CLementis uero libri habētur plurimi, apud nos tamen hi ſunt qui inueniri potuerunt.

Libri Clementis Alexādrini

Στρωματέων libri octo, quos hoc modo prætitulauit,

TITI FLAVII CLEMENTIS, DE VERA PHILOSOPHIA COMMENTARII SCIENTIAE Στρωματεῖς

Στρωματέας autem nos poſſumus intelligere, tanquam opus uarie contextum. Sunt & alij eiuſdem

ὑποτυπώσεων libri octo, quos nos poſſumus Informationum uel Diſpoſitionum nominare. In quibus nominatim Pantæni meminit, tanquā proprij magiſtri, & expoſitiones ipſius plurimas ſcribit, & traditiones eius operi ſuo inſerit. Eſt etiam liber eius

Pantenus Stoicus præceptor Clementis

Ad gentiles exhortatorius. Et alius liber qui dicitur

Pædagogus. Et alius, qui ſuperſcribitur A
Quis eſt qui poſsit ſaluus fieri diues. Eſt & alius libellus
De Paſcha. Et
Diſputatio de ieiunio. Et
De obtrectatione. Et alius
Exhortatorius ad patientiam. Et alius
Ad Neophytos. Sed & ille qui ſuperſcribitur
(Canon) Eccleſiaſticus. Item alius
De his qui Iudaicum ſenſum in ſcripturis ſequuntur, quẽ ad Alexandrum ſupradictum epiſcopum ſcribit.

Opus Στρωματέων quale nam ſit

In Στρωματεῦσι non ſolum ea quæ ex diuinis ſcripturis ſumpſerat ſternit, ſed & ea quæ apud Græcos autores habentur. Vtile nanq; ei uiſum eſt, in illo opere comparare ac conferre ſibi inuicem dogmata, uel ea quæ diuinitus ſancita ſunt, uel quæ à ſapientibus Græcorum inuenta, uel etiam quæ cæteris barbaris uiſa ſunt. Arguit etiam hæreticorum errores, hiſtoriam quoq; inibi plurimam texit, & ex omnibus materiam nobis eruditionis perfectæ compoſuit. Vnde merito libros ſuos Στρωματέας appellauit, id eſt, laciniosa quadam & uaria diuerſitate contextos. Vtitur ſanè exemplis etiam ex his libris, qui à nõnullis minime recipiendi uidentur, id eſt, ex Sapientia quæ dicitur Solomonis, & ex Sapientia Sirac, quæ appellatur Eccleſiaſticus apud Latinos. Sed & de Barnabæ & Clementis epiſtola ponit exempla. Vtitur etiam de epiſtola Iudæ. Meminit præterea & ſcriptorum antiquorum Tatiani cuiuſdam & Caſsiani, uelut qui Chronica ſcripſerint: Philonis quoq; & Ariſtoboli & Ioſephi ac Demetrij & Eupolemi Iudæorum ſcriptorum: conferens etiam antiquiſsimis Græcorum Moſea noſtrum, Iudæorũ genus antiquius eſſe comprobat: multaq; alia inſtrumenta optimarum inſtitutionum in illo opere contexuit. Et inter cætera hoc in primo libello indicat, quod ipſe non longe poſt Apoſtolos fuerit, promititq; cõmentarios ſe in Geneſim ſcripturum. In libello autem quem ſcripſit de Paſcha, confitetur extorqueri ſibi à fratribus, ut ea quæ à presbyteris, id eſt, à ſucceſſoribus Apoſtolorum uoce ſibi ſola tradita ſunt, deſcriberet in libris, ac poſteris traderet. Meminit inibi Melitonis & Irenæi cæterorũq;, quorum etiam quaſdam narrationes inſeruit. In libris uero ὑποτυπώσεων, id eſt, Informationum, ut breuiter dicam, uniuerſam pariter ſcripturam diuinam compendioſis diſſertionibus explanauit. In quibus ne ea quidem quæ apocrypha à quibuſdam habentur præterijt, ut eſt Petri reuelatio. De epiſtola uero ad Hebræos ita diſſerit, quod manifeſte Pauli ſit Apoſtoli, ſcripta ſit autem Hebræo ſermone tanquam Hebræis: à Luca uero, qui erat Pauli diſcipulus, interpretata in Græcum: unde & ſtilus eius magis ſimilis uideatur libello illi, quem Lucas de Apoſtolorum Actibus ſcripſit

Vtitur apocryphorũ teſtimonijs — B

Clemens non longe poſt Apoſtolos fuit

Opus ὑποτυπώσεων

Nota — Clementis iudicium de epiſtola ad Heb.

A ſcripſit. Quód autem ſuperſcriptionem ſolitam inibi non habet, id eſt, Paulus apoſtolus, hoc eſſe rationis oſtẽdit, quia præiudicatum Hebræis erat de Pauli nomine, ne eius dicta ſuſciperent: & idcirco prudenter declinaſſe, ne ſtatim in principio Pauli nomine inſpecto, lectio eius repudiaretur. Poſt pauca uero addit etiam hæc: Et ſicut, inquit, beatus presbyter dicebat, quia dominus, Apoſtolus omnipotentis dicitur miſſus ad Hebræos. Pro humilitate ergo Paulus, qui ad gentes fuerat deſtinatus, non ſcripſit ſemetipſum Hebræorum Apoſtolum, uel propter honorem domini, qui ſe miſſum dixerat ad oues Iſrael, uel quia gentium uidebatur Apoſtolus. Exponit prætereа idem Clemens in ipſis libellis de ordine euangeliorũ, traditionem ſibi à ſenioribus presbyteris traditam, & dicit priora eſſe poſita illa Euangelia, quæ de generationibus continent, id eſt, Matthæi & Marci. Cauſam uero fuiſſe Euangelij ſecundum Marcum huiuſmodi: Cum Petrus Romæ publice prædicaſſet uerbum dei, & † in ſpiritu expoſuiſſet Euangelium, auditores rogaſſe Marcum, qui olim iam ſectator ipſius fuiſſet, conſcribere ea quæ ſciebat ab apoſtolo prædicata. Cumq́ id factum Petrus poſtmodum cognouiſſet, licet fieri ipſe non iuſſerit, tamen factum non prohibuit. Ioannem uero poſtmodum dicit, cum uidiſſet quod ea magis quæ ſecũdum carnem ſunt, in euangelijs haberentur, deprecatum à diſcipulis, ſcripſiſſe etiam quæ ad ſpiritum pertinent. Vnde repletus ſpiritu, Euangelium ſpiritale conſcripſerit. Hæc Clemens. Alexander uero, de quo ſuperius memorauimus, Clementis ſimul & Pantæni ad Origenem ſcribens meminit, uelut qui ſibi etiam in corpore noti fuerint. Scribit autem hoc modo: Hoc enim & uoluntatis Dei fuit, ſicut ipſe noſti, ut amicitiæ quæ mihi à patribus fuerunt, inuiolatæ durarent, immo uero & ardentius ac robuſtius augerentur. Patres autem nouimus beatos illos qui nos præceſſerunt, ad quos paulò poſt etiam nos abibimus, Pantænum dico dominum meum uere beatum, & ſanctum dominum meum Clementem, qui me in multis inſtruxerunt: ſed & ſi qui alij tales ſunt, per quos etiam te cognoui uirum per cuncta egregium, & dominum mihi & fratrem. Hæc quidem ita ſe habent. Adamantius autem (erat & hoc nomen Origeni) cum per illud tempus Zephyrinus Romanæ eccleſiæ præſideret, Romam uenit, ſicut ipſe in quodam loco ſcripſit, dicens: Voti ſibi fuiſſe, ut antiquiſsimam Romanorum uideret eccleſiam. Vbi non multo tempore peracto, ad iniunctũ docendi officium, Alexandriam redire feſtinat. Ibiq́ cum omni ſollicitudine & ſtudio religioſo ſuſceptum opus explebat, Demetrio tunc epiſcopo non ſolum hortante ſe & confouente, uerumetiam præ ſe ferente quatenus fratribus diuinæ eruditionis non deeſſet inſtructio.

Chriſtus Apoſtolus dei patris

Euangeliorum ordo

Aliàs idipſum

Adamantius qui et Origenes Romam uenit

B

Cap. XII

INterea cum uideret Origenes nõ ſe ſufficere ad omnia, id eſt, uel in profundioribus & diuinioribus pertractandis, uel in ſanctæ ſcripturæ expla

nationibus diſſerendis,uel etiam in eorum qui quotidie fidei addebātur inſtructionibus,uel inſtitutiōibus adimplendis:ex quibus omnibus ne reſpirare quidem ei unius ſaltem horę liberum tempus dabatur,dum ſemper ex alijs in alia uocaretur,ita ut à prima luce uſq; ad profundam ueſperam nunquam ceſſaret auditorium ſuum,alijs accedentibus,alijs uero non diſcedentibus,dum uerbi dei dulcedine conligati ſunt:utilius eſſe ratus eſt ſegregare incipientium turbas,& uni ex diſcipulis ſuis plene iam & optime inſtructo uiro,atq; in omnibus uirtutibus ſibi probato,Heraclæ tradere,participeḿq; eum officij ſui ac laboris aſſumere. Erat enim & in ſermone diſertiſsimus, & in omnibus philoſophicis eruditionibus apprime inſtitutus. Huic ergo tradendi prima elementa incipientibus delegat officium,ſibi uero perfectorum inſtructiones reſeruat.

Heraclas hypodidaſcalus Origenis

Cap. XIII

Orig. diſcit Hebraice. Aeditiones ueteris teſtamenti diuerſæ

INter cætera quoq; eruditionum ſuarum ſtudia, ne illud quidem omiſit Origenes,perſcrutari & addiſcere etiā Hebrææ linguæ uirtutē,ut agnoſceret uel ea quæ à Iudæis Hebraicis literis leguntur qualia ſint, uel cæterorum interpretum qui præter Septuaginta interpretati fuerant, quanta eſſet æditionum diuerſitas: ita ut præter iſtas quæ in uſu ſunt Aquilæ, uel Symmachi, uel Theodotionis, inueniret etiam alias in abſconditis ac ſecretis latentes:in quibus ne nomina quidem interpretū reperit ſcripta. Hoc autem ſolum dicit de eis,quod aliam quidem in Actiaco littore apud Nicopolim, aliam in Hiericho, atq; in alijs alias repererit locis: unde & illos famoſiſsimos codices primus ipſe compoſuit, in quibus per ſingulas columellas è regione ſeparatim opus interpretis uniuſcuiuſq; deſcripſit:ita ut primo omnium ipſa Hebræa uerba Hebraicis literis poneret,ſecundo in loco per ordinem Græcis literis è regione Hebræa uerba deſcriberet,tertiam Aquilæ æditionem ſubiūgeret,quartam Symmachi,quintam Septuaginta interpretum,quæ noſtra eſt,ſextam Theodotionis collocaret.Et propter huiuſmodi compoſitionem exemplaria ipſa nominauit ἑξαπλᾶ, id eſt,ſexiplici ordine conſcripta. In pſalterio autem,& alijs nōnullis,interſerit aliqua etiam de cæteris iſtis æditionibus,quas quoniam ſine nomine autorū repererat, ſextam & ſeptimam æditionem nominauit. B

Exemplaria ueteris teſtamenti columnatim uarias æditiones complectentia

Cap. XIIII

Symmachus interpres,Hebionita fuit. Commentarij Symmachi

SCiendum tamen eſt, quod ex iſtis ipſis interpretibus Symmachus Ebioneus fuerit,quæ eſt hæreſis aſſerens Chriſtum de Ioſeph & Maria natum hominem purū fuiſſe,& legem ritu Iudaico eſſe ſeruādam, ſicut iam ſuperius memorauimus.Sed & commentarios quoſdam Symmachus ipſe conſcripſit, in quibus conatur de euangelio ſecundum Matthæum autoritatem ſuæ hæreſeos confirmare. Hæc ipſe Origenes cum interpretatione ipſius Symmachi ſcribit ſe apud Iulianam quandam reperiſſe, quæ ſe diceret hos libros ab ipſo Symmacho ſuſcepiſſe.

Cap. XV

IN his & Ambroſius quidam,uir & genere & literis ſatis clarus,cum Valentini

A lentini dogmatis ſectator exiſteret, ſecundum ueritatem catholicæ fidei ab Origene conuictus, & tanquam ueri luminis ſplendore radiatus, relictis errorum tenebris, ad eccleſiæ ſe catholicæ lucem ſplendoremq́ꝫ cõuertit. Sed & alij plures eruditi uiri, & in ſcientia literarum admodum nobiles, cum de Origene glorioſiſsima per omnem locum celebraretur opinio, certatim cõfluebant ad eum, uel ob certamina commouenda, uel quibus rectior inerat mentis ſentẽtia ad audiendam tenendamq́ꝫ ueritatem. Innumeri etiam ab hæreticis uenientes conuicti per eum & pœnitentes, ab errore ceſſabant. Philoſophorum quoq́ꝫ opinatiſsimi quiq́ꝫ, & qui in ſummo nomine habebantur, tam in noſtris eum, quàm in ſuis, magiſtrum incomparabilem fatebantur. Erat nanq́ꝫ ei mos iſte, ut ſi quos noſtrorum adoleſcentulorũ ingenioſos uideret, & lectioni ſatis deditos, traderet eis etiam ea, quibus Philoſophi uelut primis elementis diſcentes imbuere ſolent, id eſt, uel Geometriæ partes, uel Arithmeticæ diſciplinæ, & ſi qua alia ad inſtructionẽ pertinent diſputandi. Si quando igitur neceſsitas popoſciſſet, ut aliqua de libris philoſophicis explanaret, etiam ab ipſis eruditiſsimis in illa diſciplina uiris, cum tanta admiratione audiebatur, ut ſummus apud illos, & quaſi unus ex ueteribus & primis illis autoribus philoſophus haberetur. Multos etiam idiotas & imperitos ad diſcendum cohortabatur, dicens non parum ad intelli-

Ambroſius Valentinianæ factionis reſipiſcit, ab Origene monitus

Concurritur ad Origenem

Origenes docebat mathematicas diſciplinas

Adhortabatur ad liberales diſciplinas

B gentiam ſcripturarum emolumenti eis cõferri, ſi aut in liberalibus literis, aut etiam in philoſophicis exercerentur. Dicebat enim hanc noſtrã ueram eſſe philoſophiam, cuius partes illa Græcorum, quæ uera non eſt philoſophia, præcepiſſet. Non ergo aiebat idcirco debere partes ſuas omittere ueritatem, quia eas ſibi præueniens falſitas uindicaſſet. Deniq́ꝫ exiſtunt teſtes ſtudiorum eius plurimi etiam apud Philoſophos, quorum nonnulli libros ſuos ad ipſum ſcribebant, alij autem iudicio eius comprobandos deferebant. Deniq́ꝫ etiam ille qui apud Siciliam aduerſum nos libros conſcripſit Porphyrius, quibus diuina uolumina criminatur, cum ad explanatores eorum ueniſſet, nec inueniret aliquid in Commentarijs Origenis, cui culpam poſſet aſcribere, ad conuicia & maledicta ſe conuertit, & maculas ei infigit, omni apud nos laude digniſsimas, in quibuſdam quidem uera dicendo, in quibuſdam autem more ſuo falſa fingendo. Et nũc quidem eum tanquam Philoſophum miratur, nunc uero tanquam Chriſtianum notat. Audi deniq́ꝫ quibus de eo uerbis proſequitur. Adhærent, inquit, de Chriſtianis loquens, ineptijs Iudaicarum ſcripturarum, in quibus cum abſolutio uel explanatio nulla ſit, ad quaſdam ſe narrationes incongruas inconuenientesq́ꝫ conuertũt, quæ non tam explanationes ſint in his quæ obſcura ſunt, quàm laudem plauſumq́ꝫ diſſerentibus conferant. Nam ea quæ Moyſes agreſti & ſimplici ſermone conſcripſit, diuinitus ſancita, & figuris atq́ꝫ ænigmatibus obtecta confirmant, atq́ꝫ ingentibus repleta myſterijs, inflati mente

Attende

Porphyrius calumniator Chriſtianorũ

Porphyrius ex 3. lib. aduerſus Chriſtian.

actumi

ac tumidi, obturbato in ſemetipſis rationis humanæ iudicio ſacramenta putant, in quibus imperitus & agreſtis ſcriptor explicare ſe non ualet. Et poſt aliquanta iterum dicit: Huius autem abſurdę expoſitionis initium proceſsit à uiro, quem etiam ego adhuc cum eſſem ualde paruulus, uidi arcem totius eruditionis tenentem, ſicut etiam ex his quæ poſteritatis memoriæ tradidit uoluminibus cōprobatur. Origenes hic eſt, cuius ingens gloria inter eorum magiſtros habetur. Hic nanq; auditor Ammonij fuit, qui ſummā laudem inter philoſophos pręceſſores noſtros tenuit. Sed Origenes quantum quidem ad eruditionem pertinet literarum, totum penè in ſemetipſum transfudit magiſtrum. Quantum uero ad uitæ rectę lineam & ſanum propoſitum ſpectat, doctori cōtrarium iter abijt. Ammonius quippe cum Chriſtianus fuiſſet à paruulo, & ex Chriſtianis parētibus genitus, poſtquam ad ętatem ſapiendi uentū eſt, & philoſophiæ ianuam contigit, continuo ad legitimum uitæ ſe contulit curſum. Origenes è contrario cum eſſet paganus, & gentilibus, id eſt, Græcorum ſtudijs eruditus, ad ritum religionis barbarū declinauit: quò ſe conferens, omne illud præclarum ingenium Philoſophicis literis expolitum uiciauit atq; corrupit, dum uitam quidem tanquam Chriſtianus & impius agit, doctrinæ uero & eruditionis Græcorum præfulgidum lumen ineptis & fabuloſis narrationibus occupauit. Aſſecutus quippe fuerat omnia Platonis ſecreta. Inſtitutus fuerat in libris Numenij, & Chronij, & Apollophanis, & Longini, ſed & Moderati atq; Nicomachi. In Pythagoricis uero ſummorū uirorū non eum latuere commentarij. Attigit etiam Chæremonis Stoici, & Cornuti uolumina. Ex quibus omnia ſecreta quæcunq; & myſtica apud Græcos habentur aſſumens, ritui barbaro & ſuperſtitionibus Iudaicis coaptauit, ac Philoſophorum gloriā ad dogmata externa & peregrina cōuertit. Hæc Porphyrius in tertio aduerſum Chriſtianos libro ſcribit, in uno uera, in altero falſa commemorans. Nam de ſtudijs & ingenij potentia ſupradicti uiri, haud procul quàm ſe habet ueritas, retulit. Quod uero de ſuperſtitione Gentili ad Chriſtianorum cultum commemorat eum eſſe tranſlatum, & Ammonium à Chriſtianis ad errores paganorum delapſum, manifeſtiſsime refellitur. Origeni quippe fides & diſciplina Chriſti ab auis atq; atauis ſeruabatur. Nam de patre martyre paulò ante retulimus. Ammonius uero fidem Chriſti, quod etiam inter philoſophica ſtudia integram illibatamq; ſeruauerit, quoaduſq; ultimum uitæ ſpiritum exhalaret, teſtes ſunt libri eius, qui etiam nunc habentur luculentiſsime de noſtra religione conſcripti, & pręcipue uolumen illud quod de Moyſi atq; Ieſu conſonantia ſcripſit. Sed & multa alia præclara eius opuſcula, quæ ab ſtudioſis quibuſq; per magnifica habentur. Hæc autem diximus etiam inimicorum teſtimonijs probare cupientes, quàm mira & apud ipſos habita ſit Origenis eruditio uel doctrina. Ipſe uero de ſe reſpondens quibuſdam, qui

Origenes auditor Ammonij philoſophi

Ammonius

Origenis maiores

A

B

Philoſophis & gentilibus literis operam cur dederit Origenes.

A qui ei pro huiuſcemodi ſtudijs obtrectabant, ita ſcribit: Cum uero ad uerbi Dei me ſtudia cõuertiſſem, & fama de nobis celebrior haberetur, atq; ob id nonnulli philoſophorum, uel ad percõtandum, uel ad obſiſtendum adire nos & congredi conuenirent, hæreticorum quoq; quàm plurimi ad impugnandos nos excitarentur, uiſum mihi eſt, uel philoſophorum uel hæreticorum dogmata diligentius perſcrutari, ne ad conuincendos eos, ſi ignorarem quæ apud ipſos ſunt, imparatior inuenirer. Hoc autem fecimus, exemplum ſequẽtes prioris noſtri apoſtolici uiri Pantæni, qui in Græcorum ſtudijs, & philoſophię eruditionibus quàm maxime efflouruit: ſed & Heraclę, qui nunc apud Alexãdriam cathedram presbyterij adornat, quem ego apud magiſtrũ philoſophorũ reperi, illis ſtudijs aliquot iam annis operam dantem, priuſquam ego omnino uel inciperem. In tantum autem nihil ex ſupradicto uiro obtrectationis exortũ eſt, ut etiam cõmunem habitũ quẽ prius geſſerat deponẽs, philoſophica aſſumeret indumenta, quibus uſq; ad præſens uti non deſtitit. Libros quoq; philoſophorũ legere, & in his exerceri pro uiribus nunquã ceſſat. Hæc ipſe pro ſe querulis quibuſdam reſpondens ſcribit. Per idem uero tempus cum apud Alexandriã in uerbi Dei ſtudijs exerceretur, adeſt uir quidam militaris, epiſtolas ei, & Demetrio epiſcopo, ſed & præfecto tũc Aegypti, à duce Arabiæ deferens, cũ omni uelocita-

Pantænus

Heraclas

Origenes proficiſcitur in Arabiam

B te & inſtãtia Origenem illò uſq; orante emitti, ut ſibi de fide Chriſti, quam per eum clariſsime prędicari frequens nuntiabat fama, diſſereret. A quibus exhortatus, abijt, edocuit, crediderũt, redijt. Poſt aliquantum uero tempus apud Alexãdriam bello ciuili exorto, alius aliò, ipſe ad Paleſtinæ partes ſeceſsit, & apud Cæſaream morabatur: ubi & diſputãdi in eccleſia, atq; explanandi diuinas ſcripturas ei ab epiſcopis iniũgebatur officiũ, & quidem necdum presbyteri ſibi ordinatione collata, ſicut relatũ inuenimus in epiſtola Alexandri reſcribentis Demetrio, poſt multũ tempus hæc ipſa culpãti. Scribit autem hoc modo: Quod autem addidiſti in literis tuis, quia nunquã auditum, aut aliquando factum ſit, ut præſentibus epiſcopis Laici diſputent: Neſcio quam ob cauſam tam apertum mẽdacium aſſerere uolueris: cũ conſuetudo hæc ſit, ut ſicubi inueniãtur qui poſsint fratres inſtruere in eccleſia, & conſolari populum, ad tractandum ſemper à ſanctis epiſcopis inuitẽtur, ſicut Euelpius à fratre noſtro Neone apud Larandos, & Paulinus à Celſo apud Iconium, & apud Synnadam Theodorus ab Attico. Non autem dubium eſt, quod & alij plurimi in alijs locis, ſi qui ſint, qui poſsint opus dei in uerbo & doctrina competẽter explere, ad hoc ipſum à ſanctis epiſcopis inuitentur. Sed hæc poſtmodum geſta ſunt. Tunc uero rurſum Demetrius literas miſit ad eum per electos uiros diaconos eccleſiæ, Alexãdriam redire, & cõſueto operi inſiſtere omni cũ affectione depoſcẽs. Cap. XVI

Epiſtola Alexandri Hieroſol. ad Demetrium Alexandrinum.

An laicis diſputandũ præſentibus epiſcopis

Origenes Alexandriam reuocatur

FLorebãt autẽ per idem tempus plurimi diſertiſsimi in eccleſiis uiri, quo

tum

Bibliotheca Hieroſolymis ab Alexādro extructa

rum epiſtolas quas ad ſe inuicem dabant, reperimus in Hieroſolymorum bibliotheca, ad nos uſque ſeruatas, quam conſtruxerat uir eruditiſsimus (de quo ſuperius memorauimus) Alexander loci ipſius epiſcopus. Vnde & nos (ut fateamur quod uerum eſt) totius huius operis noſtri & hiſtoriæ conſcribendæ materiam ſumpſimus. Erat autem inter cæteros & Beryllus ſcriptorum præcipuus, qui & ipſe diuerſa opuſcula dereliquit. Epiſcopus hic fuit apud Boſtram Arabiæ urbem maximã. Erat nihilominus & Hippolytus, qui & ipſe aliquanta ſcripta dereliquit epiſcopus. Venit ad nos etiam Gai cuiuſdam diſertiſsimi uiri diſputatio aduerſum Proculum Cataphrygam, habita in urbe Roma præſente epiſcopo Zephyrino. Qui cum argueret Cataphrygam, quod nouas ſibi quaſdam ſcripturas præſumeret, ipſe inter cætera, Pauli Apoſtoli tredecim eſſe epiſtolas aſſerit, eã quæ ad Hebræos ſcripta eſt non commemorans, quæ etiam nunc apud Latinos putatur nõ eſſe Pauli Apoſtoli. Verum Antonino ſeptem annis & ſex menſibus imperio conſummato, Macrinus ſuccedit. Qui cum poſt annum fuiſſet defunctus, alius Antoninus regni Romani ſuſcepit principatum. Cuius primo imperij anno epiſcopus urbis Romæ, Zephyrinus diem obijt, decem & octo annis ſacerdotali functus officio. Poſt hunc Calliſtus ſacerdotiũ ſuſcepit: quo quinque annis adminiſtrato, poſt ſuũ finem ſedem dereliquit Vrbano. Poſt Antoninum uero, Romanum imperium quod ipſe ſolis quatuor annis tenuerat, Alexander ſuſcepit. Tunc etiam Aſclepiade apud Antiochiam defuncto, Philetus in epiſcopatum ſuccedit. Alexandri uero Imperatoris mater Mammea nomine, de raris religioſa fœmina, cũ de Origene fama magnifica ubique & celeberrima haberetur, ita ut ne principum quidem lateret aures, comperta opinione uiri, ſummo niſu geſtire cœpit, quatenus ſibi eius præſentia fieret, ut in literis, in ſermone, in fide, in prudentia, omnique doctrina, quam cunctis in admiratione eſſe cernebat, per ſemetipſam ſumeret documenta. Igitur Antiochiam, ubi per idem tempus degebat, miſsis militaribus uiris, cum omni honore & ſupplicatione ad ſe tanquam uere diuini uerbi interpretem famulumque dei orat uenire. Quò cum ueniſſet, & quantum oportebat operis expleſſet ac temporis, omnibus rite peractis, quæ ad uerbum dei & gloriam domini ſpectant, ſtabileſque ac firmos in fide quos inſtruxerat derelinquẽs, præſentia quàm fama longe clarior factus, ad proprias ſcholas Alexandriam redijt.

Gaius aduerſus Proculum

Epiſtola ad Hebræos

Antoni. Caeſ. Macrin. Caeſ.

Calliſtus & Vrbanus Ro. pontifices

Alexād. Imp.

Mãmea Alexandri Imp. mater Origenẽ ad ſe uocat

Cap. XVII

In illis diebus Hippolytus (de quo paulo ante memorauimus) inter cætera ſcripta ſua libellum de Paſcha ſcriptum ædidit. In quo cum deſcriptionem quandam temporum faceret de ſedecim annorũ circulo, qui in Paſchę ratione obſeruari ſolet, neſcio quam ſupputationem ſecutus, uniuerſa tempora intra primum Alexandri Imperatoris annum concludit. Sed & alij libelli eius peruenerunt ad nos, id eſt, in Hexaemeron, & in ea quę poſt Hexaemeron

Libri Hippolyti epiſcopi

A xaemeron ſcripta ſunt,& contra Marcionem, & in Cantica canticorum, & in partem quandam Ezechielis prophetæ,& contra omnes hęreſes. Sed & alia apud alios opuſcula eius inueniri certum eſt. Ex illo tempore etiam Origenes conſcribendi commentarios in ſcripturas ſanctas initium ſumit,compellente ſic Ambroſio,& multa ui precum obſecrationumq́ꝫ cogēte. Quicꝫ Ambroſius tantū ſtudij adhibuit,ut omnia quæ in hoc opus eſſent neceſſaria, affatim atcꝫ affluenter præberet. Notarios ſeptem adhibuit, qui ei indeſinenter aſtarent,quicꝫ ſibijnuicem illo pene indeſinenter dictante ſuccederēt. Scriptores quocꝫ alios tantos. Sed & puellas apprime eruditas in ſcribendo totidem numero in hoc ipſum uacare fecit. Omnibus quocꝫ extrinſecus neceſſarijs abundantiſsime miniſtratis,quotidianum de illo opus uerbo dei uiolentus & religioſus compulſor exigebat. Sed & ipſe ex ſe ingens ſtudium in eruditione uerbi dei adhibebat. Vnde maxime dignus uidebatur,cui iſtud impenderetur officij,& cui quicquid arcanum & abſconditum in ſacris literis tectum eſt,panderetur.

Origenes incipit ſcribere, ſuppeditāte ui ctum & notarios Ambroſio

ἐργοδιώκτης

Cap. XVIII

INterea Vrbanus epiſcopus in urbe Roma octo annis adminiſtrato ſacerdotio,Pontiano ſedē reliquit. Poſt Philetum autē apud Antiochiam Zebenus eccleſiam ſuſcepit. Quo in tempore Origenes rogatus eſt ab eccleſiis quæ ſunt apud Achaiam,ut illo uſcꝫ pro conuincendis hæreticis, qui B inibi liberius conualuerant,perueniret. Quò cum pergeret,& iter neceſſario ageret per Palæſtinam,presbyter apud Cæſaream ab illius prouinciæ epiſcopis ordinatur. Pro hoc autem quæ aduerſum eum inhumanus liuor accenderit,& rurſum pro defenſiōe eius quæ geſſerint hi qui eccleſiis præſidebant, quantacꝫ alia pro eo quod in prædicatione uerbi dei ſatis clare effloruerat mota ſint,propriam quidem ſingula quęcꝫ hiſtoriam requirunt. Tamen & nos in ſecūdo libro τῆς ἀπολογίας,ex parte quadā perſtrinximus, unde facilius agnoſcere poteſt qui ſcire deſiderat. Interea iugi & continuato labore in explanatione diuinorū uoluminum perſiſtebat,ſiue Alexandriæ, ſiue apud Cæſaream poſitus,ſicut ex ipſis eius commentarijs indicatur. Exponens ſanè primum pſalmum,deſignat etiam ipſe qui ſit canon Veteris teſtamenti,hoc modo ſcribens: Non eſt ignorandum, inquit, uiginti & duos eſſe libros in canone Veteris teſtamenti,ſicut Hebræi tradunt,ſecūdum numerum ſcilicet elementorum quæ apud ipſos habentur. Et paulo poſt addit: Hi ſunt autem uiginti & duo libri: Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu Naue, Iudicum, Regnorum primus & ſecundus unus liber eſt apud illos, quem nominãt Samuhel. Item tertius & quartus unus eſt apud ipſos,quem appellant Regnum Dauid: & Paralipomenon primus & ſecundus in uno habētur,quem dicunt Sermones dierū. Eſdras primus & ſecundus in uno eſt. Item liber Pſalmorum, Salomonis prouerbia, & alius, Eccleſiaſtes, & tertius eiuſdem Cantica canticorū. Sed & duo-

Pontianus Romæ, Zebenus Antiochiæ

Origenes apud Cæſareā preſbyter ordinatus

Canon Veteris teſtamenti

o decim

decim prophetarum liber unus eſt, Eſaias propheta, Hieremias, Ezechiel, A
Daniel, Iob, Heſter. In his cōcludunt canonem uoluminū diuinorum. Ma-
Canon Noui teſtamenti — chabæorum uero libros extrinſecus habent. De Noui autem teſtamenti ca-
none, in libro primo commentariorum ſecundum Matthæum hoc modo
ſcribit: Ex traditione, inquit, didici de quatuor euāgelijs, quia hęc ſola abſq;
ulla contradictione ſuſcipi debent in omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, eccleſiis
dei. Ita etenim tradiderunt patres, quia primo omnium ſcriptum ſit euange-
lium à Matthæo, qui aliquando fuerat publicanus, Hebraicis literis, & tra-
ditum his qui ex circunciſione crediderant. Secundum uero ſcriptum eſſe à
Marco, iuxta ea quæ ſibi tradiderat Petrus, de quo & in epiſtola ſua cōme-
morat, dicens: Salutat uos filius meus Marcus. Tertium eſſe ſecundum Lu-
cam, quod Paulus apoſtolus collaudat, tanquam his qui ex gentibus credi-
derant ſcriptum. Super omnia uero euāgelium eſſe Ioannis. De apoſtolicis
quoq; literis ita dicit: Is uero qui idoneus factus eſt miniſter Noui teſtamē-
ti, non literæ, ſed ſpiritus, Paulum dico, qui repleuit euangelium ab Hieruſa-
lem in circuitu uſq; ad Illyricum, nec ad omnes eccleſias quas docuerat ſcri-
pſit, ſed quatuordecim ſolas epiſtolas, & in ipſis plures breuiſsimas ſcribit.
Quamuis & nonnulli de ea quæ ad Hebræos ſcripta eſt dubitauerint, pro
eo quod non uideatur in ea ſeruari eius illa ſententia, quā de ſe ipſe pronun-
tiat, dicens, ſe imperitum eſſe ſermone. Sed ego dico, ſicut mihi à maioribus B
traditum eſt, quia manifeſtiſsime Pauli eſt, & ſemper omnes antiqui maio-
res noſtri ita eam ut Pauli epiſtolam ſuſceperunt. Si uero requiras à me, per
quem ſit eius ſermo compoſitus, pro certo quidem deus uiderit. Opinio ta-
men quæ ad nos uſq; peruenit, huiuſmodi eſt: A quibuſdam dicebatur,
quod Clemens Apoſtolorum diſcipulus, & epiſcopus urbis Romæ, Græ-
co eam ſermone, non tamen ſenſibus expoliuerit: Alij, quod Lucas, qui e-
uangelium ſcripſerit, & Actus Apoſtolorum. Petrus uero ſuper quē Chri-
ſti fundatur eccleſia, duas tantummodo epiſtolas ſcribit, è quibus à nonnul-
lis & de ſecunda dubitatur. Ioannes quoq;, qui ſupra pectus domini recu-
buit, poſt euangelium ſcripſit & Apocalypſim, in qua tamen reticere iuſſus
eſt, quid ſeptem tonitruorum uoces locutæ ſint. Scripſit autem & tres epi-
ſtolas, è quibus duæ perbreues, de quibus & apud quoſdam dubia ſenten-
tia eſt. De his quidem talia.

Cap. XIX.

INterea decimus erat annus ſupradicti principis Romanorum, in quo
Origenes ex Alexandria profugus, Cæſaream uenerat, Heraclæ uni ex
diſcipulis probatiſsimo (de quo ſuperius dixi) κατηχήσεως auditorium de-
relinquēs. Non multo autem poſt & Demetrius epiſcopus defunctus eſt,
quadraginta & tribus annis epiſcopatu illius eccleſiæ miniſtrato, cui ſucce-
dit ſupradictus Heraclas. Per idem tēpus erat in epiſcopis magnificus Fir-
milianus Cappadocū gentis urbis Cęſareæ. Hic tantum uenerationis erga

Origenem

A Origenem ſcientiæ & doctrinæ gratia habebat,ut indeſinenter conſtringeret eum ſecum morari.Sed & ipſe derelicta eccleſia ad ipſum properabat,& utebatur religioſa quadam uiciſsitudine, dum ipſum modo ad inſtructionem ſuæ eccleſiæ illò euocaret,nunc ipſe ſui profectus gratia ad ipſum pergeret,& doceri ei diebus ac noctibus aſsideret.Sed & Alexander,quē Hieroſolymorum eccleſiæ præeſſe ſupra edocuimus,& Theoctiſtus, qui apud Cæſaream gubernabat eccleſiam,omne pene uitæ ſuæ tempus ad audiendum eum mancipabāt,atq; ipſi ſoli in diuinis ſcriptis & eccleſiaſtica doctrina ſummam magiſterij concedebant. Cap. XX *Alexander* *Theoctiſtus*

ALexandro uero Imperatori poſt tredecim annos principatus ſui defuncto,Maximinus Cæſar ſuccedit. Qui dum odio fertur aduerſum deceſſoris ſui Alexandri domum,perſecutiones cōmouit eccleſiis,ita tamen ut eos tantummodo qui populis præerāt & doctrinæ,punire iuberet, uelut qui cauſam cæteris huiuſmodi perſuaſionis pręberēt.Tunc Origenes librū de martyrio ad Ambroſiū ſcribit,Qui cum ad plurimos perueniſſet, tanq; neruis quibuſdam ualidiſsimis ſtabiliti,ſponte ſe ad confeſsionē Chriſti nominis offerebant.Ex quo & maximus numerus extitit confeſſorum, tribus annis à Maximino perſecutione cōmota, in quibus finem & perſecutionis fecit, & uitæ. Poſt quē Gordianus imperiū ſuſcepit.Pōtiano uero ſex annis *Maximinus Cæſar* *Orig. liber de martyrio* *Gordian. Cæſ.*

B epiſcopatu urbis Romæ functo,ſuccedit Antherus,qui cum mēſem unum non amplius miniſtraſſet,Fabiano ſacerdotium dereliquit. Cap. XXI *Antherus Pont. Ro.*

TRadunt autem Fabianum, Anthero defuncto,cum de agro reuerteretur unà cum amicis ſuis,& uniuerſus eccleſiæ populus pro epiſcopo deligendo in unum coiſſet,atq; alius de alio(ut fieri ſolet in talibus) conclamaret,nec tamen uulgi ſententia certi aliquid obtineret, adſtitiſſe etiam ipſum inter cæteros,ſcire cupientem,qui rei exitus foret.Et ſubito per dei prouidentiam columbam cœlitus lapſam, figuram ferentem illius,quæ in ſancti ſpiritus imagine ſuper Ieſum deſcenderat apud Iordanem,ſupra caput adſtitiſſe Fabiani.Ad quod ſpectaculum ora cunctorum,oculoſq; conuerſos,& omnes uelut uno ſpiritu commotos,hūc eſſe epiſcopatu dignum,per dei iudicium decreuiſſe:eumq; continuo cathedræ impoſitum,& legitimo ſacerdotio confirmatum . Quod alij ſuper huius,alij ſuper Zephyrini nomine geſtum tradunt.Tunc etiam apud Antiochiam epiſcopo Zebenno defuncto,Babylas eccleſiæ ſuſcepit principatum. Cap. XXII *Fabianus in Ro. Pont. eligitur indicio columbæ*

APud Alexandriam uero cum Heraclas Demetrio ſucceſsiſſet, audito rium κατηχήσεως,quod ab Origene ſuſceptum tenuerat,Dionyſio tradidit, eo quod & ipſe unus ex diſcipulis eſſet Origenis.Ipſe autem cum apud Cæſaream moraretur,innumeri ad eum non ſolum regionis ipſius uiri,ſed & è prouincijs procul poſitis concurrebant, & derelicta patria ac parentibus ſequebantur eum uiam dei docentem . In quibus fuit & uir famo-

ſiſsimus Theodorus,ipſe,qui non longe à noſtra memoria nobiliſsimus in A
epiſcopis apud Pontum Gregorius nominatur,fide & uirtutibus atq; ſcientia per omnia Apoſtolicus:ſed & eius frater Athenodorus,quos Origenes adoleſcentulos de auditorio Rhetoris retractos,ſtudia communium literarum in diuinam ſuaſit philoſophiam cõmutare. Quiq; apud eum per quinquennij tempus uerbo dei operam dantes,in tantum profectum diuinæ eruditionis atq; ſcientiæ peruenerunt,tantumq; uitę merito & morum cultu enituerunt, ut ab ſcholis eius immatura adhuc ætate ad epiſcopatus Ponti prouinciæ ſacerdotium uterq; raperetur. Cap. XXIII

Aphricani epiſtola ad Origenem — *Origenis ad hunc reſpõſio*

PEr idem tempus erat etiã Aphricanus, uir in ſcripturis eccleſiaſticis nobilis. Huius epiſtola fertur ad Origenem ſcripta, obijcientis ei uel proponẽtis,quod hiſtoria Suſannæ,quæ in Daniele ſcripta eſt,ficta uideatur, & aliena à ſcriptura prophetica. Cui Origenes magnificẽtiſsime reſcribẽs, aſſerit nequaquam Iudæorum commentis & fraudibus auſcultandum, ſed hoc ſolum pro uero habendum in ſcripturis diuinis, quod ſeptuaginta interpretes tranſtuliſſent:nam id eſſe ſolum quod autoritate Apoſtolica confirmatũ ſit. Venerunt ad nos etiam alia ſupradicti ſcriptoris Aphricani opuſcula,& maxime Chronica ualde diligenter ſtudioſeq; cõpoſita. In quibus commemorat ſe Alexandriam properare, Heraclæ opinione celeberrima prouocatum,quem & in diuinis,& in philoſophicis ſtudijs,atq; omni Græcorũ doctrina inſtructiſsimũ,fama loqueretur,queq; inibi epiſcopatus officium ſuſcepiſſe ſuperius memorauimus. Idem quoq; Aphricanus ſcribit ad Ariſtidem quendam,de ea quæ uidetur euangeliorum diſſonantia,& quur Matthæi & Lucæ in generatione Chriſti feratur diuerſa conſcriptio:ubi oſtendit euidentiſsimam utriuſq; conſonantiam,ſicut iam in primo libro huius operis edocuimus. Per idem tempus Origenes triginta cõmentariorum libris in partem quandam Eſaiæ prophetæ æditis,in Ezechielem uiginti & quinq; Athenas proficiſcens cõſummare ſe memorat,ubi & quinq; libros primos in Cantica canticorum ſcribit. Alios autem quinq; regreſſus Cæſareã conſummauit. Sed nunc nõ opus eſt opuſcula eius enumerare,quę penè innumerabilia ſunt,cũ id in eo opere fecerimus, ubi beati Pãphili uitam deſcripſimus,referentes quanta ab eo antiquorum ſcriptorũ uolumina,& præcipue Origenis,bibliothecæ Cæſarienſi(quã ille præcipuo & nobili ſtudio compoſuit)conſecrata ſint. Si quis ergo noſſe uult,quanta Origenis uolumina in manus noſtras uenerint, inde ſumat indicium. Nunc autem ad hiſtoriæ nobis ordinem properandum eſt. Cap. XXIIII

Aphricani Chronica — *Aphricanus ad Ariſtidem de euangeliorũ diſſonantia* — *Origenis commentarij in ſacras literas.* — *Lib. Euſebij de uita Pamphili* — *Bibliotheca Cæſarienſis* — B

Berylli impiũ dogma

BEryllus, de quo paulo ante memorauimus, Boſtrenæ urbis Arabiæ epiſcopus,eccleſiaſticam docendi regulam uiolare conatus, peregrina quædam & aliena à ueritate docere cœpit,aſſerens dominũ & Saluatorem noſtrum,neq; extitiſſe ante carnis natiuitatem,neq; propriam deitatis habere

A bere ſubſtantiam,ſed hoc ſolum,quod paterna in eo deitas habitaret. Pro quo quàm plurimi epiſcopi congregati, diſceptationes cum eo nō minimas habuere. Sed inter cæteros Origenes magnopere exhortatus eſt uenire in conflictum uiri. Isq; primo ſenſim cum eo diſputans, quid ſentiret, diligentius perſcrutatur. Quo cōperto, continuo quid abſurdi ineſſet huiuſcemodi ſenſibus, & quid impietatis talia aſſerentem conſequeretur, oſtendens, abijcere ac reſpuere male cōceptum ſuaſit errorem, & redire ad fidem ueram ſanamq; doctrinam. Quodq; penè in cauſis talibus inauditū eſt, ita errorem ab eccleſia depulit, ut emendaret, non perderet erroris autorem. Deniq; fertur etiam nunc deſcripta ipſa diſputatio Origenis & Berylli, quæ per ſemet ipſam præclari operis eius indicio eſt. Sed & multa alia eius ſimilia ad nos geſta dictaq; ſatis clara & magnifica peruenerūt, quæ nos uel literis ipſius, uel maiorum relatione comperta, nunc interim pro hiſtoriæ breuitate prætерimus. Quæ tamen agnoſci poſſunt ex ea quæ ſcripta à ſancto Pamphilo martyre apologia pro ipſo unà mecum. Quam ad cohibendos querulos, in uicem nos iuuātes cōmuni ſtudio ac labore conſcripſimus. Cap. XXV *Diſputatio Origenis & Berylli. Apologia Pamphili & Euſebij pro Origene*

AT Gordiano, cum per ſex annos Romanum gubernaſſet Imperium Philippus unà cū Philippo filio ſuccedit. De hoc traditum nobis eſt, quod Chriſtianus fuerit, & in die Paſchæ, id eſt, in ipſis uigilijs, cum intereſ-
B ſe uoluiſſet, & cōmunicare myſterijs, ab epiſcopo loci nō prius eſſe permiſſum, niſi confiteretur peccata ſua, & inter pœnitentes ſtaret: nec ullo modo copiam ſibi myſteriorū futuram, niſi prius per pœnitentiam culpas, quę de eo ferebantur plurimæ, diluiſſet. Ferunt igitur libenter cū quod à ſacerdote imperatum fuerat ſuſcepiſſe, diuinum ſibi ineſſe metum, & fidem religionis pleniſsimam rebus atq; operibus comprobando. Cap. XXVI

HVius tertio imperij anno Heraclas apud Alexandriam ſexto anno epiſcopatus ſui diem obijt, locūq; ſacerdotij Dionyſius ſuſcepit. Quo tempore ſexageſimum agens Origenes ætatis annum, poſteaquam & uſu & periculis, & laboribus, plurimum fiduciæ in uerbo dei acceperat, permiſiſſe fertur ea, quæ ex tempore in eccleſiis diſſerebat, à notarijs excipi: nec ante unquam dediſſe hanc copiam, niſi cum id ſibi & uitæ grauitas, & ætatis maturitas, & multæ experientiæ conceſsit autoritas. Tūc aduerſum Celſum quendam Epicureum philoſophum, qui contra nos libros conſcripſerat, octo uoluminibus reſpondit. Tunc & in euangelium ſecundum Matthæum uiginti quinq; Commentariorū libros ædidit, & in duodecim prophetas quàm plurima commentatus eſt. Ex quibus ad nos uſq; uiginti tantum & quinq; uolumina peruenerunt. Sūt eius & ad Imperatorem Philippum epiſtolæ, & ad uxorem eius Seueram abſq; ullo adulationis fuco ſcriptæ. Scribit & ad Fabianum urbis Romæ epiſcopū, & ad alios quàm plurimos eccleſiarum principes de catholica fide ſua. De quo euidētius in ſexto Apo- *Dionyſius Alexandri nus epiſcopus. Origenis commentarij & ſcripta*

logiæ noſtræ pro ipſo uolumine comprehendimus. Sunt & aliæ eius epiſtolæ ad diuerſos ſcriptæ, quarum nos interim centum numero inuenire potuimus, atq; in libros digeſtas memoriæ tradere. A Cap. XXVII

EA tempeſtate in Arabiæ partibus extiterunt quidã aſſertores dogmatum peruerſorũ, dicentes animas hominum per mortem cum corporibus interire pariter & corrumpi, rurſum uero in tempore reſurrectiõis cum corporibus ſuſcitari. Ad quem morbum ab eccleſia depellendum, cum ingens epiſcoporũ conciliũ conueniſſet, iterũ Origenes rogatur ab omnibus intereſſe, & facere ſermonẽ. Cũq; corã omni ſacerdotũ concilio diſputaret, tam magnifica fuit eius oratio, ut omnes eos quos noui dogmatis error inuoluerat, ad fidẽ rectam, & ſenſum catholicũ reuocaret. Cap. XXVIII

Origenes hæreſim Helcheſaitarum reſtinguit

EXtitit etiam alia hæreſis per illud tempus, quæ dicitur Elceſaitarum. Quam ille ſtatim ut uiſa eſt apparuiſſe, reſtinxit. Facit autem eius mentionem, cum de octogeſimo & ſecundo Pſalmo in eccleſia diſputaret, hoc modo dicens: Venit quidam in his diebus, qui ſibi magnum aliquid & ſupra cæteros ſapere uideretur, aſſerere uolens quædam impia & abſurda, defendens hæreſim quandam Helcheſaitarum, quæ nuper exorta eſt. Et tamen quæ ſint quæ ipſa hæreſis aſſerat, indicabo uobis, ne cui forte ueſtrum ſurrepat ignaro. Iſti ergo quædam de ſcripturis ſanctis refutant, & rurſum utuntur teſtimonijs de nouo & ueteri teſtamento quibus uolunt. Apoſtolũ tamen Paulum ex integro reſpuunt, & aſſerunt, quod in perſequutionibus ſi quis negauerit, nihil criminis habeat, pro eo quod is qui fixus eſt in corde ſuo, etiam ſi ore negauerit pro neceſsitate, corde tamen in fide permanet. Hæc aſſerunt, & librum quendam circumferunt, quem dicunt de cœlo lapſum, cuius uerba ſi quis audierit, remiſsionem accipiat peccatorum, aliam præter illam quam Chriſtus dedit. B Cap. XXIX

Helcheſaitæ

Decius Cæſar

INterea Philippo ſeptẽ annis principatu adminiſtrato, Decius ſuccedit. Qui pro eo quod infeſtus eſſet Philippo, perſecutionem eccleſiis ſuſcitat. In qua Fabianus in urbe Roma martyrio coronatus, ſedem ſui epiſcopatus Cornelio dereliquit. In Hieroſolymis uero Alexander epiſcopus rurſum pro confeſsione Chriſti iudici ſiſtitur, & uinculis carceris traditur. Quiq; cum longæuæ ætatis ueneranda canicie præfulgeret, poſteaquam frequenter paſsionibus ſuis & cruciatibus glorificauerat dominum, dum de uinculis ad tribunal, & à tribunalibus reuocatur ad uincula, inter ipſa uiciſsim ſibi ſuccedentia tormenta defecit. Huic in ſacerdotio Mazabbanes ſuccedit. Apud Antiochiam uero ſimilem per omnia Babylas Alexandro, poſt confeſsionem, glorioſæ uitæ finem ſortitur in uinculis. Poſt quem Fabianus epiſcopatus officium ſuſcepit. Sed in hac perſequutione quanta aduerſum Origenem geſta ſint, quibusq; contra eum peſsimus dæmon artibus cum uniuerſo exercitu ſuo, & quanta contentione pugnarit, utq; ſuper omnes

cæteros

A cæteros qui per illud tempus pro Chriſti nomine tenebantur, nouas cruces, noua pœnarum genera, ac ſeculis omnibus inaudita tormenta pertulerit, utcꝙ pro eo quod in doctrina fidei & ueritatis opinatiſsimus uidebatur, omnia aduerſus eum dæmoniaci furoris arma commota ſint, & ignibus intentatis, ita ut mille mortibus uexatus ſit, nec tamen una ei quam exoptabat accideret: quicꝙ exitus eum ſuſceperit, perſequutore ſummo ſtudio id gerente, ut nec interitus præſtaretur, nec pœna ceſſaret: & quales poſtmodum de his ipſis epiſtolas ſcripſerit, quàm omni miſeratione & lachrymis plenas, ex ipſis manifeſtius quæ ſcripta ſunt, integram qui agnoſcere cupit, horum notitiam ſumet. Cap. xxx

Dionyſius uero Alexandrinus epiſcopus per illud tẽpus, ſicut ex ipſius epiſtolis ueriſsime comperimus, in multis ſæpe cõfeſsionibus ſatis darus efficitur, & pro paſsionum tormentorumcꝙ diuerſitate magnificus. Denicꝙ refertur, inſectantibus ſe quibuſdam, reſpondiſſe: Quid inſectando laboratis? Caput meũ, pro quo magnopere fatigamini, auulſum ceruicibus ſumite, & donum magnum ad tyrannum referte. Cap. xxxi *Dionyſius Alexandrinus*

Sed & idem ipſe ad Fabianum Antiochenum epiſcopum ſcribens, de his qui ſub Decio apud Alexandriam agones martyrij deſudauerant, hoc modo refert: Non ex præcepto (inquit) Imperatoris apud nos perſequutio ſumpſit exordium, ſed anno integro principalia præuenit edicta miniſter dæmonũ, qui dicebatur in ciuitate noſtra diuinus, ſuperſtitioſum contra nos exagitans uulgus. A quo multitudo ſuccenſa, nihil aliud quàm piorum ſanguinem ſitiebat. Primo ergo religioſum quendam ſenem Metranum nomine corripientes, iubent impia uerba proferre. Quod ille facere cum recuſaret, omne corpus eius membratim fuſtibus colliſerunt, uultumcꝙ & oculos acutis calamis terebrantes, extra urbem cum cruciatibus eiecerunt, ibicꝙ quod in eo ſupererat ſpiritus, lapidibus eiecerunt. Poſt hæc mulierem quandam nobilem Cointham nomine, ad idola perducentes adorare cogebant: recuſantem, imò potius execrantem, uincula pedibus innectentes, & per plateas totius ciuitatis trahentes, fœdo horrendocꝙ ſupplicij genere diſcerpũt. Dehinc omnes ſimul irruerunt per domos ſeruorũ dei, diripientes & euertentes, atcꝙ hoſtili crudelitate cuncta fœdantes, ita ut precioſioribus quibuſcꝙ direptis, ſi qua alia uiliora repererant, in unum congregata igni in plateis cremarent. Noſtri tamen direptionem hanc bonorum ſuorum (ſicut Apoſtolus de illis dixit antiquis) cum gaudio ſuſceperũt. Sed & admirandam uirginem longæuæ ætatis Apolloniam nomine cum corripuiſſent, dentes primo ei omnes effoderũt, congeſtis deinde lignis extruxerũt rogum, cõminantes uiuam ſe eã incenſuros, niſi cum ipſis pariter impia uerba proferret. At illa ut rogũ uidit eſſe ſuccenſum, paululũ quid in ſemetipſa moliẽ, repente uero ſe è manibus proripuit impiorũ, atcꝙ in ignẽ

Epiſtola Dionyſii Alexandrini ad Flauianum Antiochenum

B

Metranus

Cointha

Apollonia uirgo martyr

quem minabantur, ſponte proſiluit, ita ut perterrerentur etiam ipſi crudeli- A
tatis autores, quod promptior inuenta eſt ad mortem fœmina, quàm per-
Serapion ſecutor ad pœnā. Serapionem quoq; domi ſuæ repertū, crudeliſsimis affi-
cere ſupplicijs, ita ut omnes ei iuncturas membrorū prius ſoluentes, de ſu-
Non erat tu- perioribus eum præcipitarēt. Nullum noſtris iter erat per uiam, nullius pla
tū Chriſtianis teæ tranſitus indulgebatur, neq; die neq; noctu procedēdi uſquam libera
exire in publi erat facultas. Vt enim quis noſtrorū apparuiſſet in publico, ſtatim clamor
cum tempore uulgi & ſeditio naſcebatur, ut uel pedibus traheretur qui uiſus eſſet, uel igni
perſecutionis ſuccenderetur. Verum cum hæc mala per dies ſingulos augerentur, ſubito
inter ipſos perſequutores rabies quædā belli ciuilis exarſit, & dum inter ſe
ſeditionibus prælijsq; decertant, interim nobis paululum licuit reſpirare.
Sed non in longum uenia fuit. Continuo nanq; crudeliſsima principū mit-
tuntur edicta, quibus tanta aduerſum nos ferebatur immanitas, ut ſecun-
dum quod prædictum eſt à domino, ſi fieri poteſt, ſcandalizarentur etiam
electi. Ex quo perterritis penè omnibus, quidā ex ipſis nobilibus ſe ſponte
Negatores impijs actibus ingeſſerunt. Alij conuenti tantummodo, nonnulli à dome-
ſticis proditi, ad ſacrificia execranda, & ad immundas hoſtias properabāt.
Aliqui ex his pallentes & trementes, ut magis immolari ipſi, quàm immo-
lare idolis uiderentur, ita ut etiā ab inſpectante uulgo irriderentur, eo quod
& ad moriendum, & ad ſacrificandū iuxta meticuloſi uiderentur. Alij ſane B
tam impudenter ad aras proſiliebant, ut & affirmare niterentur, ſe nun-
quam Chriſtianos fuiſſe. Hi erant de quibus prædixerat dominus: Quo-
niam pecunias habentes, difficile ſaluabuntur. Cæteri uero aut iſtos ſeque-
bantur in præceps, aut certe uertebantur in fugam. Ex quibus nonnulli
comprehenſi, & in carcerem miſsi, alij ad primam ſtatim iudicis faciem ne-
gauerunt fidem, aliquanti paululum ſupplicijs toleratis ad ultimum deci-
derunt. Hi uero qui beati effecti ſunt, tanquam columnæ fortiſsimæ do-
mini ipſius ſpiritu confirmati, pro fidei ſuæ merito uirtute à domino perce-
pta, admiranda deo & angelis martyrij ſui ſpectacula præbuerunt. Quo-
Iulianus poda rum primus uenerabilis Iulianus podagra conſtrictus, ita ut neq; incedere
gricus mar- neq; ſtare poſſet, cum his qui eum in ſellula portabant, offertur. Quorum
tyr unus quidem ſtatim negauit. Alius uero nomine Eunus, cum Iuliano ſene
Eunus in domini Ieſu Chriſti confeſsione perdurat. Quiq; iubentur camelis im-
poſiti, per omnem circumduci ciuitatem, & flagris hinc inde uerberātibus,
populo inſpectante laniari, uſquequo finem uitæ in ipſis uerberibus pone-
Militaris uir rent. Sed uir quidā militaris cum aſsiſteret, & quoſdam uolentes etiā mor-
tuis illudere cadaueribus prohiberet, clamor repente aduerſum eum totius
uulgi extollitur: offert̄ iudici fortiſsimus miles iam domini, & nuſquā ſe in-
ferior factus, in cōfeſsione perſiſtens, capite pro pietate dānatur. Alius qui
dam uir nominis ſui Macarius, gente Libycus, cum multis uerbis à iudice
ad ne

A ad negandum ſuaderetur, & eo maiore cõſtantia fidem ſuam profiteretur, uiuus ad ultimũ iubetur exuri. Epimachus quoq; atq; Alexander, cũ multo tempore & in uinculis & in cruciatibus carceris torti, etiam frequenter diuerſis ſupplicijs confecti, perduraſſent in fide, ignibus ad poſtremũ conſumi iubẽtur. Sed & mulieres cum ipſis quatuor. In quibus Ammonaria ſancta uirgo: aduerſum quam iudex ſumma contentione utebatur, & immenſis eam atq; exquiſitis cruciatibus affligebat, eo maxime, quod eius ſententiam uincere cupiebat, quã laudabili uoce decreuerat, nihil ſe prorſus eorũ quæ ſibi contra fas imperabantur acturam: quæq; ſtatuti ſui tenax, ad ultimum capite punitur. Secunda uero fuit uirgo, Mercuria nomine. Anus uenerabilis, & fœcundiſsima in filijs, ſed quos non prætulit Chriſto, Dionyſia, & alia Ammonaria, Quæ dum nimia utuntur cõſtantia apud iudicem, & ille uinci erubeſceret à fœminis, inauditis tormentorũ generibus tolerantis, finem omnium ferro cædẽte ſuſcipiunt. Heron quoq;, & Arſinus, & Iſidorus Aegyptij, cum puerulo annorũ quindecim Dioſcoro, iudici offeruntur. Et primo omniũ puerulum Dioſcorũ tanq; pro ætate facilẽ flecti, ante uerbis, poſt etiam uerberibus agit. Quem cum in nullo ſibi cedere uideret, ferocius eum cruciare contendit. Tum deinde cæteros uarijs tormentis dilanians, cum pari modo cõſtantia fidei uideret armatos, tradi ignibus iubet.

Epimachus *Alexander* *Mercuria* *Dionyſia* *Amonaria alia* *Heron* *Arſinus* *Iſidorus* *Dioſcorus puer*

B Dioſcorum uero puerum, quod ſibi conſtanter & ſapienter in omnibus reſpondiſſet, admiratus, differri præcepit, ſperans eum pro ætate pœnitudinem geſturum. Quod non tam tyranni miſeratione, quàm domini prouidentia ita geſtũ eſt. Nunc enim nobiſcum eſt Dioſcorus, à deo nobis conceſſus ad conſolationem & firmamentũ populi ſui. Nemeſius quoq; etiam ipſe Aegyptius, primo per calumniã quaſi latro delatus eſt. Quo crimine abluto, poſt hæc quod Chriſtianus eſſet deferẽ. In hoc uero nulla à iudice moderatio reſeruatur, ſed geminatis ſupplicijs excruciatũ cum latronibus iuſsit incendi, ignorãs quod crudelitate ſua optimo martyri Saluatoris ſimilitudinem detulit, qui pro ſalute humani generis unà cum latronibus pertulit crucem. Turma aũt quædam in unũ conuenerat militũ, inter quos Ammon, & Zenon, & Ptolemæus, & ingenuus & grandæuus Theophilus. Qui tribunalibus aſtantes, cũ quidã Chriſtianus à iudice torqueret̃, & iam penè ad negandũ declinaret, dirumpebãtur intra ſemetipſos, & uultu, oculis, ac nutibus, uelut erigere conabantur illum, qui in ſupplicijs poſitus trepidabat. Interdum etiam manus protendere, ac totius reliqui corporis motibus ac habitu diuerſe inclinati, tanq; ſubleuare lapſantis animos geſtiebãt. Conuerſi uero ad eos, omnes, & quid de ſemetipſis profiterẽtur, ex eorum motibus agnoſcentes, prius penè quàm in eos uulgus clamoribus inſiliret, ipſi in medium prorumpunt, ac ſeſe Chriſtianos eſſe teſtantur. Tunc uero uerſa uice ex eorũ confidentia perſecutotibus terror, noſtris cõſtantia animi accreſcit

Nemeſius *Ammon* *Zenon* *Ptolemæus* *Theophilus* *Conuerſi omnes & agnoſcẽtes pro conuerſis omnib. & agnoſcentibus*

accreſcit: dum hi qui per tormenta uinci putabantur, ſponte ſe cruciatibus A
offerunt, & ab his quod illi pro terroribus inferebant, uelut pro quadã ſpe/
Sebirion cie uoluptatis expetitur, deo ita triumphante per ſanctos ſuos. Sed nec Sci/
rionis opus memorabile, fas eſt ſilentio præterire. Is nanq; cùm rem cuiuſ/
dam potẽtis ſub mercede procuraret, iubetur ab eo idolis immolare. Recu/
ſans, cogebatur iniurijs: perſiſtens, rurſum blandicijs mulcebat̃. Cum uero
utrunq; cõtemneret, præacuta ſude ualidiſsime tranſuerberatus per media
uiſcera, neci traditur. Quid uero memorem, quãtæ multitudines in deſertis
& in montibus oberrãtes, fame, ſiti, frigore, languore, latronibus, beſtijſq;
conſumptæ ſint? qui omnes imitati electos dei prophetas, gloria martyrij
Cheremon coronati ſunt. Deniq; & uenerãdus ſenex Chæremon (epiſcopus hic erat
urbis Aegypti, quæ dicitur Nilopolis) cum ad Arabicum montem unà
cum grandæua coniuge diſceſsiſſet, nulli ultra apparuit. Et cum ad perqui/
rendum eum plurimi fratrũ frequentiſſime proceſsiſſent, perſcrutatis omni
bus locis, nec ipſos ultra quiſquã, neq; corpora eorũ potuit inuenire. Hæc
autem non fruſtra cõmemoraui frater chariſsime, ſed ut ſcias quanta apud
nos à ſanctis martyribus ad dei gloriam geſta ſint. Cap. XXXII

ET poſt pauca addit etiam hæc, dicens: Iſti igitur diuini martyres, qui
cum Chriſto in cœleſtibus ſedent, & regni eius participes ſunt atq; iu
dices, qui cum ipſo de lapſis fratribus iudicant, iſti (inquam) ipſi ſuſceperũt B
De lapſis fratribus lapſos, & pœnitentiam conuerſionemq; eorum non reſpuerunt, ſcientes
quod deus noſter, cuius ipſi erant martyres, non uult omnino mortem mo
rientis, ſed conuerſionem eius & pœnitentiam quærit. Si ergo iſti receperũt
In oratione & cibo quoſdam, & in eccleſia ſtatuerunt, in oratione quoq; eis & in cibo commu/
nicauerunt, quid nos facere uultis fratres? Quid nobis agendum putatis?
Nónne ſequi nos eorum ſententias & iudicium cõuenit, atq; erga eos quos
illi miſerati ſunt, non exiſtere crudeles & truces? Non puto quod expediat
nobis ſententias eorum in irritum reuocare, miſerationes infringere, bene/
facta turbare, & recte religioſeq; inſtituta uiolare. Cap. XXXIII

HAec Dionyſius de lapſis faciens ſermonẽ. Quo tẽpore Nouatus Ro/
manæ eccleſię presbyter, elatione quadam tumidus, ſpem penitus eis
ſalutis ademerat, etiam ſi digne pœnituiſſent. Ex quo & princeps hæreſeos
Nouati opinio de lapſis extitit Nouatianorum, qui ab eccleſia ſeparati, ſuperbo nomine ſemetipſos
καθαροὺς, id eſt, mundos appellarunt. Ob quam rem concilium ſacerdota/
le celeberrimum in urbe Roma congregatum eſt, epiſcoporũ quidem ſexa/
Nouatiani Cathari ginta numero, presbyterorũ quoq; totidem, cum diaconis plurimis. Præ/
terea etiam per ſingulas quaſq; prouincias de hac re magna deliberatione
Concilium Romæ habita, decretis ſignificatur quid facto opus eſſet. Statuit̃ ergo, Nouatum
quidem cum his qui eum mentis elatione tumidũ ſequerentur, quiq; ad in/
humanam iſtam, & nihil fraternæ charitatis ſeruantem ſententiã declina/
rent

A rent, alienum eſſe ab eccleſia: eos uero qui lapſi in certamine fuerant fraterna miſeratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos. Scribit de hac re & Cornelius urbis Romæ Epiſcopus ad eccleſiam Antiochenam, indicans Fabiano eius epiſcopo, quid ſtatuerit in urbe Roma conciliũ congregatum, quid etiam Italis, Afris, cæteriſq; occidentalibus uiſum ſit. Cyprianus uero de his librum magnificentiſsime ſcriptum ædidit, in quo & lapſos ad pœnitentiam cohortandos, & contradicentes alienos eſſe à Chriſti uiſceribus ſtatuit. Extat autem & alia epiſtola Cornelij ad Fabianum Antiochiæ epiſcopũ ſcripta, edocens ſingula quæq; de Nouato, quis, qualis fuerit uel uita, uel moribus, & quomodo ab eccleſia dei declinauerit. In qua refert, quod epiſcopatus cupiditate, quam intra ſe latenter gerebat, in hæc omnia deciderit: ex eo autē maxime elatus ſit: quod quoſdam de confeſſoribus uiros optimos inter ipſa initia ſibi ſocios aſſumpſerit. In quibus fuit Maximus quidam presbyter Romanæ eccleſiæ, & Vrbanus, qui ſecundo confeſſores extiterãt: ſed & Sidonius, & Celerinus, qui ualde clari in confeſſoribus habebantur, eo quod omnia tormentorum genera ſuperauerant. Sed iſti, inquit, cum diligẽtius perſpexiſſent agere eum cuncta fraudibus, & dolis, mendacijs atq; periurijs, & quia bonitatē ad hoc ſolum ſimularet, ut deciperet ignorantes, relicto eo, uel potius execrato, ad eccleſiã cum

B magna ſatisfactione reuertuntur, & præſentibus epiſcopis ac presbyteris, ſed & laicis uiris, primo quidem errorem ſuũ, tum deinde illius fraudes ac fallacias confitentur. Addit præterea etiam hæc in epiſtola, quod cum ſemper fratribus iurare ſolitus ſit, epiſcopatum ſe omnino non cupere, ſubitò & improuiſo uelut nouum plaſma epiſcopus apparuit: ſcilicet qui diſciplinam & ſtatuta eccleſiaſtica uendicabat, etiam epiſcopatũ quem non à deo acceperat, præſumebat. Tribus nanq; epiſcopis ſimpliciſsimis hominibus & omnium ignaris, de remota Italiæ parte adhibitis, imò potius ſubtili ab eo circumuentione deceptis, imaginariã magis quàm legitimam ab his extorquet manus impoſitionem. Ex quibus tamen unus continuo ad eccleſiã redit, confeſſus peccatum ſuum, & in communionem laicam populo etiam pro hoc interueniente ſuſceptus eſt. In locum uero reliquorum duorum qui Nouato manus impoſuerãt, ordinati ſunt alij epiſcopi, & miſſi. Is ergo qui Euangelium uendicabat, neſciebat in eccleſia catholica unum epiſcopum eſſe debere, ubi uidebat eſſe presbyteros quadraginta & ſex, diaconos ſeptem, ſubdiaconos ſeptem, acolythos quadraginta & duos, exorciſtas & lectores cum oſtiarijs quinquaginta & duos, uiduas cum indigentibus mille quingentas, quos omnes deus alit in eccleſia ſua. Addit autem etiam hoc, quod idem ipſe Nouatus in iuuentute ſpiritu immundo uexatus ſit, & cum tempus aliquantum conſumpſiſſet apud exorciſtas, ægritudinem incurrerit grauem, ita ut deſperaretur, & quod iacens in lecto, pro neceſsitate

Cyprianus

Confeſsio publica

Nouatus fuit baptizatus in lecto. Tales olim uocabant Clinicos

neceſsitate perfuſus ſit, nec reliqua in eo quæ baptiſmum ſubſequi ſolent, A
ſolenniter adimpleta ſint, nec ſigna*culo* chriſmatis conſummatus ſit, unde nec ſpiritum ſanctum unquã potuerit promereri. Denique, inquit, cum priuata quadam gratia diligeretur ab epiſcopo, & uellet eum ordinare presbyterum, clerus uero omnis, & quamplurimi ex laicis prohiberent, dicentes, non licere clericum fieri eum, qui in neceſsitate poſitus in lecto gratiam conſecutus ſit: epiſcopum ab omnibus ſpecialem gratiã popoſciſſe, ut ſibi hoc de iſto uno concederetur. Scribit etiam de ipſo, quod perſecutionis tempore, cum in cellula quadam lateret, & à diaconis, ut moris eſt, ſubuenire in exitu catechumenis rogaretur, timens procedere, denegauit ſe eſſe presbyterum: & quod ſacramenta diuidens populis, accipientium manus teneret, nec prius permitteret ſumere, quàm ſibi per ea quæ unuſquiſque tenebat in manibus, iuraret, quod nunquam, ſe relicto, ad Cornelium remearet. Hæc & multa alia huiuſmodi Cornelius de uita & moribus, ac prophanis eius actibus ſcribit.

Tempore Nouati etiam laicis eucharistia dabatur in manus

Cap. XXXIII

Serapion de numero lapſorum nō potuit mori, niſi perceptа euchariſtia

Dionyſius uero de hoc reſcribens ad ſupradictum Fabianum, intexuit etiam quandam hiſtoriam dignã memoria, dicẽs, Serapionem quendam fuiſſe apud Alexandriam, unum ex his qui lapſi ſunt, eundemque ſæpe deprecatum, ut ſuſciperetur, nec tamen impetraſſe. Oppreſſum deinde hũc eſſe ægritudine, ita ut triduo iam ſine uoce prorſus iaceret: paululum uero B
quarta die reſpirantem, uocaſſe ad ſe filiam ſuam, & dixiſſe: Quouſque me detinetis? Quæſo uos, cito aliquis presbyterum roget, ut poſsim aliquando dimitti. Et cum hæc dixiſſet, rurſum ſine uoce permanſit. Abijt curſu puer ad presbyterum noctis tempore: infirmabatur presbyter, uenire non potuit: tamen quia præceptum fuerat à me, ut lapſis in exitu nemo reconciliationis ſolatia denegaret, & maxime his, quos prius id rogaſſe conſtaret, parum euchariſtiæ puero q ad ſe uenerat dedit, quod infuſum iuſsit ſeni præberi. Regrediente adhuc puero, antequam regrederetur domum, rurſum Serapion reſpiciens: Rediſti, inquit, fili? Et: licet presbyter uenire non potuit, tu autem imple quod tibi præceptum eſt, ut poſsim diſcedere. Cumque eſſet cõpleta ſolennitas, uelut catenis quibuſdam uinculiſque diruptis, lætiorem iam ſpiritum reddidit. Ex quo, inquit, conſtat certiſsime, huius boni auxilio nullum debere fraudari. Scribit etiam ipſi Nouato Dionyſius epiſtolam, cuius exemplum inſerere his dignum putaui.

Parũ euchariſtiæ puero datur ad patrem deferendum

Euchariſtia

DIONYSIVS NOVATO FRATRI S.

SI inuitus, ut ais, in hoc ueniſti, oſtendes in eo ſi deſinas uolens. Oportuerat quidem etiam pati omnia, pro eo ne ſcinderetur eccleſia dei. Et erat non inferior gloria, ſuſtinere martyrium ne ſcindatur eccleſia, quàm eſt illa, ne idolis immoletur: imò ſecundum meam ſententiã, maius hoc puto eſſe martyrium. Ibi nanque unuſquiſque pro ſua tantum anima, in hoc uero pro omni

A omni eccleſia martyrium ſuſtinet. Sed nunc ſiue tu ſuadere,ſiue etiam cogere potes fratres redire ad concordiam,maius tibi erit emendationis meritũ, quàm fuerat culpa cõmiſsi: quia illud iam non imputabitur, hoc etiam laude dignum ducetur. Si uero illi in incredulitate permanſerint,ſaluans ſalua animam tuam. Vale, pacem deſiderans, quam tibi imprecor.

Hæc eadem etiam Nouatianis ſcripſit. Dedit & ad Aegyptios epiſtolam de lapſorũ pœnitentia,in qua & regulam eis ſtatuit pœnitendi.Sed & multa alia probatiſsima feruntur ſcripta Dionyſii. Scribit *Libri Dionyſii Alexandrini*

De pœnitentia. Et

Cohortatorium libellum de martyrio ad Origenem.

Ad Laodicenſes & ad Armenios de pœnitentia.

Ad Cornelium quoq; urbis Romæ epiſcopum plurima ſcribit. In quibus etiam hoc indicat, inuitatum ſe à multis epiſcopis,id eſt, ab Heleno Tarſo Ciliciæ,& Firmiliano Cappadociæ, & Theotecno Palæſtinæ, ut ad ſynodum Antiochiam pergat, quod ibi Nouati dogmata quidam ſerere conarentur.Et addit,quod Fabiano Antiocheno epiſcopo defuncto,Demetrianus in epiſcopatu ſucceſſerit.Sed & de Hieroſolymorũ epiſcopo his uerbis ſcribit: Admirabilis autem uir,inquit,Alexander,in carcere poſitus,beato fine præceſsit ad dominum. Eſt & alia ipſius Dionyſii epiſtola ad Romanos ſcripta de miniſterijs. Et alia item ad ipſos de pace & de pœnitẽtia, & ad quoſdam confeſſores, qui adhuc in urbe Roma Nouatum ſequebantur.Et rurſum ad eoſdem, poſteaquam ad eccleſiam cõuerſi ſunt, duas epiſtolas ſcribit.Sed & ad multos alios uaria ac diuerſa ſcribens,ſtudioſis quibuſq; inſtructionũ & doctrinæ copioſiſsimam materiam dereliquit.

ELENCHVS CAPITVM SEPTI A
MI LIBRI HISTORIAE ECCLESIAST.

De Decij & Galli male geſtis rebus Caput 1
De Cypriano, & quod ſtatuerit hæreticos rebaptizandos, ſed Cornelius papa contradicit. Cap. 2
Quod Stephanus papa ſimiliter ſentiat, & de concordia eccleſiarum, quæ poſt perſecutionem facta eſt. Cap. 3
De Xyſto papa, & hæreticis non rebaptizandis. Cap. 4
De hæreſi Sabellij. Cap. 5
De reuelatione quæ Dionyſio epiſcopo à domino facta eſt propter lectionem hæreticorum librorum. Cap. 6
De Nouati ſchiſmate. Cap. 7
De hæreticorum baptiſmate. Cap. 8
De perſecutione Valeriani. Cap. 9
De his quæ Dionyſius in perſecutione paſſus eſt. Cap. 10
De his qui apud Cæſaream Palæſtinam martyres ſunt. Cap. 11
De martyrio Marini. Cap. 12
Relatio de Aſterio. Cap. 13
De ſignis quæ uirtute Saluatoris apud Paneadam fiebant. Cap. 14
De throno Iacobi. Cap. 15
De pace ſub Galieno reddita eccleſiis. Cap. 16
Qui epiſcopi tunc fuerint. Cap. 17 B
De his quæ apud Alexandriam acciderunt. Cap. 18
Quomodo Dionyſius de Paſcha ſtatuit. Cap. 19
De morbis qui acciderunt. Cap. 20
De Galieni regno Cap. 21
De Nepote & ſchiſmate eius. Cap. 22
De Apocalypſi Ioannis. Cap. 23
De epiſtolis Dionyſii. Cap. 24
De Paulo Samoſateno, & de Gregorio, & de hæreſi eius. Cap. 25
Qui epiſcopi per illud tempus nobiles habiti fuerint. Cap. 26
De hæreſi Manichæorum tunc exorta. Cap. 27
De eccleſiaſticis uiris nobilibus, quorum aliquanti etiam uſq; ad noſtram memoriam perdurarunt. Cap. 28
De epiſcopis, martyribus & doctoribus eiuſdem temporis. Cap. 29

A EVSEBII PAMPHILI EPISCOPI
CAESARIENSIS, ECCLESIASTICAE HI/
ſtoriæ Lib. VII. Ruffino interprete.

CAPVT I

SEPTIMVM nobis eccleſiaſticę hiſtoriæ librũ ſcriptorũ
ſuorum cudat elogijs nobiliſsimus patrum, & clarus in
epiſcopis Dionyſius, qui (poſteaquàm Decius non to/ *Dionyſius*
tis duobus annis principatu Romani apicis miniſtrato, *Alexan. ad*
cum filijs pariter interemptus eſt, & Gallus ſuſcepit im/ *Hermammonẽ*
perium, Quo in tempore etiam Origenes ſeptuageſi/ *Orig. moritur*
mo ætatis anno non ad integrũ expleto defunctus eſt) *lxx. anno*
ſcribens Hermammoni cuidam, de Gallo hæc refert: At ne Gallus, inquit, *Gallus Cæſ.*
malum Decij aut uidere potuit, aut cauere, ſed in eundem lapidem offenſio
nis impegit. Cuius cũ regnũ floreret initio, & cuncta ei ex ſententia cederẽt,
ſanctos uiros q pro pace regni eius deo ſummo ſupplicabãt, perſecutus eſt,
cum quibus & proſperitatem ſuã pariter fugauit & pacem. Cap. II

IN urbe uero Roma Cornelio epiſcopatum regente, & apud Carthagi/
nem Cypriano, ambobus fide, uirtute, pietate præſtãtibus, quæſtio ex/
B orta eſt in Aphricæ magis partibus, ſi oporteret hæreticos rebaptizari. *An heretici*
Cumq; id à Cypriano, & cæteris penè omnibus per Aphricam ſacerdoti/ *rebaptizandi.*
bus, oportere fieri decerneretur, Cornelius, & cæteri omnes per Italiam ſa/ *Cyprianus*
cerdotes, huiuſmodi decretum manente ſacerdotali concordia refutarunt, *Afri*
ſtatuentes antiquitus à patribus ſuper hoc traditam regulam debere ſerua *Itali*
ri, quæ continebat, Poſt abiectionem praui, & confeſsionem recti dogma/
tis, ſola eos manus impoſitione purgandos. Cap. III

SEd poſt Cornelij conſummationem, qui tribus circiter annis ſacerdo/
tio functus eſt, epiſcopatus ſedem Lucius ſuſcepit. Cui octo ſolis men/
ſibus ſacerdotio adminiſtrato, Stephanus ſuccedit. Quiq; ſimilem Cor/
nelio de non rebaptizando ſententiam tulit. Ad quem Dionyſius multa & *Dionyſii Ale/*
ſæpe ſcripta direxit, de multis eccleſiaſticis differens cauſis. In quibus inter *xandrini epi/*
cætera etiam hoc indicat, quod omnes eccleſiæ abiecta Nouati præſum/ *ſtola ad Ste-*
ptione pacem inter ſe inuicem ſeruent. Scribit ergo & de hoc his uerbis: *phanũ Pont.*
Scito autem frater, omnes eccleſias in Oriente, quæ prius conturbabantur, *Rom.*
nunc rediſſe in cõcordiam, & omnes ſibi unanimiter cohærere, gaudentes
& exultantes de pace quæ ultra ſpem eccleſiæ reddita eſt, id eſt, Demetria/
nus apud Antiochiam, & Theoctiſtus apud Cæſaream, Mazabbanes in
Hieroſolymis, dormiente in pace Alexandro, Marinus apud Tyrum, He
liodorus apud Laodiciam, Helenus in Tarſo, Firmilianus in Cappadocia.
Verum ne ſermo epiſtolæ longior fieret, nobilium tantummodo urbium

tibi epiſcopos iudicaui,ut etiam cæteros cum ipſis pariter unum ſentire non dubites per uniuerſam Syriam uel Arabiam. Sed & hi quibus nunc ſcripſiſtis, Meſopotamiæ epiſcopi idem ſapiūt. Ponti quoq; & Bithyniæ, omnes pariter unanimes & concordes, multa ſibíjnuicem charitate connexi, glorificant deum noſtrum. Hæc Dionyſius ſcribit. A

Cap. IIII

Xyſtus Pontifex Rom. STephano uero duobus annis impleto ſacerdotio, Romæ Xyſtus ſuccedit. Ad quem ſcribit nihilominus Dionyſius de baptiſmate, cõmemorans quod Stephanus quidem deceſſor ſuus ſcribens ad Firmilianum & Helenum, cæteroſq; illarum partium epiſcopos ſtatuerit, non communicandum eſſe his qui rebaptizant eos qui ab eccleſia ad hæreticos tranſeūt: ſed debere conſiderare magnitudinem rei, quia non quicunq;, ſed permagni & nobiles in epiſcopis uiri ſunt, quibus hoc uiſum ſit. Dicit etiam, quod ſuper hoc ſcripſerit plenius ad Dionyſiū & Philemonem, presbyteros urbis Romæ. Indicauit autem pariter etiam de Sabellíj hæreſe, quæ temporibus ipſius exorta eſt, ſcribens hæc:

Cap. V

Dionyſ. Alex. de hereſi. QVid autem dicam de ea doctrina quæ apud Ptolemaida Pentapoleos ciuitatem nuper exorta eſt, plena blaſphemíjs in deum patrem & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, negans eſſe uere eum filium patris, nec primogenitum omnis creaturæ, ſimul & ſancti ſpiritus auferens intellectum. Pro quibus cum utraq; partes ad me ueniſſent, & præſentibus fratribus quæ commota fuerant diſcuſſiſſent, etiam literis, prout deus B
Dionyſ. lib. de Baptiſmo dedit paruitati meæ, proſecutus ſum & ſcripſi, ſingula quæq; diligenter exponens, quorum tibi exemplaria tranſmiſi. Sed & in tertio libro de baptiſmo, quem ſcribit ad Philemonem presbyterum urbis Romæ, etiam hæc commemorat:

Cap. VI

EGo (inquit) & tractatus hæreticorum lego, & traditiones eorum perſcrutor, etiam ſi uidear ad horam uerbis eorum pollui. Sed multum mihi confert hoc ipſum, quod ex ipſorum uerbis arguere eos poſſum. Denique cum aliquis ex fratribus & compresbyteris prohiberet me, ne hæretica lectione tanquam cœni alicuius fœtore pollueret, uiſio mihi quædam à deo oſtendit, quæ me cõfirmaret, & ſermo ad me factus eſt, hęc mihi eui-
Vox ad Dionyſiū Alex. cœlitus audita denter proloquẽs: Lege omnia quæcũq; in manus tuas uenerint, quia probare ſingula quæq; & diſcernere potes: quandoquidem ex initio tibi hæc cauſa fuit credendi. Amplexus ſum uiſionẽ, quia & apoſtolicæ ſentẽtię concordabat, dicẽti: Omnia legite, quæ bona ſunt tenete. In ipſo quoq; libello cõmemorat, nõ tunc primũ in Aphrica de hæreticis rebaptizãdis ab epiſcopis eſſe decretũ, ſed & antea iam in nõnullis eccleſiis & cõcilíjs epiſcoporũ, uelut in Iconio, atq; alíjs locis de hoc fuiſſe tractatum.

Cap. VII

SCribit adhuc in quarto de baptiſmate libro, ad Dionyſium urbis Romæ presbyterum, plurima de Nouati impietate commemorans. In quinto

A quinto uero libro ad Xyſtum urbis Romæ epiſcopum ſcribens, & aduerſum ſupradictam hæreſim quædam diſſerens, etiam tale aliquid accidiſſe commemorat his uerbis: Vere autem frater conſilium peto, & requiro ſententiam, quid tibi uideatur in ea cauſa, quæ in eccleſia noſtra exorta eſt. Vereor enim ne fortè fallar in aliquo. Cap. VIII

ERat apud nos frater quidam fidelis antiquitus, ante etiam quàm ego epiſcopus ordinarer, imò & antequã deceſſor meus Heraclas. Is cum intereſſet his qui baptizantur, & audiret uel quid interrogentur, uel quid reſpondeant, flens acceſsit ad me, & procidens ad pedes meos, cõfiteri cœpit ſe baptiſma ab hæreticis aliter ſuſcepiſſe, quod tamen ſecundum ea quæ nunc uideret à nobis miniſtrari, nec baptiſma duceret: eo quod eſſet repleta blaſphemijs omnis illa cõfeſsio. Simul & hoc addebat, ſe in tantum pro hoc errore ſtimulari, ut ne oculos quidem ad deũ auderet erigere. Propter quod exorabat ſe mundari & purificari eccleſiaſtico baptiſmate, ut & gratiam poſſet cõſequi ſpiritus ſancti. Quod ego facere auſus non fui, ſed dixi poſſe ei ſufficere tam multi temporis communionem, quam in eccleſia conſecutus eſt per hoc, quod à nobis euchariſtiæ ſuſcipiens donum, reſponderet: Amen: ex quo & per ſingula potuiſſet ipſa ſacramentorum uirtute purgari. Cohortabar igitur eum, debere confidere fidei ſuæ, & cõſcientiæ iam *Dionyſius euchariſtiæ donum putabat ſufficere*
B purgatæ, & ante omnia, quod tam diu in ſacramentis nobis iam particeps fuerit. Sed ille neq; à luctu ceſſat & lachrymis, neq; ultra ad menſam dominicam audet accedere, ita ut uix à nobis cohortatus & compulſus, orationi audeat intereſſe. Hæc & multa alia de huiuſcemodi quæſtionibus per diuerſos libros ſuos Dionyſius ſcribit. Cap. IX

GAllus uero non integris duobus annis Imperio detento, rebus humanis exemptus eſt: poſt quem Valerianus cum filio Galieno ſuſcepit principatum. De quo Dionyſius ſcribẽs iterum ad Hermammonem hoc modo refert: Sed & Ioanni ſimiliter reuelatum eſt ut diceret: Et datum eſt, inquit, ei os loquens magna & blaſphemias, & data eſt ei poteſtas per menſens quadraginta & duos. Vtraq; autem complentur in Valeriano. Vere enim mirandum eſt, quomodo ſupra cæteros, qui ante ſe fuerunt, hic & humanus & benignus extitit erga famulos dei, ita ut in initijs multò tempore etiam illis benignior uideretur, qui nomine ſaltem Chriſtiani dicebantur. In tantum uenerabatur ſeruos domini, & omnis eius domus erat eccleſia dei. Deprauatus autem eſt, & à ueritate deiectus per quendam doctorem peſsimum magiſtrum & principem Aegyptiorum magorum, ut iuſtos & ſanctos uiros perſequi & interimi iuberet, tanquam qui aduerſarentur magicis artibus, quibus ſe ipſe ſubdiderat. Erant enim re uera, & ſunt etiam nunc qui poſſent uirtute meritorum ſuorum reſtinguere fallacias dæmonum. Nam ille ut impuros ritus & execranda myſteria, ac ſacra inceſta con *Valerianus & Galienus Ceſ.*

ficeret, pueros inueſtes iugulari iubebat, & orbari liberis patres, atq; in tene A
ris uiſceribus humanas rimari per piaculum fibras, & uocem illic quærebat, ubi fugauerat uitã. Sed & multa alia huiuſmodi de Valeriani piaculis memorans, addit etiã hoc, quod ipſe à barbaris captus, & luminibus orbatus, filios ſceleris & impuritatis ſuæ reliquerit ſucceſſores. Cap. x

Dionyſius Alexandr. quid paſſus ſit Germanus epiſcopus

IPſe uero Dionyſius, quanta in eius perſecutione pertulerit, & quibus affectus ſit cruciatibus propter nomen dei, ſcribens ad quendam Germanum epiſcopũ, qui quaſi obtrectator eius eſſe uidebatur, refert, ubi & acta confeſsionis ſuæ inſeruit, apud Aemilianũ præſidem geſta. In quibus cum Dionyſius unũ ſolum deum qui cœlum feciſſet & terram, diceret adorandum, cæteros autem neq; eſſe deos, neq; adorari debere, in caſtrum quoddam deſerti, quod Ceſro appellatur, in exilium truditur, ob hoc præcipue electum, quod loci incolæ gentiles erant, & idolorum ſuperſtitionibus ſatis dediti, quiq; exulem Dionyſiũ primo hoſtili animo & ſatis auerſa mente ſuſcipiunt. Poſt uero cum paulatim per domini gratiam uerbum dei his ſeminare cœpiſſet, pars maxima trucis ac barbari populi, relictis idolis conuerſa eſt ad deum uerum, Chriſtoq; ſubiecta. Quo comperto, rurſus eum ad alium locum, uicinum quidem Alexandriæ, ſed incolis deſertum, ac penè habitatoribus uacuum tranſtulerunt. Sed & ibi cum pro urbis uicinitate noſtrorum populi eum frequentarent, & tanquam odore paſtoris recepto, grex lætior & conſtantior agonibus redderetur, rurſum miſsis cum Centurione militaribus uiris, ipſum Dionyſium, & cum eo Gaium, & Petrum catenis conſtrictos & diuerſis cruciatibus afflictos, in deſertũ quoddam Libyæ pertraxerunt, ibiq; eos in loco ſqualidiſsimo, & omni uſu hu B
Paratoniũ manitatis carente, à Paratonio trium dierum itinere in deſertum protento nexos uinculis reliquerunt. Hæc in diuerſis ſuis epiſtolis ſupradictus uir ſcripta dereliquit. In quibus memorat etiam Maximum presbyterum, & Dioſcorum, Demetriumq; & Lucium, necnon & Fauſtinum & Aquilam ſatis claros & inſignes titulo confeſsionis effectos. Sed & ex diaconis quoſdam in inſula poſt pœnas confeſsionis eſſe defunctos, ſuperfuiſſe uero ex his Fauſtum & Euſebium. Quibus etiam refert tantum fiduciæ & magnanimitatis per gratiam dei datum, ut cum ad eos qui in carcere tenebãtur fratres, nemo prorſus humanitatis & miniſterij cauſa permitteretur accedere, iſti tamen indeſinenter & reuiſerent, & neceſſaria miniſtrarent. Et cum per dies ſingulos præſidis furor creſceret, iugulando alios, alios ſupplicijs ac diuerſis cruciatuum generibus affligendo, ſqualore carceris & catenarũ ponderibus enecando, & ſuper omnia præcipiendo ne quis ad eos prorſus accederet, ut & inedia quaſi aliud tormẽti genus adhiberetur: cõceſsit tamen deus ſupradictis diaconis gratiam, confeſſoribus ſuis prouidens, ut inuitis omnibus, iſtis tamen nõ negaretur ingreſſus. Sciendũ tamen eſt, quod hic

Euſebius

A Euſebius,quem diaconũ ſupradiximus,poſtmodum epiſcopus apud Laodiciam Syriæ ordinatus eſt. Maximus uero,quem presbyterum memorauimus, ipſi Dionyſio apud Alexandriam ſucceſsit in epiſcopatu. Fauſtus autem,qui cum ipſis nunc confeſſor enituit, uſq; ad perſecutionem quæ noſtris temporibus facta eſt, grandæuus & plenus dierum perdurans, perfecto martyrio obtruncatione capitis conſummatus eſt. Hæc à Dionyſio certiſsima fide memorantur. *Euſebius epiſcopus* *Maximus epiſcopus* *Fauſtus capite obtruncatur*

Cap. XI

IGitur in Valeriani perſecutionibus apud Cæſaream Palæſtinæ, multa à diuerſis martyria conſummata ſunt. In quibus tres quidam admirandi adoleſcentes,quorum unus Priſcus,alius Malchus, tertius Alexander uocabatur,cum ſuburbanum agellum ſupradictæ urbis inhabitarent,diuino fidei calore ſuccenſi,cœperũt ſemetipſos ſegnitię atq; ignauię incuſare,quod, cum cœleſtes in urbe martyrij proponerentur coronæ, ipſi nec deſiderarent, nec raperent:cumq; dominus & Saluator regnum cœlorum uiolenter diripi debere teſtatus ſit,ipſi inglorios & deſides animos humi gererẽt. His igitur ſemetipſos alloquijs incitantes,urbem petũt,& adorto iudice truculento,cur tantum in ſanguinem piorum deſæuiret,incuſant. Ille continuo nobiles animos iuuenum,quàm dignis remuneratur affatibus: Deuorãdi, inquit,beſtijs ſubrigantur,quibus nõ placet piorum ſanguinem fundi. Sed *Priſcus* *Malchus* *Alexander* *Nota*

B & mulier quædam ſupradictorum iuuenũ ſecuta fertur audaciæ & magnanimitatis exemplum, ſimilemq; ſortitur exitum pœnæ. Quam tamen de Marcionis ſchola fuiſſe loquebantur. *Fœmina martyr*

Cap. XII

MArinum quoq; uirum militarem Hieroſolymorum ciuem, honore & diuitijs clarum,cum in ſupradicta urbe inter collegas ſuos per ordinem gradus ſui honor quidam cõtigeret militaris(ut fieri ſolet)inſequentem collegam ſuum ſubit inuidia, & exclamat, non poſſe Marinum adipiſci ſuperiorem gradũ,eo quod eſſet Chriſtianus. Interrogatur à iudice Marinus,ſi ita res ſe habetet. Ille ita eſſe, & uere ſe eſſe Chriſtianum, clariſsima uoce teſtatur. Tres ei deliberandi horæ decernũtur à iudice, ut eligat utrum uelit immolare dijs & Imperatori,an Chriſtianus interimi. Cumq; à tribunalibus fuiſſet egreſſus, Theotecnus epiſcopus loci, apprehenſa manu eius perducit eum ad eccleſiam, ibiq; multis uerbis in fide confirmans, ad ultimum in interiora perducit altaris, gladiumq; ſuum, quo præcinctus erat, oſtendens ei, & rurſum offerens Euangelium, quid è duobus mallet, interrogat. Marinus uero promptiſsima fide, cum manum ad Euangelium tetendiſſet: Obtine (inquit Theotecnus) quod elegiſti ô fili, & contemnens præſentem uitam,æternam ſperato, confidens perge & ſuſcipe coronam, quam tibi dominus præparauit. Regreſſus continuo ad tribunal euocatur per præconem. Aderat enim tempus ſtatutum. Ille uero nec moras patitur, nec expectat interrogantem, ſed continuo ſibi & deliberatum *Marinus miles capite truncatur* *Theotecnus epiſcopus Hieroſolymorum*

aſſerit, & ex paternis legibus confirmatum, quod deo obtemperare oporteat magis quàm hominibus. Quem iudex ilico capite puniendum pro tali reſponſione pronunciat. A

Cap. XIII

Aſterius martyr SEd inter eos cunctis clarior, & meritis fidei ſupra cęteros inſignis memoratur Aſterius, uir Romanæ urbis ſenator, patricius, nobilitate, facultatibus, propinquitate etiam regia, & omni bonorum fama ſatis clarus. Qui cum ſupradicti martyris extremis intereſſet exequijs, & capite cæſum cadauer ſubiectis humeris, & ſubſtrata ueſte qua induebatur exciperet, honorem quem martyri detulit, continuo ipſe martyr aſſequitur. Sed & in multis alijs eum præclaris geſtis in fide Chriſti enituiſſe tradiderunt nobis hi, qui eum in corpore adhuc poſitum uiderunt. In quibus etiam tale aliquid *Cæſarea Philippi, Paneas.* per eum geſtum memorabant. Apud Cæſaream Philippi, quam Paneada Phœnices uocant, aiunt ſub radice montis qui appellatur Panius, ex quo *Iordanis* fluuij Iordanis prima fluenta proſiliunt, morem fuiſſe gentilis erroris, certa *Præſtigiæ de uictima nuſquam comparente* ac ſolenni die immolari uictimam. Quæ uictima arte quadam dæmonis ſubito nuſquam comparebat. Et erat hoc famoſiſſimi miraculi genus, quo perſuaderi adſtantibus uideretur in cœlum hoſtiam inuiſibiliter eſſe ſublatam. Accidit igitur dum hæc gererentur, adeſſe Aſterium: qui cum uideret omnes miraculi huius ſtupore conſtringi, humanos miſeratus errores, cum gemitu & ſuſpirio oculos ad cœlum pariter tendit & palmas: Chriſtum, B qui eſt ſuper omnia deus, tota fide profuſis lachrymis inuocat, ut præſtigias fallacis dæmonis arguat, miſeriſque mortalibus erroris huius ſoluat arcanum. Hæc illo cum fletibus ſupplicante, ſubitò uictima quæ inuiſibiliter credebatur aſſumpta, ſuperferri aquis uidetur, & conſpectibus omniũ redditur. Nec ultra in illis locis error huiuſmodi potuit reparari. Ita unius Chriſtiani prece, tantorum ſeculorum deceptionis machina, cum autoribus ſuis dæmonibus diſſoluta eſt.

Cap. XIIII

Mulier quam Chriſtus curauit, profluuio ſanguinis uexatam, ciuis fuit Cæſareæ Philippi VErum quia urbis huius fecimus mentionẽ, iuſtum uidetur cõmemorare etiam illud in ea, quod hiſtoria dignum duximus. Mulierem quam ſanguinis profluuio laborãtem, à Saluatore curatam euangelia tradiderũt, huius urbis ciuem conſtat fuiſſe, domuſque eius in ea etiam nunc oſtenditur. Pro foribus uero domus ipſius, baſis quadã in loco editiore collocata monſtratur, in qua mulieris ipſius uelut genibus prouolutæ, palmaſque ſuppliciter tendentis imago ære uidetur expreſſa. Adſtat uero alia ęre nihilominus fuſa ſtatua, habitu uiri, ſtola comptè circundati, & dexteram mulieri porrigentis. Huius ad pedem ſtatuæ, è baſi, herba quædam noua ſpecie naſci*Opus fuſile, Chriſti miraculum repræſentans, à Iuliano Cæſ. deſtructum* tur. Quæ cum exorta fuerit, excreſcere uſque ad ſtolæ illius ærei indumẽti ſimbriam ſolet. Quam cum ſummo uertice creſcens herba contigerit, uires inde ad depellendos omnes morbos languoreſque conquirit: ita ut quæcunque illa fuerit infirmitas corporis, hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis depellatur

A depellatur: nihil omnino uirium gerens, ſi antequam æreæ fimbriæ ſummitatem creſcendo contigerit, decerpatur. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem uultus Ieſu formatam tradebant, quæ permanſit ad noſtra uſq; tempora, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Et nihil mirum, ſi hi qui ex gentilibus crediderant, pro beneficijs quæ à Saluatore fuerant conſecuti, huiuſmodi uelut munus uidebantur offerre, cum uideamus etiam nunc apoſtolorum Petri & Pauli, & ipſius Saluatoris imagines deſignari, tabulasq; depingi. Sed & antiquas ipſorum imagines à quibuſdam conſeruatas nos uidimus, quod mihi uidetur ex gentili conſuetudine indifferēter obſeruatum, quod ita ſoleant honorare, quos honore dignos duxerint. Inſignia etenim ueterum reſeruari ad poſterorum memoriam, illorum honoris, horum uero amoris indicium eſt. Cap. XV.

Miraculū de herba medicā uim habente.

Icones Petri & Pauli ab Euſebio uiſæ

DEnicq; & Iacobi cathedra, qui primus in terris epiſcopus ab ipſo Saluatore, & ab apoſtolis in Hieroſolymis eſt electus, quemq; fratrem domini uolumina diuina deſignāt, uſq; in hodiernū inibi conſeruatur: atq; in ea ſedent omnes qui uſq; ad præſens tempus ſedis illius ſacerdotiū ſortiuntur. Seruatur ergo cum ingenti ſtudio, uelut à maioribus tradita memoria ſanctitatis, & cum magna ueneratione habetur uel uetuſtatis, uel primæ ſacerdotij ſanctificationis obtentu. Sed de his iſta ſufficiant. Cap. XVI

B GAlienus uero Valeriani filius, poſteaquā rerum ſummam ſolus obtinuit, lenius ac moderatius erga noſtros agere inſtituit: datisq; decretis inhiberi ſupplicia, perſecutionesq; ceſſare, & quo quiſq; putat more exorare quod diuinum eſt, ſinit. Cap. XVII

Galienus Auguſt. miteſcit in Chriſtianos

PEr idem tempus cum Romano adhuc ſacerdotio Xyſtus præeſſet, & apud Antiochiam Demetrianus, Firmilianusq; adhuc Cæſareæ Cappadociæ ſupereſſet, Ponti eccleſias Gregorius (qui prius Theodorus dictus eſt) ex Origenis diſcipulis, cum fratre Athenodoro ſuſcepit gubernandas. Apud Cæſaream uero Palæſtinæ poſt Theoctiſtum Domnus epiſcopatum ſortitus eſt, & breui defunctus, Theoteeno noſtræ memoriæ uiro ſedem tradidit, qui & ipſe Origenis auditor fuiſſe dicebatur. In Hieroſolymis uero poſt Mazabbanem ſacerdotium ſuſcepit Hymenæus. Et hi omnes in pace eccleſias gubernabant. Cap. XVIII

SEd & apud Alexandriam (& ſi nulla extrinſecus mali cauſa ſit) eo ipſo quod genus hominū ferox, ſeditioſum & ſemper inquietum eſt, ciuiles inter ſe motus & bella, nō uirtutis merito, neq; ob defenſionem, ſed ob necem atq; interitum ciuium cōmouebant. De quibus Dionyſius in epiſtolis ſuis cōmemorans refert, ita à proprijs ciuibus eſſe uaſtatam deletamq; urbem, ut illa quæ conſtipatione hominum uix ſoleret digredientibus incedendi ſpacium dare, nunc eo uſq; peruenerit, ut conſpicere in plateis hominem, ualde rarum ſit: madere omnes ciuium ſanguine uias, cadaueribus

Alexandrini ſeditioſi

Dionyſius Alexand.

obtegi

obtegi,& ne ad ſepeliendũ quidem ſufficere qui ſuperſunt:unde & poſt belli rabiem,ferriq; uaſtationẽ corrupti aeris ex fœtore cadauerum peſtilentia increuerit,ita ut ſi quid ferro ſuperfuerat,id morbus abſumeret. A

Cap. XIX

Epiſtola Paſchalis, Dionyſii Alexand.

SCribit autẽ de his idem Dionyſius in epiſtola Paſchali, quæ ſolenniter per annos ſingulos legi ſolet, his uerbis: Alijs fortaſsis hominibus non uideatur tempus hoc,tempus eſſe ſolennitatis:quoniamquidẽ luctus ubiq; & acerba lamẽtatio in plateis cuncta circumſtrepit, gemitus uero ineſt & mugitus in domibus propter multitudinem morientium.Sicut enim de primogenitis quondam Aegyptiorum refertur,ita etiam nũc ingens ubiq; clamor attollitur,Non enim eſt domus,ſicut ſcriptum eſt,in qua non ſit mortuus.

Cædes martyrum

Bella inteſtina ciuiũ Alexan.

Peſtilentia

Primo nanq; ipſi manibus ſuis partem maximam & meliorem populi ceciderunt,perſequendo ſanctos:partẽ alteram bella inteſtina rapuerunt: partem uero quæ ſuperfuerat,peſtilens nunc ægritudo conſumit. Sed nos neq; in perſecutionibus,cum iugularemur,à feſtiuitate ceſſauimus, necunquam nobis poteſt ſolennitas impediri, quibus præcipitur in tribulatione gaudere. Omnis igitur nobis locus quicunq; à tyrannis eligebatur ad pœnam,ſiue ager ille ſeu deſertum fuit,ſiue inſulæ,ſiue carcer,ſolennitatẽ nobis impedire nõ potuit. Lætiſsimã uero ſuper omnes habuere ſolennitatẽ beati martyres,qui cum ſanctis angelis in cœlo Paſcha curarũt.

Cap. XX

Peſtis Alexandrina

POſt hæc perſecutores noſtri in ſemetipſos manus ac tela uerterũt. Sed ne ſic quidem noſtrorum feſta turbata ſunt. Inſecutus eſt hic peſtilens morbus, & plaga terribilis: ſed illis multo terribilior & grauior, quos nec ſpes erigit futurorum. Nobis uero hęc omnia,exercitia quædam uirtutis,& fidei probamenta ducũtur. Quamuis enim denſior ſæuiorq; Paganos,magis quàm noſtros morbus inuaſerit,tamẽ ne à noſtris quidem penitus abſceſſum eſt. Et poſt pauca addit, dicens: Multi nanq; ex fratribus noſtris pro nimia charitate dum abſq; ulla cunctatione infirmos uiſitare non deſinunt,& non ſolum uiſitare,ſed & miniſtrare,& exhibere officia quæ dominus præcepit,ſerpente morbi contagione,cum illis pariter quibus miniſtrare uoluerant,interibãt:affectu enim quodã dilectionis attracti,& uelut participare dolores cum dolentibus cupientes,alienas in ſe mortes haud ſegniter transferebant,& effecti ſunt eorum(ut dicit Apoſtoli ſermo) περίψημα. B

Fraterna Chriſtianorum officia in peſte

Deniq; plurimi noſtrorum præcipui & electi uiri, inter quos & presbyteri nonnulli, & diaconi, multiq; alij de plebe,conſtantiſsima & ardentiſsima fide,tanquam ſi martyrij tempus inſtaret, miſerando infirmos, ſemetipſos huiuſcemodi mortibus inferebant,miſericordiæ ex hoc martyrium capere præſumentes. Et dum curandis ægris,defunctis exportandis,humandiſq; corporibus operam dabant,inſequebantur penè eos quos ſuis humeris ad ſepulchra deuexerant. Pagani uero è contrario ſuos continuo ut ægrotare cœperant, deſerebant: parentes, charos liberos: uxorem coniunx: filijq; nihilomi-

A nihilominus parentes ſtatim ut tremere membra uidiſſent, & morbo ora
pallere, domo propulſos, in plateas ſemineces eijciebant, ibiq; inſepulta co-
rum cadauera relinquentes, uim morbi quam per hæc ſe effugere opinabã-
tur, dupliciter incurrebant, dum ad peſtilentiæ rabiem etiam fœtor inſepul-
torum cadauerum iungeretur.

Gentiliũ inhumanitas ĩ ſuos

Cap. XXI

REfert idem Dionyſius de Galieni temporibus, quod eo regnante, ec-
cleſiæ dei in pace durarunt, & quod medijs eius temporibus Macria-
nus, uelut nubes quædam tenebroſa & atra, ſubito regni eius obſcurauerit
lucem. Quo rurſum ad uicem æſtiuæ nubis abolito, Galienus nouum (ut
ipſe ait) ex ueteri, uniuerſo mundo lumen effulſit: ſimul enim atrocem ty-
rannum & regno deturbauit, & uita. Deſignat autem etiam tempus, quod
nono anno imperij Galieni hæc ſcriberet. Extant & alia quamplurima, ne-
ceſſaria ſatis & admiranda Dionyſii opuſcula, quæ utilitatis plurimum le-
gentibus conferant. Inter quæ ſcripſit etiam de repromiſsionibus futuris,
exiſtente cauſa huiuſcemodi.

Galienus Cæſ. fautor Chriſtianorum

Macrianus

Dionyſii Alexan. opuſcula

Cap. XXII

EPiſcopus quidã erat in partibus Aegypti, Nepos nomine. Hic Iudai-
co intellectu de futuris repromiſsionibus ſentiebat, casq; corporaliter
exhibendas docebat, & mille annis in delicijs corporalibus in hac terra ſan-
ctos regnaturos eſſe cum Chriſto. Huiusq; ſui dogmatis probamẽta ſum-
B ptis ex reuelatione Ioannis teſtimonijs conabatur aſſerere. De quibus eti-
am libellos ædidit, interpretationes huiuſmodi continentes. Igitur Diony-
ſius de repromiſsionibus ſcribens, ad hunc Nepotem ſtilum ſuæ intentio-
nis obuertit, & in primo ſtatim libro ſuam ſententiam, quæ ei de diuinis re-
promiſsionibus uidebatur, exponit. In ſecundo uero uolumine de reuela-
tione Ioannis diſſerens, facit mentionem Nepotis, his uerbis: Et commen-
tarios, inquit, quoſdam proferunt Nepotis, quibus innituntur plurimum,
& per quos putant ineffabili quodam ſacramento oſtẽdi, qualiter regnum
Chriſti futurum ſit ſuper terram. Sed in alijs quidem multis etiam ego am-
plector & diligo Nepotem, uel pro fide ſua, uel pro eruditione & ſtudio
ſcripturarum, & præcipue pro exercitio pſallendi, quoniamquidem pluri-
mi fratrum libenter pro hoc eius elegere conſortia. Eſt ergo etiam mihi er-
ga eum multa reuerentia, & inde magis, quia iam præceſsit ad deum. Sed
re uera plus omnibus & amanda & præferenda eſt ueritas. Laudare opor-
tet, & abſq; inuidia amplecti, ſi quid recte dictum eſt: diſcuti uero & diſcer-
ni, ſi quid minus ſane ſcriptum eſt. Et ſi quidem præſens eſſet is de quo ſer-
mo eſt, ſufficeret ſolo ſermone diſcutere quæ minus recte dicta uideban-
tur, dum interrogatione præcedente reſponſio ſubſequens in concordiam,
quod contrarium & diſcrepans uidebatur, adduceret. Vbi uero ſcripta æ-
dita ſunt, & ut uidetur quibuſdam, ſatis ſuaſoria, & ubi doctores proce-
dunt, qui legem & prophetas pro nihilo ducant, Euangelia non ſequan-
tur

Nepotis dogma, cuius autor fuit Papias, & alij ueteres, inde Millenarij uocati, Græce χιλιασταί

tur,apoſtolorum ſcripta deſpiciant,hos autem ſolos libros, atq; iſtam do/ A
ctrinam uelut magnũ aliquod & occultum myſterium uenerentur: ac ſim/
plices quoſq; fratrum noſtrorum doceāt,nihil excelſum,nihil magnificum
ſentire de aduentu & pręſentia dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti,neq; de
reſurrectionis gloria,& noſtræ congregationis in ipſum ac ſimilitudinis re/
promiſſæ:ſed parua quædam & ſemper mortalia,& non alia quàm ſunt ea
quæ nunc uidemus, ſperare ſuadeant in regno dei: neceſſarium uidetur ad
hæc omnia reſpondere fratri noſtro Nepoti.Et poſt aliquanta rurſum ſub/
iungit hęc:Etenim cum in Arſenoite eſſemus, ubi multo iam tempore uol/
uebatur iſta doctrina,ita ut ſchiſmata inter fratres & diſcordiæ fierent,con/
uocaui presbyteros & doctores qui erant in eccleſiis,& publice cœpi tracta/
tum habere.Simul & cohortatus ſum fratres,ut ſi quid eos moueret, obijce
rent,nihil uerentes.Tum mihi illi ut ſcutum ualidiſsimum, & murum inex/
pugnabilem codicem Nepotis obijciunt.Suſcepi patienter,& tribus conti/
nuis diebus reſidens à prima luce uſq; ad ueſperam cum ipſis,cœpi ſingula
eius ſcripta diſcutere,& unumquodq; quid in ſe abſurdi haberet, oſtende/
re. Et uerè ſatis admiratus ſum patientiam & conſtantiam atq; intelligen/
tiam fratrum:quia conſequenter & per ordinem de ſingulis quæſtionibus
proponebant,& ualidiſsime his quæ à nobis reſpondebantur occurrentes.
Poſt hæc cum quid eſſet in uero patuiſſet, accommodabant nihilominus B
abſq; contentione conſenſum, iudicantes hoc, quod non continuo ſi quid
ſemel animo uiſum fuerit, omni ſtudio & contentione ſeruandum eſt: ſed
eſſe rectius tunc mutare ſententiam, cum eam melior & rectior ſuperauerit.
Patefactis etenim cordibus ſuis deo, audiebāt uerbum, cuius probatio non
ex humana perſuaſione, neq; ex eloquentiæ fuco, ſed ex diuinarum ſcriptu
rarum aſſertione ueniebat. Et ita euidens fuit aſſertionis noſtræ probatio,
ut is qui inter eos maximus doctor,& uitæ meritis præſtantior habebatur,
Coration nomine, ſurgens in medio, cunctis audientibus proclamaret,&
proteſtaretur,neminem debere ultrà eius doctrinæ facere mentionem:ſuf/
ficere quod erratum eſt. De cætero non ſolum nihil horum tenendum uel
ſequendum,ſed ne commemorādum quidem de talibus:ſiquidem tam eui
dens ac manifeſta contra hęc de ſcripturis diuinis patuiſſet aſſertio.Omnes
uero reliqui fratres gaudio & lætitia repleti corde,pro emendatione ſui inex
plebiles domino gratias referebant. Cap. XXIII

Dionyſius Alexandrinus dogma Nepotis refellit

Coration Nepotianus per Dionyſium emendatus

Dionyſius de Apocal. Ioan.

POſt aliquanta uero ueniens ad Apocalypſim Ioānis,hæc de ea ſcribit:
Nonnulli ex præceſſoribus noſtris penitus libellum hunc refutandũ,
& à canone ſcripturarũ abijciendum putarunt,ſingula quæq; eius capitula
arguentes:& dixerunt prætitulationem libri non eſſe ueram,ſed alienæ ſcri
pturæ Ioannis tantum nomen impoſitum:unde neq; Ioannis hunc eſſe li/
brum,nec reuelationē uideri poſſe,quæ craſſo quodam uelamine ignoran/
tiæ con/

A tiæ contegatur. Addiderunt etiam hæc, quod nihil dignum in ea grauitate Apoſtolica cenſeatur. Sed ne alicuius quidem eccleſiaſticorum ſaltem uirorum ſcripturam eſſe dixerūt, ſed Cerinthum quendam autorem Cerinthianæ hæreſeos, uolentem dogmatis ſui fidem Apoſtolici nominis opinione firmare, libello à ſe conſcripto Ioannis titulum prætuliſſe. Denicp, inquiūt, Cerinthi dogma hoc continet, in terris futurum eſſe regnū Chriſti. Et quoniam ipſe carnis & libidinis amiciſsimus dicebatur, ea in repromiſsionibus futuri regni ſanctis præbenda cenſebat, quæ ſui animi libido dictabat: uentris & uoluptatis opera manſura, ciborum ſatietatem, & abundantiam poculorum, nuptias, & cætera quæ horum conſequentiam ſeruant. Et reparari rurſum ſperat feſtiuitates & ſacrificia Iudaica, uictimaſcp legales. Ego uero (quantum ad meam ſentētiam pertinet) ſpernere aut abijcere ſcripturam libri huius nullatenus audeo, maxime cum multi ex fratribus ita mecū ſentiant. Sed hoc magis de eo iudico, quod excedant atcp emineant quæ in eo ſcripta ſunt humanæ auditionis modum, & ſit in eo arcanus quidam & reconditus atcp admirandus omnibus ſenſus, quem & ego admiror ac ueneror, etiam ſi non intelligo. Et ita ſentio, quod diuina aliqua ſacramēta ſermonibus contegantur humanis, non tam iudicio meo diſcernēs, quàm fide credens: & ideo non reprobo quæ nō intelligo, ſed tanto magis admiror, quātoB minus aſſequor. Poſt hæc uero totius libelli ediſſerens corpus, & ſingula quæcp diſcutiens, atcp euidenter oſtendens, nullo modo fieri poſſe, ut ſecūdum literā dignus in eo intellectus appareat, addit etiam hæc, dicens: Conſummata igitur omni prophetia, beatos dicit propheta eos qui hæc cuſtodiunt. Sed & ſemetipſum beatū dicit. Ait enim: Beatus qui ſeruat uerbum prophetiæ libri huius, & ego Ioannes qui audio & uideo hæc. Vocari ergo eum Ioannem, & eſſe hanc ſcripturam Ioannis, non nego. Sancti nancp alicuius eſt, & ſine ulla dubitatione per dei ſpiritum ſcripta, etiam ſi non ſit ille apoſtolus Ioannes, filius Zebedæi, frater Iacobi, cuius Euangelium ſecundum Ioannem ſcriptum eſt, & epiſtola catholica. Vtitur ergo Dionyſius plurima adſertione, diuinitus quidem inſpiratam reuelationem, nō eſſe dubitandum, & Ioannis eſſe: nō tamen ſibi liquido uideri, quod illius ſit Ioannis, qui Euangelium ſcripſit, quia ille nuſquam nominis ſui fecerit mentionem, ac ſeſe ſignauerit nominatim. Hic autē qui Apocalypſim ſcripſit, tertio fermè mentionem nominis ſui facit. Sed ex ipſo ſcripturæ ſtilo diſcretionem faciens, dicit potuiſſe fieri, in illis temporibus fuiſſe & aliū aliquem Ioannem unum ex ſanctis, cui hac reuelauerit deus. Multa uero & alia inſtructionis eccleſiaſticæ monimenta nobis in libris digeſta, beatus Dionyſius dereliquit, quorum lectio magnopere ab ſtudioſis quibuſcp expetenda ſit. Sed iam ad hiſtoriæ ordinem reuertamur. Xyſto Romanæ eccleſiæ per annos undecim ſacerdotio procurato, ſuccedit Dionyſius. Et Demetriano

Cerinthus autor Apocalypſis, quorundam iudicio

Admiror & ueneror, etiā ſi non intelligo. Non reprobo quæ nō intelligo

Nomen Ioānis toties inculcatum

Stilus

triano apud Antiochiam defuncto, Paulus de Samoſata ſacerdotium ſu- A
Paulus Samoſatenus hæreticus ſcepit: qui Paulus abiecta ſatis & indigna de Chriſto ſentiens, traditionem doctrinæ eccleſiaſticæ corrumpebat, dicens eum communis naturæ hominem tantum fuiſſe. Cap. XXIIII

Dionyſius Alexandrinus TVnc Dionyſius de Alexandria rogatus uenire ad concilium, & ſenectutis impedimento & incommoditate corporis inhibetur, per epiſtolam tamen præſentem ſe reddit, & quid fidei ac uenerationis erga Chriſtum teneret, expoſuit. Cæteri uero eccleſiarum paſtores diuerſis è locis & urbibus, uelut aduerſum latronem quendam Chriſti gregibus inſidiantem, conueniunt Antiochiam. *Concilium Antiochiæ cōgregatur aduerſus Paul. Sam.* In quibus inſignes & cæteris præcellentes erant, Firmilianus à Cæſarea Cappadociæ, Gregorius & Athenodorus fratres, Ponti prouinciæ ſacerdotes, Helenus Sardenſis eccleſiæ epiſcopus, & Nicomas ab Iconio, & Hieroſolymorum præcipuus ſacerdos Hymenæus, & uicinæ huic urbis Cæſareæ Theotecnus. Sed & Maximus Boſtrenſis epiſcopus dignus eorum conſortio cohærebat. Multi uero alij, quos longum eſt enarrare per ſingulos. Sed & presbyteri quamplurimi & diaconi ad ſupradictam urbem cauſa compeſcendi, immo delendi noui huius dogmatis conuenerunt. Cap. XXV

Paulus Samoſatenus arguitur à patribus HI igitur omnes ſæpius in unum coeūtes, Paulumq́ Samoſatenum ſtatuentes in medio, atq; eius hæreſim, quam ille nunc occultare, nunc etiam diſsimulare conabatur, frequenti tractatu & aſsiduis diſputationibus B denudantes, arguere blaſphemiam & publicare nitebātur. Nec tamen uno id aut ſecundo tantum concilio ad finem perducere potuerunt: ſed & conuentum ſæpe eſt, & abſq; operæpretio diſceſſum. *Gregorius qui ante Theodorus, epiſcopus Ponti, hoc eſt, Neocæſarieñſis* Verum quoniam beati Gregorij hiſtoriæ textus attulit mentionem, digniſsimū puto tanti uiri geſta (quæ ſub Orientali & Septentrionis axe cunctorum ſermone celebrantur) omiſſa neſcio quo caſu, huic narrationi ad memoriam poſteritatis inſerere. Stagnum quoddam erat in Ponti regiōibus ſitum, piſcibus copioſum, ex quorum captura prædiuites reditus dominis præſtabātur. Iſta poſſeſsio duobus fratribus ſorte hæreditatis obuenerat: ſed pecuniæ cupiditas (quæ penè omnium corda mortalium ſuperat) etiam fraternam neceſsitudinem uiolauit. Coibatur à fratribus tempore captionis, non tam ad capiendos piſces, quàm ad homines decipiendos: cædes ac bella mouebātur, humanus *Miraculum de ſtagno exiccato* ſanguis pro piſcibus fundebatur. Sed dei prouidentia, affuit aliquando auxilium aduentusq́ Gregorij. Vidit prælia & mortes uirorum, furentesq́ germanos: quid cauſæ exiſteret pro qua in exitium ſui ſuorumq́ fratres accenderentur, inquirit: nullam, niſi capturam piſcium comperit. Tunc ille, cum pro honore aduentus ſui utræq; partes paululum ſiluiſſent: Nolite, inquit, ò filioli, rationabiles animas pro mutis animantibus uiolare, fraternam pacem quæſtus cupiditate diſſoluere, dei leges & naturæ pariter iura temerare

A rare: & unà mecum ad ora ſtagni exitialis accedite. Ego iam uos per uirtu-
tem domini omni certamine cruentæ contentionis abſoluam. Et cum hæc
dixiſſet, in conſpectu omnium uirgam quam tenebat in manu, ad primas
littoris undas defigit, & ipſe poſitis genibus palmas tendit ad cœlum, atq;
his uerbis excelſo ſupplicat deo: Tu domine deus patrum noſtrorum, qui
cum tibi primus homo Adam peccaſſet, & mandatum tuum præteriſſet,
pœnam culpæ illius moderatus, ad terram maledictionis ſententiam detor-
ſiſti, dicens: Maledicta terra in operibus tuis. Et nũc ergo miſeratus horum
iuuenum fraternum ſanguinem, qui periclitatur, præcipe ut maledictæ ſint
aquæ iſtæ in operibus eorum, pro quibus furore ſuccenſi, fraternæ pietatis
obliti ſunt: ita ut nunquam in hoc loco uel piſcis appareat, uel aqua reſideat,
ſed ſit campus aratri patiens, ac frugum ferax, & cuſtos in æternũ fraternæ
concordiæ perſeueret. Simul ut ille finem orandi fecit, ſtatim ſe unda ſubdu-
cens, & curſu uelociore refugiens, à conſpectu superno iuſſa diſcedere, abyſ-
ſis ſuis redditur, & arentem campum germanis iam cõcordibus dereliquit.
Sed & in hodiernum frugum ferax eſſe dicitur ſolum, quod ante fuerat na-
uium ferax. Memoratur etiam aliud illuſtrius ab eo & diuinius geſtum. In
quodam loco ruris anguſti, quum res poſceret eccleſiam cõſtrui, rupes quę-
dam uicini montis ex parte Orientis obiecta, ex alia uero præterfluens flu- *Miraculum de*
B uius, ſpacium quantum eccleſiæ ſufficeret denegabat. Et cum alius omnino *rupe mota pro*
non eſſet locus, omnesq; mœſtitiam gererent, quod ſolum ad conſtruen- *ſacello extruẽ-*
dam eccleſiam non haberent, ille fide plenus, pernoctaſſe in oratione dici- *do*
tur, & dominum Ieſum promiſsionis ſuæ admonuiſſe fideliter, qua dixit:
Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tolle te, & mit-
te te in mare, & fiet utiq;. Cumq; hæc plena fide atq; deuotione depoſce-
ret, ad lucem coeuntibus populis, inuẽta eſt rupes importuna ſeceſsiſſe tan-
tum, quantum ſpacij ad condendam quærebatur eccleſiam. Traduntur e-
ius & alia quamplurima. Sed ne in longum uideamur trahere ſermonem,
intermiſsis cæteris, unum adhuc de eius geſtis adijciam. Iter ei fuiſſe quon-
dam per alpes dicitur hyemis tempore, & cum perueniſſet ad ſummum al- *Apollinis ora-*
pium iugum, niuibus repleta erant omnia, nullum uſquam diuerſorium, *culũ obmutuit*
phanum ibi tantum Apollinis erat, cui ſuccedens tranſacta nocte diſceſsit.
Sacerdos uero erat quidam phani eius, cui conſulere ſimulacrum Apollinis
mos erat, & reddere reſponſa poſcentibus, ex quo ei etiam alimoniæ quæ-
ſtus eſſe uidebatur. Igitur poſt digreſſum Gregorij, offerre cõſulta & reſpõ-
ſa poſcere ſacerdos acceſsit ex more, nihil inde reſponſi ueniebat. Repetit ui-
ctimas, ſilẽtium permanet. Iterum atq; iterum litat, ſurdis ingerit fabulam.
Cumq; ſtupore noui ſilentij æſtuaret ſacerdos, nocte aſsiſtens dæmoni-
um, dicit in ſomnis: Quid me illic inuocas, quò iam uenire non poſſum? Per-
contanti cauſam, aduentu ſe Gregorij dicebat expulſum. Quid nunc reme-

dijs daretur cũ perquireret, ait nõ aliter ſibi licere ingredi locũ illum, niſi Gregorius permiſiſſet. Quibus auditis ſacerdos, occupat uiam, multa apud ſemetipſum uoluẽs, atq; animo recurſante pertractãs, peruenit ad Gregoriũ: adortuſq; eum, rem pandit ex ordine, humanitatis ſuæ atq; hoſpitalitatis admonuit, querelam depulſi numinis promit, ademptam facultatẽ ſui queſtus deplorat, ac reddi ſibi omnia in priſtinum ſtatum depoſcit. At ille nihil moratus, ſcribit epiſtolam in hæc uerba: A

GREGORIVS APOLLINI.

PERMITTO tibi redire ad locum tuum, & agere quæ conſueuiſti. Hanc epiſtolam ſacerdos accipit, & ad phanum defert, poſitaq; ea iuxta ſimulacrũ, affuit dæmon, ac dedit reſpõſa poſcẽti. Tum ille in ſemetipſum cõuerſus ait, Si Gregorius iuſsit, & deus iſte diſceſsit, nec potuit redire, niſi iuſſus, & rurſum iubẽte Gregorio reſtitutus eſt, quomodo non multo melior iſto Gregorius, cuius hic obtemperat iuſsis? Clauſis igitur ianuis phani, deſcendit ad Gregoriũ, epiſtolam ſecum quam acceperat, referens, omnemq; apud eum rei geſtæ ordinẽ pandens: ſimulq; ſe ad pedes eius proſternens, rogat ut illi ſe deo offerat, cuius uirtute dijs gentium Gregorius imperabat. Cũq; enixius & pertinacius perſiſteret, catechumenus ab eo factus eſt. Et cum ſe uitæ caſtiſsimæ & abſtinentiſsimæ, derelictis omnibus non ſolũ erroribus dæmonũ, ſed & ſeculi actibus, mancipaſſet, etiam baptiſma conſecutus eſt. Et in tantũ uitę merito ac fidei uirtute profecit, ut ipſe beato Gregorio in epiſcopatu ſucceſſor extiterit. Sed & ingenij ſui nobis in paruo maxima monimẽta dereliquit. In Eccleſiaſten nanq; Metaphraſin idem Gregorius magnificentiſsime ſcripſit, & catholicæ fidei expoſitionẽ breuiter æditam dereliquit, quã pro eruditione eccleſiarũ ſociare his cõmodum duxi. B

Sacerdos Apollinis ad Chriſtianiſmũ uertitur

Metaphraſis Gregorij in Eccleſiaſtem

GREGORII MARTYRIS ET EPISCOPI NEOCAESAREAE FIDES.

Profeſsio fidei Gregorij Neocæſarieñ

Vnus deus pater uerbi uiuẽtis, ſapiẽtię ſubſiſtẽtis, & uirtutis ſuæ, & figuræ, perfectus perfecti genitor, pater filij unigeniti. Vnus dominꝰ, ſolus ex ſolo, figura & imago deitatis, uerbũ perpetrãs, ſapiẽtia cõprehendens omnia, & uirtus qua tota creatura fieri potuit. Filius uerus ueri, & inuiſibilis ex inuiſibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immortalis ex immortali, & ſempiternus ex ſempiterno. Vnus ſpũs ſanctus, ex deo ſubſtantiã habẽs, & qui p filiũ apparuit, imago filij perfecti, perfecta uiuentiũ cauſa, ſanctitas ſanctificatiõis pręſtatrix, per quẽ deus ſuper omnia & in omnib. cognoſcit̃, & filius per oẽs. Trinitas perfecta, maieſtate, & ſempiternitate & regno minime diuidit̃, neq; abalienat̃. Igit̃ neq; factũ qd aut ſeruiẽs in trinitate, neq; ſup inductũ, tanquã antehac quidẽ nõ ſubſiſtẽs, poſtea uero ſuperingreſſum. Neq; itaq; defuit unq̃ filius patri, neq; filio ſpiritusſanctus, ſed inuertibilis, & immutabilis eadẽ trinitas ſemp. Sed de Gregorio ſatis dictũ. Nũc ad hiſtoriã redeamus. Interea Dionyſius apud Alexãdriã quieuit in pace. xij. anno imperij

A perij Galieni, decem & ſeptem annis functus ſacerdotio. Succedit uero ei Maximus. Igitur Galienus, cum per annos quindecim Romanũ gubernaſ/ ſet Imperium, Claudio regni ſucceſſore defunctus eſt. Qui ſolis duobus an nis in Imperio tranſactis, Aureliano rerum apicem dereliquit. Huius tẽpo/ ribus ultimum apud Antiochiam epiſcoporũ concilium cõgregatur, in quo Paulus arguitur, manifeſteq́ conuincitur hæreticus, & damnatur ab omni bus quæ ſub cœlo ſunt eccleſiis Chriſti, inſiſtente plurimum, & diſceptatio/ nibus ualidiſsimis perurgẽte Malchione presbytero Antiochenæ eccleſiæ, uiro fideliſsimo & omnibus uirtutibus adornato: cui accedebat etiam hoc, quod erat diſertiſsimus, & potens in uerbo, atq́ in omni eruditione perfe/ ctus: deniq́ oratoriam in eadem ipſe urbe docuerat. Huic igitur ab omni e/ piſcoporum concilio permittitur diſputatio cum Paulo, excipientibus nota/ rijs, quæ ita magnifice ab eo & accurate habita eſt, ut ſcripta ẽderet, & nunc quoq́ in admiratione ſit omnibus. Solus etenim potuit diſsimulantẽ & oc/ cultantem ſe Paulum confeſsionibus proprijs publicare. Quibus ita geſtis, communi conſilio uniuerſi pariter ſacerdotes ſcribunt epiſtolam ad perſo/ nam Dionyſii epiſcopi urbis Romæ, & Maximi Alexandriæ epiſcopi, quę per omnes mitteretur eccleſias, per quam cunctis & ſuam diligentiã cõpro/ barent, & Pauli hæreſim confutatam eſſe, atq́ deiectam in uniuerſorũ noti B tiam peruulgarent. Simul etiam quæ cũ eo quæſtiones habitæ ſint, indicãt. Sed & uitam ipſius intemperatã pariter moresq́ deſcribũt. Ex quibus pau ca aliqua inſerere huic operi noſtro dignum iudicauimus.

Maximus Alexandriæ epiſcopus
Aurelianus Cæſar
Paulus Samoſatenus hereſeos dãnatur.
Malchion preſbyter Antiochenæ eccleſiæ

DIONYSIO ET MAXIMO ET OMNIBVS QVI PER uniuerſum orbem ſunt, ſacerdotibus, & coepiſcopis, unà cum presbyteris, & diaconis, atq́ omni eccleſiæ catholicæ quæ ſub cœlo eſt, Helenus, & Hy menæus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proculus, Nicomas, Helia/ nus, Paulus, Bolaſus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus, Malchi on, Lucius, presbyteri, & cæteri omnes, qui nobiſcum congregati ſunt, ex ui cinis urbibus & gentibus epiſcopi, & presbyteri, & diaconi, dilectiſsimis fra tribus in domino, Salutem. Er poſt pauca addiderunt

Epiſtola concilij Antiocheni, de damnatione Pauli Samoſateni

MITTENTES hanc epiſtolam, deprecamur omnes, ut ſi qui forte tali do/ ctrina infecti ſunt, curentur à uobis, ſicut & beatæ memoriæ uiri Dionyſius Alexãdrinus, & Firmilianus ex Cappadocia, iam prius ſcripſerant ad An/ tiochiæ plebem, dedignati, imò potius declinantes ad perſonam ipſius ſcri/ bere, qui erat autor erroris. Ipſe autem beatæ memoriæ Firmilianus, cũ ad/ huc ſupereſſet, ſecundo affuit, & pręſens eum arguit ac notauit, ſicut omnes nouimus & teſtamur, qui ſimul cum illo ueneramus. Sed repromittente eo corrigere errorem, credidit, ſperans poſſe fieri, ut abſq́ religionis noſtrę op probrio, & diſſenſionum nota res ueniret in melius: & ideo diſsimulauerat, cum tamen Paulus dolo differret, & hominẽ quidem falleret, deum autem

negaret,ac fidẽ in qua renatus fuerat,uiolaret. Denicꝫ & nũc beatus Fir A milianus ueniebat Antiochiã,& cum Tharſum uſcꝫ perueniſſet,& nos omnes Antiochiæ poſiti,aduentũ illius operiremur,nunciatus eſt nobis exceſsiſſe de mundo. Poſt aliquãta uero deſcribentes eius uitã moresꝙ adijciũt etiã hæc. Poſtea uero ꝙ à doctrinæ regula ad aliena ſe dogmata,& adulterina cõuertit,nõ opus eſt enumerare actus eius priores,quomodo cum prius egens fuerit & pauperrimus,& necꝫ ex parentũ ſucceſſione,necꝫ ullam quæſtus occaſionẽ habuerit honeſtã,nũc ad ſummas diuitias peruenerit,nõ aliunde niſi ex ſacrilegijs,& ex his quæ per fraudem diripuit,cõcutiens fratres, uendens patrocinia, & fidem negociorũ ſuſceptorũ nec accepta mercede cuſtodiens, exiſtimans, ſecũdum quod ſcriptũ eſt,quæſtũ eſſe pietatẽ. Superbiã uero eius quis ferre poſſet, cum ſe magis Ducenariũ,quàm epiſcopũ uideri uellet? Nam & incedens per plateas,tali quadam ambitione utebatur,publice epiſtolas relegẽs, atcꝫ in auditu omniũ & oculis dictans,aſsiſtẽtibus ſibi in platea notarijs. Directio quocꝫ præeuntiũ,& conſtipatio inſequentiũ quamplurima quærebatur:ita ut omnes qui uidebant, horreſcerẽt & deteſtarent per illius arrogantiã,religionẽ diuinã. Hæc in publico. Intra eccleſiã uero tribunal ſibi multo altius ꝙ fuerat extrui,& thronũ in excelſioribus collocari iubet,ſecretariũ quocꝫ ſterni & parari,ſicut iudicibus ſeculi ſolet. Verbũ B uero faciens ad plebem,iactare ſupra modũ dexterã,ac palmam femori illidere,pede quocꝫ ſubſultare ac ſcabellũ ferire cum ſonitu. Ab auditoribus uero nõ fauorẽ necꝫ plauſum ſperare ſolũ,ſed theatrali more oraria moueri ſibi expectabat,& uocem tanquã de caueis dari. Hęc nõ ſolũ à uiris,ſed etiã à mulieribus indecenter expectabãtur. Si quis uero auditorum honeſtius & uerecundius agens,à clamore nimio temperaſſet,uelut iniuriã faciens,patiebatur iniuriã. Sed & antiquis & defunctis iã tractatoribus inſultabat,& illis derogans,ſuas laudes inuerecũde impudẽterꝙ iactabat. Rhetorẽ ſe magis ꝙ eccleſiæ doctorẽ laudari cupiebat. Pſalmos uero qui in dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ dicebãtur,ceſſare facit,uelut neotericos & nuper inuentos. In ſemetipſum uero compoſitos, diebus Paſchæ in medio eccleſiæ canere mulieres, maxime quas ipſe prius ad canendum pro more inſtituerat,faciebat,ita ut horreſceret,ſi quis audiret. Nam cum ipſe filiũ dei negaret deſcendiſſe de cœlo, ſed à Maria cœpiſſe,& initiũ habuiſſe de terra,pſalmi qui in ipſum dicebantur,& quibus in populo laudabatur,angelum eũ dicebant deſcẽdiſſe de cœlis. Et hæc ipſe aſsiſtens & audiens,nõ ſolum dici nõ prohibebat, ſed elato ſupercilio delectabatur audire. De mulieribus uero quæ cum ipſo ſimul manebãt, quas † συνεισάκτους Antiocheni appellant,quid opus eſt dici? Ex quarũ ſocietate & cõtubernio ut ſibi nulla quęſtio moueretur,etiã presbyteris & diaconis ſuis,his duntaxat qui ei morẽ gerebãt,habendi mulieres

Paulus Samoſatenus quomodo ad diuitias emerſerit

Scotus in libro De inſignib. magiſtratuũ ad Theodoſiũ Auguſtũ, quem nuper ex Spirenſi bibliotheca accepimus, indicat ducenariũ fuiſſe principem officij, uel apud præfectũ Auguſtalem, uel Comitem Orientis, uel apud alios quoſdam præfectos, adſcitum ex ſchola Agẽtium in rebus, qui adorata clemẽtia principali cum inſignibus exibat. Is ſub ſe habebat Corniculariũ, Adiutorem, Commentarienſem, Ab actis, Numerarios, Exceptores, & ceteros officiales

Paul. Samoſatenus uelut angelus à ſtultis mulierculis prædicabatur

Hoc uocabulũ mire erat deprauatũ, non ſolũ in excuſis exemplaribus, uerum

A mulieres ſecum, ſimilem licentiam dedit. Sed & congregandi diuitias tribuit facultatẽ, quo ipſi in ſimilibus obnoxij, magiſtro nequaquã crimen impingerẽt. Nos aũt idcirco hæc ſcribimus fratres chariſsimi, quia nouimus ꝙ ſacroſanctum debeat eſſe epiſcopale ſacerdotiũ, quod & clero & plebi eſſe debet exemplo. Neq; enim ignoramus, quoſdam dum incautius ſibi ad cohabitandum iungunt mulierculas, cecidiſſe. Quod etiam ſi non fiat, certe in ſuſpicionem uenire de talibus ſacerdoti grauiſsimũ eſt. Quomodo autem uetare poterit eos, qui infirmiores ſunt, à mulierũ conſortio, quibus ex his quæ gerit autoritatem præbet? Tantus uero ac tam immitis fuit in potentatu, & ita ſpecie quadã tyrannidis elatus eſt, ut ne ad arguendum quidem quiſquã, uel ad accuſandum auderet accedere. Sed hæc quę diximus, cõdemnari poſſent etiã in eo qui fidem catholicã ſeruat, & in eccleſiaſtici dogmatis ueritate perdurat. Hic uero qui abiurato fidei myſterio, ad pollutiſsimã ſe artem ac hęreſim cõtulit, neceſſariũ fuit, etiã partem erroris ipſius deſignari, quõ habendus, uel quomodo execrandus eſt. Et poſt multa in fine epiſtolæ addunt etiã hæc: Igitur neceſſarium eſt uiſum nobis hunc reſiſtentem deo, neq; adquieſcentem ueræ fidei abijci & abiurari, alium uero pro ipſo eccleſiæ catholicæ conſtitui epiſcopũ, per dei gratiã prouiſum, filium beatæ memoriæ Deme-

B triani, qui huic ipſi eccleſiæ inculpabiliter præfuit, Domnũ nomine, uirũ omnibus bonis ornatum. Indicauimus autem uobis de eo, ut ſciatis ad ipſum uos ſcribere debere, & ab ipſo communionis ſcripta ſuſcipere. Hic autem qui indignus habitus eſt eſſe in eccleſia catholica, anathema ſcribatur, & illius hæreſeos ſectatores excõmunicentur. Domno igitur in epiſcopatũ ſubrogato, Paulus & ſacerdotio abſciſſus & cõmunione, cum

rumetiã manu deſcriptis. Et ualde me torſit. Tandem ex ueſtigijs deprehendi legendũ eſſe συνεισάκτους. Extat aũt inſignis ſermo diui Chryſoſtomi, πρὸς τοὺς ἔχοντας συνεισάκτους. In quo demonſtrat συνεισάκτους neq; uxores eſſe, neque concubinas, ſed tertium quoddam genus, ſic inquiens: εἰσὶν γάρ τινες οἳ γάμου καὶ συνουσίας χωρὶς κόρας ἀπειρογάμους ἀγόμενοι, καθίζουσιν οἴκοι διὰ παντός, καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, οὔτε παιδοποιίας, οὐ γάρ φασιν αὐταῖς συγγίνεσθαι, οὔτε δὲ ἀκολασίας, λέγουσι γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν. Hoc eſt: Sunt enim quidã qui puellas innuptas abſq; hoc quod opus nuptiarũ cũ illis exerceãt ducẽtes domi perpetuo collocant, & uſq; ad supremã ſenectã ſecũ incluſas tenent, non liberorũ procreandorũ gratia, neq; enim aiũt ſe rem cũ illis habere: neq; cauſa libidinis, ſiquidẽ illas ſe dicũt incorruptas inuiolataſq; ſeruare. Porrò qui huiuſmodi uirgines in domos ſuas aſſciſcebant, tales prætexebãt cauſas, quod uidelicet opus eſſet puellis patrono aliquo aduerſus maleuolos, cum maritos non haberent aut tutores, parentibus ſæpe etiã ac fratribus deſtitutæ: præterea muliebrem ſexũ uel maximè egere ſubleuatione aliqua, cũ ipſi potius ad uoluptatẽ ſpectarent, quæ ex cõuictu mulieris naſcitur. Has cauſas pulchre refellit Chryſoſt. & dehortatur penitus à conſuetudine taliũ mulierũ, cum propter offendiculũ aliorũ, tum ob paratam ad peccandum occaſionẽ. Neq; enim putat facile fieri poſſe, ſi iuuenis cum puella totũ diem cõfabuletur, cumq; ea iocetur miſceat ac rideat abſq; arbitris, ſimul cœnans ac bibens, quin accidat aliquid humanum, hoc eſt, ut concupiſcentia uincat. Eiuſmodi mulieres etiã ſe ſacerdotibus adiungebant, ſanctimoniæ cauſa ſcilicet. Vnde tertiũ caput conſtitutionũ ſynodi Nicenæ prohibet, ne epiſcopus aut quiſquã ex clero, ſubintroductã habeat mulierem. Sic enim Græcã uocem interpres, quiſquis fuit, Latine reddidit. Vt legitur diſt. 32. cap. Interdixit per omnia. Et rurſus eadem diſt. Nullus miſſam audiat preſbyteri quem ſcit cõcubinã indubitanter habere, aut ſubintroductã mulierẽ. Ruffinus alibi συνεισάκτους extraneas uertit. Hæc pauló copioſius explicuimus, ut Decretorum locus melius intelligatur, cum gloſſematarij prorſus ſileant, non exponentes quid ſit mulier ſubintroducta. Sed & in Suidæ lexico uocabulum ipſum συνεισάκτους annotatur tantum, non explicatur. Porrò non ſolũ prophanæ puellæ, ſed & religioni peculiarius initiatæ, ac ab epiſcopo uelatæ, quas tum κανονικὰς appellabant Græci, ſic ſe uirorũ contubernijs paſſim addicebant. Nam extat ſimili argumento, Sermo quidam Chryſoſtomi, docens, Canonicas non decere ut cum uiris habitent.

cum de domo eccleſiæ nollet exire, interpellatus imperator Aurelianus, religioſe ſatis de hoc ſanctecg decernit, ijs præcipiens eccleſiæ domum tradi, quibus Italiæ ſacerdotes & Romanus epiſcopus ſcriberent. Et ita prædictus Paulus ad cætera mala etiam hoc dedecoris adquiſiuit, ut manu publica de eccleſia pelleretur. Et tunc quidem talis erga nos exiſtebat Aurelianus. Proceſſu uero temporis immutare propoſiti ſui bonum cœpit, & malis conſilijs deprauatus, perſecutionem erga dei eccleſias meditari, eo uſq;, ut dicat quod dictatis iam literis & ſcriptis, cum ſupereſſet ſola ſubſcriptio, diuina dextera interueniens, ſubſcriptionem nephandæ dexteræ deturbauerit. Morte etenim ſubita condemnatur, qui de piorum morte cenſebat: ut oſtenderet deus, quia non cum uoluerit tyrannus, cruciamur, ſed quum probauerit ipſe, corripimur. Igitur ſex annis Aurelianus quum gubernaſſet, principatum Probus poſt hũc ſuſcepit. Cui quum tantumdem temporis expleſſet imperio, Carus unà cum filijs Carino & Numeriano ſuccedit. A quibus tribus annis, nec plenis, Romano regno adminiſtrato, Diocletianus ſuſcepit principatum. Is uero maximas in noſtros perſequutiones, & eccleſiarum ſubuerſiones molitus eſt.

Aurelianus Ceſ. moritur

Diocletianus Ceſ. Chriſtianorũ pſecutor

Cap. XXVII

Felix põt. Ro.

SEd paulò antequam hic imperium ſumeret, in urbe Roma defuncto Dionyſio poſt nouem annos, ſacerdotij Felix ſuſcepit ſedẽ. Quo tempore Manes quidam ſecundum nomen ſuum inſaniens, & inſtinctu dæmonis agitatus, inuiſam & execrabilem omnibus hæreſim docet. Hic autem Manes gente Perſes, uita & moribus Barbarus fuit, tam acer ingenio, ut inſanire, uel dæmone adimpleri uideretur. Deniq; ita rei exitus docet, Chriſti ſe nunc gerere formam conabatur oſtendere, nunc ipſum paracletum ſe eſſe prædicabat: & elatus in inſania, ad ſimilitudinem Chriſti duodecim diſcipulos eligens, ad prædicandum mittebat, dogmata ſtulta & impia à diuerſis hæreticis, qui iam prius extincti fuerãt, mutuata diſſeminans, & noſtro orbi Perſica uenena propinans. Ex hoc ergo Manichæorũ hæreſis uſq; in hodiernum diem diffunditur, eo tempore exorta, quo Felix in urbe Roma eccleſiæ præerat. Qui per quinq; annos adminiſtrato ſacerdotio, Eutychiano ſedem reliquit. Is decem menſibus ſolis tranſactis, Gaio epiſcopatum tradit. Qui noſtris iam temporibus quindecim annis ſacerdotio perfunctus, Marcellinum ſucceſſorem reliquit, quem iam perſecutionis tempus inuenit.

Manes hereſeos Manichæorum autor

Nã μανίας Grecis inſanire ſignificat

Manichæi

Cap. XXVIII

Timæus, Cyrillus, Dorotheus, epiſcopi Antiocheni

EA tempeſtate apud Antiochiam ſacerdotium poſt Domnum ſuſceperat Timæus, poſt Timæum uero Cyrillus. Cyrillo autem ſucceſsit Dorotheus, qui ad noſtram uſq; memoriã perdurauit, uir eruditiſsimus, & in ſcripturis diuinis ſatis intentus: qui pro multa diligentia etiam Hebræam linguam didicerat. Græca autem eruditione liberali, à puero fuerat inſtitutus. Is eunuchus à natiuitate fuit. Ex quo etiam Imperator in admiratione

A ratione eum habuerat, & honorem ei contulerat purpuræ præpoſituram. Huius etiã nos, cum in eccleſia ſcripturas exponeret, auditores in puericia fuimus. Poſt hunc Tyrannus apud Antiochiam ſacerdotium ſuſcepit, ſub quo eccleſiarũ perſequutio increuit. Apud Laodiciam poſt Socratem Euſebius Alexandrinus genere, epiſcopus fuit, qui in cauſa Pauli Samoſateni ad partes Syriæ cum ueniſſet, quod eſſet in ſcripturis diuinis eruditus, à fratribus ſtudioſis uelut theſaurus quidam repertus, ultrà nuſquam abire permiſſus eſt, ſicut Dionyſius in epiſtolis ſuis ſcribit. Huic quoq; Anatolius ſucceſſor, bonus (ut aiũt) boni, extitit: qui & ipſe genere Alexandrinus erat, eruditione liberaliũ literarũ & in philoſophicis à puero apprime eruditus, ita ut apud Alexandriã Dialecticam docere ab omnibus eruditis uiris & philoſophicis cogeretur. Hunc etiã belli tempore quod inter ciues exortũ eſt apud Alexandriam, ferunt multa bona ciuibus in conſilijs & prouiſionibus præſtitiſſe: ex quibus unũ tantummodo factũ breuitatis cauſa memorabo. Frumentum, aiunt, cum deeſſet obſeſsis, & fames grauius quàm hoſtis urgeret, tertia pars (cum duæ ſe inuicem impugnarẽt) erat populi ſeparata, quæ quaſi fidem Romanis ſeruabat. In qua parte tunc etiam ſupradictus Anatolius erat abſq; impugnatione. Hic ad magiſtrũ militię refert, eumq; de famis neceſsitate, quæ obſeſsis acciderat, edocet, & impetratam

B gratiã ciuibus defert, eamq; hoc modo diſtribuit. Primo quidem utraſq; partes inter ſe diſsidentes alloquitur, ac cum Romanis redire in gratiã ſuadet. Sed cum reluctantes uideret, hoc ſaltem, inquit, credo uos libenter accipere, ut omnem ueſtrorum manum imbellem, quæ belli quidem uobis nequaquã, cibi tamen neceſſario particeps eſt, exire portas ſinatis. Conſilium ab utraq; parte gratanter acceptum eſt. Decernũt imbellem manum egredi caſtris debere. Data occaſione, omnes penè quos inedia conſumebat pariter cum imbellibus erumpũt, præcipue noſtri, quibus bellũ gerere contra propoſitum erat. Quos omnes Anatolius ſuſcipiens, parentis ſimul ac medici fouebat affectu. Et ita multitudini ſalutem per cibum propere cõtulit: reliquis uero, qui pauci remanſerant, formidinem belli & deſiderium pacis incuſsit. Ita miſericordi prudentiq; conſilio urbem maximam fame pariter abſoluit & bello. Hunc ergo ſecundum de Alexandria, dei munere Laodicenorum ciuitas accepit epiſcopum, poſt tranſactum quod ſupra memorauimus bellum. Multa quoq; opuſcula ſupradicti Anatolij magnifice compoſita ad nos uſq; uenerunt: ex quibus dignum mihi uidetur, de Paſcha quid ſenſerit, ipſius uerbis proferre. Eſt ergo, inquit, in primo anno initium primi menſis, quod eſt decem & nouem annorũ circuli principium, ſecundum Aegyptios quidem menſis Famenoth uiceſimaſexta die, ſecundum Macedones Dyſtri menſis uiceſimaſecũda, ſecundum Romanos uero undecimo calendas Aprilis. In qua die ſol inuenitur non ſolum cõſcendiſſe

Præpoſitura purpuræ, quam Baphiorum uocant

Euſebius Alexandrinus, Laodiciæ epiſcopus

Prudens factũ Anatolij apud Alexandriã

Anatolius de Paſcha

φαμενὼθ

Primã partẽ, .s. arietis. Aliàs quartũ in ea diem diſſe primam partem, uerumetiam quartam iam in ea die habere, id eſt, in A prima ex duodecim partibus. Hæc autem particula, prima ex duodecim, uernale eſt æquinoctiũ, & ipſa eſt initium menſium, & caput circuli, & abſolutio curſus ſtellarum, quæ πλάναι, id eſt, uagæ dicuntur, ac finis duodecimæ particulæ, & totius circuli terminus. Et ideo non parum dicimus delinquere eos, qui ante initium hoc noui anni, Paſcha putãt eſſe celebrandum. Sed nec à nobis primis exordium ſumit: hæc ratio antiquis Iudæis fuiſſe comprobata demonſtratur, & ante aduentum Chriſti obſeruata, ſicut euidenter edocet Philo & Ioſephus. *Horũ pro his* Sed & horum antiquiores Agathobolus, & ab eo eruditus Ariſtobolus ex Paneade, *Paneas* qui unus ex illis ſeptuaginta ſenioribus fuit, qui miſsi fuerant à pontificibus ad Ptolemæum regem, Hebræorum libros interpretari in Græcum ſermonem, quiq; multa ex traditionibus Moyſi proponenti regi percontantiq; reſponderant. Ipſi ergo cũ quæſtiones Exodi exponerent, dixerunt Paſcha non prius eſſe immolandum, quàm æquinoctiũ uernale tranſiret. Ariſtobolus uero etiam hoc addit, in die Paſchæ non ſolum obſeruandum eſſe ut ſol æquinoctiũ uernale tranſcendat, uerumetiam & luna. Cum enim duo ſint æquinoctia, inquit, ueris & autumni, æquis ſpacijs dirempta, & quartadecima die mẽſis primi ſit ſtatuta ſolennitas poſt ueſperam, quando luna ſoli oppoſita è regione deprehenditur, ſicut etiã oculis probare licet, inuenitur uniq; uernalis æquinoctij partem ſol obtinens, luna uero è contrario autumnalis. B Legi in eorum libris multa alia de his ualidiſsimis aſſertionibus expoſita, quæ euidenter oſtendant Paſchæ ſolennitatem omni genere poſt æquinoctium celebrandam. Multa & alia præterea non ſolum religioſis uiris, ſed & philoſophis admiranda ſcripta Anatolius dereliquit, quibus ſalutaris eius eruditio ſcire uolentibus innoteſcat. Huic primus Theotecnus ſacerdotiũ Cæſareæ tenens, in epiſcopatu manus impoſuit, & uiuens ipſe ſibi eum ſucceſſorem ſuæ cathedræ ſtatuit. Vnde & aliquanto tempore pariter cum ipſo Theotecnó Cæſarienſi eccleſiæ præfuit. Cap. XXIX

Anatolius Laodicenſis epiſcopus. SEd cum aduerſum Paulum Samoſatenum Antiochiam conueniretur ad concilium, prætergredientem Anatoliũ, defuncto Euſebio, Laodicenſis eccleſia ui ſibi uendicauit epiſcopum. *Stephanus Laodicenſis* Poſt quẽ ultimus uſq; ad perſequutionis tempus ad Laodiceam Stephanus eccleſiam gubernauit, & ipſe eruditione & eloquentia prioribus non inferior, ſed fidei uirtute longe diſsimilis, ſicut perſecutionis ignis probauit. Nihil enim philoſophiæ in neceſsitate tentationis oſtendit: ſed non continuò in illius infirmitate, dei paupertas oſtenditur. Poſt huius tanq; caſum prouidit deus eccleſiæ illi epiſcopum *Theodotus Laodicẽſis* Theodotum nomine, uirum nõ ſolum uerbis, ſed rebus & uirtutibus ornatũ. Hic arte quidẽ medicus fuit, ſed ad animarũ à domino translatus eſt medicinã: uere incõparabilis, qui ſuper omnes penè homines, fide, miſericordia

A ſericordia,ſtudio, uigilantia; atq; omnibus optimis inſtitutionibus claruit. In ſcripturis quoq; diuinis laborem quamplurimum geſsit. Interea apud Cæſaream Palæſtinæ Theoteeno cum epiſcopatũ ſolertiſsime peregiſſet, Agapius ſuccedit. Qui & ipſe multo labore, multaq; diligentia in guberna tione populi adhibita, & præcipue erga indigentes paterna prouidentia fe rebatur: à quo & uir per omnia prudentiſsimus, uita, eruditione, moribus, adornatus Pamphilus, eccleſiæ ipſius presbyter ſubrogatur. Sed iſte Pam philus quis ue ſit, & quantus, & unde oriundus, quoniam nõ erat dignum breuiter tranſcurrere, omnem eius uitam, inſtitutionemq; à puero, & quan ta in perſecutionibus per diuerſas confeſsiones pertulerit, quosq; agones deſudauerit, & qualiter ſuper omnia coronã martyrij indeptus ſit, proprio id opuſculo comprehendimus. De hoc ergo, quam mirabilis fuerit, illa le ctio docebit. Sed & alios quamplurimos per illud tempus admirabiles in presbyteris uiros, noſtra iam memoria tenet, ut apud Alexandriã Pieriũ, Melitium uero apud Pontum, qui epiſcopus poſtmodum factus eſt. Sed Pierius quidem acer ingenio, in diuinis ſcripturis nobiliter eruditus, uita pu riſsimus, atq; ad Chriſtianam philoſophiam nudus, & penitus expeditus, doctor eccleſiæ incomparabilis, priuatim & publicè mirabiliter diſputans. Melitius uero tantæ fuit ſuauitatis in moribus, & tantæ dulcedinis, ut mel

Agapius Laodicenus

Pamphilus Laodicenus

Euſebij liber de uita Pamphili martyris

Melitius

B Atticum à ſodalibus uocaretur. In omni eruditione perfectus. In rhetoricis talis erat, ut alijs ſtudijs nunquam uacaſſe putaretur. In cunctis uero philo ſophiæ generibus, quæ in quinq; diuiduntur diſciplinas, ita erat per ſingu las conſummatus, ut cum in unaquaq; quis experiri uoluiſſet, in hac eum ſola à puero habuiſſe exercitium iudicaret. Cumq; eſſet eruditionum præ rogatiua magnificus, uirtus tamen animi, & uitæ ſynceritas longe in eo ma gnificentior habebatur. Quem nobis perſequutionis tempore in fuga po ſitum apud Palæſtinam, diligentius & plenius agnoſcere licuit. Igitur Hie roſolymis poſt Hymenæum, de quo paulo ante memorauimus, Zabdas ſacerdotium ſuſcepit. Quod paruo tempore adminiſtratũ, Hermoni poſt ſe tradidit. Hic uſq; ad noſtri temporis perſequutionem Apoſtolicã inibi quam ſuſceperat cathedram conſeruauit. Apud Alexandriam uero Maxi mo, qui ſucceſſerat Dionyſio, cum decem & octo annis ſacerdotium tranſ egiſſet, Theonas ſuccedit. Cuius tempore Achillas, eiuſdẽ eccleſiæ presby ter, eccleſiaſticæ ſcholæ magiſterium tenuit, eruditione, fide, conuerſatione, & moribus inſignis. Theonas uero quum decem & nouem annis ſacerdo tium inculpabiliter miniſtraſſet, ſedem tradidit Petro, uiro inter præcipuos egregio. Hic duodecim oẽs annos in epiſcopatu illius urbis exegit. Quo rum tres ante perſecutionem, reliquos uero nouẽ diuerſis in tentationũ ge neribus duxit. Cumq; ſe ſemper in omni agone perſecutionũ poſitus, artio ribus uinculis cõtinentiæ diſtringeret, & ad utilitatem atq; inſtructionem

Mel Atticũ

Zabdas

Hermon

Theonas

Achillas

Petrus

eccleſiæ

eccleſiæ in uerbo dei nobiliter inſiſteret, ſatiſq; uigilanter erga omnem ſacerdotij curā diebus deſudaret ac noctibus, nono perſecutionis anno, epiſcopatus uero ſui duodecimo, martyrij coronam capitis obtruncatione promeruit. Huc uſq; ſucceſsiones epiſcoporum, geſtaq; diuerſa à domini & Saluatoris noſtri natiuitate, uſq; ad tempus perſecutionis, in qua eccleſiæ quoq; deſtructæ ſunt, hiſtoriæ mandauimus. De reliquo uero agones martyrū, quos ipſi per noſmetipſos uidimus deſcribentes, poſteris ad memoriam relinquamus. A

ELENCHVS CAPITVM OCTAVI

LIBRI HISTORIAE ECCLESIAST.

De noſtri temporis, id eſt, Diocletiani, & Maximiani, & Maximini Impp. perſecutione. Caput 1
De eccleſiarum ſubuerſionibus. Cap. 2
De qualitate perſecutionum. Cap. 3
De martyribus. Cap. 4
De his qui apud Nicomediam paſsi ſunt. Cap. 5 B
De his qui in domibus regum erant. Cap. 6
De Aegyptijs qui apud Phœnicen paſsi ſunt. Cap. 7
De ipſa Aegypto. Cap. 8
De Thebaide. Cap. 9
De Philea martyre. Cap. 10
De quadā ciuitate apud Phrygiā, pro Chriſti nomine tota coronata. Cap. 11
De his quæ apud Alexandriam & Antiochiam geſta ſunt. Cap. 12
De his quæ in Phrygia apud Pontum geſta ſunt, alijs quoq; diuerſis uirorum ac mulierum paſsionibus. Cap. 13
De præpoſitis eccleſiarum. Cap. 14
De mortibus perſecutorum. Cap. 15
De his quæ extrinſecus acciderunt. Cap. 16
De perſecutionibus Maximiani imperatoris. Cap. 17
De his quæ in melius conuerſa ſunt. Cap. 18
De his quæ rurſum in id ipſum uerſa ſunt. Cap. 19

A EVSEBII PAMPHILI EPISCOPI CAESARIENSIS, ECCLESIASTICAE HIſtoriæ Lib. VIII. Ruffino interprete.

PROOEMIVM.

Apoſtolorvm ſucceſsionibus intra ſeptem libros à nobis concluſis, in hoc octauo uolumine dignũ credidi, etiã ea quæ noſtris tẽporibus geſta ſunt, poſterorũ memoriȩ relinquere. Et hinc iam nobis ſermo ſumat exordium. Cap. I

Etenim ante noſtri temporis perſecutionẽ, quàm mirabiliter, quamq́ magnifice per uniuerſum mundum ſermo Chriſti & pietatis doctrina profecerit, & in quantum ſublimitatis aſcenderit, enarrare, uires noſtras ſuperat. Noſci tamen & ex hoc poſsibile eſt, quod aliquanti ex principibus Romanis, & facultatem regendi prouincias, iuriſq́ dicendi noſtris præbebant: & coniugibus & miniſtris, atq; uniuerſæ domui ſuæ, non ſolum credere in dominum Ieſum Chriſtum, uerumetiã cum omni fiducia & libertate in fide agere ſinebant: ita ut illos ſibi fideles ac familiares ducerent, de quibus certi erant, quod pro fide Chriſti nihil perfidum ſaperẽt. Sicut fuit opinatiſsimus ille Dorotheus in cubiculo regum, qui propter fidem domi- *Aperte licebat eſſe Chriſtianum*
B ni fideliſsimus in omnibus habebatur. Vnde & cũctis præferri honore meruit & amore. Cum quo & Gorgonius, cæteriq́ cum ipſis in domino fideles, uel qui intra palatium in ſummis honoribus erãt, uel qui ad prouincias gubernandas præferri cæteris fidei cõtemplatione merebantur. Iam uero multitudines coeuntium intra eccleſias populorum, & præcipue in diebus feſtis innumeras cateruas per loca ſingula confluentes, quis digne poterit explicare? cum ne ipſa quidem antiqua receptacula ſufficerent, ſed quotidie orationum domus dilatarentur, ita ut amplitudo earum concludere inſtar urbium uideretur. Sic per tempus plurimum eccleſiarum ſtatus incrementis proſperioribus augebatur, & gloria earum terris excedens, & cuncta ſupereminẽs, feſtinare uidebatur ad cœlum. Nulla enim occurrebat inuidia, nullus liuor nequiſsimi dæmonis obuiabat: quoniamquidem cœleſtis dextræ fulciebatur auxilio populus, etiam tum bene de deo pro pietatis cultu, & iuſtitiæ obſeruatione promeritus. Verũ ubi ex multa libertate, multaq́ indulgentia uitiati ſunt mores, & diſciplina corrupta eſt, dum alter alteri inuidemus, & alter alteri derogamus: dumq́ nos inuicem mordemus & incuſamus, & aduerſum noſmetipſos inteſtina prælia commouemus: dum uerborum iaculis proximorũ corda terebramus, dum principes cum principibus, populi cum populis, ſeditiones & certamina cõcitamus: dũ ſimulatio in uultu, dolus in corde, fallacia profertur in uerbis, & malorum per ſingula cumulus intumeſcit: diuina prouidentia iacturam diſciplinæ populo

Dorotheus aulicus
Gorgonius aulicus
Obliuio dei in proſperis

Chriſtiani militantes inter ethnicos, male accipiuntur

A ſuo illatam, ex plurima pace & nimia ſui lenitate proſpiciens, aggreditur primò ſenſim refrenare lapſantes, & integro adhuc eccleſiæ ſtatu, cõgregationibusq́ manentibus, indulget interim eos qui erant in militia tantũ, Gentilium perſecutione pulſari. Sed cum nullus ex hoc clementiæ eius intellectus populis redderetur, quin potius uelut ignorantes deum, abſq; diuina prouidentia res agi ducerent, & per hoc eo magis perſiſterent in malis ſuis, atq; ipſi qui duces populi uidebantur & principes, diuini mandati immemores effecti, aduerſum ſe inuicem contentionibus, zelo, liuore, ſuperbia, inimicitijs atq; odijs inflammarentur, ita ut tyrannidem potius quàm ſacerdotium tenere ſe crederent, Chriſtianæ humilitatis & ſynceritatis obliti, ſacra myſteria prophanis mentibus celebrarent, tunc demũ ſecundum uocem Hieremiæ prophetæ: Obſcurauit dominus in ira filiæ Sion, & deiecit de cœlo gloriam Iſrael, nec rememoratus eſt ſcabellum pedum ſuorum in die iræ ſuæ. Et ſicut iterum dicit: Submerſit Deus omnem decorem Iſrael, & omnes macerias eius deſtruxit. Et rurſum ſicut dicit in Pſalmis: Deſtruxit teſtamentum ſerui ſui, polluit in terra ſanctificationem eius, per eccleſiarum ſcilicet ſubuerſionem, & deſtruxit omnes macerias eius: poſuit munitiones eius timorem, diripuerunt populum eius omnes qui tranſierunt per uiam, pro quibus cunctis opprobrium facti ſumus uicinis noſtris: exaltauit enim dexteram inimicorum noſtrorum, & auertit adiutorium gladij ſui, & B non adiuuit nos in bello, ſed & deſtruxit eum ab emũdatione, & thronum

Templa Chriſtianorum deſtruuntur

eius eliſit in terram. Paucos fecit dies noſtros, & ſuper omnia effudit ſuper nos confuſionem. Summa nanq; malorum nobis affuit omnium, tunc, cum domus orationis & eccleſiæ dei uiui ad ſolum deductæ ſunt, atq; ab

Scripturæ ſacræ ardent

ipſis ſubuerſæ ſunt fundamentis, diuinæ uero ſcripturæ in medio platearum igni crematæ ſunt. Prò nephas, ipſi hæc noſtris uidimus oculis: Sacerdotes domini & paſtores eccleſiarum publice denudatos, inuerecunde & inhoneſte huc atq; illuc ab impijs trahi, ita ut compleretur ille ſermo propheticus, qui ait: Effuſa eſt contumelia ſuper principes, & ſeduxit eos in in-

Sacerdotes irridentur

uio, & non in uia. Sed nõ eſt noſtrum deſcribere, quanta in ſacerdotes dei iniuriarũ genera conlata ſint. Sicut ne illud quidem noſtrũ duximus, exponere ſigillatim, quanta prius inter noſtros rabies diſſenſionis exarſerit. Hoc ſolũ hiſtoria tradere licuit, quod iuſto dei iudicio, & neceſſaria correptione diuinã ſenſimus manũ. Neq; enim refert in mediũ proferre, pro quibus uel turbo perſecutionis inuectus eſt, uel quos, quantosq́; infidelitatis procella ſubmerſit: ſed illa ſola commemorabo, quæ uel nos ipſos dicentes, uel alios ædificent audientes. Propter quod hinc iam diuinos agones beatiſsimorũ martyrum breuiter inquantũ poſſumus, explicabimus. Cap. 11

Edict. Diocle. Cæſ. aduerſum Chriſtianos

Nonuſdecimus agebatur annus imperij Diocletiani, mẽſis Martius, & dies ſolennis Paſchæ imminebat, cũ edicta principis per omnem terram

A terram proponebant̃,ut cunctę quæ uſquã ſunt eccleſiæ,ad ſolum uſq; de-ſtruerent̃:Scripturæ ſacræ igni exurerent̃:Si quis inter noſtros alicuius honoris prærogatiua muniretur,ſublata hac maneret infamis:Si quis ſeruorũ permanſiſſet Chriſtianus,libertatem conſequi non poſſet.Hæc omnia his quæ primò aduerſum nos lata ſunt,cõtinebantur edictis. Cap. III

POſt non multum uero temporis adduntur & alia. Iubetur, ut omnes qui per loca ſingula eccleſiis præſunt, primò quidem conijciantur in uincula,tum deinde omnibus ſupplicijs ſimulacris immolare cogãtur. Hic uero ingens ſpectaculum ſacerdotes dei effecti ſunt huic mundo & angelis,& hominibus,cum perſecutorum crudelitate ad ſupplicia raperentur,& agones mirandos omnibus deſudarent. Illos autem, qui & multo plures fuerunt quos metus oppreſsit, & ante congreſsionem ſolus terror eliſit, præterire melius puto. Cæteri uero, quorum mens promptior & fides ualidior fuit, tormenta patiebantur. Flagris alij diſcerpebantur, alij ungulis fodiebantur, alij ignitis laminis urebantur. Ex quibus nonnulli quidem fatigati cedebant, alij uſq; ad finem patientiam obſeruabant.Ex ipſis autem perſecutoribus quidam tanquam miſeratione uſi, adhibebant nonnullos noſtrorum ad inceſta ſacrificia: & quaſi ſacrificaſſent conclamabant, cum non ſacrificaſſent. De alijs uero cum ne appropiaſſent quidem immundis

Edictũ alterũ

Sacerdotes Chriſtianorũ.

Carnificina Chriſtianorũ

Chriſtiani adhibentur ad inceſta ſacrificia

B hoſtijs, acclamabant ipſi,quod iam immolaſſent,& abſcedebant:in eo tantum culpabiles, quod crimen ſibi obiectum, cum ſilentio paterentur. Alij ſemiuiui ſublati, tanquam mortui proijciebantur. Alij pedibus tracti, inter eos qui ſacrificaſſent deputabantur. Aliqui ſanè exclamabant ingenti uoce,& teſtabantur ſe non ſacrificaſſe, ſed eſſe Chriſtianos, tali ſe gaudentes confeſsione decorari.Nonnulli etiam maiori fiducia,neq; immolaſſe ſe, neq; unquam immolaturos eſſe teſtabantur. Quibus tamen ab aſsiſtentibus militibus ora continuo atq; oculi contundebantur ut tacerent, & uiolenter expellebantur tanquam adquieuiſſent. Tanti erat impijs ſtudij, ut propoſitum ſuum uiderentur impleſſe. Sed non aduerſum beatos martyres impune hoc facere licebat. Quorum patientiæ & magnanimitatis uirtutem,quamuis nullus digne proferat ſermo,tamen pro mediocritate uirium noſtrarum quæ poſſumus enarrabimus. Cap. IIII

Aſtus gentilium

IGitur primò omnium quoniam, ſicut diximus, ignis huius exordiũ inter ſolos militares parua ſcintilla conflauerat, cum deligerentur ſi qui eſſent inter milites Chriſtiani, ut aut immolandum ſibi ſcirent, aut militiam pariter uitamq; ponendam, plurimi ex ipſis militiam pro fide Chriſti,pauci etiam animas poſuere. Cum uero inde flamma ſumens initium,tota per populos & ſacerdotes exaggeraſſet incendia,poſsibile non eſt numero cõprehendi, quanti quotidie penè per ſingulas quaſq; urbes & prouincias martyres efficiebantur. Cap. V

Militum Chriſtian. pœna

ETenim apud Nicomediam uir quidam de nobilibus honore & dignitate ſeculi illuſtris, ſimul ut uidit aduerſum cultores dei in foro crudelia edicta pendere, calore nimio fidei ignitus, publice populo inſpectante iniecta manu librum iniquę legis detrahit, ac minutatim diſcerpit, Auguſto in eadem urbe ſimul cum Cæſare conſtituto. Ad quos cum relatum eſſet religioſi & illuſtris uiri factum, continuo omni in eum crudelitatis genere deſæuientes, ne hoc quidem ſolum efficere quiuerunt, ut eum mœſtum aliquis uideret in pœnis: ſed læto atq; hilari uultu, cum iam uiſcera in supplicijs deſeciſſent, ſpiritus tamen lætabatur in uultu. Ex quo tortores ſui grauius cruciabantur, quod omnia ſuppliciorum genera cōſumebant in eum, quem ne triſtem quidem ex his reddere poterant. A

Auguſtus, hoc eſt, Diocleti. Cæſar, hoc eſt Maximianus. Hic uides apertam Auguſti & Cæſaris differentiam. Eſt enim Cæſ. ſub Auguſto, & q ſucceſſurus eſt

Cap. VI

Dorotheus aulicus, à cubiculo principis

POſt hunc ad unum ex Dorothei ſodalibus, qui in cubiculo regis erāt, quiq; ſemper in affectu habiti fuerant liberorum, intentionis transfertur inſania. Etenim cum de immenſis ſuprà memorati martyris ſupplicijs liberius cauſaretur, educi ipſe iubetur in medium, atq; immolare compellitur: abnuens imperatur appendi, & flagris toto corpore laniari, uidelicet ut doloris neceſsitate faceret, quod præcipiebatur inuitus. At ille cum maneret immobilis, uiſceribus iam pelle nudatis, iubetur aceto ac ſale perfundi. Cumq; etiam hoc tormenti genus conſtanter ac fortiter toleraſſet, craticula prunis ſubterſtrata poni iubetur in medio, ibiq; quod reliquum fuerat in uerberibus abſumpti corporis ſuper poni, & non ad ſubitum, ſed ſenſim paulatimq; ſuccēdi, quo ſcilicet pœna protelaretur in longum. Cumq; miniſtri ſcelerum hinc modo corpus, modo inde uerſantes, per membra ſingula pœnas inciperent, & ſupplicia renouarent, ſperantes ab eo elicere ſe poſſe conſenſum: ille firmus in fide, & ouans in ſpe, conſumptis iam & igne reſolutis carnibus ſuis, ultimum ſpiritum in fide lætus exhalat. Tali B

Petrus

Petrus (hoc enim ei nomen eſt) martyrio decoratus, uere Petri extitit, & fidei hæres, & nominis. Huius inſtitutor in diſciplina, & magiſter in officijs quæ intra palatium exhibebantur Dorotheus erat, cubiculi regij Præpoſitus, habens ſecum officio, fide, & magnanimitate parem Gorgoniū. Quorum inſtitutionibus optimis omnes penè cubiculi miniſtri in fide dei uigilanter & libere perſiſtebant.

Gorgonius

Dorotheus igitur & Gorgonius, cum Petrum tam crudelibus uiderent atq; immanibus ſupplicijs cruciari, conſtanter & libere: Cur, aiunt, Imperator punis in Petro mentis ſententiam, quæ in nobis omnibus uiget? Vt quid in illo crimen ducitur, quod à nobis omnibus confitetur? Hæc nobis fides, hic cultus & unanimis eademq; ſententia. Quos ille cum in mediū nihilominus uenire iuſsiſſet, ſimilibus penè ut priores ſupplicijs affectos, ad ultimum laqueo appenſos necari iuſsit. Tunc

Anthimus epiſco. Nicome.

& Anthimus ipſius urbis epiſcopus, in Domini Ieſu Chriſti confeſsione perdurans, martyrij gloriam capitis obtruncatione ſuſcepit. Hunc autem

tanquam

A tanquam uete bonum paſtorem uiam martyrij præeuntem, uniuerſa penè gregis ſui multitudo proſequitur. Accidit nanq; apud Nicomediã in ipſis diebus partem aliquam palatij incendio conflagrare. Hoc Imperator à noſtris factum falſa ſuſpitione præſumpſit, ex quo inæſtimabili furore ſuccenſus, iubet omnes noſtros aceruatim collectos, alios quidem gladio obtruncari, alios ignibus conflagrare. Sed in illis per diuinam gratiam maior fidei ignis ardebat: Deniq; cum aſsiſtentes miniſtri interrogarẽt ſingulos, ſi qui fortè ſacrificaturi uellent dimitti, tam uiri quàm mulieres, ne interrogari quidem ſe patiebãtur, ſed ultrò uel flammis irruere, uel cædentibus gladijs certatim obiectare ceruices. Cumq; iam illis ipſis ſpectatoribus nimietas crudelitatis horreſceret, miniſtri ſcelerum partem populi nauiculis iniectam, in medium pelagi abducunt, ibiq; in ſententia fidei perſiſtentes, præcipitabãt in profundum. In tantũ ueto apud eos rabies crudelitatis exarſit, ut regios pueros martyres effectos, cum ſecundum humanitatis ordinem fuiſſent ſepulturæ mandati, effoderent denuo, & corpora eorum proijcerent in mare, hoc dicentes: Ne forte dij efficiantur Chriſtianorũ, & illi qui deos adorare nolunt, ſeruos noſtros incipiant adorare. Putant enim quod diuinus apud nos honor martyribus deferatur. Cum hæc apud Nicomediam gererentur, ubi cruentus & ferox autor ipſe crudelitatis piorum carnibus in-

B hiabat, hud ſegnius etiam apud Melitenen prouinciam, Syriamq;, omnes eccleſiarum principes carceribus retrudi, & in uincula conijci edictis Principalibus urgebantur: ſimulq; cum his ex plebe uiri & mulieres nobilesq; & ignobiles rapiebantur, & fiebat ubiq; ſpectaculum miſerabile ac fœdũ. Subito nanq; inueniebatur in urbe ſilentium, in carceribus conſtipatio, in urbe per plateas homo nullus, in carceribus uacuus locus nullus, ut nõ tam rei ad ergaſtulum duci, quàm ciuitas tota migraſſe uideretur ad carcerem. Catenæ quæ homicidis, adulteris, uenenarijs, & ſepulchrorum uiolatoribus fuerant fabricatæ, nunc epiſcoporum & presbyterorũ, diaconorumq; & lectorum, atq; omnium religioſorum hominum colla conſtringunt, ita ut criminoſis nec uincula ſupereſſent, nec locus ergaſtuli reſideret. Verum cum perueniſſet ad principem æſtuare carceres, & per innocentium pœnas locum deeſſe criminoſis, noua rurſum decreta mittuntur, ut ex his qui concluſi erant, ſi quis uellet immolare, libet abſcederet: qui uero abnueret, diuerſis pœnarum generibus interiret.

Incendium palatij Nicomedienſis impingitur Chriſtianis

Per regios pueros, Dorotheum, Petrũ, & Gorgoniũ intelligit, cubiculares miniſtros Cæſaris, pro Chriſto occiſos.

Melitene

Syria

Carceres replentur Chriſtianis

Cap. VII

TVm iam quantæ per ſingulas prouincias multitudines martyrum, & præcipue in Aphricæ ac Mauritaniæ, Thebaidis quoq; atq; Aegypti regionibus extiterint, numero comprehendere quis ualeat? Sed ne illorum quidem, quorum agones apud Palæſtinam, uel Tyrum, quæ eſt urbs maxima Phœnices, præſentes inſpeximus, ut dignum eſt, memorare ſufficimus. Tanta etenim ab eis uirtute perſeuerantię aduerſum illata ſupplicia

Martyres in uarijs locis

Tyrus

pro pietate certatum eſt, ut niſi quis prius domino & Saluatori noſtro cre- A
dat, dicenti: Quia ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad con-
ſummationem ſeculi: & eius uirtutem martyribus ſciat eſſe præſentem, re-
bus geſtis deroget fidem. At nos (ut dixi) non audita, ſed oculis noſtris in-
Carnificina martyrum apud Tyrũ ſpecta narramus. Exquirebãtur diuerſa tormentorum genera ſibi inuicem ſuccedentia. Flagris primum per omne corpus Dei martyres carpebantur: poſt hæc tradebantur ad beſtias: adhibebantur leones, urſi, pardi, atq; omne ferarum genus, apri quoq;, ſed & tauri, quibus ferro & igni feritas addebatur. Præparabantur hæc omnia aduerſus cultores dei, & omnis contra eos hominum beſtiarumq;, & elementorum crudelitas armabatur. Ad hæc dei cultores denudati ſtatuuntur in medio arenæ loco: additur adhuc arte intra caueas beſtijs furor, & ita ſæuiores ſemetipſis effectæ proruunt clauſtris, replent ſubito ſtadium, circundant eccleſiam martyrum in medio ſitam: circumeunt ſæpius & obluſtrant: & diuinæ uirtutis adeſſe eis cuſtodiam ſentientes, procul ab eorum corporibus abſcedunt. Sed ilico furor qui reprimebatur in beluis, tranſit in homines. Nemo præſentem Dei uirtutem, nemo diuinum pijs adeſſe ſentit auxilium: ſed mittũtur quibus hoc artis eſt inſtigare beſtias aduerſum eos, quos diuina dextera defendebat. Verum illæ, ut oſtenderetur omnibus, non feritatem deeſſe beſtijs, ſed diuinam dei cultoribus adeſſe cuſtodiam, illos ipſos qui ad inſtigandum mit- B
tuntur, incredibili uelocitate diſcerpũt. Et cum iam nullus ex huiuſmodi ar-
Beſtiæ non attingunt Chriſtianos tificibus auderet accedere, iubentur ipſi ſancti martyres cõmotis manibus & uelut prouocantibus incitare aduerſum ſe beluas. Sed ne ſic quidem pati aliquid poterant. Verum & ſi forte aliqua fuiſſet ex beluis concitata, cum perueniſſet ad proximũ, protinus in ſemetipſam cõuerſa repedabat. Tunc uero ſtupor ingens & pauor omnes qui in ſpectaculis conſidebant, inuaſerat, uidẽtes homines nudos (in quibus plurimi primæ adhuc ætatis) in medio tot ac tantarũ poſitos ferarum, intrepidos omnes & impauidos, extenſis ad cœlum palmis, & oculis ac mente totos cum deo, non ſolum nihil curare terrena, uerum ne carnem quidem ſuam magni pendere, & ipſis iudicibus pauore trementibus, reos læto & hilari uultu in medio perſiſtere beſtiarum. Sed ó duræ & impiæ mortalium mentes. Beſtiarũ feritas dei uirtute manſueſcit, humana uero rabies nec ferarum miteſcit exemplis. Sed tentatur adhuc ab hominibus deus. Iubentur alij uere criminoſi beſtijs ſubrigi: qui tamen ilico ut apparuerũt, alius à leone, alius à pardo, ab urſis alius exeſus, aut à tauro in aera diſperſus eſt. Et ita omnes intra momentum temporis pereunt. Sed ne ſic quidem incitatæ beſtiæ cultoribus dei aliquid moleſtiæ generabant, diuino ſpiritu eos, uelut muris ualidiſsimis ambiente. Verax nanq; ille eſt qui dixerat: Vbi fuerint ex uobis duo uel tres, ibi ero in medio eorũ. Cum ergo ne ſic quidẽ aliquid egiſſet humana ſæuitia, iuben-

A tur mutari feræ,& ablatis prioribus,aliæ rurſum dimitti. Quæ cũ & ipſæ ſi-
militer ut priores nihil triſte dei cultoribus intuliſſent,amotis etiã his,ſæuio-
res feris martyribus homines mittunt, qui ſoli poſsint immanitate beluas, *Homines ſæ-*
crudelitate feras,atrocitate beſtias ſuperare.Gladijs igitur peragunt, quod *uiores beſtijs*
beſtijs nequiuerunt.Et ut in omnibus ſe oſtenderent beluis eſſe nequiores,
prohibebãt etiã cadauera mandari terræ,ſed iubebãt fluctibus dari. Hæc
apud Tyrum uenerãdi martyres,qui ad illam urbem de Aegypti partibus
uenerant,mirifica certamina deſudarunt. Cap. VIII

IN ſua uero prouincia apud Aegyptum innumerabiles alij non inferiori *Martyres a-*
gloria tam uiri quàm fœminę,ſed & pueri ac ſenes pro fide domini noſtri Ie- *pud Aegyptũ*
ſu Chriſti præſentẽ uitã paruipendentes,futuræ gloriæ beatitudinẽ quæſi-
uere.Quidã ex ipſis poſt uerbera,poſt uincula,poſt ungulas, poſt flagella,
aliosque diuerſi generis horribiles cruciatus,flammis traditi ſunt,alij in mare
præcipitati,nõnulli etiam capite cæſi,ita ut ſponte ceruices ſuas ſecuribus da-
rent,nõnulli inedia cõſumpti,alij patibulis affixi,in quibus quidã more per
uerſo capite deorſum preſſo,& pedibus in ſublime ſublatis. Cap. IX

APud Thebaida uero omnem narrationẽ ſuperat agitata crudelitas, *Martyres a-*
pro ungulis teſtas fictilium uaſorum adhibebant tortores, quibus o- *pud Thebaida*
mne corpus eo uſque lacerabant,donec totam carnis eraderent cutem. Mu-
B lieres quoque nudas,ita ut ne pudenda quidem contegerentur,arte quadam
compoſitis machinis uno pede in excelſum ſuſpenſas, & capite in terram
demerſas, indigniſsimo ſpectaculo expoſitas, pendere per diem continu-
um ſinebant. Alias ſicubi uicinæ ſibi duæ arbores inueniebãtur,ui quadam *Diuellebantur*
ab utraque inflexis contra ſe inuicẽ ramis,eisque ſingulis ſingulos pedes mar- *martyres infle-*
tyris obligantes,ſubito ramos quos ui inflexerant relaxabant. Qui cum ad *xis oppoſita-*
ſitum ſuum naturali impetu referrentur, diſcerptis deſpicatisque uiſceribus, *rum arbo-*
auulſa ſecum membra rapiebant. Et hoc non paucis aliquibus diebus, aut *rum ramis*
paruo tempore, ſed per annos aliquot, quotidie, quando minimum de-
cem, interdum autem & centum in una die uiri uel mulieres, ſed & paruuli
ſupradictis pœnarum generibus trucidabantur. Verum & nos ipſi per i-
dem tempus,cum in Aegypti partibus iter ageremus,oculis noſtris inſpexi-
mus,ut ſedenti pro tribunalibus ſæuiſsimo Præſidi,offerrentur innumeri fi-
delium populi,quos ille ſingulos per ordinẽ cõfeſſos ſe Chriſtianos, capite *Aegypti*
plecti iubebat. Cumque hi certatim ſe & ſponte gladio ſubijcerẽt, confeſsio- *martyres*
ne prępmiſſa,ille inhumanus & crudelis,nec multitudinis cõtẽplatione,nec
uirtutis eorum magnanimitate permotus,duci nihilominus omnes & cædi
capite iubet.Egrediuntur cuncti pariter ad cõtiguum mœnibus campum,
non carnificũ nexibus tracti,ſed fidei uinculis conligati. Nemo defuit, cum
nemo eos ſeruaret:ſponte omnes,immo & alter alterum præuenientes,cerui-
ces cædentibus obiectabant: defecerunt carnificum manus,& ſuccedentes

ſibi inuicē fatigati ſunt,hebetata eſt acies gladiȷ̓, Videbā feſſos reſidere car/ A
nifices,uires reſumere, animos reparare, mutare gladios,diē quocꝫ ipſum
non ſufficere ad pœnam.Nullus tamen ex omnibus,ne paruulus quidē in/
fans deterreri potuit à morte.Sed hoc ſolū ſinguli paueſcebāt,ne forte dum
properū ſol uergēs clauderet diem,ſeparatus à conſortio martyrū remane/
ret.Sic cōfidentia fidei cōſtanter & fortiter cū lætitia & exultatione mortem
præſentē uelut æternæ uitæ principia rapiebāt.Denicꝫ dum priores quicꝫ
iugularentur,reliqui non deſidiæ aut torpori animos indulgebant,ſed pſal/
lentes & hymnos deo canentes,locū quiſcꝫ ſui martyrȷ̓ expectabat:ut hæc
agentes,etiā extremos ſpiritus in dei laudibus exhalarent. Cap. x

O uere pro quàm uere. O Vere mirabilis,& omni ueneratione dignus grex ille beatotum , tur/
ma uirorum fortium,corona ſplendoris gloriæ Chriſti.Hanc ſanè co
ronam precioſior omnium lapis & gemma nobilior adornabat.Hanc tur/
Phileas epiſc. Thmuitarū mam præibat ductor illuſtrior,hunc gregē paſtor nobilior decorabat.Phi
leas huic nomen eſt,qui erat epiſcopus urbis illius quæ appellatur Thmuis.
Hic nobilitatem primi generis ſecundum animi uirtutem de cœleſtibus tra
hebat:de terrenis uero quantum ad ſeculum pertinet,primis in Romana re
publica fuerat honoribus functus:eruditione quocꝫ liberalium literarum,
& omnibus quæ ad animi uirtutem pertinent exercitȷ̓s apprime eruditus,
nouiſsimam hāc,quæ prior eſt omnium, ſecundum deū philoſophiam ita B
ſuſcepit,ut omnes qui præceſſerant anteiret.Cumcꝫ plurimos propinquos
& conſanguineos nobiles uiros in eadem urbe haberet,frequenter ad Præ/
ſidem ducebatur,eiuſcꝫ monitis adquieſcere,tot & tantis propinquis exo/
rantibus,reſpectum habere uxoris, & contemplationem ſuadebatur ſuſci/
pere liberorum:necꝫ in cœpta prȩſumptione perſiſtere.Ille uero uelut ſi ſa/
xo immobili unda allideretur,garrientium dicta reſpuere, animum ad cœ/
lum tendere,Deum in oculis habere:parētes & propinquos, ſanctos Mar
tyres & apoſtolos dicere.Aderat tunc quidam uir agens turmam militum
Philoromus propter Chriſtum occiditur Romanorū,Philoromus nomine.Qui cum uidiſſet Phileam circundatum
lachrymis propinquorū,& Præſidis calliditate fatigari,nec tamen flecti aut
infringi ullatenus poſſe,exclamabat:Quid inaniter & ſuperfluo conſtanti/
am uiri tentatis? Quid eum qui fidem deo ſeruat, infidelem uultis efficere?
Quid eum cogitis negare Deum , ut hominibus acquieſcat? Non uidetis
quod aures eius uerba ueſtra non audiunt? quod oculi eius ueſtras lachry/
mas nō uident?Quomodo poteſt terrenis lachrymis flecti, cuius oculi cœ/
leſtem gloriam aſpiciunt & contuentur? Poſt hæc dicta cunctorum ira in
Philoromum uerſa,unam eandemcꝫ eum cum Philea ſubire ſententiā po/
ſcunt.Quibus libenter annuens iudex,utruncꝫ plecti capite iubet.Verum
quoniā Phileæ fecimus mētionem,& ingenȷ̓ atcꝫ eruditionis eius ſtudium
prædicauimus,nō uidetur abſurdū,ſi aliqua ex opuſculis eius, in quibus de
martyrum

A martyrum paſsionibus memorat, hiſtoriæ huic quæ ad rem uidelicet pertinent, inſeramus. Scribens igitur ad Thmuitas idem Phileas, poſt aliquāta hæc refert: Horum uero nobis bonorū exempla præbuerant beati martyres, qui unà nobiſcū in agonibus perdurātes, ſecundum quod ex diuinis ſcripturis fuerant inſtituti, oculum mentis ſuæ in deo habentes defixū, mortem pro pietate abſq; trepidatione capiebant. Indeſinenter etenim conſiderabāt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, propter nos hominem factū, hoc nos docuiſſe, ut uſq; ad mortem obluctemur aduerſum peccatum. Si quidem ipſe non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens: & habitu repertus ut homo, humiliauit ſemetipſum uſq; ad mortē, mortem autē crucis. Cuius exemplū ſecuti beati martyres, omnes cruciatus & pœnas ſuſceperunt, ne fidei ſuæ conſcientiam macularēt, quoniā quidem perfecta in eis charitas foras eijciebat timorem. Quorum ſi uelim tolerantiæ enumerare uirtutes, & exponere robur cōſtantiæ, nec mihi copia tanta ſermonis eſt, nec puto alijs niſi his ſolis, qui oculis ſuis intuebantur quæ geſta ſunt, uideri credibilia. Erant enim expoſiti omnibus uolentibus pro libidine inferre ſupplicia & ſi quod aliquis per ocium excogitans nouū genus ſupplicij detuliſſet, licebat inferre. Verberabantur ergo alij fuſtibus, alij uirgis, flagris quoq; alij, nōnulli loris diſtricti, uel fu- *Noua ſupplicia*
B nibus appenſi. Et erat ſtudium per ſingulos penè nouū genus inuenire ſupplicij. Poſt tergum alij uinctis manibus appendebantur, & trochleis diſtenti, membratim diuellebantur. Iam uero ungulis exarari, uetus & leue ducebatur. Quod & ſi forte hoc genus ſupplicij cuiquam fuiſſet adhibitū, non (ut latronibus & homicidis ſolet) tantū latera fodiebantur, ſed & uēter & femora ac tibiæ, & uſq; ad ungues ungula perueniebat. Sed ne facies quidem ac uultus & frons à tormentis remanebat immunis. Addebat & hoc ſuper omnia, ut poſteaquam fuiſſent humana corpora abſq; omni humanitate laniata, expoſita in publico & nudata, non ſolum ueſte, ſed etiam cute, crudele cunctis prætereūtibus ſpectaculum fierēt. Quoſdam columnis diſtrictos, & poſt tergum diſtortis brachijs uinctos, derelinquebant. Iam uero hi qui ante præſidem ſuſpendebantur, non id ſolum tēporis, quo ab eo diſcutiebantur, ſed totum penè diem cū alij actus agerentur, in eculeis exigebant, ſi fortè aliquis ex his, iugis pœnæ continuatione à propoſiti firmitate decideret. Tanta uero in his crudelitas erat, & in tantum ab eis omnis penitus humanitatis ſenſus aufugerat, ut poſteaquam omne corpus uel tormentis, uel uerberibus fuiſſet abſumptum, trahi nudum pedibus rurſum iuberetur ad carcerem, atq; ibi neruo pedibus concluſis, recentibus adhuc uulneribus reijcerentur in ſolum teſtarum fragmentis ſubterſtratum. Interea quàm plurimi uſq; ad mortem conſtanter & fortiter perdurantes, inuentoribus ſcelerum immaniter intentatæ crudelitatis pudorem nō minimum

conferebant

conferebant. Alij uero recepta corporis ſanitate ad reparandos denuo agones, diſpēſatores pœnarū ſponte prouocabant. Quos illi erubeſcētes rurſus ad tormēta reuocare, ipſa eorū audacia perterriti, capite eos cædi iubebāt. Iſtæ ſunt ueri in deo philoſophi beati martyris Phileæ uoces, quas in uinculis poſitus, & in carcerē retruſus, cōmiſſę ſibi eccleſię ſcribebat, qbus unà ſecū ſocios eos martyrū & conſortes cœleſtiū faceret coronarū. A

Cap. XI

IAm uero illud quod apud Phrygiā geſtum eſt, quis audeat prętcrire? in quo & cōmunia humanitatis, & propria Romani regni iura uiolata ſunt. Vbi urbem quādam Chriſtianorū ciuium, in qua & populus omnis, & honorati uiri, & curator ac magiſtratus, Chriſtianos ſe eſſe, nec acquieſcere ad ſacrificandum faterentur, circundari militibus iubent, cunctoſq; ſimul cum mulieribus uiros, cum paruulis ſenes, cum ciuibus ciuitatē, iniecto igne concremari, ita ut nullus penitus ex illa urbe, etiam cum oprio uolentibus daretur, abſcederet. Et hoc in ciues perpetratū eſt, quod in hoſtes egiſſe, notam crudelitatis habuiſſet. Verū beati huius numeroſiq; martyrij pariter ab uniuerſa urbe ſuſcepti, autor & dux extitit uir pietate & religione, atq; omni benignitate clarus, Adauctus nomine, patria & genere Italus, honoribus pa latij per gradus ſingulos uſq; ad officiorum magiſterium perſunctus: rationes quoq; per illud tempus ſummarum partium adminiſtrans, in ſupradicta urbe degebat. Cuius in confeſsione Chriſti conſtantiā omnis populus ſecutus, boni ducis exemplo ſummarū uere partiū per martyriū conſecutus eſt palmam. Sed unde ſufficimus propria uniuſcuiuſq; martyris per ſingulos enumerare ſupplicia? Quis enim poſsit uel illa repetere, quibus apud Arabiā ſancti martyres ſecuribus cæſi ſunt? Aut quomodo quis retexat, quæ in Cappadocia geſta ſunt, ubi crura frangi Dei cultoribus iubebant? Quis Meſopotamiæ referat cruciatus, ubi Chriſtianos ſuini tergoris more ſingulis manibus pedibuſq; ſuſpēſos, amariſsimo fumo ſubteringeſto, indignis cruciatibus enecabant? Alios uero lento igne propè adhibito, tormētis longioribus abſumebant. B

Ciuitas Phrygiæ Chriſtiana exuſta — *Adauctus martyr* — *Magiſter officiorum. Is gubernabat ſcholas, et fabricas* — *Arabia* — *Cappadocia* — *Meſopotamia*

Cap. XII

ILla autem quomodo replicem, quæ apud Alexandriam geſta, etiam ueterum Poetarū fabulas uincunt? ubi obtruncatis auribus, atq; inhoneſto uulnere naribus, manuum quoq; cæterorumq; membrorū ſummitatibus amputatis, truncum abire ſinebant deriſum. Apud Antiochiam uero quomodo recordabor craticulas prunis impoſitas, quibus Chriſtiani ſuperim poſiti torrebantur? Sed inter hæc nobilium duorum iuuenum factum memorabile ſilere, ęquum non puto. Qui cum comprehenſi, ſimulacris immolare cogerentur, aiunt: Ducite nos ad aras. Et cum fuiſſent adducti, manus ſuas ardenti igni ſuperponentes, ſi ſubtraxerimus, inquiunt, ſacrificaſſe nos credite. Et quoaduſq; caro omnis in ignem deflueret, immobiliter perdurarunt. Alij cum ad ſacrificandum quærerentur, ſacrilegam pollutionem ui

Miræ martyrū carnificinæ — *Sceuolæ Chriſtianorū*

tantes

A tantes,uitam præcipitio finierunt,minore quidē tolerantiæ fiducia,ſed conſeruandæ fidei maiore cautela. In quibus admirabilis quædam & ueneranda fœmina pulchritudine pariter & pudicitia formoſa,genere nobilis,& copioſa facultatibus:cui erant duæ filię uirgines,honeſtæ ſatis,& ad maternę pudicitiæ regulam nutritæ,ſpecie ſimul & moribus ęmula ſibi probitate certantes,quas religioſa mater ſecūdum præceptum diuinum in timore domini educauerat. Sed pro his quæ ſupra diximus, uel naturæ, uel inſtitutionū bonis,prauorum hominum multa erga uirgines,earumq́ matrem contentio exagitabatur,& ſummo ſtudio ſummaq́ ui perquirebātur. Cumq́ declinandi turbinis gratia ſui abſentiam procuraſſent, agitur omni intētione, ut earum pręſentia fieret:miſsi in hoc ipſum milites, repertas eas uenire Antiochiā cogūt. Sed cū perurgētibus militibus,uehiculo impoſitæ iter agerēt, talibus religioſa & pudica mater ad filias utit̄ uerbis: Scitis dulciſsimæ mihi filiæ, quomodo uos in diſciplina Dei educauerim, Scitis quod à paruulis Deus uobis pater,Deus nutritor,Deus inſtitutor,extiterit,& quod pudicitiæ & caſtitatis bonum ita mecum pariter dilexiſtis, ut nec oculus quidem ueſter unquam (ſicut uobis conſcia ſum) laſciuiore fuerit maculatus aſpectu. Quid igitur nunc agimus? Videtis quod iſta omnis uis, aut à Deo nos ſtudet, aut à pudicitia ſeparare. Proſtituentur ergo publicis lupanaribus

Mater cū duabus filiab. amore caſtitatis in flumē ſe iniecit

B membra,quę aer penè ipſe publicus habuit incognita? Ne quęſo filiæ:quia nec tam parua nobis in deo fides eſt, ut mortem pertimeſcamus: nec tam deſpecta pudicitia,ut uiuere etiam cum turpitudine cupiamus. Quin potius ſi placet quod in omnibus tenetis,etiam in hoc ſequimini matris exēplum. Præueniamus impuras carnificum manus, & impudicorum præripiamus incurſus,mundumq́ hunc qui nos ad impuram & impudicam compellet ac pertrahet uitam, pura & pudica morte damnemus. Cumq́ talibus adhortationibus filias ad ſimile propoſitum uideret accēſas,ad fluuium quendam in itinere poſitum uenerunt,ubi cum ſe humanæ neceſsitatis cauſa deſcendiſſe ſimulaſſent,& paulum cuſtodes cogente naturali reuerentia ſeceſsiſſent,adductis diligentius hincinde ueſtibus, minacis ſe fluuij rapidis iniecerunt fluentis. Sed & aliæ duæ uirgines per omnia inſignes ſorores,genere nobiles,uita mirabiles,primæ adhuc ætatis ſpecie pulchræ ſatis,ſed animа pulchriores,ornatæ moribus magis quàm monilibus, ſtudijs apprime probabiles,non ferētes uiolari publicis edictis ac legibus caſtitatem,marinis ſe fluctibus demerſere.

Duæ uirgines in mare proſilierunt

Cap. XIII

HAec apud Antiochiam. In regionibus uero Ponti crudeliora gerebātur. Arundines acutæ quibuſdam ſub unguibus digitorū infigebant̄. Alijs plumbum igni liquefactum,& dorſo defuſum uſq́ ad loca pudēda, quibus naturalis egeſtiō procurari ſolet, infundebat̄. Fœminis quoq́ ueruа candētia & reuſta, ardētia abſq́ ullo hūanitatis miſeratiōisq́ reſpectu ingere

Carnificina martyrū apud Pontum

ingerebantur per pudenda uiſcerum,& naturalia ſecreta membrorum.Sed A
quid faciam,quod appellationes ipſæ mihi in admiſsis facinoribus deſunt,
& geſtorum ſcelerum nec uocabula quibus enumerari queãt, inueniri poſ-
ſunt?Suſtinebant tamen omnia fortiſsimi & pijſsimi martyres: cum opti-
mi & præclari iudices in eo ſolo ſapientiã ſuam omnibus futuram in admi-
ratione cenſerent,ſi aliquod nouæ crudelitatis ſuppliciũ, nouiꝗ generis in-
ueniſſent.Sed cum aliquantum iam non ratione aut humanitate, crudelita-
tis tamen nimietate ſatiati,reſpicere ad immanitatẽ ſceleris ſui cœpiſſent,de-
ſolatas urbes ciuibus, & optimis ciuibus,rura nudata cultoribus,orbatos fi-
lijs patres,& parentes liberis,ad clementiã ſe humanitatemꝗ conuertunt,
edictumꝗ Principale proponunt: Quoniã phas nõ eſſet tot ciues in qui-
bus fidei ſuæ eſſet obſtinata perſuaſio, morti tradere, placere de reliquo,ut
hoc genus hominũ nequaquã quidẽ ſubiret interitũ:omnes tamen qui hãc
ſpeciẽ confeſsionis tenerẽt,dextris oculis ferro effoſsis,eiſdẽꝗ cauterio adu
ſtis,ſiniſtro etiã poplite nihilominꝰ cauterio debilitato, per ſingulas quaſꝗ
prouincias in æris ferriꝗ metalla,uel operis,uel pœnæ gratia deportãdos.

Hæc fuit clementia Principalis,qua optimis ciuibus conſultũ eſt. Sed illi
quidem ſuis(ut uidebatur)uel moribus,uel uitijs agebant. Iuſtis uero & ſan
ctis uiris coronæ uirtutis & patientiæ parabantur,domino & ſaluatore no-
ſtro per hęc uel explorante fidem credentium ſibi,uel merita remunerante. B
Sed ſicut omnes per ſingulos enumerare non ſolum difficile, ſed & impoſ-
ſibile eſt, qui tũc in paſsionibus carnis ſuæ deo gloriam dederũt:ita omnes
penitus omittere,& ne paucorũ quidem nominatim facere mentionẽ, ſatis
uidetur ingratum.Paucos ergo memorabimus,& maxime eccleſiarũ princi
pes,per loca ſua ſingulos martyrij gloria coronatos. Cap. XIIII

PRimus nobis in memorijs piorum, fulgens in regno Chriſti martyr
Anthimus ſcribatur Anthimus,Nicomediæ epiſcopus,capite cęſus.Poſt hũc uita
Lucianus & ſtudijs ſemper martyr Lucianus presbyter Antiochenus,ſed tunc apud
Nicomediam Chriſti regnum rebus geſtiſꝗ prædicãs. Apud Tyrum ue-
ro nobiliſsimus in martyribus, & à prima ætate in Chriſti inſtitutionibus
Tyrannio enutritus Tyrãnio,eiuſdẽ urbis epiſcopus, Zenobius à Sidone presbyter,
Zenobius & Syluanus Emiſenorũ eccleſiæ epiſcopus,qui in ſua ciuitate beſtiarũ mor-
Syluani duo ſibus abſumptus,martyrum ſociatus eſt choris. In Palæſtina uero primus
Syluanus epiſcopus apud Gazã,cum pleriſꝗ clericorũ:In metallo autẽ Fa
Peleus nẽſi quadraginta ſimul capite cæſi:Peleus uero,& Nilus epiſcopi cum pluri
Nilus mis clericis igni conſumpti.In eorum numero habebatur etiã Cæſariẽſis ec
Pamphilus cleſiæ flos nobiliſsimus,& fructus doni cœleſtis Pamphilus.Apud Alexã-
Petrus driã uero & per omnẽ Aegyptum, uel Thebaida primus uelut lucifer qui
Fauſtus dam inter aſtra conſurgens Petrus eiuſdem urbis epiſcopus,doctrina mori
Dius *Ammonius* bus,& uita præcipuus,& cũ eo presbyter Fauſtus,& Dius, & Ammonius,

nec

A nec merito,nec inſtitutionibus,nec martyrio diſpares,Phileas quoq; & He- *Phileas*
ſychius,& Pachomius,ac Theodorus,epiſcopi ex urbib. Aegypti, cęteriq; *Heſychius*
cũ ipſis innũerabiles,nobiliſsima ꝑtulere martyria. Quorũ per ſingula ago- *Pachomius*
nes deſcribere,ne nos opus noſtrũ iuſto lõgius dilatemus, ſuis ciuib. qui ad *Theodorus*
dicendũ probe pollent,& præſentes tunc aderant,derelinquo. Cap. XV

INterea perturbari ſtatum noſtrum,& crudeli ubiq; animaduerſione ua-
ſtari,æternũ peruigilemq; illũ nõ latuit oculũ. Et quoniam dominus qui-
dem tradiderat familiam ſuã caſtigari paucis,cruẽti uero immanitatis mini-
ſtri deſæuierũt in multis,adeſt cõtinuo ultrix dei dextera,& illos qui primo
dum pacẽ ſeruarent eccleſiæ,cũ omni proſperitate imperiũ gubernauerant,
in tantã rerum permutationẽ deducit,ut Auguſtus ipſe in id uanitatis atq; *Diocletianus*
amentiæ perueniret,quo depoſitis cũ collega pariter Auguſto regni inſigni- *Maximianus*
bus,priuati & plebei poſt imperiũ uiuerẽt: Ille uero qui ei ſecũdus in hono- *Herculius*
re poſtmodũ etiam in primis ſucceſſor fuit,qui & incẽtor ac ſignifer noſtræ
perſecutionis extiterat,tam multis uarijsq; morbis & corporis tabe, atq; in-
ſania mẽtis afficeretur,ut poſt longos atq; inextricabiles languores, ſcelerũ
ſuorum furijs agitatus,ſponte uitam nephariã proderet. Cap. XVI

SEd hęc poſtmodũ. Tunc uero in occiduis partibus, quod Maximianus
(qui & Herculius)depoſuerat,Conſtantius regebat imperium. In duas *Conſtantius*
B nãq; procurationes Romanũ regnum fuerat diuiſum. Sed is multa clemẽ-
tia erga homines,erga deum uero religione maxima utebatur. Neq; uero
ex conſortis rabie regnũ ſuum piorum ſanguine maculauerat,neq; oratio-
num domos & conuenticula noſtrorũ imitatus Maximiani ueſaniã,hoſtili
uaſtatione deſtruxerat, quin potius cultores dei uenerationi habuit & ho-
nori. Vnde & merito religioſus pater, religioſiorem filium Conſtantinum
regni bene parti reliquit hæredem. At uero Conſtantinus,ſtatim ut Roma- *Conſtantinus*
ni regni apicem ex paterna hæreditate ſuſcepit,mira quadam dei gratia ci-
uibus charus, exercitui acceptus, uiris fortibus imitandus, facinoroſis uero
& ignauis terribilis fuit. In obſeruãtia quoq; religionis longe etiam patrem
uincere ſtuduit. Sed & Licinius communi omnium ſententia adſcitus in im- *Licinius Cæſ.*
perium, Auguſtus pronuntiatur. Quæ res Maximinum uehementer offen- *fit Auguſtus*
derat,quod is tunc ſolũmodo Cæſar in orientis partibus habebatur: neq;
id ultrà ferens,ui raptum ſibimet Auguſti nomẽ aſſumit. Maximianus ue- *Maximi. Cæſ.*
ro,qui & Herculius, quem paulo ante collegã fuiſſe Diocletiani,& cum eo *Auguſti no-*
imperij inſignia depoſuiſſe memorauimus, cum à Maxentio in urbe Ro- *men uſurpat.*
ma tyrannidem tenente fuiſſet expulſus,ad Conſtantinum tanquã ad ge- *Maxentius*
nerum miſerationis cauſa confugiens,inſidias ipſi à quo religioſe ſuſceptus
fuerat molitur. In quibus turpiter deprehenſus,turpius perit: ita ut poſt in-
teritum ſtatuæ eius atq; imagines auferrentur,& in ædibus publicis uoca- *Maxẽtij uita*
bula eius nominis mutarentur. Huius igitur filius Maxentius, qui in urbe *& crudelitas*

Roma tyrannidem ceperat,primo uelut inuitandæ erga ſe plebis gratia, fi- A
dei noſtræ ueneratorem ſe eſſe ſimulabat,& ob hoc perſecutiones reprimi,
omneſq; iniurias à Chriſtianis arceri iubet. Sed nihil in reliquis actibus
ſuis,nihil in uita uel moribus,quod Chriſtianis proximum uideretur,oſtē-
dit. In tanta etenim flagitiorum & ſcelerum fece,in tanto impuritatis cœno
uerſabatur, ut nihil prorſus facinorum peſsimorum ab eius non dicam ui-
ta,ſed unius ſaltem diei ac noctis actibus eſſet alienum. Deniq; Senatorū,
& maxime nobilium matronas publice abſtrahi,atq; ad ſuam libidinem
deduci imperabat, & poſt contaminationē uiris ſuis reddi iubebat, nō tam
expleta adulterij libidine,quàm immutata. Tantus uero metus Patres ple-
bemq; oppreſſerat,uti ne hoc ipſum quidē quod metuerent, palàm oſten-
dere auderent,ſed ferebant inſuetam ſeruitutem gementes:& aliquid pro li
bertate cogitare metu prohibebantur,cum ille non iam ira,ſed libidine cæ-
des agitaret. Deniq; quadam die imperat militibus ſuis,exire per plateas to
tius urbis,ut omnes qui occurriſſent,cuiuſcūq; ætatis & cuiuslibet ſexus,gla
dijs cæderent. Innumeræq; multitudines populi Romani,nō hoſtium, ſed
ciuium telis deiectæ ſunt. Senatores uero,& ij maxime, qui uel honoribus,
uel opibus clariores in curia uidebantur, confictis criminibus tanquam rei
puniti proſcriptiq; ſunt. Addit uero etiam hoc faſtigium ſceleribus ſuis, &
artis magicæ induſtriam ſummis ſtudijs excolit:ad quæ miniſteria explen- B
da,perquirebātur mulieres nobiles grauidæ,& adhibitæ funeſtis ſacris me-
diæ ſcindebantur. Rapiebantur & paruuli infantes, eorūq; exta uiſceribus
euulſa perſcrutabantur. Iugulabantur & leones: & nephandis quibuſdam
commentis ac precationibus dæmoniaca arte compoſitis, bella dicebantur
per hęc arceri,& credebatur ius phaſq; regni per nephas poſſe ſeruari. His
uero malis omnibus etiam illud additur,quod omnes qui per cęteras urbes
uel agros fuerant tyrannica crudelitate deterriti,dum nihil ſibi ad uitam tu-
tum putant,relictis agris,per loca abdita & latebras eunt,omni ſtudio arā-
di ſerendiq; ceſſante:tantaq; fames urbem atq; omnia loca inuaſerat,ut ni-
hil reliqui ad uitæ ſubſidium fieret. Cap. XVII

Maximini Ceſaris ſæuitia

IN Orientis uero atq; Aegypti partibus Maximinus ſimili per omnia crudelitate & ueſania tyrannidem gerebat,ita ut alter alterū,utpote in tyrannide ſocius,etiam in ſceleribus uideretur imitari,& neſcires cui potiſsimū dare flagitiorum palmam deberes. Eo ſanè Maximinus præire ſocium ſceleris uidebatur,quod etiam publicos honores & maximos magiſtris magorum, & malarum artium doctoribus decernebat. Simulachrorum quoq; cultui ſatis ſuperſtitioſe deditus erat, ita ut ne ad paruum quidem motū ſine augurijs & diuinationibus ac ſymbolis adquieſceret. Vnde & uehementior aduerſum nos & grauior prioribus perſecutor fuit. Vetera quoq; delubra & olim etiam à ſtudioſis cultoribus derelicta, renouari omnia iubet: ſacer-

dotesq;

A dotesq́ his & põtifices per ſingulas prouincias, nobiles quoſq́, & alijs iam honoribus functos, miniſtris militarib. & ſalarijs additis decernit. Nec mirum, qui & manifeſtos maleficos, uel rectores prouinciarum uel duces militum promoueret. Sed ob huiuſmodi uanitatis miniſterium, quamplurimæ copiæ auri argentiq́ quærebantur. Ex quo accidit, ut omnes ubiq́ prouinciæ diuerſis modis & occaſionibus nudarentur: grauando cenſum, tributa multiplicando, locupletiores quoſq́ exquiſitis aut etiam confictis iniurijs condemnando, alios uero etiam proſcribendo, omnes pariter bonis paternis auitisq́ familijs euoluebat. Vnde & montes auri (ut ita dixerim) congregatos familiaribus ſuis ac ſatellitibus largiebatur. In conuiuijs uero tam profuſus erat, tamq́ temulentus, ut inſanus, & mente captus uini furore putaretur, & ea ebrius fieri iuberet, quæ die poſtera ſe iuſsiſſe neſciret. Delicijs, luxu, atq́ omni diſſolutionum genere fluitans, turpiſsima ſuis militibus præbebat exempla. Deniq́ quicquid laſciue, quicquid petulanter, quicquid luxurioſe geſtum à Rectoribus uel militum, uel prouinciarũ fuiſſet, inultum cedebat ob imperatoris exemplum. Cui inter cætera hoc etiam ſingulare ſtudium erat, ne ullam non dico urbem, ſed uel breue oppidum, abſq́ adulterio nobilium matronarum quæ per loca fuiſſent repertæ, uel corruptione uirginum, præteriret. Talis hic tantusq́ uir, qui pudicitiæ, honeſtatis, iuſti-

B tiæ, ac totius æquitatis hoſtis publicus erat, quidni etiam Chriſtianorũ hoſtis & perſecutor exiſteret? Aduerſum quos tantum crudelitatis exercuit, ut præceſſores ſuos uincere feſtinaret in ſcelere: ignes, laminas, cruces, beſtias, maris profundum, obtruncationes membrorum, effoſsiones oculorum, & ſingulis membris ſpecialia inferre ſupplicia geſtiebat: quum tamen illi magis conſtantes & fortes inuenirentur in tolerando, quàm iſte ingenioſus & callidus in exquirendo. Vincebatur etenim ſæpius non ſolum à uiris, ſed etiam à fœminis, quæ uerbo dei & fidei calore ſuccenſæ, ut fœminæ quidem comprehendebantur, ſed ut uiri fortes in certamine coronabãtur: mortem quippe promptius ſubire, immo uero & ultro expetere, quàm corporis maculam recipere malebant. Verum cum duobus grauiſsimis dominis libidine & crudelitate præceps ageretur, fuit apud Alexãdriam Dorothea quædam ſatis nobili orta familia, ingentibus diuitijs, & propinquis nobilibus pollens. Sed in ea ingenij atq́ induſtriæ bonum, cæterarumq́ honeſtarũ artium ſtudia magis quàm hæc, uigebãt. Formæ uero & decoris gloria tanta ei fuit, ut mirum ac ſpeciale in ea dei figmentum crederetur. Sed illa quæ religione animi & honeſtate uitæ pulchrior quàm uultu corporis eſſe ſtuderet, æquiſsimo mentis iudicio, quod pulchrum & decorum inter homines uidebatur, id potius deo conſecrare, quàm uſui humano ſtatuit indulgere, ut uirgo deo ſacrata perſiſteret. At ille qui diuina atq́ humana, libidine ſimul & crudelitate fœdaret, cognito ſolius formæ, non etiam ingenij ac pro-

Dorothea uirgo, Alexandrina

poſiti bono,ad contemerādam uirginem, ac polluendam eius caſtitatē ani- A
mum intendit. Comperto uero quod Chriſtiana eſſet, quæ ſecundum ſua
edicta pœnæ magis quàm libidini ſubijcienda uideretur,in ambiguo poſi-
tus æſtuare cœpit,& in quam ſe partem uerteret,ignorare.Sed ubi dubios
animos libido,quę ei latius dominabatur,obtinuit,& expectantē uirginem
pro martyrio ad ſupplicium rapi,per occultos nuntios de ſtupro interpella
uit:illa æque nephas ſibi eſſe reſpondit, templum corporis ſui quod ſemel
deo cōſecrauerat,idolorū cultu ac libidinis contagione polluere. proinde ſe
quidem ad mortem paratam eſſe:à crudeli uero tyranno non decere blan-
dum aliquid aut molle proferri,nec eſſe dignū reſolui erga ſe truces animos,
quos quotidie undatim Chriſtianorū profuſus cruor duraret. Ad quæ re-
ſponſa cum ille libidine accenſus acrius incaleſceret,& niſi uerbis adquieuiſ-
ſet,ui agere decerneret:omnibus uirgo pudiciſsima facultatib.ſuis,domoq́ꝫ
ac familia derelicta,noctu clàm cum paucis fidiſsimis famulis, & cum ami-
ciſsima ſibi comite caſtitate diſcedit,atq́ꝫ inluſum tyrannum uanum amen-
tēq́ꝫ dereliquit.Sed & alias plurimas nobiles mulieres ſimul ac uirgines ex-
emplo illius adortus,ſed exemplo nihilominus illius paratiores ad mortē,
quàm ad ſeruitutem libidinis nactus,crudelibus ſupplicijs affici iubet.Quę
multo promptius & lætius quàm cæteri omnes mortem ſubibant,eo quod
duplices ſibi coronas à domino præparandas,non ſolum pro pietate,uerū- B
etiam pro caſtitate credebāt. Sed in his relationibus poſitum,ſilere æquum
Sophronia Romana non puto,etiā nobiliſsimæ fœminæ in urbe Roma mirabile factū Sophro
niæ,cuius uir præfectus urbis Romæ ſub Maxentio tyranno degebat.Qui
cum de ſupradictæ fœminæ pulchritudine cognouiſſet(ut ei mos erat)miſ-
ſis ſtuprorum miniſtris,deduci ad ſe fœminam iubet.Illa rem ad maritum
detulit.Qui cum comperiſſet,multa ſecum uoluens,ad ultimum altius inge-
miſcens:Et quid,inquit,faciemus,quibus aut hæc toleranda ſunt,aut anima
ponenda?Tum illa ut maritum uidit,metu mortis perterritū prodidiſſe pu
dicitiam ſuam:Paululum,ait his qui miſsi fuerant,expectate,donec compo
ſita(ut decet)& adornata procedam.Dehinc ingreſſa cubiculū,cū prius defi
xis genibus oraſſet,tanquā pudicitiam ſuā deo immolatura,pectus ac uiſce
ra correpto mucrone tranſuerberat. Extremos huiuſmodi nūtios ad tyran
num per adſiſtentes famulas mittēs:Tales (ait)magis placeant Chriſtianæ
fœminæ tyranno. Hoc modo in oriente ſimul atq́ꝫ in occidente, uelut uno
dæmonis ſpiritu armati,& paribus eiſdēq́ꝫ uitijs accenſi deſæuiebant tyran
ni,cum tamen per hæc Chriſtianorum uirtus animi,& conſtantia fidei pro
batior & magnificentior redderetur. Cap. XVIII

SEd cum per decem cōtinuos annos in orientis partibus ſimilis etiā Ma-
ximiani principis erga Chriſtianos fuiſſet graſſata crudelitas, & innu-
mera hominū milia deum uerum colentiū neci dediſſet,cumq́ꝫ uires crudeli
tatis

A tatis ac libidinis ſuæ indeſinenter ſuggereret temulentia,& neqꝫ conſilium, neqꝫ ſatietas finem ullum aut modum imponeret,adeſt cultoribus ſuis diuina prouidẽtia,& quos per ignem probauerat,educit rurſus ad refrigerium. Ipſum nanqꝫ autorem ſceleris ultio diuina corripuit. Et ille qui lætis ac ſaginatis carnib. incedebat ſuperbus,inflatis ſubito uiſceribus, ſuppuratiſqꝫ diſtenditur. In profundioribus dehinc pectoris partibus obortum uulnus totos intrinſecus uiſcerũ ſeceſſus tabo ſerpẽte depaſcitur. Poſt etiã fiſtulis quibuſdã in ſuperficie purulentis meatibus adapertis,de interioribus putrefactis uulneris uęnis ebullire undatim cœpit innũera uermiũ multitudo. Fœtor uero tã intolerabilis erat,ut nullus omnino ne medicorũ quidẽ propius poſſet accedere,quod carnes ſatis lætæ,& in omni luxuria nutritæ,grauiorẽ ex corruptiõe nidorẽ putredinis exhalabant. Deniqꝫ pleroſqꝫ medicorum, quod nec morbo aliquid mederi,nec uim fœtoris tolerare poſſent, interfici iubet. In quibus cũ quidã iugulãdus potius ꝙ medicaturus aſsiſteret,inſpiratus à deo: Cur(inquit) Imperator erras,& quod deus infert, ab hominib. putas poſſe reuocari? Nec hũanus eſt iſte morbus,nec à medicis curatˉ. *Sed* recordare,quãta in ſeruos dei egeris,quãqꝫ in religionem diuinã impius & prophanus extiteris,& intelliges unde tibi ſint poſcẽda remedia. Nã & ego quidẽ mori cũ cæteris potero,tu tamẽ à medicis nõ curaberis. Cap. XIX

Galerius Maximianus incipit ægrotare

B TVnc primũ ſe Maximianus hominẽ eſſe intellexit,& ſcelerũ ſuorũ immanitatẽ recordatus,primo omnium erraſſe ſe,& impie egiſſe profitetur,& uelut ſatisfacere incipit deo. Tum deinde conuocatis his qui in officio publico ſibi parebãt,legẽ ſcribi & confeſtim emitti iubet,qua nõ ſolũ Chriſtianis deſinat perſecutio,& arceatur omnis iniuria,uerũ & reædificari eorũ permitterentur eccleſię,ut ſolitis cultibus & † obſecrationibus uacãtes,etiam pro ipſius ſalute excelſo ſupplicẽt deo. Quibus dicto citius procuratis,continuo per ſingulas quaſqꝫ urbes edicta mittuntur,continentia hunc modũ:

Maximianus per morbũ admonetur humanæ conditionis

Aliàs, obſeruationibus

IMP. CAES. GALERIVS MAXIMIANVS, INVICTVS, AVGVSTVS, PONT. MAX. GERMANICVS, AEGYPTIACVS, THEBAICVS, SARMATICVS V. PERSICVS II. CARPICVS VI. ARMENICVS, MEDORVM ET ADIABENORVM VICTOR. TRIB. POT. XX. IMP. XIX. COS. VIII. PAT. PAT. PROCOS. ET IMP. CAES. FLAVIVS VAL. CONSTANTIVS, PIVS, FELIX, INVICTVS, AVGVSTVS, PONT. MAX. TRIB. POT. IMP. V. COS. IIII. PAT. PAT. PROCOS.

Edictum Maximiani et Cõſtantij Cæſarũ pro Chriſtianis

INTER cætera quæ pro utilitate reipublicæ diſponimus, nos quidem primo uolueramus ſecundum antiquas leges,& publicam Romanæ obſeruantiæ diſciplinam cuncta moderari,inter quæ etiam hoc addere,ut Chriſtiani qui paternã religionem reliquerãt,ad eam rurſum reuerterentˉ. Verũ

quoniam iudicio quodam animi ſui tãta eos obſtinatio rei huius habuit,ut nullo modo redire uellent ad ritũ religióis antiquæ,quæ à maioribus fuerat inſtituta,ſed eo magis pro uolũtate ſua unuſquiſq; legẽ ſibi ipſi cõſtituit, & in locis diuerſis plebs diuerſa cõcurrit.Cumq; pro his à nobis propoſitum fuiſſet edictũ,ut ad patrias leges redirẽt & antiquitus cõſtitutas,plurimi eorum periculis ſe potius ſubijcere,morteſq; innumerabiles tolerare, q̃ obedire præceptis talibus maluerunt.Et quoniam multos adhuc in eodẽ animi iudicio durare peruidimus,ita ut nec dijs cœleſtibus honorẽ debitum redderent,nec ſuæ religioni ſatisfacere uiderentur,reſpicientes ad ſolitam manſuetudinem clementiæ noſtræ,qua conſueuimus omnibus hominibus dare ueniam,libẽter etiam erga hos indulgentiã noſtrã credidimus porrigendam,ut rurſum ſint Chriſtiani, & conuenticula in quibus orare conſueuerunt,extruant,& reædificent,ita tamen ut nihil cõtra diſciplinam publicam gerant. Alijs uero epiſtolis Iudicibus indicauimus,quid eos oporteat obſeruare. Vnde conceſſa hac noſtra indulgentia,exorare debent deum ſuũ pro ſalute noſtra,& pro reipublicæ ſtatu,ut omnimodo incolumi degente republica,etiam ipſi ſecuri agere in proprijs laribus poſsint. A

Conuenticula

Ruffini interpretis uerba

Hæc de Latino in Græcum uerſa, nos rurſum transfudimus in Latinũ, Sed poſt hęc quid conſecutum ſit uideamus.

B

ELENCHVS CAPITVM NONI

LIBRI HISTORIAE ECCLESIAST.

De ſimulata indulgentia	Caput 1
De poſteriori Maximini Imp. peruerſione	Cap. 2
De ſimulachro quod nuper apud Antiochiam fuerat conſecratum	Cap. 3
De ſententijs quæ aduerſum nos latæ ſunt	Cap. 4
De Actis falſis	Cap. 5
De his qui eo tempore martyres extiterunt	Cap. 6
De his quæ aduerſum nos tabulis æreis conſcripta ſunt	Cap. 7
De his quæ poſtmodum acciderunt, bellis, peſtibus, fame: & de morte tyrannorum	Cap. 8
De uictoria Conſtantini Imperatoris	Cap. 9
De perditione ultima inimicorum noſtrorum	Cap. 10

A CAESARIENSIS, ECCLESIASTICAE HI/ ſtoriæ Lib. I X. Ruffino interprete

CAPVT I

HVIVSCEMODI edictis Imperialibus per omnem locum Aſiæ Ponticꝙ propoſitis, uelut ex ingentibus tenebris ſubitū lumen refulſit. Sed Maximinus, qui in Orientis partibus Cęſaris tyrannidem potius quàm locum tenebat, tanquam crudelitatis ſuæ materiã ſibi ſubtrahi non ferens, cum ei diſpliceret edictum, nec tamen auderet obſiſtere, proponi publice legem, & omnibus in notitiam uenire nõ patitur, uerbo tamen iudicibus præcepit, inducias Chriſtianis interim dare. Sed Sabinus, qui per illud tempus præfecturæ culmen gerebat, omnium prouinciarum iudicibus ſcribens, & pręlatam Imperatoris inſerens legem, manifeſtum efficit cunctis id quod Maximinus obſcurare tentauerat. Iudices uero per ſingulas ciuitates edicta mittentes, legemꝙ præferentes, relaxari cunctos qui tenebantur in carcere, quiꝙ in metallis, aut quibuslibet uinculis aſſeruabantur, omnes abſcedere liberos iubent. Quibus ita geſtis, uelut poſt nimiã tempeſtatem, ſi ſolis ſplendor cœlo redditus fuiſſet ac terris, duces populi noſtri per ſingulas quaſꝙ urbes frequentare cõuentus, eccleſias inſtaurare, concilia agere, ſacerdotia reparare, ſingulas quaſꝙ eccleſias, ſi cui quid deeſſe uidebatur, inſtruere. Quæ cum ita gererentur, ſtupor ingens habebat infideles gentilium, de tanta tamꝙ ſubita conuerſione rerum, ita ut admiratione ipſa fateri cogerentur, magnum & ſolum deum uerum eſſe quem Chriſtiani colunt. Noſtrorũ uero ſi qui in agonibus fideliter & uiriliter perdurauerãt, cum omni fiducia & lætitia agebãt. Si qui uero languidius & ignauius egerãt, cum omni humilitate & ſupplicatione medicinam poſcere ab his qui incolumes perſtiterant properabant, & per eos repropitiari ſibi omnipotentem deũ ſupplicabant. Iam uero illi qui de metallis fuerãt relaxati, uenientes per urbes ſingulas, magnanimi ſublimesꝙ incedebant, & ineffabilem lætitiã atꝙ exultationem dei eccleſiis exhibebant, toto itinere per plateas quoꝙ ciuitatum & uicos cum pſalmis ac hymnis digredientes, ita ut ſtuperent & magnificarent deũ hi qui eos pauloante uinctos & catenatos trahi in metalla uiderant, lætos uero nunc atꝙ exultãtes cernebant ad propria remeare. Ex quo etiã ipſi qui prius infeſti nobis uidebantur & aduerſi, nunc ſubitæ conuerſionis miraculo cõgratulabantur nobis, & cõmunem ſibi ducebant lætitiã noſtrã. Verũ cum hæc ita in agris & uicis & urbibus agerentur, & pro reddita ſibi pace Chriſtianorum populi modeſta exultatione gauderent, totius boni inimicus tyrannus ferre non potuit, quin inſita ſibi nequitiæ rabie gaudia iſta ſubrueret. Cap. II

Maximinus in Oriente

Sabinus præfectus

B

Chriſtiani liberantur è metallis

Cum pſalmis & hymnis

Chriſtiãi prohibentur conuenire in cœmiterijs

ETenim Maximinus, quẽ in Orientis atq; Aegypti partibus tyrannidem tenere ſupra diximus, ſex nõ amplius menſes paſſus eſt noſtros in pace perſiſtere, & protinus quicquid ad obturbandam eã nanciſci potuit molitur. Igitur primo prohibere noſtros per occaſiões quaſdã rentat, ne ad cœmiteria conuenirent. Tum deinde nequiſsimos quoſdã Antiochenæ urbis uiros inſtigat legationẽ mittere aduerſum nos, depoſcentes ne in proprijs degere licear Chriſtianis. Cuius legationis initiũ facit per Theotecnũ quendã curatorẽ Antiochenæ urbis, praui ingenij hominẽ, peſsimiq; propoſiti. Sed & alios per ſingulas ciuitates ſimiliter deterrimos ciues ad ſimile facinus impellit, & ex omnibus prouincijs huiuſcemodi legationẽ dirigi cõponit. Multaq; alia aduerſum nos ſpeciali quodã odio & obſtinata cõtentione machinat̃, donec omni modo mala quæ iam quieuerant, renouaret. Mala mens, maluſq; animus, uelut ſitim quandã & famem ſe pati putabat niſi laniari carnes ciuium, & ſanguinem eorũ profundi uideret. Cap. III A

Theotecnus curator urb. Antioch.

Ζεὺς ὁ φίλιος Iupiter Philius, boc eſt, amicitiæ præſes

INterea reperiſſe ſe occaſionem maximã ratus eſt ex eo, quod apud Antiochiam ſimulacrũ quoddam Iouis Amicalis nuper conſecratũ, artibus quibuſdam magicis & impuris conſecrationibus ita cõpoſitũ eſt, ut falleret oculos intuentiũ, & portenta quædã oſtentare uideretur, ac reſponſa proferre. Idq; omnibus & ipſis Imperatoribus pro certo confirmat̃. Quod poſteaquã ab uniuerſis creditũ eſt, aſſeuerat̃ item deus ille dediſſe reſponſa, ne Chriſtiani in urbibus habitarent, neq; in uicinis urbi locis, ſed quanto fieri poteſt longius fugarent̃. Quibus cognitis oẽs qui ubiq; erant ſub tyranni regno per urbes ac prouincias ſingulas, ſcientes gratũ hoc eſſe apud eũ, ſimilem de Chriſtianis ſententiã ferunt. Et miſsis ad eum legatis, ea de Imperatore impetrant, quæ ut peterent ab ipſo fuerant inuitati. Cap. IIII B

Sacerdotes templorum honoribus ornantur

TVm uero rurſus aduerſum nos perſecutionis rabies inſtaurat̃, & Maximinus interim ſumma inſtantia per urbes ſingulas & prouincias ſacerdotes ſimulachrorũ ac pontifices ſtatuit, multiſq; eos honoribus & muneribus præficit, & omnia prorſus diligenter agit, quatenus cunctos beneficijs ſuis præueniat, ut per hæc promptiores eos efficeret in odia & necem Chriſtianorum. Idq; eo magis obtinebat, quo gratiorem ſibi duceret eum quem erga noſtros ſæuiorem nequioremq; ſenſiſſet. Cap. V

Acta Chriſti apud Pilatũ conficta

Hoc ueneno pueros inſici cupiebat

ET quamuis ei agere cuncta ex ſententia liceret, quippe qui iam ſibi etiã Auguſti incõceſſam præſumpſerat dignitatẽ, uideri tamen uult, quod aliquibus iuſtis hæc rationibus agat. Confinguntur Acta quædam, uelut apud Pilatum de Saluatore noſtro habita, in quibus aduerſum Chriſtum omnis blaſphemia conſcribitur. Quæ acta per omnes regni ſui prouincias prælato edicto mitti præcipit, & per urbes ſingulas, per uicos, per agros etiã proponi: præceptoribus quoq; puerorum tradi iubet, uti pro his quæ ad meditandũ, uel ad ediſcendũ dictare ſolent, hæc tradant pueris memoriæ

cõmendanda

A cōmendanda. Cum uero hæc ita per omnem locū diligenti nequitia gererent, Dux Damaſci cognita Imperatoris ſui erga Chriſtianos libidine, & ei placere in talibus ſtudens, indigniſsimas quaſdam mulierculas de triuio conquiſitas, ſiſti ſibi facit, & agitari in his plurimā quæſtionem, per quā cogeret eas Actis profiteri, fuiſſe ſe quondam Chriſtianas, & ſcire quod inter ipſa myſteria eorū, ſpurca quædā & impura cōmitterent. Aliaq; huiuſmodi flagitia, quæ nec audire quidē bonus quiſquā pateret, mulierculas Actis proſequi facit: eaq; conſcripta ad imperatorem refert. At ille proponi ea nihilominus per ſingulas quaſq; urbes ac prouincias iubet, quamuis dux ille non in longū tali fraude gauiſus ſit. Breui nanq; quadam inſania deſperationis incenſus, in exitū uitæ ſuæ proprias ſibi intulit manus. Cap. VI

NOſtrorū uero rurſum fuga, rurſum perſecutio, & ſupplicia renouantur. Iudices prouinciarū tanquam gratum aliquid ex hoc imperatori exhibentes in noſtros atrocius deſæuire. Igitur apud Tytum Phœnices urbem tres quidam iuuenes correpti, cum ſe Chriſtianos eſſe cōfiterentur, beſtijs ſubijciunt: cum quibus & Syluanus epiſcopus quadraginta annis functus ſacerdotio, uir manſuetudine animi, & ipſa iam ſenectute uenerabilis. *Syluanus epiſcopus.* Per idem tempus etiam Petrus, de quo ſuprà memorauimus, Alexandrinę urbis epiſcopus, per omnia inſignis, & omnibus uirtutibus adornatus, in *Petrus Alexandrinus*
B ſcripturis uero diuinis & in uerbo dei, piorū nullo inferior, prudētia quoq; ſingularis, & in omnibus perfectus, uere ſacerdos hoſtia dei ſubito rapitur, & tanquam ex Maximini præcepto capite obtruncatur. Cum quo ſimul & alij plures ex Aegypto epiſcopi trucidantur. Lucianus quoq;, uir morib. cōtinentia, & eruditione præcipuus, Antiochenus presbyter, cum ad tribunal iudicis fuiſſet adductus: Cur (inquit ad eum Præſes) uir rationabilis & prudens ſequeris ſectam, cuius non potes reddere rationem? Aut ſi eſt aliqua, audiamus. Tum ille data ſibi facultate dicēdi, huiuſcemodi orationem de fide noſtra habuiſſe dicitur: In occulto non eſt, quod nos Chriſtiani quem colimus, deus unus eſt, per Chriſtum nobis annuntiatus, & per ſpiritum ſanctum noſtris cordibus inſpiratus. *Luciani presbyteri oratio de Chriſto* Non enim ſicut uos putatis, humanæ alicuius perſuaſiōis errore cōſtringimur, nec indiſcuſſa (ut alij) parentum traditione decipimur. Autor nobis de deo, deus eſt. Neq; enim poſſet ſublimis illa maieſtas ſenſibus humanę mentis illabi, niſi uel ſpiritus ſui uirtute delata, uel uerbi ac ſapientiæ ſuæ interpretationibus indicata. Fateor, errauimus etiam nos aliquādo, & ſimulachra quæ ipſi finximus, deos cœli ac terræ putabamus autores: ſed arguebat eos fragilis ſubſtantiæ ſuæ à nobis præſtita conſecratio. In quibus tantum uenerationis inerat, quantum decoris manus contuliſſet artificum. Verum omnipotens deus ille, quē non noſtris manibus fictum, ſed cuius nos decebat eſſe figmentum, errores miſeratus humanos, ſapientiam ſuam miſit in hunc mundum carne ueſtitā, quæ

nos

nos doceret deum, qui cœlum feciſſet & terram, non in manufactis,ſed in A
æternis atq; inuiſibilibus requirendum. Vitæ etiam nobis leges, ac diſcipli-
næ præcepta conſtituit,ſeruare parſimoniam,paupertate gaudere,manſue
tudinem colere, ſtudere pati, puritatem cordis amplecti, patientiam cuſto-
dire. Sed & omnia hæc quæ nunc aduerſum nos geritis, uentura nobis eſſe
prædixit: educendos nos ad reges, & ante tribunalia iudicum ſtatuendos,
ac uelut uictimã iugulandos. Inde eſt deniq;, quod & ipſe qui erat immor-
talis,utpote uerbum & ſapientia dei,morti ſe præbuit,quo nobis in corpo-
re poſitus,patientiæ præberet exemplum. Sed nec nos ſua morte decepit,
quibus poſt tertium diem reſurrexit:non ut iſta quæ nunc falſo conſcribun
Acta Pilati, tur cõtinent Acta Pilati,ſed innocens,immaculatus,& purus,ad hoc ſolum
aduerſus Chri mortem ſuſcepit, ut eam uinceret reſurgendo. Quæ autem dico,nõ ſunt in
ſtum confictus obſcuro geſta loco,nec teſtibus indigent. Pars penè mundi iam maior huic
libellus ueritati adſtipulatur:urbes integræ:aut ſi in his aliquid ſuſpectum uidetur,
conteſtatur de his etiam agreſtis manus ignara figmenti. Si minus adhuc
creditur, adhibebo uobis etiam loci ipſius, in quo res geſta eſt,teſtimoniũ.
Adſtipulatur his ipſe in Hieroſolymis locus, & Golgothana rupes ſub pa
tibuli onere diſrupta. Antrũ quoq; illud,quod auulſis inferni ianuis corpus
denuo reddidit animatũ,quo purius inde ferretur ad cœlum. Aut ſi adhuc
uobis minus digna uidentur hæc, quæ in terris ſubſtantiã gerunt, accipite B
etiam è cœlo adſtipulatorem fidelem:Solem uobis ipſum horum produco
teſtem:qui cum hæc fieri per impios uideret in terris, lumen ſuum meridie
abſcondit in cœlo. Requirite in annalibus ueſtris, inuenietis tẽporibus Pi-
lati,Chriſto patiente, fugato ſole interruptũ tenebris diem. Quod ſi terræ,
ſi cœlo,ſi ſanguini eorum, à quibus ueritatem per tormenta perquiritis, fi-
dem non accõmodatis, quomodo meis uerbis allegationibusq; credetis?
Et cum penè iam his uerbis auditoribus ſuadere cœpiſſet, arripi iubetur in
carcerem,ibiq; quaſi abſq; tumultu populi necari. Cap. VII

SEd & per alia nihilominus loca, tanta in breui crudeliſsimus tyrannus
aduerſum nos excitauit,ut longe ſæuiora prioribus & diriora pararen-
tur:quando enim aduerſum nos legationes prouinciarum uel urbiũ, quan-
do tot & tanta imperialia edicta uenerant, ita ut etiam æreis tabulis incidi
leges quæ aduerſum nos datæ fuerant,iuberentur? quãdo pueris ſcholaris
Declamatio meditatio de Pilato & Ieſu haberi cõtumeliæ noſtræ gratia iuſſa eſt, & con
Scholaſtica de fictis referta blaſphemijs, per totum diem decantari? In his uero legibus,
Pilato et Chri quas aduerſum nos ære inciſas ſingulis quibuſq; ciuitatib. propoſuerat ue-
ſto in odium lut in æternũ manſuras, iactãter ſatis & ſuperbe deſcripſerat, quod ex quo
Chriſti confi- Chriſtiani ſedibus ſuis urbibuſq; pellũtur, & aeris eſſet læta temperies, &
cta terræ fœcũditas abundãtior,ac ſegetũ copia uberior: & ideo ſatis recte con
ſuli ad deorum immortaliũ gratiam,quibus nullæ ita acceptabiles uictimæ
litarentur

A litarent, & ut inuiſum his hominũ genus ex omnibus locis in quibus eorũ maieſtas colitur, pelleret. Addit quoq; etiã illud: Vt quoniã tam piã, tamq; religioſam petitionem hanc ab Imperatore popoſciſſent, quicquid illud eſt (quamuis difficile uidet) quod ſuis cõmodis æſtiment profuturũ, pro hac gratia nihil ſit quod impetrare non poſſent: tantũ ut hoc diligentius obſeruent, ne Chriſtianis qualitercũq; urbiũ concedat ingreſſus. Cap. VIII

ET quidem quantum in hominibus fuit, ſatis in anguſtum res noſtræ opesq; coartatæ ſunt, ut ſecundum illud quod ſcriptum eſt, in his ſcandalizari poſſent etiam electi. Sed poſtq; nihil reliqui apud homines rebus noſtris ſupereſſe uiſum eſt, omnipotentis dei prouidentia imbecilles hominum mentes periclitari ipſa deſperatione nõ patitur. Continuo nanq;, nec mora, dum adhuc per aliquas longius poſitas ciuitates impia mitterentur edicta, arrogantiam tyrannicæ uocis refrenans, qua lætas ſegetes pro Chriſtianorum fuga, & uberes frugibus deſcripſerat campos, imbres reſtringit in nubibus, & effœtas arida ſterilitate ſegetes derelinquit. Areſcit etiam herba camporum, & non ſolum hominibus fructum, uerum etiam pecudibus pabulũ negat, famesq; tetra & obſcœna ubiq; graſſatur. Aeris quoq; temperies, quam ſuis impijs actibus deſcripſerat famulari, in tantam corruptionem uerſa eſt, ut humana corpora ulceribus peſsimis, quę ignis ſacer appel B lantur, nec non & his qui dicunt carbunculi, replerentur, ita ut ora hominũ atq; oculos occuparent, ut ſi quis fortè ex his effugiſſet mortem, luminibus orbaretur. Sed & alijs nihilominus peſtilentibus morbis uirorũ ac mulierũ immenſæ multitudines, & præcipue infantũ, aceruatim cadebant. Additur illud etiam his malis, quod Armeniorum gens olim & utiliſsima, & amiciſsima populo Romano, dum ab eo Chriſtianę religionis ritum (cui deuotiſsime uniuerſa dedita eſt) in idolorũ cultum mutare cogeretur, & dæmones uenerari pro deo, inimici pro amicis, & pro ſocijs aduerſarij effecti, manu ſe aduerſum nepharia eius edicta defenſare parant, ac ſponte bella inferunt. Quæ ſimul omnia coaceruata, ſtultæ ab eo pœnas arrogantię depoſcebãt, pro quo per fugam perſecutionemq; Chriſtianorũ, pacem ſibimet, & rerũ omniũ copias, atq; ipſius etiã aeris temperiem deſeruire iactauerat. Igitur cum ipſe & exercitus bello Armenico uehemẽter & acriter urgeretur, populos per urbes & uicos, quibus diuina atq; humana proſpere cuncta ceſſura legum ſuarum autoritate promiſerat, fames dira abſq; ulla miſeratione uaſtabat. In urbibus uero tantę per dies ſingulos multitudines cadebant, ut nec loca ad ſepulturas inuenirentur. In agris uel uicis plurimæ domus penitus uacuæ remanſere. Quod & ſi aliqui imminentem uidentes ſtragem, filios ad urbem uenundaturi adduxerant, dum emptor moratur, aut retractat etiam ipſe moriturus accedere, cum liberis ſuis, quorum ex precio alendos ſe ſperauerant, interibant. Aliqui uero dum radices herbarũ ſectabantur, earumq;

Siccitas ingens

Sacer ignis. Carbunculi

Armenij aduerſum Romanos

Fames

tur,earumq; ſuccis animã ſuſtentare tentabant, perurgente inedia, incaute A
letali aliquo hauſtu corrumpebantur. Mulieres quoq; matresfamiliâs, &
honeſto loco natæ,ui famis cogente,pudoris oblitæ,ad publicum ſtipis pe
tendæ gratia deſcendebant. Et quas uerecundia aſpicere in faciem hominũ
non ſinebat, expetere aliquid cibi uel etiã de manu rapere fames cogebat.
Quàm plurimi uero ita exhauſti incedebant,ut ſimulachra magis carne ca
rentia,quàm homines putarẽtur,colore tetro,luminibus in profundum di-
merſis:huc atq; illuc corpore nutabũdi, & iam iamq; lapſuri ingredieban-
tur,nec uoce iam ſtipem, ſed ultimum trahendo ſpiritum depoſcentes: ita
ut nonnunquam ſi forte fragmentũ panis aliquis,quo frui non liceret,aſpi-
ceret,dum manum conatur extendere, nec deſiderium uires corporis conſe
quuntur,in medio conatus inualidi ictu fruſtrante cõcideret. Quod ſi forte
quis locupletum,miſeratione permotus,impertiri aliquid cibi indigentibus
uoluiſſet, conſtrictus & præfocatus multitudine eorum, in quibus nemo
erat qui repellendus uideretur, deſerebat inceptũ, nec miſericordiæ propo-
ſitum per uim eorum quos inedia impudentes effecerat, ualebat explere.
Interea per plateas omnes & angiportus erant omnia repleta cadaueribus
mortuorum,nec erat omnino qui ſepeliret,dum & ipſi qui adhuc ſupereſſe
uidebantur, morbo inualidi eſſent, & quaſi continuo morituri. Ex quo fi-
Fames
ebat ſpectaculum miſerabile, ita ut quàm plurimi à canibus deuorarentur. B
Lues
Igitur duæ peſtes ualidiſsimæ,fames & lues, diuidebant ſibi populum. Et
pauperiores quoſque quibus quotidianus uictus opere manuum quære-
batur,uelut uicinos ſibi & proximos populabatur inedia. Illos uero qui lo-
cupletes & referti opibus uidebantur, lues ſibi uelut proprios uendicabat,
ita ut uideres numeroſæ familię domum intra breue tempus ex uno in alte
rum contagione currente,extinctis omnibus,uacuam derelinqui. Sic diſcre
tis quidem caſtris fames luesq;, ſed uno mortis exitu bellantes, urbes atq;
agros uaſtabant. Hæc extitit legum Maximini, & elationis atq; arrogan-
tiæ eius,& iudicij de Chriſtianis habiti remuneratio. Hæc illius in deũ pie
tas, & religionis ut aſſerebat cœlitus traditæ maieſtas. Verum, ut ſuperius
diximus, cum & inhumata mortuorum cadauera quos fames conſumpſe-
rat,in plateis iacerent,& quos lues uſq; ad unum interemerat, nihilominus
inſepulti in domibus manerent:qui uero ſupereſſe uidebantur, urgerentur
Ethnici implo
inedia:clamare omnes, & ſponte Chriſtianorũ pietatem miſericordiamq;
rant Chriſtia-
imprecari:quosq; paulò antè extorres patria & domo egerant,nunc ſuppli
nos
citer exorare,ut more ſibi ſolito uiuentibus alimoniæ auxiliũ deferant,mor
tuis inſepultis ſepulturæ iuſta perſoluant. Apud ipſos tantummodo miſe-
rationes ualere, apud ipſos ſolos quæ humanitatis ſunt,pietatisq;, ſeruari.
Nec tam ueram religionem,tam ſanctam,tamq; in omnibus perfectam ul
lam eſſe,quæ uniuerſis hominibus conſulere, tanquam propinquis & pro-
ximis

A ximis ſuadeat. Nec eſſe alium ullum præter Chriſtianorum deum confitebantur. Tum uero noſtrorum populi, quibus re uera per dei gratiā (quod maxime omnibus mirabile fuit) neq; fames in aliquo, neq; lues fuerat dominata, in nullo prorſus iniuriæ memores, more ſibi ſolito & ad miſericordiam etiā inimicorum præceptis dominicis inſtituti, cōferre certatim unuſquiſq; prout poterat, cibos, & ſubſtentare, ac reficere pereuntes, & non ſolum cibos cum eis, ſed & affectum participare. Ex quo indigentibus etiam parua ſufficete uidebantur, quæ cum magna pietatis affectione præbebantur. Illos quoq; qui morbi contagione laborabāt, ad quos nullus gentiliū, ne propinquorum quidem introibat, ſedula & frequenti uiſitatione curare, nec pati omnino aliquid per contagium: quippe quos gratia diuina circumdaret: cadaueribus quoq; mortuorum ſepulturam deferre, & quæ ſunt naturæ, iuſta cōplere. Ita breui, ingreſſu ſolo Chriſtianorum per urbes & uicos malorum facies immutata, rebus ipſis atq; operibus uerā eſſe & piam religionem Chriſtianorum in cordibus omnium ſcripſit multo tenacius, quam tabulis æreis, eam falſam eſſe tyrannus inciderat. Igitur cū hæc à noſtris ita gererentur, & per geſtorum bonitatem tacita quadam prædicatione dei noſtri ueritas noſceretur, ita ut completum uideretur illud quod ſcriptum eſt in Exodo: Quia Aegyptijs erant tenebræ palpabiles & craſſæ, fiB lijs autem Iſrael erat lux in omnibus habitationibus ſuis: pergit nihilominus dominus deus noſter magnificari in ſanctis ſuis, & cœptæ uirtutis opus proſperioribus ſucceſsibus propagare, atq; iterū nobis in obſcuro poſitis, ſplendorem ſuæ lucis accendere. Etenim ſecundum propheticum dictum: Cibauit nos pane lachrymarum, & potum nobis dedit lachrymas, ſed in menſura. Hæc eſt ergo correptionis eius, emendationiſq; menſura, ut non in perpetuū indignetur, neq; in æternum iraſcatur nobis, ſed repropitietur ſeruis ſuis ſperantibus in ſe.

Christianorū officia in gentiles

Cap. IX

Etenim cū religioſiſsimus Imperator Cōſtantinus, Conſtantij æque moderatiſsimi & egregij principis filius, aduerſum Maxentium urbis Romæ tyrannum bellum pararet, atq; exercitum duceret, erat quidem iam tunc Chriſtianæ religionis fautor, uericę Dei uenerator, nondum tamen (ut eſt ſolenne noſtris initiari) ſignum dominicæ paſsionis acceperat. Cum igitur anxius, & multa ſecum de imminentis belli neceſsitate peruoluens iter ageret, atq; ad cœlum ſæpius oculos eleuaret, & inde ſibi diuinū deprecaretur auxilium, uidet per ſoporem ad Orientis partem in cœlo ſignum crucis igneo fulgore rutilare. Cūmq; tanto uiſu fuiſſet exterritus, ac nouo perturbaretur aſpectu, adſtare ſibi uidet angelos, dicentes: Conſtantine, ἐν τούτῳ νίκα, id eſt, in hoc uince. Tum uero lætus redditus, & de uictoria iam ſecurus, ſignum crucis quod in cœlo uiderat, in ſua fronte deſignat: & ita cœlitus inuitatus ad fidem, non mihi illo uidetur inferior, cui de cœlo

Constantinus Aug. aduerſus Maxen. Modus initiandi Christianos

t ſimiliter

ſimiliter dictum eſt: Saule Saule, quid me perſequeris? ego ſum Ieſus Na- A
zarenus: niſi quia hic non adhuc perſequens, ſed iam cõſequens inuitatur.
Labarum, uexilli nonmen Exin ſignũ quod in cœlo ſibi fuerat demonſtratũ, in militaria uexilla tranſformat, ac labarum quem dicunt in ſpeciem dominicæ crucis exaptat, & ita armis uexilliſq; religionis inſtructus, aduerſum impiorum arma proficiſcitur. Sed in dextera ſua manu ſignum nihilominus crucis ex auro fabrefactum habuiſſe perhibetur. Verũ non puto abſq; re uideri, ſi paululum excedentes, etiam quid propoſiti religioſus dux in hoc bello geſſerit proferamus. Igitur ubi diuinæ uirtutis auxilio certus de uictoria effectus eſt, alio nihilominus æſtu religioſi principis animus fluctuabat, quod ſcilicet Imperator Romanus & Pater Patriæ nominatus, & qui omnes, ſi fieri poſſet, qui ante ſe principatum geſſerant, pietate & religione cuperet ſuperare, non ſolum patriæ, ſed ipſi urbi Romæ, quæ Romani imperij caput eſt, bellum cogeretur inferre, nec ſine oppugnatione patriæ quam tyrannus obſederat, reddere poterat patriæ libertatem. Angebatur hinc animus, & die noctuq; Deum, cui ſe iam familiarem ſenſerat, precabatur, ne dexterã ſuam quam ſigno muniuerat ſalutari, cruore Romani ſanguinis macularet. Hæc ei die noctuq; poſcenti, præſtitit diuina prouidentia. Et iam cum non procul à
Muluius pons ponte Muluio caſtra poſuiſſet, ecce ſubito uelutui diuina correptus Maxentius, agitur in occurſum, & proruens urbis Romæ portis, ſequi ſe reli- B
quum exercitum iubet, priorq; ipſe obuius præcurrit armatus. Iuſſerat autem nauibus ad decipulam compoſitis, fluuium ſterni, & ſuperpoſitis pontibus exæquari. Vt ergo ipſe eques ac præcurſor, oblitus operis ſui, cũ pau-
Maxentius perit in fluuio Tyberi cis aggreſſus eſt pontem, ſubſidere naues, & in profundum demerſus, totius belli futuras cædes unius nephandi capitis ſui diremit interitu, atq; impollutam religioſi principis dexteram à ciuili cruore ſeruauit. Tum uero nihilo minus in hoc quàm in Moyſe atq; Hebræorum populo geſtum uideres, ut digne etiam ſuper his dici deberet: Currus Pharaonis & uirtutem eius proiecit in mare. Electos aſcenſores ternos ſtratores demerſit in rubrũ mare, ponto adoperuit eos. Ita nanq; Maxentius, atq; hi qui cũ ipſo erant armati ſatellites, demerſi ſunt in profundũ: pontibuſq; his deuolutus eſt, quos ad religioſi principis aptauerat exitium, ut & illud ſuper eo competenter dicatur: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam operatus eſt. Conuertetur dolor eius in capite eius, & in uerticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Hæc impijs competenter aptantur. Conſtantino uero tanquam famulo dei digne illa iungentur, quæ Moyſes poſt uictoriam proſtratis cecinit inimicis, dicens: Cantemus domino, glorioſe enim honorificatus eſt, equũ & aſcenſorem proiecit in mare. Adiutor & protector meus eſt, & factus eſt mihi in ſalutem. Quis ſimilis tibi in dijs domine? quis ſimilis tibi glorioſus in ſanctis, mirabilis in claritate faciẽs prodigia? Hæc etiam

ſi non

A ſi non uerbis, rebus tamen geſtiſq; Conſtantinus ipſi à quo uictoriam me ruerat excelſo concinens deo, urbem Romam triumphaturus ingreditur. Tum uero læti omnes cum coniugibus ac liberis, Senatus Populusq; Romanus ingenti peſte liberati, & iugo tyrannicæ immanitatis exempti, Conſtantinum uelut ſalutis autorem ac reſtitutorem libertatis excipiunt. Ille tamen nec in laudes acclamantis populi, nec in plauſum tantæ urbis ac talis, animos relaxabat, neq; ſuæ uirtuti rem geſtam, ſed diuino muneri deputabat. Statim deniq; ubi imagines ſibi ob honorem triumphanti Senatus erexit, uexillum dominicæ crucis in dextera ſua iubet depingi, & ſubter adſcribi: Quia in hoc ſigno ſingulari, quod eſt ueræ uirtutis inſigne, urbē Romam Senatumq; & populum Romanum iugo tyrannicæ dominationis ereptum, priſtinæ libertati nobilitatiq; reſtituit. Per idem tempus conſpirante etiam tum ſecum Licinio (nondum enim in id uæſaniæ inciderat, quo poſtmodum delapſus eſt) ſcientes & profitentes autorem ſibi bonorum omnium deum, una eademq; ſententia legem ſtatuunt, in qua deum Chriſtianorum pleniſsimis laudibus proſequūtur, & ipſum ſibi autorem totius uirtutis atq; operis profitentur, ipſumq; de tyranno præſtitiſſe uictoriam, & ideo ab uniuerſis huic uenerationem cultumq; deferendum. Hāc legem etiam ad Maximinū, qui tunc orientis partibus dominabatur, amicitiaſq; B eorum expetere uidebatur, emittūt. At ille ingentibus Imperatorum rebus geſtis perterritus, tametſi quæ ſcribebantur, contraria ſibi & aliena mentis ſuæ propoſito uiderentur: tamen quoniam reſiſtere nō audebat, & rurſum alienę autoritati cedēs, inuitus uideri in hoc ueniſſe erubeſcebat, metu ſimul ac pudore uſus miſerrimis conſiliarijs ſtatuit, uelut ex ſuo arbitrio atq; autoritate legem pro Chriſtianis ſimilis ſententiæ promulgare: in qua aſſeueraret maioribus quidem ſuis prioribus Auguſtis, uiſum fuiſſe Chriſtianorū gentem tanquam deorū cultui aduerſam, penitus eſſe delendam: ſe quoq; aliquandiu ratum, ſimili debere uti ſententia. Sed quoniam eo magis gens iſta propagetur & creſcat, quo maxime putatur inhiberi, uelle ſe potius, ut ſi quidem blandis quis ad deorum cultum perſuaſionibus acquieſcat, recipiatur: nullus uero cogatur inuitus, ſed habeat in arbitrio ſuo, quo quiſq; uelit ritu colere Deum: neq; pro hoc cōmotionem ullam, uel perturbationē prouincialibus inferendam. Hæc Maximinus ad Sabinū Præfectum ſcribit, cum tamen omnes ſcirent eum non id animo gerere, ſed ſimulata hæc humanitate decernere. Deniq; noſtrorum nullus audebat uel concilia agere, uel in publico quicquam quod ad religionem pertinet, cōmouere, id eſt, uel eccleſias reparare, uel ſi quid huiuſmodi uſus noſter poſcebat explere, quod fieri lex ad eum ab Imperatoribus miſſa cenſebat. Sed ille impius & mente ferox, hoc ſolum quod metus extorquebat, indulſerat: nec in aliquo mutauit affectum, donec digna in eum uerbera ultio diuina proferret. Etenim

Conſtantini triumphus

Statua Conſtantini

Licinius Cæſ.

Conſtantini Licinijq; Cæſ. lex de colendo Chriſto

Lex Maximini fingentis ſe fauere Chriſtianis

Sabinus præfectus

cum contra meritum & capacitatem mentis ſuæ, uel nomen Auguſti, uel A
Imperium præſumpſiſſet, uir in quo nihil prudentiæ, nihil ſobrietatis aut moderationis inerat, arrogantia tumidus, & ſuperbia inflatus, extolli & erigi etiam aduerſum regni ſocios cœpit, in quibus regalis inſtitutio morum probitate, & ſobrietatis ac religionis gratia refulgebat. Audet igitur primò ſe inter eos honore conſtituere priorem: ac non multo poſt rupto fœdere, bellum Licinio conatur inferre, & breui omnia perturbans, modo urbes quatere, modo exercitum fatigare. Ad ultimum fretus dæmonibus, & nomine deorum ſuorum, cum immenſa militum multitudine procedit ad bellum. Sed uictoria illum qui Deo atque hominibus inuiſus erat refugiens, ad partem alteram tranſit. Et cum ferro cecidiſſet eius exercitus, pauci qui ſuperfuerant uidentes eum militum copijs & diuino fauore nudatum, manum fortioribus tradunt. At ille ſimul ut ſe à dijs ſuis deceptum, & ab hominibus deſertum uidet, detractis Imperij inſignibus, quę nec decenter unquam geſſerat, turbis ſe calonum fugitantium permiſcens, turpiter atque infeliciter bello exemptus, per agros ac uicos latitans, tandem ad ea loca quæ hoſtibus carere uidebantur euaſit, uanis ſuis perſuaſionibus illud multo uerius eſſe perſentiens, quod diuina ſcriptura pronuntiauerat, dicens: Non fit ſaluus rex per multitudinem uirtutis ſuæ, nec gigas ſaluus erit multitudine fortitudinis ſuæ. Falſus equus ad ſalutem, in abundantia autem uirtutis B
ſuæ non erit ſaluus. Ecce oculi domini ſuper timentes eum, ſperantes ſuper miſericordia eius, ut liberet à morte animas eorum. Igitur cum omni dedecore atque ignominia tyrannus, poſteaquam regreſſus eſt ad propria, primo tanquam furore quodam ſe digno accenſus, plurimos ſacerdotes deorum ſuorum, & diuinos quos antea mirabatur, & quorum reſponſis confidens bella commouerat, ut deceptores fallacesque, & qui ſalutem ſuam regnumque prodidiſſent, interfici iubet. Poſt hæc gloriam laudemque deo Chriſtianorum refert, & ſera pœnitentia conuerſionem in ipſa uitæ ſuæ damnatione meditatus, cum grauiſsimam mortem morbis erga ſemetipſum certantibus duceret, legem pro libertate ac ſecuritate Chriſtianorum ſcribit. Cuius exemplum infra ſcriptum eſt.

Maximinus aduerſum Licinium

IMP. CAES. GALERIVS MAXIMINVS, GERMANICVS, SARMATICVS, PIVS, FELIX, INVICTVS, AVGVSTVS.

Epiſtola Maximini pro Chriſtianis

Indeſinentem curam prouincialiũ noſtrorũ gerentes, & utilitatibus eorum uel cõmodis conſulentes, quę ad cõmune & publicum bonũ ſpectant, quæque animis cunctorũ chara & iocunda ſunt, nunquam deſinimus prouidere. Vnde cognitum eſſe omnibus hominibus non dubito, manifeſteque compertũ, ex eo fomite quo iuſſum fuerat à diuis principibus Diocletiano & Maximiano

A & Maximiano parentibus noſtris, inhiberi cõuentus Chriſtianorum, plurimas direptiones & prædas ab officialibus factas, idq́ per dies ſingulos in detrimentũ noſtrorum prouincialiũ profeciſſe(quorũ nos curã præcipuã habere geſtimus)ita ut bonis ſuis penè ac patrimonijs euoluerentur. Super hac re anno preterito legem dedimus, ut ſi quis uellet genti huic uel religioni adhætere, à nullo prorſus uoluntas eius, ac propoſiti libertas impediretur, ſed ſatisfaceret animis ſuis, atq́ haberet licentiam abſq́ ullo metu uel ſuſpicione agere quod liberet. Verũ ne nũc quidem latere nos potuit, quod quidam ex iudicibus tentauerint permouere rurſum prouinciales noſtros, & uelut ex noſtra eos autoritate turbare, quo ſcilicet pigriores erga religionem quam diligunt, redderentur. Igitur ut in poſterum omnis metus uel ambiguitas auferatur, huius edicti noſtri lege ſancimus, ut cunctis innoteſcat, licere his qui Chriſtianã ſectam religionemq́ uenerant, hac noſtra indulgentiæ largitate, ut unuſquiſq́ quemadmodũ uult, & prout animo libet, religioni huic ſolennitatiq́ deſeruiat.* Sed & orationum domos, id eſt dominica ſua, ut inſtaurẽt pro uoluntate ſua, permittimus. Sanè quo in omnibus cumulatior habeat hęc noſtra largitio, etiã illud hac lege ſancimus, ut ſi qua domus, agri, uel quælibet prædia ex Chriſtianorũ bonis antehac parentũ noſtrorũ præ-
B ceptis ad fiſci ius fuerãt ſociata, ſi qua etiã ibi ab aliquo cõpetita ſunt, uel ſi qua ſunt diſtracta, aut dono in aliquem cõlata, hæc omnia in antiquũ ius Chriſtianorum præcipimus reuocari, dominiſq́ proprijs uniuerſa reſtitui: ut & in hoc omnes pietatis noſtræ beneficium capiant.

Talibus Maximinus nũc demum utitur legibus, qui ante annũ non integrum æreis aduerſum nos tabulis, tanquam in æternum permanſuris, ſanxerat pœnas. In quibus nos uelut impios, urbibus & agris exules ac totius penè terræ profugos effici iuſſerat. Verum ne nũc quidem erat eius integra & ex corde conuerſio, ſed uelut preciũ quoddam, huiuſcemodi leges offerebat deo: & quoniã deorũ ſuorũ ſpes eũ prius in bello deceperat, per hæc tanquã mutatis patrocinijs, bellum tentabat adoriri, ignorãs uaniſsimus, quod ab hominibus nequam ad prauum inceptũ, neq́ officijs, neq́ præmijs poteſt redimi Deus. Cap. x

IGitur cum omnibus copijs inſtruxiſſet exercitum, bellumq́ parauiſſet iniuſtum, doloribus internorum uiſcerum correptus, uehementer exagitari cœpit, ita ut ne ſtratis quidem recubare poſſet, ſed exiliens è cubili ſuo, ſæpe pronus eliderectur in terrã: tum deinde homo edax, & qui uino ſemper repleretur, nũc ne ſummis quidem labris deguſtandum reciperet cibum aut odoretenus uinum ſumeret. Ita carnibus inedia & ariditate conſumptis, hoc ſolũ profecit infelix, quod in ultimis uitę poſitus, iuſtam eſſe uindictam dei, & ſcelerum ſe pœnam profitetur expendere.

*Primi illi Chriſtiani templa in honorem Chriſti domini erecta, Dominica appellabant, in quibus precũ, ſacrarum lectionum, euchariſtiæq́ cauſa cõueniebatur. Erat autem apud ueteres domini uocabulum paulo frequentius, quàm Chriſti iuxta conſuetudinẽ Apoſtolicã, & ſolennem Euangelicæ hiſtoriæ modũ. proinde quoniã dominũ ſemper habebãt in ore, etiã ipſa loca in quibus propter dominum coibant, appellarunt Dominica. Vnde Germani etiã num epiſcopalia tẽpla, quæ certe primaria ſunt, & reliquis antiqiora, Dom uocant, & illorum Canonicos Domherren, quaſi dicas Dominicales, ſiue Dominicanos dominos. Sicut templarijs olim à templo datum nomen. Extat adhuc in Tribonis inter Elcebũ pagum, qui Sletſtadio originem ac nomen dedit, & Argentoratũ prope Molleſhemiũ ſacellũ quoddam uetuſtiſsimum, etiã Gentiliũ Rom. monimentis ſpectabile, quod uernacula ſimplicitas Dom phieter appellat .i. Dominicum Petri

Maximinus moritur Ad ultimum tamen morbo prius luminibus amiſsis, & tunc magis quid A
aduerſum Chriſtum impietatis admiſerit uidens, uiuendi finem fecit. Sed defuncto eo, qui erga Chriſtianos nunc inaudita crudelitate, nunc ſimulata uenia agebat, aperta indulgentia legitimorũ principum, & abſq; ulla iam ſuſpicione, eccleſiarum ſtatus multo etiam clarior quàm prius fuerat reparari cœpit. Verbum uero Dei & doctrina Chriſti, longè glorioſius &

Puderet pro pudefaceret ſolœciſmus liberius propagabatur. Tum uero inimicis pœnitudo ultima atrocitatis & crudelitatis ſuæ fiebat, ita ut puderet eos aſpectus ipſe publicus, nec eleuare oculos in hominum faciem auderent. Etenim cum primum ipſe Maximinus Imperialibus edictis tyrannus & impius, & deo atq; hominibus inuiſus fuiſſet pronuntiatus, tabulæq; eius pictæ, uel imagines æreæ, aliæ deijci ac præcipitari iuberentur, aliæ uero atris fucatæ coloribus oblitterari: tanta ſubito rerum facta conuerſio eſt, ut eius qui dudum aduerſum Chriſtianos de pœnæ æternitate cenſebat, nunc etiam nomen aut reuelleretur de memoria hominum, aut cum opprobrio ac dedecore ſeruaretur. Iudices quoq; eius, quos ille in tyrannicis dominationibus miniſtros ſcelerum habuerat, legitimi principes uelut impietatis & crudelitatis eius ſatellites

Peucedius interfici iuberent. In quibus maximus flagitiorum eius ſignifer Peucedius fuit, qui ſecundo ab eo & tertio conſul prouectus eſt, ac præfecturæ tenuit

Quintianus culmen. Sed & Quintianus ſimiliter primis apud eum honoribus functus, B
qui in Aegypti partibus aduerſum Chriſtianorrm ſanguinem inaudita ſæuitia & crudelitate graſſatus eſt. Sed & alij plurimi, per quos Maximini

Theotecnus impietas fomenta conceperat. In quibus & Theotecnus ultorem tandem prophanorum actuum eſſe comperit Deum, qui conſecrati apud Antiochiam ſimulachri gratia, etiam Præſidialibus à Maximino faſcibus fuerat honoratus. Sed cum Licinius ueniſſet Antiochiam & magicæ artis ſtudioſos ad pœnam iuſsiſſet inquiri, ſacerdotes illi atq; aruſpices nouelli ſimulachri, horum uel ſocij uel etiam magiſtri deprehenduntur. Cumq; ab his inquireretur, quo pacto uel reſponſa redderet ſimulachrum, uel prodigia quædam facere uideretur, diſsimulare primò, poſtea tamen artius interrogati, totius ludi compoſitam ac compaginatam machinam pandũt, & arte Theotecni fatentur cuncta facta. Igitur primò omnium ipſum tantæ deceptionis autorem Theotecnum, tum deinde cæteros magicæ artis miniſtros, quos ille ſacerdotes nouelli dæmonis atq; aruſpices collocarat, dignis

Filij Maximini excruciandos ſupplicijs duci iubet. Quibus adduntur etiã filij Maximini, quos ille iam imperij ſocios aſſumpſerat. Sed & propinquos eius, qui ſe ob huiuſmodi neceſsitudinem, moleſtiſsimos erga ciues & prouinciales exhibuerant, paribus ſupplicijs afficit. Stulti & uæcordes, qui non audierint cõmonitionem diuinarum literarũ, dicentem: Nolite cõfidere in principibus, neq; in filijs hominũ, in quibus non eſt ſalus. Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in

A tur in terram ſuam, in die illa peribunt omnes cogitationes eorum. Nos autem quibus ſpes & ſalus in omnipotenti deo conſiſtit, & in rege omnium Chriſto Saluatore noſtro, ac redemptore animarum noſtrarum, & correptionem libenter ab eo ſuſcipimus, & pacem ueniamq́ ab ipſo ſimiliter expectamus. Igitur poſteaquā repente Deo atq; hominibus inuiſum (ſecundum quod ſupra expoſuimus) interijt impiorum hominū genus (ita ut merito in his completum uideretur quod prædixerat ſpiritus ſanctus, Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros libani, & trāſiui, & ecce non erat, & quæſiui locum eius & non inueni) omni nube deterſa, lætus iam dies & ſolito clarior illuxerat terris, atq; eccleſiis Chriſti ſplendor ſui ſolis effulſerat, nec uſquam qui hæc aliter aſpiceret liuidus ſupererat oculus: ſed cuncti mortales tyrannicæ quæ præterierat crudelitatis horrore, etiam ſi nondum fide, uotis tamen quæ noſtra ſunt amplectentes, uniuerſi pariter Deum uerum prijs eſſe fatebantur auxilio, firmamq́ eſſe ſpem in Chriſto ſperantium comprobabant. Ex quo aderat cunctis uelut diuino munere infuſa lætitia, maxime uidentibus ea loca, quæ paulò ante impijs tyrannorum machinis fuerant deſtructa, rediuiua conſtructione clariora & celſiora conſurgere, templaq́ excelſa pro humilibus conuenticulis eleuari. Iuuabat enim Chriſtianorum principum fauor, & legiſlatione religioſa alacres noB ſtrorum animos eo amplius animabat, dum & ad perſonam epiſcoporum frequentius ſcriberēt, & honorem ſacerdotibus cū ſumma ueneratione deferrent, ſed & impendiorum ſumptus benignius largirentur. Interea feſtiuitates à noſtris frequentiſsime gerebātur cum omni lætitia & exultatione, per urbes & loca ſingula eccleſiarum dedicationibus celebratis. Congregabantur in unum ſacerdotes, nec pigebat etiam longe poſitos cōuenire, quia nullum longum uidebatur ſpacium charitati. Concurrebant etiam populi ad populos, & tanquam uere membra unius corporis Chriſti iungi ſibi inuicem ſociariq́ gaudebant, ut uideretur in eis compleri figura illa prophetica, quæ cum ſacramento quodā prædicata eſt, dicens: Quia cōgregabitur os ad os, & iunctura ad iuncturam, quibus etiam unus ſpiritus ineſſe omnibus infuſus mēbris, & una anima merito dicitur, quia & una in omnibus fides, & unus ab omnibus colitur deus, atq; ex uno ore hymnos omnes cōcinunt Deo. Iam uero ingens in ſacerdotijs & miniſterijs, atq; in omnib. quę ad religionis obſeruantiā pertinēt, gratia refulgebat. Adſtabāt hic pſallentiū chori, iuuenes & uirgines, ſenes cum iunioribus laudabant nomē domini: hic myſtica miniſteria ordinatis ac diſpoſitis uicibus agebantur. Pontificum quoq; & ſacerdotum cōſeſſus, ipſa canicie uenerabilis eminus præfulgebat. Iam uero ſi quis per gratiā domini inſpiratus, ſermonē proferret ad populum, cum omni ſilentio ora cunctorum in eum, oculiq́ conuerſi, tanquam cœlitus ſibi per eum denuntiari aliquid expectabant. Tanta audito

Dedicationes eccleſiarum

Chori pſallentium

Myſtica miniſteria.

Pontificū & ſacerdotum conſeſſus

Concionans ad populum

rum reuerẽtia,tantus ordo in ſacerdotibus ſeruabatur. Inde alius atq; alius, A
& non ſolum duo uel tres,ſicut Apoſtolus dixit,cæteris examinantibus lo/
quebantur,ſed & quantiſcũq; dabatur ſermo in adapertione oris ſui,ut ma
gis conſtaret in eis illud quod Moyſes dixerat: Quis dabit omnem eccleſi/
am dei prophetare? Nuſquam enim liuor aderat:nullum pulſabat inuidia:
dona dei populis miniſtrabantur:unuſquiſq; ſecũdũ quod ſcriptum eſt,
ad ædificationẽ eccleſiæ abundare quærebat. Et omnia hæc in charitate ge/
rebantur,ita ut ſe honore inuicem præuenirent, & alter alterum ſe duceret
meliorẽ. Nam ſimpliciores quiq; admirabantur,& ſuſpiciebant eos qui per
ſapientiam uerbi populos inſtruebant. Sapientes uero & eruditi uiri præfe
rebant eos, quibus pura uita & ſyncera ſimplicitas offerendi Deo hoſtias
Officiũ immolandi ſacrificij maiorẽ fiduciam dabat:eiſq; immolandi ſacrificij permittebatur officium,
quos familiarior uitæ ſimplicitas in cordis puritate ſeruabat. Sic ſummo ſtu
dio perquirebat alter in altero quod præferret. Igitur cum tali ſimplicitate
eccleſiarum gloria apud Deum hominesq; proficeret, & imago quædam
Conſtantinus fauebat Chriſtianis cœleſtium haberetur in terris,ſuper omnia quoq; religioſus princeps Con
ſtantinus exultaret in talibus,ac per dies ſingulos fide & religione creſcens,
inexplebili gaudio de eccleſiarum profectibus repleretur, ſacerdotibus eti/
am dei non credebat ſufficere,ſi ſe æqualem præberet,niſi eos longe præfer
ret,& ad imaginem quandam ueneraretur diuinæ præſentiæ. Cumq; pro B
his omnibus,non iam ut Imperator,ſed ut pater coleretur à cunctis,non tu
lit infelix inuidia,uel noſtrorum pacem lætis ſucceſsibus creſcere,uel illius er
Licinius ga nos ſtudia inquaſſata durare. Etenim Licinius,qui primò quaſi probita/
te morum,& uitæ integritate,ac merito uirtutum,non ſolum ab eo in ſocie/
tatem regni fuerat adſcitus, uerum & in propinquitatem ex coniunctione
ſuſceptus(ſororem nanq; Conſtantini in matrimonium acceperat) uidens
Imperatorem non tam ui & metu, quàm amore & religione omnibus im/
perare,atq; in ſumma ueneratiõe cũctis eſſe mortalibus, & præcipue Chri/
ſtianis,humano uitio pulſatus,imò inhumana inuidiæ clade perculſus, oc/
cultis inſidijs primò decipere egregium principem parat,idq; quàm maxi/
me per familiares ac miniſtros molitur. Sed ille nihil quidem de eius dolis
ac fraudibus ſuſpicatus, tamen quia totus erat confidens in deo, ad omnia
ſe illo ſigno quod ei cœlitus monſtratum fuerat,muniebat,nec ullis per hoc
Licinius aduerſus Cõſtantinum Aug. inſidijs fieri obnoxius poterat. Verum Licinius ubi neq; beneficiorum me/
moria,neq; affinitatis gratia reprimere immanitatem concepti ſceleris pote
rat,neq; tamen ei per occultas machinas inſidiæ procedebant, ratus quod
Imperator Chriſtianorum precibus iuuaretur, & ideo tutus permaneret,
ſtulta iracundia permotus,Imperatori quidem apertum bellum indicit, re/
gniq; fidem ſocietatemq; cõtaminat. Noſtros uero priuato ac ſpeciali odio
perſequi parat,hoc in querelam deuocans,quod nõ ita pro ſe ſicut pro Cõ/
ſtantino

A ſtantino, Chriſtiani in ſolennibus & ex præcepto ſibi traditis orationibus excubarẽt. Verſa igitur uice, is qui paulo antè acerrime in eos uindicauerat, qui tyrannorũ tempore aduerſum Chriſtianos aliquid crudele moliti ſunt, nunc in noſtros tela cõtorquet, & tyrannidis ſuæ prima ſacrilegia noſtrorũ cruore delibat. Primò nãq; omniũ, de Palatio ſuo, ſi quis Chriſtianus eſſet, exire iubet, tum & de omni militia. Poſthæc proficit peſtis, & tyrannicis edictis ſtatuit, omnes qui ſe Chriſtianos profiterentur, in carcerẽ tradi. Statim tamẽ inuenit aliquid, in quo priores crudelitate ſuperaret. Addit edicto, ut ne quis alicui miſſo in carcerẽ, cibum uel potũ deferat, dicens: Iniquum eſſe miſericordiã fieri, atq; humanitatẽ præbere his, quos ipſe ſuis legibus condemnaſſet. Et ita multitudines in carcerem retruſæ, inedia necabantur. Sed per hoc putabat adhuc occultiorem eſſe tyrannidem ſuam, uerũ creſcente animi ſæuitia, etiam hoc parum uidetur: continuò in epiſcopos, cæteroſq; ſacerdotes dei rabiẽ crudelitatis extendit, & primò omniũ nobiliores quoſq;, & quos fama clarior extulerat, uel ſapientiæ & doctrinæ opinio cõmendauerat, callida arte circumuenit, & eos aut iniuriarũ reos fieri, aut cuiuslibet alterius ficti criminis præcipiens, nullaq; negocij inquiſitione habita, puniri hoc ſolo quo deferebantur, iubebat. Iam uero poſt hæc inaudito omnibus ſeculis crudelitatis modo, omnes qui contaminatis ſacrificijs acquieſcere no-
B luiſſent, non tortoribus (ut prædeceſſores ſui tyranni faciebant) neq; cruciatibus ac ſupplicijs tradi iubebat, ſed lanionibus dari, ut eos porcorum more ſuſpenſos, deſpicatoſq;, & codicibus ſuperpoſitos, per fruſta cęderent, & in partes diuiſos, in mare ad pabulum piſciũ proijcerent. Eccleſias quoq; quas ſuis iam temporibus communibus edictis extrui fecerat, rurſum ipſe ſubuertere, & per omnia ſatiſagere, quatenus cunctos qui ante ſe fuerant tyrannos, crudelitate ſuperaret. Præterea & leges, ſi quæ apud Romanos bene & honeſte à maioribus latæ fuerant, in barbarum ritum conuertere, auaritiæ quoq; inſatiabiliter ſtudere, cenſus innouare, & agros cultoribus uacuos tributis replere. Præterea ſi quos iniquis factionibus circumuentos in exilium miſiſſet, horum uxores legitimis matrimonijs auulſas, ſeruis ſuis ac ſatellitibus iungere. Ipſe uero etiam contra ætatis ſuæ uires adulterijs, & corruptione uirginum delectari. Verum ubi huiuſcemodi armis & uirtutibus inſtructus, tyrannidem ferocius cœpit agitare, Conſtantinus, qui erat ueris uirtutibus adornatus, & perfecta in deum pietate munitus, tot tantiſq; flagitijs ire obuiam parat. Nec difficultas aliqua uictoriæ fuit, ubi & cauſa iuſtior, & fides purior, & uirtus eminentior habebatur. Deiectoq; Licinio, atq; omni memoria tyrannicæ dominationis ablata, ſoliditatem Romani regni cum filijs ſolus obtinuit. Tum uero ſtatus quidem rei publicæ æquabili moderatione, & cenſura digniſsima Romani nominis habebatur: in nationibus barbaris metus ingens: in Prouincialibus uero metu

Solennia Chriſtianorum

Licinij edicta aduerſum Chriſtianos

deuotio

deuotio animi maior erat. Quieta omnia & tranquilla ab hoſtibus belliſq; **A** *Eccleſiæ* ciuilibus, læti ſecuriq; cuncti mortales pacem agitabant. Eccleſiarũ uero gloria, incredibile memoratu eſt, quãto religioſi Imperatoris ſtudio adoleuerit, *Pauperibus ſubuenit* quantaq; eius cura etiam erga ſumptum indigentium fuerit. Ardens nãq; in fide dei animus, & benignum ingeniũ atq; clemẽs bonis operibus paſcebatur. In tantũ uero præſentium rerum bonitas & tranquillitas obtinebat, ut obliuionem præteritorũ pareret malorum. Edictis nanq; frequentibus per omnem locum propoſitis, non ſolum tyrãnicas aduerſum Chriſtianos *Conſtantinus priuilegia eccleſiaſtica ſacerdot. dedit* pepulerat leges, iusq; ciuile reddiderat, uerũ & priuilegia plurima eccleſiis, ac ſummos honores ſacerdotibus detulit. Ita deo atq; hominibus charus, ſummam Romani regni, cum religione pura, tum etiã uirtute animi ac moderatione, ſupra omnes qui prius fuerant, procurabat.

EVSEBII PAMPHILI, CAESARIENSIS EPISCOPI ECCLEſiaſticæ hiſtoriæ libri Noni & ultimi Ruffino Aquileienſi interprete, FINIS.

RVFFINVS LECTORI.

HVcuſq; nobis Euſebius rerum in eccleſia geſtarum memoriam tradidit. Cætera uero quæ uſq; ad præſens tempus per ordinẽ ſubſecuta **B** *Intelligit Chromatiũ* ſunt, quæ uel in maiorũ literis reperimus, uel noſtra memoria attigit, patris religioſi præceptis & in hoc parentes, quàm poterimus breuiter addemus.

ELENCHVS CAPITVM DECIMI

LIBRI HISTORIAE ECCLESIAST.

De Arij hæreſi.	Caput 1
De concilio apud Nicæam congregato.	Cap. 2
De conuerſione Philoſophi Dialectici.	Cap. 3
De Paphnucio confeſſore.	Cap. 4
De Spiridione epiſcopo, & mirabilibus eius.	Cap. 5
Exemplum fidei Nicænæ, & ſtatutorum eius.	Cap. 6
De Helena Conſtantini matre.	Cap. 7
De cruce Saluatoris in Hieroſolymis ab Helena reperta.	Cap. 8
De captiuitate Frumentij & Edeſii, & de conuerſione Indorum per ipſos geſta	Cap. 9
De conuerſione gentis Iberorum per captiuam facta	Cap. 10
De Cõſtantia ſorore Cõſtantini, & presbytero per eã fratri inſinuato	Cap. 11
De Alexandri, & Euſebij, atq; Arij conflictu.	Cap. 12
De probroſo Arij interitu.	Cap. 13
De Athanaſii epiſcopi principijs.	Cap. 14
De Conſtantij Imperatoris errore,	Cap. 15

De con-

A De concilio hæreticorũ apud Tyrum contra Athanaſiũ cõgregato. Cap. 16
De exciſo brachio Arſenij, cęteriſq; dolis hęreticorũ in cõcilio retectis. Cap. 17
De fuga & latebris Athanaſii. Cap. 18
Vt Conſtans Imperator pro Athanaſio, fratri Cõſtantio ſcripſit, eumq; eccleſiæ ſuæ reddi iuſſerit. Cap. 19
De concilio apud Mediolanum habito, & exilijs Euſebij, Luciferi, cęterorumq; epiſcoporum catholicorum. Cap. 20
De Ariminenſi concilio. Cap. 21
De Liberio epiſcopo urbis Romæ. Cap. 22
De Hieroſolymorum & Alexandriæ epiſcopis. Cap. 23
De ambitione epiſcoporum apud Antiochiam. Cap. 24
De ſchiſmate Arianorũ, quod in tres partes diuiſum eſt, & quidam eorum Eunomiani, alij Macedoniani, alij uero permanſerũt Ariani. Cap. 25
De fine Conſtantij Imperatoris, & ortu Iuliani. Cap. 26
De epiſcopis de exilio relaxatis. Cap. 27
De Concilio apud Alexandriam ſanctorum epiſcoporum, & Luciferi ab his diſſidio. Cap. 28
De his quæ in eodem Concilio ſtatuta ſunt. Cap. 29
De Euſebio & Hilario, atq; eccleſiarum per eos reſtitutione. Cap. 30
De ſcriptis Hilarij. Cap. 31
De perſecutionibus Iuliani blandis & callidis Cap. 32
De ſæuitia eius erga Athanaſium. Cap. 33
De fuga rurſum & latebris Athanaſii. Cap. 34
B De ſepulchro martyris Babylæ. Cap. 35
De Theodoro confeſſore apud Antiochiam. Cap. 36
De Iudæorum conatibus, qui à Iuliano decepti, templum in Hieroſolymis reædificant. Cap. 37
Vt terræmotu inibi, & igni diuinitus accenſo, Iudæi ab illicitis diſturbabantur inceptis. Cap. 38
De ſignis & uirtutibus terrificis, quæ in exitiũ conuerſa ſunt Iudęorũ. Cap. 39

EVSEBII PAMPHILI EPISCOPI A

CAESARIENSIS, ECCLESIASTICAE HI/ ſtoriæ Lib. x. Ruffino autore

CAPVT I

Alexãder epi. Alexandrinus

Arius preſb. Alexãdrinus

CVM APVD Alexandriam poſt Achillam, qui Petro martyri ſucceſſerat, Alexander ſacerdotium ſuſcepiſſet, quia pax noſtris & quies à perſequutionibus erat, atq; eccleſiarum gloria cõfeſſorum meritis gaudebat, proſperitas rerum noſtrarum domeſtica cõtentione turbatur. Etenim presbyter quidam apud Alexandriam, Arius nomine, uir ſpecie & forma magis q̃ uirtute religioſus, ſed gloriæ laudiſq; & nouitatis improbè cupidus, praua quædam de fide Chriſti proferre, & quæ antea in quæſtionem nunquã uenerant cœpitab/ ſcidere ac ſeparare ab illa ęterna & ineffabili dei patris ſubſtantia uel natura filium conabatur. Quæ res plurimos in eccleſia conturbabat. Sed cum Ale/ xander epiſcopus natura lenis & quietus, aſsiduis cõmonitionibus Arium cuperet à prauo incepto & aſſertionib. impijs reuocare, nec tamẽ res ex ſen/ tentia procederet, quod pleroſq; iam cõtagio peſtiferę aſſertionis infecerat, non ſolum apud Alexandriã, uerũ & per alias urbes prouinciaſq; diſperſa, B perniciosum fore credens ſi † diſsimularet, & alijs plurimis conſacerdotibus ſuis rẽ indicat. Quæſtio latius innoteſcit. Sermo uſq; ad aures religioſi prin/ cipis, quippe qui omni ſtudio & diligentia curaret quæ noſtra ſunt, perue/ nit. Tum ille ex ſacerdotũ ſentẽtia apud urbem Nicæam epiſcopale conci/ lium cõuocat, ibiq; Ariũ trecentis decem & octo epiſcopis reſidẽtibus adeſ/ ſe iubet, ac de eius propoſitionibus & quæſtionibus iudicari.

aliàs diſsimu/ laret à talibus plur. conſ.

Cõſtan. Aug. Conciliũ apud Nicæam

Cap. II

Priuatæ cauſæ inter epiſco/ pos, cõmunis cauſæ tractatio nẽ impediunt

Conſtantinus Aug. ad epiſ.

SEd & in eo concilio admirabile factum principis non puto reticendum. Etenim cum ex omnibus penè locis epiſcopi conueniſſent, & (ut fieri ſo/ let) diuerſis ex cauſis inter ſe quædam iurgia detuliſſent, interpellabatur fre/ quenter à ſingulis: offerebãtur libelli, culpæ proferebantur, & magis ad hęc quàm ad id, pro quo uentum fuerat, animos dabant. At ille uidens quod per huiuſmodi iurgia cauſa ſummi negocij fruſtraretur, diem certũ ſtatuit, qua unuſquiſq; epiſcoporum, ſi quid querimoniæ habere uideretur, defer/ ret. Et cũ reſediſſet, ſuſcepit à ſingulis libellos: quos ſimul omnes in ſinu ſuo continens, nec in eis quid contineretur aperiens, ait ad epiſcopos: Deus uos conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem uobis dedit de nobis quoq; iudicandi, & ideo nos à uobis recte iudicamur. Vos autem nõ poteſtis ab hominibus iudicari. Propter quod dei ſolius inter uos expectate iudicium, & ueſtra iur/ gia quæcunq; ſunt, ad illud diuinum reſeruentur examen. Vos etenim no/ bis à deo dati eſtis dij, & conueniens non eſt ut homo iudicet deos, ſed ille

ſolus

A ſolus de quo ſcriptũ eſt: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diſcernit. Et ideo his omiſsis, illa quæ ad fidem dei pertinent, abſq; ulla animorum contentione diſtinguite. Quũ hæc dixiſſet, omnes ſimul querimoniarum libellos iuſsit exuri, ne innoteſceret ulli hominum ſimultatio ſacerdotum. Verum quum per dies multos in epiſcoporum concilio de fide quæſtio uerteretur, & nonnulli diuerſa ſentirent, ac uehementer cœptis Arij fauerent, plures tamen erant qui impium execrarētur inceptum. Cumq; in eodem concilio eſſet confeſſorum magnus numerus ſacerdotum, omnes Arij nouitatibus aduerſabantur. Fauebant uero ei uiri in quæſtionibus callidi, & ob id ſimplicitati fidei aduerſi. Cap. III

QVantam uero uirtutem habeat fidei ſimplicitas, etiam ex his quæ inibi geſta referuntur, agnoſcimus. Etenim cum pro ſtudio religioſi Imperatoris, ex omni terra ſacerdotes dei coiſſent, opinione cōmoti philoſophi quoq; & dialectici ualde nobiles & opinatiſsimi cōuenerunt. In quibus quidam inſignis in arte Dialectica, per dies ſingulos, conflictus ſummi certaminis cum epiſcopis noſtris, uiris adæq; in dialectica non improbabiliter eruditis, mouebat: & fiebat ingens ſpectaculum, conuenientibus ad audiendum doctis & literatis uiris. Nec tamen ullo genere philoſophus concludi à quoquam poterat, aut conſtringi. Tanta enim dicendi arte obiectis quæ-
B ſtionibus occurrebat, ut ubi maxime putaretur adſtrictus, uelut anguis lubricus elaberetur. Sed ut oſtenderet deus, quia nō in ſermone regnum dei, ſed in uirtute conſiſtit, quidam ex confeſſoribus ſimpliciſsimę naturę uir, & nihil aliud ſciens niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, inter cæteros auditores epiſcopos aderat. Qui cum uidiſſet philoſophum inſultantem noſtris, & callida ſe diſputationis arte iactantem, poſcit ab omnibus locũ, uelle ſe paucis cum philoſopho ſermocinari. Tum uero noſtri, qui ſimplicitatem uiri & imperitiam de ſermone duntaxat noſſent, pauere, & uelut pudorem quendam pati, ne forte apud callidos homines riſui efficeretur ſancta ſimplicitas. Perſtitit tamen ſenior, & hinc mouit ſermonis exordium. In nomine, inquit, Ieſu Chriſti philoſophe audi quæ uera ſunt. Deus unus eſt qui fecit cœlum & terram, quiq; homini quem de terræ limo formauerat, ſpiritum dedit: uniuerſa quæ uidentur & quæ nō uidentur, uirtute uerbi ſui creauit, & ſpiritus ſui ſanctificatione firmauit. Hoc uerbum ac ſapientia, quem nos filium dicimus, humanos miſeratus errores, ex uirgine naſcitur, & per paſsionem mortis à perpetua nos morte liberauit, ac reſurrectione ſua æternam nobis contulit uitam. Quem & expectamus iudicem omnium quę gerimus eſſe uenturum. Credis hoc ita eſſe philoſophe? At ille uelut ſi nunquam ullum ſermonem contradicendi didiciſſet, ita obſtupefactus uirtute dictorum mutus ad omnia, hoc ſolum potuit reſpondere, ita ſibi uideri, nec aliud uerum eſſe quàm quod dixerat. Tum ſenior: Si hæc, inquit, ita eſſe cre-

Philoſophi & Dialecticiitem conueniunt apud Nicæam

Chriſtianus illiteratus philoſophum aggreditur

Per ſignaculũ dis, ſurge & ſequere me ad Dominicum, & † huius fidei ſignaculum ſuſci- A
huiusfidei, cru pe. Et philoſophus conuerſus ad diſcipulos ſuos, uel ad eos qui audiendi
cem intelligit. gratia conuenerant: Audite, inquit, ò eruditi uiri: Donec uerbis mecum ge-
Nam ſic olim ſta res eſt, uerba uerbis oppoſui, & quæ dicebãtur, dicendi arte ſubuerti. u-
initiabantur bi uero pro uerbis uirtus proceſsit ex ore dicentis, non potuerunt reſiſtere
Chriſtiani uerba uirtuti, nec homo aduerſari potuit deo. Et ideo ſi quis ueſtrum potuit
in his quæ dicta ſunt ſentire quæ ſenſi, credat Chriſto, & ſequatur hunc ſe-
nem, in quo locutus eſt deus. Ita philoſophus Chriſtianus effectus, tãdem
ſe gratulatus eſt uictum. Cap. IIII

Paphnutius FVit præterea in illo Concilio & Paphnutius, homo dei, epiſcopus ex
Aegypti partibus confeſſor, ex illis, quos Maximianus dexteris oculis
effoſsis, & ſiniſtro poplite ſucciſo, per metalla damnauerat. Sed in hoc tanta
uirtutũ inerat gratia, ut ſigna per eum nõ minus q̃ dudum per Apoſtolos
fierent. Nam & dæmones uerbo tantũ fugabat, & ægros ſola oratione cura-
bat: ſed & cæcis uiſum dicitur reddidiſſe, & paralyticos ad ſtabilitatẽ corpo-
ris reuocaſſe. Quẽ Cõſtantinus in tanta ueneratiõe & affectu habuit, ut ſæ-
pius eũ intra palatiũ euocatũ cõplecteretur, & illum oculum qui in cõfeſsio-
ne fidei fuerat euulſus, auidioribus oſculis demulceret. Cap. V

Spiridion EX eorum numero (& ſi quid adhuc eminẽtius) fuiſſe dicitur etiam Spi
ridion Cyprius epiſcopus, uir unus ex ordine prophetarum, quãtum B
etiam nos eorum qui eum uiderant narratione comperimus. Hic paſtor o-
uium etiam in epiſcopatu poſitus permanſit. Quadam uero nocte cum ad
caulas fures ueniſſent, & manus improbas quo aditum educendis ouibus
facerẽt, extendiſſent, inuiſibilibus quibuſdã uinculis reſtricti, uſq; ad lucem
uelut traditi tortoribus permanſerunt. Cum uero oues ducturus ad paſcua
matutinus ſe ageret ſenior, uidet iuuenes abſq; humanis uinculis in caulis
pendere diſtrictos. Cũq; cauſam noxę comperiſſet, abſoluit ſermone, quos
meritis uinxerat: & ne eis inanis nocturna cederet occupatio: Tollite, inquit,
ò iuuenes unum uobis arietem, ne ſine cauſa ueniſſe uideamini, quem meli-
us prece quàm furto quæſiſſe conuenerat. Tradunt de hoc etiam illud factũ
mirabile: filiam habuit Irenen nomine, quæ ei cum bene miniſtraſſet, uirgo
defuncta eſt. Poſt eius obitum uenit quidam dicens, ſe ei quoddam depoſi-
tum commẽdaſſe. Rem geſtam ignorauerat pater. Perquiſitum in tota do-
mo, nuſquam quod poſcebatur inuentum eſt. Perſiſtebat tamen ille qui cõ-
mendauerat, & fletu ac lachrymis perurgebat: uitæ ſuæ quoq; illaturum ſe
eſſe exitium, niſi commendata reciperet, teſtabatur. Permotus lachrymis e-
ius ſenex, ad ſepulchrum filiæ properat, atq; eam ex nomine clamitat. Tum
illa de ſepulchro: Quid uis (ait) pater? Commendatum, inquit, illius ubi po-
ſuiſti? At illa locum deſignans, illic (ait) inuenies defoſſum. Regreſſus ad do-
mum, rem ſicut filia de ſepulchro reſponderat, repertam, tradidit repoſcen-
ti. Sed

A ti. Sed & multa alia eius feruntur geſta mirabilia quæ etiam nunc ore omnium celebrantur. Tales igitur in illis adhuc temporibus permulti uiri in eccleſiis domini refulgebant, ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt. Sed & Athanaſius eodem tempore Alexandriæ diaconus, Alexādrini epiſcopi aderat conſilijs, ſenem quamplurimis iuuans. Interea per dies ſingulos agitabatur conuentus, nec facile aut temere de re tanta ſtatuere audebant. Euocabatur frequenter Arius in concilium, & aſsiduo tractatu aſſertiones eius diſcutiebantur, & quid aduerſum hæc teneri deberet aut ſtatui, ſumma cum liberatione quærebatur. Verum poſt diutinum multumq́ꝫ tractatum placet omnibus, ac uelut uno cūctorum ore & corde decernitur ὁμοούσιον ſcribi debere, id eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ filium confiteri, idq́ꝫ firmiſsima omnium ſententia pronunciatur. Decem & ſeptem ſoli tunc fuiſſe dicūtur, quibus Arij fides magis placeret, extrinſecus creatum dei filium ex nullis ſubſtantibus, & non ex ipſa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad Conſtantinum ſacerdotalis concilij ſententia. Ille tanquam à deo prolatam ueneratur. Cui ſi quis tentaſſet obniti, uelut contra diuina ſtatuta uenientem, in exilium ſe proteſtatur acturum. Sex igitur ſoli cum Ario ſe patiuntur expelli, reliqui uero undecim conſilio inter ſe habito, adquieſcunt ad ſubſcribendum manu ſola, non mente. Cuius ſimulationis autor

B præcipue extitit Nicomediæ epiſcopus Euſebius. Interim quoquo modo alijs ueritate, alijs ſimulatione (ſicut poſt exitus docuit) ſubſcribentibus, & de ſingulis quibuſq́ꝫ eccleſiaſticis obſeruationibus certa ſtatuta figentibus, cōcilium diremptum eſt. Exemplum autem expoſitionis fidei eorum qui conuenerant, infra ſcriptum eſt.

Athanaſius Alexandrini epiſcopi à conſilijs Quidā ſic diſtinguunt. Sed et Ath. e. t. Alexandri diaconus (Alexādrini epiſc.) aderat, conſilijs ſenē, &c.

Arius dānatur

Exilij pœna, non ignis

Euſebius Nicomedienſis

EXEMPLVM FIDEI NICENAE. Cap. VI

Exemplū fidei Niceni cōcilij

CRedimus in unum Deum, patrem omnipotentem, omnium uiſibiliū & inuiſibilium factorem. Et in unum dominū noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei de patre natum unigenitum, id eſt, de ſubſtātia patris, deum ex deo, lumen ex lumine, deum uerum ex deo uero, natum, nō factum, ὁμοούσιον patri, hoc eſt, eiuſdem cū patre ſubſtātiæ, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlis & quę in terra. Qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendit: & incarnatus eſt homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcēdit in cœlos, inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Et in ſpiritum ſanctū. Eos autē qui dicunt, erat aliquādo quādo nō erat, & antequam naſceretur non erat, & quia ex nullis ſubſtantibus factus eſt, aut ex alia ſubſiſtentia uel ſubſtātia, dicunt eſſe τρεπτὸν aut conuertibilem uel mutabilem filium dei, anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

Omouſion

i Statuunt præterea obſeruandū eſſe in eccleſiis, ne quis ex his qui ſemetipſos impatientia libidinis exciderunt, ueniret ad clerum.

ii Et ne quis nuper aſſumptus ex uita uel conuerſatione gētili, accepto ba

Indicat liber in quo magiſtratuum inſignia depicta ſunt, ſub diſpoſitione uiri illuſtris comitis priuatarũ, fuiſſe etiã rationalẽ rei priuatæ per urbẽ & ſuburbicarias regiones cum parte Fauſtinæ. Et alibi mentio Piceni ſuburbicarij in eodẽ uolumine. Id quod propterea annotãdum duximus, quod hæc uox ſciolorum manus mire exercuit in omnib. exemplaribus, dum ſuburbicarias nũc in ſuburbanas, nunc in ſuburbeias commutant. Epiſcopi Hieroſolymitani prærogatiua. κάθαροι

ptiſmo, antequam cautius examinetur, clericus fiat. A

III Et ne quis epiſcoporum cæterorumq́ clericorum cum extraneis mulieribus habitet, præterquã cum matre, uel ſorore, uel θεία, uel ſi quæ ſunt huiuſmodi neceſsitudinum perſonæ.

IIII Et ut epiſcopus (ſi fieri poteſt) à totius prouinciæ epiſcopis ordinetur. Si hoc difficile eſt, certe non minus quàm à tribus, ita tamen, ut Metropolitani epiſcopi maxime uel præſentia, uel autoritas habeatur. Abſq; quo ordinationem irritam eſſe uoluerunt.

V Et ne, quem alius epiſcopus de eccleſia expulerit, ſiue clericum, ſiue laicum, ſuſcipiat alius. Sanè ne hoc aut iracundia aliqua, aut contentione (ut fieri ſolet) iniuſte factum remedium non haberet, decernunt per ſingulos annos in ſingulis quibuſq; prouincijs ſecundò ab omnibus epiſcopis prouincialibus concilia agi debere, & de huiuſmodi negocijs iudicari, ut ſi fortè ab uno inique aliquid geſtum eſt, à cæteris emendetur. Si rectè, ut ab omnibus confirmetur.

VI Et ut apud Alexandriam, & in urbe Roma, uetuſta cõſuetudo ſeruet̃, ut uel ille Aegypti, uel hic † ſuburbicariarum eccleſiarũ ſollicitudinem gerat.

VII Et ut ſi forte in ordinando epiſcopo, duo uel tres pro aliqua contentione diſſentiant, reliquorum autoritas, & præcipue Metropolitani cum cæteris firmior habeatur. B

VIII Et ut epiſcopo Hieroſolymorum antiquitus tradita honoris prærogatiua ſeruetur, manente nihilominus & Metropolitani ipſius prouinciæ dignitate.

IX Et ut Catharos (qui apud nos Nouatiani ſunt) ſi forte pœnitẽtes ad eccleſiam conuertant̃, confeſſos eccleſiaſtica dogmata clericos in ordine quidẽ ſuo ſuſcipi debere. Sed ordinatione data, ſanè ſi epiſcopus ipſorũ ueniat ad epiſcopum noſtrum, debere cum in presbyterorũ loco ſedere. Epiſcopi uero nomen manere apud illum ſolum, qui catholicam ſemper tenuit fidem, niſi ſua uoluntate ipſe eum tali nomine honorare uoluerit: uel ſi placuerit ut quærat ei epiſcopi locum uacantem, hoc ſit in ipſius poteſtate.

X Et ne in una ciuitate duo ſint epiſcopi.

XI Et ſi qui forte indiſcrete ad ſacerdotium prouecti, poſtmodum uel ipſi aliquid de ſe crimino ſum confeſsi ſunt, uel ab alijs reuicti, ut abijciantur: ſed & ſi qui ex his qui lapſi ſunt, & per ignorantiam forte ordinati recogniti fuerint ut abijciantur.

XII Et ſi qui abſq; tormẽtis in perſecutionibus lapſi ſunt, & ex corde agũt pœnitentiã, quinq; annos inter catechumenos faciãt, & duobus annis poſt hoc fidelibus tantum in oratione iungantur, & ita poſtmodum ſuſcipiãtur.

XIII Qui uero propter confeſsionẽ militiam abiecerant, & rurſum ad hãc abierunt, hos tredecim annis pœnitentiã gerere, & poſtea ſuſcipi, ſi tamen

ex

A ex corde pœnitentiam gerant. Eſſe tamen in poteſtate epiſcopi moderandi facultatem, ſi eorum fructuoſam & attentam pœnitentiam uiderit.

XIIII De his uero qui uita excedunt pœnitentibus, decernũt, uacuũ nullũ debere dimitti. Si quis ſanè accepta communione ſuperuixerit, debere eum tempora ſtatuta complere, uel certe prout moderari epiſcopus uoluerit.

XV De catechumenis qui prolapſi ſunt, ſtatuerunt tribus annis eos à catechumenorum oratione ſeparatos, poſtea recipi debere.

XVI Et ne de ciuitate inferiori ad maiorem eccleſiam tranſire quis ambiat, ſiue epiſcopus, ſiue etiam alius clericus.

XVII Et ne quis clericus qui derelicta eccleſia ſua, nulla exiſtente cauſa probabili uagatur & oberrat per alias eccleſias, ſuſcipiatur in communionem.

XVIII Et ut nemo eum qui ad alium pertinet, ſurripiens, in ſua eccleſia ordinet clericum abſq; conſenſu illius ad quem pertinet.

XIX Et ne quis clericus aut uſuras accipiat, aut frumenti uel uini ampliationem, quod ſolet in nouo datũ, uel ſeſquiplum, uel etiam duplũ recipi: quod ſi faciat, tanquam turpis lucri reum abijciendum.

XX Et ne diaconi presbyteris præferantur, néue ſedeant in conſeſſu presbyterorum, aut illis præſentibus euchariſtiam diuidant, ſed illis agentibus ſolum miniſtrent. Si uero presbyter nullus ſit in præſenti, tunc demũ etiam B ipſis licere diuidere: aliter uero agentes, abijci iubent. *Diaconus euchariſtiam nõ diuidat præſente epiſcopo*

XXI Et ut Paulianiſtæ, qui ſunt Photiniani, rebaptizentur.

XXII Sed & diaconiſſas, quoniamquidem manus impoſitionem non accipiunt, etiam ipſas inter laicos eſſe debere. Igitur cum de his prout diuinarum legum reuerentia popoſcerat, decreuiſſent, ſed & de obſeruatione Paſchæ antiquũ canonẽ, per quem nulla de reliquo uarietas oriretur, eccleſiis tradidiſſent, omnibus rite diſpoſitis, eccleſiarũ pax & fides in Orientis atq; Occidentis partibus una atq; eadem ſeruabatur. Cap. VII

PEr idem tempus Helena Cõſtantini mater, fœmina incõparabilis fide & religione animi, ac magnificentia ſingulari, cuius iure Conſtantinus & eſſet filius & crederetur, diuinis admonita uiſionibus, Hieroſolymam petit, atq; ibi locum in quo ſacroſanctũ corpus patibulo affixum pependerat, ab incolis perquirit. Qui idcirco ad inueniendum difficilis erat, quod ab antiquis perſecutoribus ſimulacrum in eo Veneris fuerat defixum, ut ſi quis Chriſtianorũ in illo loco Chriſtum adorare uoluiſſet, Venerem uideretur adorare. Et ob hoc infrequẽs & penè obliuioni datus fuerat locus. Sed cum (ut ſupra diximus) religioſa fœmina properaſſet ad locum cœleſti ſibi indicio deſignatum, cuncta ex eo prophana & polluta deturbans, in altum purgatis ruderibus, tres confuſo ordine reperit cruces. Sed obturbabat reperti muneris lęticiam uniuſcuiuſq; crucis indiſcreta proprietas. Aderat quidem & titulus ille, qui Græcis, & Latinis, atq; Hebraicis literis à Pilato fuerat conſcri-

Helena mater Conſtãt. Aug.

Simulacrum Iouis Adrianũ illic poſuiſſe, Paulinus autor eſt, Adonidis autem in Bethlehẽ.

Tres cruces reperiuntur

conſcriptus:ſed nec ipſe ſatis euidenter dominici prodebat ſigna patibuli. A
Hic iam humanæ ambiguitatis incertum, diuinum flagitat teſtimonium.
Accidit in eadem urbe primariam quandam loci illius fœminā graui ægri/
Macarius epi. Hieroſolymo. tudine confectam, ſeminecem iacere. Macarius per idem tempus eccleſiæ il/
lius epiſcopus erat. Is ubi cunctantem reginam, atq; omnes pariter qui ade
rant uidet: Adferte (inquit) huc totas quę repertæ ſunt cruces, & quę ſit quæ
portauerit dominum, nunc nobis adaperiet deus. Et ingreſſus cum regina
pariter & populis ad eam quæ decumbebat, defixis genibus huiuſcemodi
ad deum precem profudit. Cap. VIII

Precatio Macarij ad deum TV domine, qui per unigenitū filium tuum ſalutem generi humano per
paſsionem crucis conferre dignatus es, & nunc in nouiſsimis tempori/
bus adſpiraſti in corde ancillæ tuæ perquirere lignum beatum, in quo ſalus
noſtra pependit, oſtende euidenter ex his tribus, quæ crux fuerit ad domi/
nicam gloriam, uel quæ exti terit ad ſeruile ſupplicium, ut hæc mulier quæ ſe
miuiua decumbit, ſtatim ut eam lignum ſalutare contigerit, à mortis ianuis
reuocetur ad uitam. Et cum hæc dixiſſet, adhibuit primo unam ex tribus, &
Miraculū crucis Chriſti nihil profecit. Adhibuit ſecundam, & ne ſic quidem aliquid actum eſt. Vt
uero admouit tertiam, repente adapertis oculis mulier conſurrexit, & ſtabi/
litate uirium recepta, alacrior multo quàm cum ſana fuerat, tota domo di/
ſcurrere, & magnificare dei potentiam cœpit. Sic euidenti indicio regina uo B
ti compos effecta, templum mirificum in eo loco in quo crucem repererat,
Claui regia ambitione conſtruxit. Clauos quoq; quibus corpus dominicum fue/
rat affixum, portat ad filium. Ex quibus ille frenos compoſuit, quibus ute/
retur ad bellum. Et ex alijs galeam nihilominus belli uſibus aptam fertur
Lignū crucis armaſſe. Ligni uero ipſius ſalutaris partem detulit filio, partem uero thecis
argenteis conditam dereliquit in loco: quæ etiam nunc ad memoriam ſolli/
cita ueneratione ſeruatur. Reliquit etiam hoc indicium religioſi animi regi/
Virgines monachæ na uenerabilis: Virgines quas ibi reperit Deo ſacratas, inuitaſſe ad prandi/
um, & tanta eas deuotione curaſſe dicitur, ut indignum crederet, ſi famulo/
rum uterentur officijs, ſed ipſa manibus ſuis, famulæ habitu ſuccincta, ci/
bum apponeret, poculum porrigeret, aquam manibus infunderet, & regi/
na orbis ac mater imperij, famularum Chriſti ſe famulam deputaret. Et
Conſtantinus in Sarmatas & Gothos hæc quidem Hieroſolymis geſta. Interea Conſtantinus pietate fretus, Sar
matas, Gotthos, aliaſq; barbaras nationes, niſi quæ uel amicitijs, uel dedi/
tione ſui pacem præuenerāt, in ſolo proprio armis edomuit. Et quanto ma/
gis ſe religioſius ac humilius deo ſubiecerat, tanto amplius ei Deus uniuer/
Antonius eremita ſa ſubdebat. Ad Antonium quoq; primum eremi habitatorem, uelut ad
unum ex prophetis literas ſuppliciter mittit, ut pro ſe ac liberis domino ſup
plicaret. Ita non ſolum meritis ſuis, ac religione matris, ſed & intercesſione
ſanctorum, commendabilem ſe Deo fieri geſtiebat. Sanè quoniam tanti
uiri

A uiri Antonij fecimus mentionem, de uirtutibus eius atq; inſtitutis, & ſobrietate mentis, ut in ſolitudine uitam degens uſus ſolummodo conſortio fuerit beſtiarum, & de dæmonibus crebros agẽs triumphos placuerit deo ſupra cunctos mortales, utq; inſtitutionis ſuæ præclara uſq; in hodiernum monachis exempla reliquerit, uolentem me aliqua exponere ille libellus excluſit, qui ab Athanaſio ſcriptus, etiam Latino ſermone æditus eſt. Propter quod nos, omiſsis his quæ ab alijs iam dicta ſunt, ea memorabimus, quæ quamuis geſtorum cõtineat fides, ab his tamen qui longe poſiti ſunt, obſcurior fama ſubtraxit. *Antonij uita ab Athanaſio cõſcripta Græce, Latinè uerſa ab Euagrio*

Cap. IX

IN ea diuiſione orbis terræ quæ ad prædicandum uerbum dei ſorte per apoſtolos celebrata eſt, cum aliæ alijs prouinciæ obueniſſent, Thomæ Parthia, & Matthæo Aethiopia, eiq; adhærens citerior India Bartholomæo dicitur ſorte decreta. Inter quã Parthiamq; media, ſed longo interior tractu India ulterior iacet, multis uarijsq; linguis & gentibus habitata, quã uelut longe remotam, nullus Apoſtolicæ prædicationis uomer impreſſerat, quæ tamen temporibus Conſtantini tali quadam ex cauſa ſemina fidei prima ſuſcepit. Metrodorus quidam philoſophus, inſpiciendorum locorum, & orbis perſcrutandi gratia, ulteriorem dicitur Indiam penetraſſe. Cuius exemplo etiam inuitatus Meropius quidam Tyrius philoſophus *Theodoretus lib. 1*
B ſimili ex cauſa adire Indiam uoluit, habens ſecum duos puerulos, quos liberalibus literis utpote propinquos inſtituebat. Quorũ unus qui erat iunior Aedeſius, alter Frumẽtius uocabat̃. Igitur peruiſis & in notitiam captis his quibus animus paſcebatur, cum philoſophus redire cœpiſſet, aquæ uel cæterorum neceſſariorũ cauſa ad portum quendam nauis qua uehebatur, applicuit. Moris eſt inibi Barbarorũ, ut ſi quando fœdus ſibi cum Romanis turbatũ uicinæ nunciauerint gentes, omnes qui apud eos ex Romanis inuenti fuerint, iugulentur. Inuaditur nauis philoſophi: cuncti cum ipſo pariter perimuntur. Pueruli reperti ſub arbore meditantes, & lectiones ſuas parantes, Barbarorũ miſeratione ſeruati, ducuntur ad regem. Horum ille alterum, id eſt, Aedeſium ſibi pincernã fecit. Frumentio uero, quem quaſi perſpicacem deprehenderat & prudentem, rationes ſuas ſcriniaq; cõmiſit. Ex quo & in honore magno apud regem habiti, & in amore. At uero moriẽs rex, uxorem cum paruulo filio regni dereliquit hæredem: adoleſcentibus autem quid uellent, agendi dedit liberam facultatem. Quos tamen regina ſuppliciter exorat, tanquã quæ nihil haberet in toto regno fidelius, ut ſecũ uſquequo adoleſceret filius, regendi regni ſollicitudinẽ partirentur: & præcipue Frumentiũ, cuius prudentia ad moderandum ſufficeret regnũ. Nam alius fidem puram, & ſobriã mentem ſimpliciter exhibebat. Idq; dum agerent, & regni gubernacula Frumentius haberet in manibus, deo mentem eius & animos inſtigãte, requirere ſollicitius cœpit, ſi qui inter negociatores *Aedeſius à poculis* *Frumentius à rationib.*

Romanos Chriſtiani eſſent, & ipſis poteſtatem maximam dare,ac mone- A
re ut conuenticula per loca ſingula facerent,ad quæ Romano ritu orationis
cauſa confluerent. Sed & ipſe multo magis eadem facere, & ita cæteros co-
hortari,fauore & beneficijs inuitare,præſtare quicquid oportunum fuiſſet,
loca ædificijs,aliaq́ neceſſaria præbere,& omnimodo geſtire,ut Chriſtia-
norum inibi ſemen exurgeret. Sed cum regius puer adoleuiſſet, cui procu-
rationem regni gerebant,expletis omnibus & ex fide traditis,multum licet
detinentibus & rogantibus ut manerent regina uel filio, ad orbem tamen
noſtrum reuertuntur. Et Aedeſio feſtinante Tyrum, parentes propin-
quosq́ reuiſere, Frumentius Alexandriam pergit, dicens,æquum nõ eſſe,
opus occultare Dominicum.Igitur rem omnem ut geſta eſt exponit epiſco
po,ac monet ut prouideat uirum aliquem dignum, quem congregatis iam
plurimis Chriſtianis, & eccleſiis conſtructis in Barbarico ſolo, epiſcopum
mittat.Tum uero Athanaſius(nam is nuper ſacerdotium ſuſceperat) atten
tius & propenſius Frumentij dicta geſtaq́ conſiderans, in cõcilio ſacerdo-
tum ait: Et quem alium inueniemus uirum talem, in quo ſit ſpiritus dei in
Frumentius ſacerdos factus ipſo ſicut in te, qui hæc ita poſsit implere?Et tradito ei ſacerdotio,redire cũ
cum domini gratia unde uenerat iubet. Quiq́ cum epiſcopus perrexiſſet
ad Indiam,tanta ei data eſſe à deo uirtutum gratia dicitur,ut ſigna per eum
apoſtolica fierent, & infinitus numerus Barbarorum conuerteretur ad fi- B
dem.Ex quo in Indiæ partibus & populi Chriſtianorum & eccleſiæ factæ
ſunt,& ſacerdotium cœpit.Quę nos ita geſta,non opinione uulgi,ſed ipſo
Edeſius Tyri presbyter Aedeſio Tyri presbytero poſtmodum facto, qui Frumentij comes prius
fuerat,referente cognouimus. Cap. X

Iberi *ἴβηρες* PEr idem tempus etiã Iberorum gens, quæ ſub axe Pontico iacet,uetbi
dei fœdera,& fidem futuri ſuſceperat regni. Sed huius tanti boni præ-
Mulier captiua ſtitit cauſam mulier quædam captiua, quæ apud eos reperta,cum fidelem
Γυνὴ αἰχμάλωτος & ſobriam ſatis ac pudicã duceret uitã, totisq́ diebus ac noctibus obſecra-
tiones deo peruigiles exhiberet,in admiratione eſſe ipſa rei nouitas Barba-
Hanc hiſtoriã etiã Theodoretus narrat lib. 1 ris cœpit, & quid hoc ſibi uelit, curioſius perquirebant. Illa, ut res erat,ſim-
pliciter Chriſtum ſe deum hoc ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc amplius
Barbari præter nouitatem nominis mirabantur. Verum (ut fieri ſolet) ipſa
perſeuerãtia curioſitatẽ quandam mulierculis inferebat,ſi quid emolumen-
ti ex tanta deuotione caperetur. Moris apud eos eſſe dicitur, ut ſi paruulus
ægrotet,circũferatur à matre per ſingulas domus,quo ſcilicet ſi quis experti
aliquid remedij nouerit, conferat laboranti. Cumq́ mulier quædã paruu-
lum ſuum per omnes circũtuliſſet ex more,nec aliquid remedij cunctas do-
mos luſtrando cepiſſet, uenit etiam ad captiuã,ut ſi quid ſciret,oſtenderet.
Illa ſe humani quidem remedij nihil ſcire teſtatur,deum tamen ſuum Chri
ſtum quem colebat, dare ei deſperatam ab hominibus poſſe ſalutem con-
firmat

A firmat. Cumq; cilicio ſuo paruulũ ſuperpoſuiſſet, atq; ipſa deſuper oratio/nem fudiſſet ad dominũ, ſanũ matri reddidit infantem. Sermo defertur ad plures, factiq; fama magnifici uſq; ad aures reginæ perlabitur. Quæ dolo/re quodã grauiſsimo corporis afflicta, in deſperatiõe maxima erat. Rogat ad ſe captiuã deduci. Illa ire abnuit, ne præſumere amplius aliquid ꝙ ſexus ſineret, uideretur. Ipſam ſe regina deferri ad captiuæ cellulam iubet. Quam ſimiliter ſupra cilicium ſuum poſitam, inuocato Chriſti nomine, continuo poſt precem, ſanam & alacrem fecit exurgere: Chriſtumq; eſſe deum dei ſummi filiũ, qui ſalutem hanc cõtulerit, docet: eumq; quem ſibi autorẽ ſuæ ſciret eſſe incolumitatis & uitæ, cõmonet inuocandũ. Ipſum nanq; eſſe, qui & regibus regna diſtribuat, & mortalibus uitã. At illa cum lætitia domũ re greſſa, marito percontanti cauſam tam ſubitæ ſanitatis aperuit: quiq; cum pro ſalute coniugis lætus, mulieri munera deferri iuberet, illa: Horũ, inquit, ó rex nihil captiua dignaẽ: aurũ deſpicit, argentũ reſpuit, ieiunio quaſi cibo paſcitur: hoc ſolũ ei muneris dabimus, ſi eum, qui me illa inuocãte ſanauit, Chriſtum deũ colamus. Ad hoc tũc rex ſegnior fuit, & interim diſtulit, ſæ/pius licet ab uxore cõmonitus, donec accidit quadã die uenante eo in ſyluis cũ comitibus ſuis, obſcurari denſiſsimis tenebris diẽ, & per tetrę noctis hor rorẽ luce ſubducta, cæcis iter greſsibus denegari. Alius aliò diuerſi ex comi

B tibus oberrant: ipſe ſolus denſiſsima obſcuritate circumdatus, quid ageret, quò ſe uerteret neſciebat: cũ repente anxios ſalutis deſperatione animos co gitatio talis aſcẽdit: Si uerè deus eſt Chriſtus ille, quẽ uxori ſuę captiua prę dixerat, nũc ſe de his tenebris liberet, ut ipſum ex hoc omiſsis omnibus co/leret. Illico ut hæc nondũ uerbo, ſed ſola mente deuouerat, reddita mundo dies, regẽ ad urbẽ perducit incolumem. Quiq; reginæ rem protinus ut ge/ſta eſt pandit. Euocari iam iamq; captiuã, & colendi ritum ut ſibi tradat, ex poſcit: neq; ſe ultrà aliũ deum ꝙ Chriſtum ueneraturum eſſe confirmat. Adeſt captiua, edocet deum Chriſtum: ſupplicandi ritũ uenerandiq; mo/dum, inquantũ de his aperire fœminæ phas erat, pandit. Fabricari tamen eccleſiam monet, formamq; deſcribit. Igitur rex totius gentis populo con/uocato, rem ab initio, quæ erga ſe ac reginã geſta fuerat, exponit, fidemq; edocet, & nondum initiatus in ſacris, fit ſuæ gentis apoſtolus. Credunt uiri per regem, fœminæ per reginã: cunctiſq; idem uolentibus eccleſia extruiẽ inſtanter: & eleuato iam perniciter murorum ambitu, tempus erat quo colu mnæ collocari deberent. Cumq; erecta prima uel ſecunda, uentũ fuiſſet ad tertiam, cõſumptis omnibus machinis, & boum hominumq; uiribus, cum media iam in obliquum fuiſſet erecta, & pars reliqua nullis machinis erige/retur, repetitis ſecundo & tertio ac ſæpius uiribus, ne loco quidem moueri attritis omnibus potuit. Admiratio erat totius populi, regis animoſitas he/beſcebat: quid fieri deberet, oẽs ſimul latebat. Sed cum interuentu noctis omnes

Regina ſanatur

Rex a tenebris liberatus

Rex fit Chriſtianus

omnes abſceſsiſſent, cunctiq́ue mortales & ipſa opera ceſſarent, captiua ſola A
in oratione pernoctãs manſit intrinſecus: cũ ecce matutinus & anxius cum ſuis omnibus ingrediens rex, uidet columnã, quam tot machinæ ac tot populi mouere nõ quiuerant, erectã, & ſupra baſim ſuã librate ſuſpenſam, nec tamen ſuperpoſitã, ſed quantũ unius pedis ſpacio in aere pendentem. Tũc uero oẽs populi cõtuentes & magnificantes deũ, ueram eſſe regis fidem, & captiuæ religionem præſentis miraculi teſtimonio perhibebant. Et ecce mirantibus adhuc & ſtupentibus cunctis, in oculis eorũ ſenſim ſupra baſim ſuam, nullo cõtingente, columna depoſita, ſumma cum libratione cõſedit. Poſt hoc reliquus numerus columnarũ tanta facilitate ſuſpenſus eſt, ut oẽs quæ ſuperfuerant, ipſa die locarentur. Poſtea uero q́ꝫ eccleſia magnifice conſtructa eſt, & populi fidem dei maiore ardore ſitiebant, captiuę monitis ad Imperatorem Conſtantinũ totius gentis legatio mittitur: res geſta exponitur: ſacerdotes mittere oratur, qui cœptũ erga ſe dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio & honore tranſmiſsis, multo amplius ex hoc lætatus eſt, q́ꝫ ſi incognitas Romano imperio gẽtes & regna ignota iunxiſſet.

Bacurius rex Iberorum Hæc nobis ita geſta, fidelißimus uir Bacurius, gentis ipſius rex, & apud nos Domeſticorum Comes (cui ſumma erat cura & religionis & ueritatis) expoſuit, cum nobiſcum Palæſtini tunc limitis Dux, in Hieroſolymis ſatis unanimiter degeret. Sed ad cœptum redeamus. Cap. XI B

Conſtantia ſoror Conſtantini POſteaq́ꝫ religioſi principis mater Helena ſummis Romani regni honoribus affecta, ex hac luce diſceſsit, Conſtantia tũc Licinij relicta, fratris Auguſti ſolatijs utebatur. Huic accidit presbyterũ quendam uenire in noticiã, latenter partibus Arij fauentem. Sed is primo nihil omnino de his apud ſororem principis aperire: ubi uero multa familiaritas copiã tribuit, paulatim ſermonem cœpit aſpergere, inuidiam dicens Ario generatam, & pro ſimultatibus priuatis epiſcopũ ſuum rem cõtentioſe exagitauiſſe, æmulationis ſtimulo confixum, quod Arius apud plebem ſatis charus haberetur. Hæc atq́ꝫ huiuſmodi alia frequentius ſuggerens, animos Conſtantiæ ſuos efficit, Quę cum diem obitura, uiſitaretur à fratre, atq́ꝫ ab eo blande religioſeq́ꝫ compellaretur, extremã dicitur ab eo gratiã popoſciſſe, ut presbyterum in familiaritatẽ reciperet, & quæ ſibi ab eo pro ſpe & ſalute ſuggererentur, audiret: ſe quidẽ iam ex hac luce diſcedentẽ nihil curare: pro fratris uero ſtatu eſſe ſollicitam, ne forte pro innocentiũ pœnis, regni ſui pateretur excidiũ. Quibus ille monitis à ſorore ſuſceptis, & fidelem pro ſe germanæ ſollicitudinẽ credens, accõmodauit aurem presbytero: & interim accerſiri

Arius reuocatur per Conſtantinum de exilio de exilio Ariũ iubet, ut quemadmodum de fide ſentiret, exponeret. Tum ille fidem conſcripſit, quæ non quidem ſenſum noſtrũ, tamen uerba noſtra cõtinere profeſsionemq́ꝫ uideretur. Miratus quidem eſt Imperator, & putauit unam eandemq́ꝫ in ipſius & concilij dudum geſti expoſitione ſententiam

A tiam contineri: tamen in nullo relaxat animi uigorem, ſed rurſus cum ad concilij remittit examen, quoniamquidem ad dedicationem Hieroſolymorum ex omni orbe coire ſacerdotes inuitabãtur, hæc ad eos de nomine eius ſcribens, ut ſi expoſitionem fidei eius probarent, & eum uel per inuidiam (ut aſſerebat) tunc circumuentum dignoſcerent, uel nunc ab errore correctum, clementi erga ipſum iudicio uterentur: quandoquidem tanta fuerit concilij moderatio, ut non in perſonam eius, ſed in dogmatum prauitatem fuerit lata ſententia, ſi tamen & epiſcopi eius Alexandri accõmodaretur aſſenſus. Sed ab his quidem qui primo cœptis eius fauentes, cum ſimulatione ſubſcripſerant, facile receptus eſt. Cum uero Alexandriam perrexiſſet, ibi omne eius fruſtratur inceptum: quoniamquidem dolis apud ignorantes locus eſt: ſcientibus uero, dolum intendere, non aliud eſt quàm riſum mouere. Interea dum hæc apud Alexandriam fruſtra agitantur, uenerabilis Auguſtus Conſtantinus in ſuburbana uilla Nicomediæ tricesimo & primo imperij ſui anno defunctus eſt, liberis de ſucceſsione Romani orbis teſtamẽto hæredibus ſcriptis. Quo in tempore quoniamquidem Conſtantius, cui orientis regnum decreuerat, præſens nõ erat, dicitur ſecreto acceſsiens presbyterum, quem à ſorore commendatum ſupra diximus & exinde familiariter habitum, tradidiſſe ei teſtamentum quod ſcripſerat, & obteſtatus ſub ſacramento, ne ulli niſi Conſtantio cum ueniſſet, in manus traderet.

Hieroſolymorum dedicatio celebris

Conſtantini Aug. mors & teſtamentum

B Cui etiã quod eunuchi qui erãt in palatio fauebãt, arte indicio de Imperatoris morte ſuppreſſo uſque ad Conſtantij præſentiã, multis noua tentantibus oppreſsis, res tutæ integræque remanſere. Cum uero Conſtantius affuiſſet, depoſitum presbyter reſtituit. Cuius beneficij gratia Imperator regni cupidus, ita ei deuinctus eſt, ut qui imperare cunctis ambierit, ab illo ſibi imperari æquanimiter pateretur. Ex quo, deuincto ſibi Imperatore, cœpit de Arij reſtitutiõe ſuggerere, & nolentes adquieſcere ſacerdotes, uti cogeret, perſuadere.

Cap. XII

EA tempeſtate apud Alexandriam Alexander, in Hieroſolymis Maximus cõfeſſor, apud Conſtantinopolim æque Alexander, ut ex Athanaſii ſcriptis comperimus, ſacerdotio fungebantur. Sed Euſebius qui apud Nicomediam erat, de cuius ſimulatione in ſubſcribendo ſupra diximus, amplam temporis nactus occaſionem, & principi per presbyterũ familiaris effectus, reuoluere omnia, atque in irritum reuocare Concilij geſta molitur. Arium nequicquam apud Alexandriam commorantem uenire facit, & Imperialibus edictis Concilium denuo Conſtantinopolim conuocari. Quò conuenere illi maximè, qui Arium atque Euſebium ſectabantur, quique ſæpe cum Alexandro congreſsi ut Arium ſuſciperet, nec tamen aliquid profligantes, ab iniurijs quidem eius temperabãt. Ad ultimũ certam ei diem ſtatuentes denuntiãt, ut aut ipſe Arium ſuſciperet, aut ſi reniteretur,

Alexander Alexandrinus. Alexander Conſtantinopolitanus. Euſebius Nicomedienſis

ſe eccleſia

ſe eccleſia pulſo & in exilium truſo, ab alio eum ſuſcipiendum ſciret. Tum il‑ A le nocte, quæ ad conſtitutam intererat diem, ſub altari iacens, atq; in oratione & lachrymis totam peruigilem ducens, eccleſiæ cauſam domino cōmendabat. Cumq; lux fuiſſet exorta, nec tamen ab oratione Alexāder ceſſaret, Euſebius cum ſuis omnibus, uelut hæretici belli ſignifer, domū Arij matutinus aſcendit, eumq; propere ſequi ad eccleſiā iubet, proteſtatus quod Alexander, niſi præſens adquieſceret, expulſus cederet loco. Cap. XIII

Igitur omnium ſumma expectatio, quò uel Alexandri perſeuerātia, uel Euſebij Arijq; inſtantia declinaret. Cumq; cunctorum animi eſſent, ut in tali re, expectatione ſuſpenſi, Arius ad eccleſiam pergens, epiſcoporum & populorum frequentia conſtipatus, humanæ neceſsitatis cauſa ad publicum locum declinat. Vbi cum ſederet, inteſtina eius atq; omnia uiſcera in ſeceſſus cuniculum defluxere: ita tali in loco dignā mortem blaſphema ac fœtida mente exoluit. Quod poſtea quàm in eccleſia nunciatū eſt Euſebio, atq; his qui unà ſecum ſanctum & innocentem uirum Alexandrum de Ario recipiendo fatigabant, ſuperati pudore, & adoperti confuſione diſcedunt. Tunc completus eſt ſermo ad gloriam domini, quem Alexander in oratione ſua ad Deum proclamauerat, dicens: Iudica domine inter me & Euſebij minas atq; Arij uim. Sed hæc ad præſens quidem paululum pudoris habuere. Conuenietes uero inter ſe hæretici, ueriti ne fortè ſi, ſicut res B geſta eſt, integre ad imperatorem Conſtantium perueniſſet, non ſolum à perfidia eorum, in qua callide irretitus tenebatur, abſcederet: uerū & in autores deceptionis ſuæ ſeuerius aliquid ex regia autoritate decerneret, cōponunt per eunuchos quos iam perfidia deceptos tenebant, uti de Arij morte Imperator quàm fieri poſſet compoſite & communiter noſceret, neq; aliquid quod dei uindictam indicare uideretur, audiret. Quibus ita geſtis, de cauſa fidei ut cœperant, proſequuntur. Cap. XIIII

Arius cacando perit

Eunuchi Cæſaris.

Igitur apud Alexandriam, defuncto Alexandro, Athanaſius ſuſceperat ſedem. Quod uero eſſet uir acris ingenij, & in eccleſiaſticis negocijs apprimè uigilans, ſatis iam tunc hæreticis innotuerat, cum ad Conciliū Nicænum cum epiſcopo ſuo ſene Alexandro uenerat: cuius ſuggeſtionibus hæreticorū doli ac fallaciæ uigilanter detegebātur. Statim ergo ut eum epiſcopum factum cognouerant, rati id quod res indicabat, ſua negocia per illius ſollicitudinē non facile proceſſura, omnibus modis quærere aduerſus eum machinas deceptionū parabant. Verū non mihi abſq; ordine uidet̄, pauca de huius uiri origine ſuprà repetere, & cuius à puero inſtitutiōis fuerit, ſicuti ab his qui cum ipſo uitam duxerant accepimus, memorare. Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexāder epiſcopus agebat, cum poſt expleta ſolennia cōuenturos ad conuiuiū ſuum clericos expectaret in loco mari uicino, uidet eminus puerorum ſupra oram maris ludum, imitantium, ut

Athanaſius Alexandrinus epiſc.

A tium,ut fieri ſolet,epiſcopũ,atq; ea quę in eccleſiis geri mos eſt.Sed cum in tentius diutine pueros inſpectaret,uidet ab his geri quędã etiã ſecretiora & myſtica. Perturbatus ilico, uocari ad ſe clericos iubet, atq; eis quid eminus ipſe uideret,oſtendit.Tum abire eos,& comprehenſos ad ſe perducere oẽs pueros imperat.Cũq; adeſſent,quis eis ludus, & quid egiſſent, uel quomodo,percunctatur.Illi,ut talis habet ætas,pauidi, negare primò, deinde rem geſtam per ordinẽ pandũt,& baptizatos à ſe eſſe quoſdam catechumenos confitentur per Athanaſiũ, qui ludi illius pueriles epiſcopus fuerat ſimulatus.Tum ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerint, quidue reſponderint, ſimul & ab eo qui interrogauerat, ubi uidet ſecundũ religionis noſtræ ritũ cuncta cõſtare,cõlocutus cum concilio clericorũ,ſtatuiſſe traditur,illis,quibus integris interrogationibus & reſponſionibus aqua fuerat infuſa,iterari baptiſmũ nõ debere, ſed adimpleri ea quæ à ſacerdotibus mos eſt.Athanaſiũ uero,atq; eos quos ludus ille uel presbyteros habere uiſus fuerat,uel miniſtros, conuocatis parentibus, ſub Dei obteſtatione tradit eccleſiæ ſuæ nutriendos. Paruo aũt tempore,cum à Notario integre,& à Grãmatico ſufficienter Athanaſius fuiſſet inſtructus, cõtinuò tanquã fidele domini cõmendatum,à parentibus reſtituitur ſacerdoti, ac uelut Samuel quidã in templo domini nutritur, & ab eo pergente B ad patres in ſenectute bona,ad portandum poſt ſe ephod ſacerdotale deligitur. Sed huius tanti in eccleſia pro fidei integritate agones fuerunt,ut etiã de hoc uideatur dictũ eſſe illud quod ſcriptum eſt:Ego enim oſtendam ei, quanta eum pati oporteat pro nomine meo.In huius etenim perſecutiones uniuerſus cõiuratus orbis,& cõmoti ſunt principes terræ:gentes, regna, exercitus coierant aduerſus eum. Ille autẽ diuinũ illud conſeruabat eloquium, dicens:Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meũ: ſi inſurgat in me prælium,in hoc ego ſperabo. Verum quoniã tanta ac talia eius geſta ſunt,ut magnitudo quidem rerũ nihil me præterire patiat: multitudo uero geſtorũ quamplurima cogat omittere,incertus æſtuat animus, dum deliberare nõ ualet quid teneat,quid omittat. Et ideo pauca nos quæ ad rem pertinent memorabimus, reliqua eius fama narrabit, ſine dubio minora uero nunciatura. Nam nihil quod addere poſsit,inueniet.

Ludus puerorum imitantiũ epiſcopum & myſteria

Non rebaptizantur etiã ioco baptizati

Cap. XV

IGitur ubi Conſtantius Orientis regnum ſolus obtinuit, Conſtantino fratre non longe ab Aquileia apud Alſam fluuiũ à militibus interfecto, Conſtãs utriuſq; germanus,Occidentẽ ſatis induſtrie gubernabat. Nam Conſtãtius natura & animo regio, dum primis illis regni ſui fautoribus ſatis indulget,per eunuchos arte in perfidiam decipitur à peruerſis ſacerdotibus:& intento ſatis ſtudio prauis eorum contentionibus obſecundat. Sed illi uerentes,ne fortè adeundi regis copia quãdoq; fieret Athanaſio, & per eum de ueritate fidei quam peruertebant,ſecundum ſcripturas edoceretur,

Conſtantius Aug. in Oriẽte, Conſtans in Occidente

x omnimo-

omnimodis inſimulare eum apud principem,& uelut omnium ſcelerum ac A flagitiorũ adgrediuntur exponere: uſquequo humani corporis brachium loculo delatũ, Imperatori oſtendunt, quod ab Athanaſio exciſum magicæ artis gratia de Arſenij cuiuſdam corpore confirmabant. Sed & alia quamplurima criminoſa ſimul & flagitioſa componunt. Cap. XVI

Athanaſius iubetur condemnari

Archelaus comes Orientis

Comes Phœnices

QVibus ex cauſis Imperator iubet conuocato Concilio Athanaſiũ condemnari. Idq́ apud Tyrũ (miſſo è latere ſuo uno ex Comitibus, adnitente quoq́ Archelao tunc Comite Orientis, necnon & eo qui Phœnicen prouinciam gubernabat) congregari iubet. Eò deducitur Athanaſius, loculus cum humano brachio circumfertur, inuidia & horror non ſolum religioſas,ſed & uiles animas peruadit. Cap. XVII

Arſenius lector Athanaſii

HIc Arſenius,cuius brachiũ dicebatur exciſum,lector aliquando Athanaſii fuerat,& ob culpam correptionem ueritus, frequentiæ ſeſe ſubtraxerat. Cuius latebras opportunas ſibi ad huiuſcemodi cõmentum flagitioſi homines rati,initio compoſiti criminis occultatũ eum apud quendam, quem fidiſsimum ſceleribus ſuis crediderant,retinebãt. Peruenit tamen ad hunc in latebris poſitum,quid ſuo nomine criminis intentaret̃ Athanaſio. Et ſiue eum ipſa humanitatis contemplatio, ſiue diuina perpulit prouidentia,clam per noctis ſilentia euadens clauſtris,enauigauit Tyrum. Et pridie quàm cauſæ dicẽdæ adeſſet ultimus dies, Athanaſio ſeſe Arſenius obtulit, B utq́ ſe rerum geſtarũ ſeries haberet, edocuit. Ille domi eſſe hominẽ,nec innoteſcere cuiquã de eius præſentia iubet. Interea Conciliũ cogitur,in quod aliquanti concinnatæ calumniæ conſcij, omnes penè infenſo animo aduerſum Athanaſiũ præiudicatoq́ cõueniunt. Per idem tempus Paphnutius confeſſor (de quo ſupra memorauimus) aderat Athanaſii innocentiæ conſcius. Is cum uidiſſet Maximũ Hieroſolymorũ epiſcopum, qui unà ſecum effoſſo oculo,& poplite ſucciſo,confeſſor extiterat, uerum pro nimia ſimplicitate nihil de ſacerdotum ſcelere ſuſpicantem, conſediſſe cum cæteris quos factionis macula ſociauerat,mediũ conſeſſum adire non ueritus: Te,inquit, Maxime, cum quo mihi unũ atq́ idem confeſsionis inſigne eſt,cum quo mihi pariter mortale lumen effoſſum, clariorem diuini luminis conciliauit aſpectum:te,inquam,non patiar ſedere in concilio malignantiũ,& cum iniqua gerentibus introire. Iniectaq́ manu eleuans eum de medio eorũ,ac de ſingulis inſtruens, perpetua dehinc Athanaſio cõmunione ſociauit. Sed interim cauſa dicitur. Prima introducitur accuſatio mulieris cuiuſdam, quæ ſe diceret aliquando hoſpitio Athanaſium ſuſcepiſſe, & ab eo noctu nihil ſuſpicantem,uim corruptionis eſſe perpeſſam. Introduci ad hæc iubet̃ Athanaſius,ingreditur cum Timotheo presbytero ſuo, cumq́ monet,ut poſtea quam mulier dicendi finẽ feciſſet, ſe tacente ad ea quæ dixerat, reſpõderet. Cumq́ mulier ea quæ edocta fuerat, peroraſſet, Timotheus conuerſus ad

Maximus admonetur à Paphnutio

Calumniatur Athanaſius

eam

A eam: Vere,inquit,mulier ego manſi apud te aliquando,aut uim tibi, ut aſſeris,feci? Tunc illa (ut mulierũ ſe talium procacitas habet) obiurgans Timotheum: Tu tu, inquit, mihi uim feciſti,tu in illo loco cõmaculaſti caſtitatem meã.Simul & conuerſa ad iudices,obteſtari fidem dei cœpit,uera ſe dicere. Tum oẽs ridiculoſus pudor habere cœpit,quod tã facile docente eo, factio cõpoſiti criminis patuiſſet. Nec tamen permiſsi ſunt iudices habere de muliere quæſtionem,unde hæc,uel per quos, aut quomodo fuiſſet aptata calumnia,quoniã iudicandi libertas penes accuſatores erat. Hinc tranſit ad aliud crimen.Profertur facinus ſeculis inauditũ. Hoc eſt, inquiunt, ubi nemo poſsit uerborũ præſtigijs decipi,res oculis agit,uerbis ceſſantibus: Brachiũ hoc te,aiunt,Athanaſi accuſat exciſum. Hæc eſt Arſenij dextera, quam tu quomodo,uel ad quos uſus excideris,indicato. Tum ille: Quis enim,inquit, ueſtrum Arſeniũ nouerat,ut hanc ipſius dexterã cognoſcatis? Exurrexerũt aliquanti, qui ſe dicerent optime ſciſſe Arſenium, in quibus nonnulli erant abſq; cõſcientia factionis. Orat dehinc à iudicibus Athanaſius,ut hominẽ ſuum quem in negociũ depoſceret,iubeant introduci. Cumq; introductus eſſet Arſenius, eleuato eius uultu, Athanaſius concilio & iudicibus ait: Hic eſt Arſenius.Et alleuans eius nihilominus dexterã: Hæc eſt,inquit, etiam dextera eius,hæc eſt & ſiniſtra. Hæc aũt,quã iſti offerunt,manus unde ſit,
B uos requirite. Tunc uelut nox quædã & tenebræ accuſatorũ oculis infuſæ, quid agerẽt,quo ſe uerterent,neſciebant. Ipſum etenim eſſe Arſeniũ, teſtes qui paulo ante ſcire ſe dixerant,cõfirmabant. Verũ,quia non iudicandi, ſed opprimendi hominis cauſa conciliũ gerebat, fragor omniũ repente attollitur,magum eſſe Athanaſiũ, & decipere intuentiũ oculos conclamatur, nec debere ullo modo ultrà talem hominẽ uiuere:factoq; impetu, ſuis eum diſcerpere manibus parant. Sed Archelaus,qui cum cæteris ex præcepto Imperatoris cõcilio præſidebat,ereptum eum de diſcerpentium manibus, per occultos exitus eduxit, ac fugæ (qua ſolum poſſet) ſalutem monuit cõmendare. Conciliũ tamen rurſum cõueniens,tanquã ſi nihil omnino deprehenſum fuiſſet,ut cõfeſſum de intentatis criminibus Athanaſiũ condemnat.Et geſta in hunc modum ficta per orbem terræ mittentes,ad ſceleris ſui cõſenſum Imperatore cogente cæteros epiſcopos perpulerũt. Cap. XVIII

Archelaus præſidebat in concilio

Athanaſius cõdemnatus fugit

HInc iam toto orbe profugus agit Athanaſius, nec ullus ei tutus ad latendũ ſupererat locus. Tribuni,Præpoſiti, Comites,exercitus quoq; ad inueſtigandum eum mouent edictis imperialibus. Præmia delatoribus proponuntur,ſi quis uiuũ maximè,ſi id minus,caput certe Athanaſii detuliſſet. Ita totis regni uiribus fruſtra aduerſum eum,cui Deus aderat,certabatur. Interea ſex continuis annis ita latuiſſe fertur in lacu ciſternæ nõ habẽtis aquã,ut ſolem nunq; uideret. Sed cũ per ancillã,quæ ſola cõſcia dominorũ officijs qui ei latebras prębuerãt uidebat,indicatus fuiſſet, tanq; dei ſpiritu

admonitus,ipſa nocte qua ad eũ cõprehendendũ cum indicibus ueniebatᷓ, A
poſt annos ſex migrauit ad aliũ locum. Ita illi qui uenerant fruſtrati, domi-
niſq́ in fugã uerſis, de ancilla ut falſa indice pœnas ſumunt. Cap. XIX

Athanaſius fugit ad Conſtantem Cæſ.

VErum ne graues alicui latebræ ſuę fierẽt,& occaſio calumnię innocentibus quæreretur,nihil ſibi ultrà iam tutum in Conſtantij regno præſumens,ad Conſtantis partes profugus abſceſsit. A quo ſatis honorifice religioſeq́ ſuſceptus eſt. Quiq́ cauſa eius quã fama cõpererat diligentius cognita, ſcribit ad fratrem, pro certo ſe comperiſſe, quod ſacerdos dei ſummi Athanaſius iniuſte fugas & exilia pateretᷓ. Hũc itaq́ recte faceret, ſi abſq́ ulla moleſtia loco ſuo reſtitueret:ſi id nollet,curæ ſibi futurũ,ut id adimpleret,regni eius intima penetrãs, & pœnas dignißimas de autoribus ſceleris ſumens. Quibus ſcriptis perterritus Cõſtãtius (quod poſſe facere ea quæ minitabatur, conſcius erat,fratrem) ſimulata benignitate ultrò uenire ad ſe Athanaſium iubet,& leui increpatione perſtrictũ, ad eccleſiã ſuam permittit ſecurũ ire. Admonitus tamen Imperator ab impijs cõſiliarijs: Non eſt, inquit, magnum Athanaſi, quod epiſcopi poſcunt de te, ut unã ex multis quæ ſunt apud Alexandriã eccleſiis, cõcedas populis eorum qui tibi cõmunicare nolunt. Tum ille, deo ſibi ſuggerente, paratum in tempore cõſilium reperit: Et quid eſt,inquit, Imperator, quod poſcẽti tibi liceat denegari,qui poteſtatem omnium habes iubendi? Sed unũ eſt quod oro, ut meã quoq́ B petitiũculam libẽter admittas. Cumq́ ſe omnia quæ uellet,quamuis eſſent difficilia,promitteret præſtaturum,ſi hoc unum cederet libens,ait Athanaſius:hoc eſt quod rogo, ut quia etiam hic (nam apud Antiochiã res agebatur) ſunt noſtri populi qui iſtis cõmunicare nolunt, unam eis tenere concedas eccleſiam. Acquiſsimũ ſibi uideri,& ualde præſtandum,lætus ſpopondit Imperator. Sed cum rem detuliſſet ad eos, quorum conſilijs utebatur, neq́ ibi ſe uelle accipere eccleſiam, neq́ hic dare reſpondent, quia plus ſibi ſinguli quiq́ quàm abſentibus conſulebant. Ita imperator admiratus eius prudentiam, properare ocyus ad ſuſcipiendam ſuam eccleſiam iubet. Sed cum Magnentij ſcelere imperator Conſtans regno ſimul & uita fuiſſet exemptus,rurſum in Athanaſium ueteres illi incentores principis odia reſuſcitare cœperunt. Fugatoq́ de eccleſia, in locum eius Georgiũ quendam perfidiæ & immanitatis ſocium mittunt. Nam prius quendam Gregorium miſerant. Rurſum fuga latebræ, & edicta aduerſum Athanaſiũ principis per omnem locum ponuntur,præmia & honores delatoribus pollicentia. Ipſe quoq́ cum ob uindictam necis fraternæ,regnumq́ recuperandum ad Occidentis partes ueniſſet,& extincto tyranno, regni ſolus arce potiretur,fatigare Occidentales epiſcopos, & per deceptionem ad conſenſum Arianæ hæreſeos cogere aggreditur,Athanaſii prius condemnatione præmiſſa,& uelut obicis ualidiſsimi obiectione ſublata. Cap. XX

Athanaſius rurſum exulat

Georgius Athanaſio ſuffectus

Conſtãtinus in occidentem uenit

Ob hoc

A OB hoc apud Mediolanum epiſcoporum concilium conuocatur, plu- res decepti: Dionyſius uero, Euſebius, Paulinus, Rhodanius, & Lu- cifer, dolum in negocio eſſe proclamantes, aſſerenteſq; quod ſubſcriptio in Athanaſium, non aliam ob cauſam, quàm deſtruendæ fidei moliretur, in exilium truſi ſunt. His etiam Hilarius iungitur, cæteris uel ignorantibus, uel non credentibus fraudem. Cap. XXI *Concilium Mediolani* *Hilarius*

SEd tali conſilio geſtum fuiſſe negocium, rei exitus docuit. Illis nanq; de medio ſublatis, continuò ſynodus apud Ariminũ congregat̃, ibi ſecun- dum ea quæ Orientales apud Seleuciã cõpoſuerant callidi homines & uer ſuti, ſimplices & imperitos Occidentaliũ ſacerdotes facile circumueniũt, hoc modo proponendo eis: Quẽ magis colere & adorare uellent, ὁμούσιον, an Chriſtũ? Illiſq; uirtutem uerbi quid ὁμούσιον ſignificaret ignorantibus, ue- lut in faſtidiũ quoddam & execrationẽ ſermo deductus eſt, Chriſto ſe cre- dere, non ὁμουσίῳ confirmantibus. Sic multorũ, præter paucos (qui ſcientes prolapſi ſunt) animi decepti, cõtra ea quæ patres apud Nicæã cõſcripſerãt, uenientes, ὁμούσιον quaſi ignotũ & à ſcripturis alienũ ſermonem auferri de fidei expoſitione decernunt, cõmunionemq; ſuã hæreticorũ ſocietate com maculant. Ea tempeſtate facies eccleſiæ fœda & admodũ turpis erat. Non enim ſicut prius ab externis, ſed à proprijs uaſtabatur. Fugabat alius, alius B fugabatur, & uterq; de eccleſia erat. Ara nuſquam, nec immolatio, nec liba mina: præuaricatio tamẽ & lapſus erat, ac ruina multorũ. Similis pœna, ſed impar uictoria. Similiter cruciabant̃, ſed non ſimiliter glorificabantur: quia dolebat eccleſia etiã illius caſum, qui impellebat ad lapſum. Cap. XXII *Synodus Ariminenſis*

IGitur Liberius, qui poſt Iulium Marci, quem Syluester præceſſerat, ſuc- ceſſorem, in urbe Roma per idem tempus ſacerdotio fungebatur, in exi- lium truditur. Inq; eius locum Felix diaconus ſuus ab hæreticis ſubroga- tur: & non tam ſectæ diuerſitate, quàm communionis & ordinationis con uenientia maculatur. Cap. XXIII *Liberius pontifex Rom.* *Felix*

HIeroſolymis uero Cyrillus poſt Maximum ſacerdotio confuſa iam ordinatione ſuſcepto, aliquando in fide, ſæpius in communione uaria bat. Apud Alexandriam uero Georgius ſatis procaciter ui raptum epiſco- patum gerebat, ita ut magis ſibi iuris dicendi creditos faſces, quàm ſacerdo tium miniſtrandum religioſis officijs æſtimaret. Cap. XXIIII *Cyrillus Hieroſol.* *Georgius Alexand.*

APud Antiochiam ſanè diuerſis temporibus multa & admodum con fuſe geſta ſunt. Nam defuncto Eudoxio, cum multi diuerſarum ur- bium epiſcopi ad illam ſedem ſumma ambitione niterentur, ad ultimũ Me letiũ de Sebaſtia Armeniæ ciuitate, contra decreta concilij illuc transferũt. Qui tamen ab ipſis rurſum in exilium truditur, quod contra opinionẽ ipſo rum non Arij, ſed noſtrã fidem cœpit in eccleſia prædicare: quem magna plebs ſede depulſum ſecuta, ab hæreticorũ ſocietate diuellit̃. Cap. XXV *Meletius*

INterea ut aliquando etiam in ſemetipſam prædiues malitia deſæuiret, ſacerdotes & populi, qui Ario duce primitus fuerant ab eccleſia diuulſi, in *Tres ſectæ ex ſchiſmate Arij* tres denuo ſectas parteſq; ſinduntur. Nam illi quos paulò ſuperius dixeramus, non adquieſcẽtes Euſebij cæterorumq; ſimulationibus, cum Ario exilium pertuliſſe, poſtmodum nec ipſi Ario regreſſo de exilio cõmunicare uoluerunt, eo quod ſimulata confeſsione communicaſſet ijs, qui de ipſa ſubſtantia dei patris filiũ confiterentur, quia ipſi ea quæ primò docuerat Arius, ex nullis extantibus creatũ & factum, non natum filium, ſatis libera, ſeu potius impudenti blaſphemia confirmabant. Quod & poſt illorum obitum *Aetius* Aetius quidam, poſt Aetium ualidius & latius aſſerebat Eunomius, *Eunomius* uir corpote & anima leproſus, & interius exteriusq; morbo regio corruptus, arte tamen dialectica præpotens, plurima contra fidem noſtrã ſcripſit, & diſputandi leges ſectatoribus ſuis dedit. A quo etiam nunc Eunomiana hæreſis appellatur. Alius quoq; Macedonius nomine, quẽ, noſtris expulſis, uel potius necatis, apud Conſtantinopolim ſtatuerant epiſcopũ, quia ſimilem patri filium fatebatur, licet ſpiritũ ſanctum æque ut illi blaſphemaret, tamen ab illis expellitur, quia ſimilia ut de patre, etiam de filio prędicaret. Neq; uero noſtris coniungitur, à quibus de ſpiritu ſancto diuerſa ſentiret. Ita peſtifera illa beſtia, quæ per Ariũ primò quaſi de inferis extulerat caput, ſubito *Eunomiani* triformis apparuit: Per Eunomianos, qui dicunt per omnia diſsimilem filiũ B *Ariani* patri, quia nullo genere ſimilis poſsit eſſe factura factori; Per Arianos, qui dicunt ſimilem quidem poſſe dici filium patri, ſed largitate gratiæ, non proprietate naturæ, inquantũ ſcilicet poteſt creatori creatura conferri: Per Ma*Macedoniani*cedonianos, qui dicunt ſimilem quidem filium per omnia patri, ſanctum uero ſpiritum cum patre & filio nihil habere cõmune. Hæc quidem inter illos ita geſta ſunt. Sed ſicut de talibus ſcriptum eſt: Diſciſsi ſunt, & non ſunt compuncti. Plurimi ſanè eorum qui uidebantur attentiorem uitam gerere, & monaſteria permulta apud Conſtantinopolim uicinaſq; prouincias, & epiſcopi nobiles, Macedonij magis errorem ſunt ſecuti. Cap. XXVI

Conſtantius moritur SEd Conſtantius Imperator, dum Iuliano (quem Cæſarem apud Gallias reliquerat) dignationem ſibi Auguſti ſponte præſumenti, armis ire obuiam parat, uiceſimo & quarto poſt occaſum patris imperij ſui anno, in *Fons Mopſi* oppido Ciliciæ Mopſocrene uita defunctus eſt. Cap. XXVII

Iulianus Aug. POſt quem Iulianus, præſumptum prius, deinde ut legitimũ, ſolus obtinuit principatũ. Is primò uelut arguens perperam geſta Conſtantij, epiſcopos iubet de exilijs relaxari. Poſt uero aduerſum noſtros tota nocendi arte conſurgit. Interim qui ſuperfuerant epiſcopi, de exilijs relaxantur. *Liberius de exilio reuerſus* Nam Liberius urbis Romæ epiſcopus, Conſtantio uiuente regreſſus eſt. Sed hoc utrũ quod acquieuerit uoluntati ſuæ ad ſubſcribendum, an ad populi Romani gratiã, à quo proficiſcens fuerat exoratus, indulſerit, pro certo compertum

A compertum non habeo. Lucifer autem cum exoraretur ab Euſebio, quia uterq; in partibus uicinis Aegypto fuerat relegatus, ut ad uidendum Athanaſium Alexandriam pergerent, cõmuniq; tractatu cum his qui ſuperfuerant ſacerdotibus, de ſtatu eccleſiæ decernerent, præſentiam ſui abnegans, legatum pro ſe diaconum ſuum mittit. atq; ipſe intẽto animo Antiochiam pergit: ibiq; diſsidentibus adhuc partibus ſed in unum tamẽ reuocari poſſe ſperantibus, ſi ſibi talis eligeretur epiſcopus, erga quem non una plebs, ſed utraq; gauderet, præproperus catholicum quidem & ſanctũ uirum, ac per omnia dignum ſacerdotio Paulinum epiſcopũ collocauit, ſed tamẽ in quem adquieſcere plebs utraq; non poſſet. Cap. XXVIII

Lucifer Alexandriã proficiſcitur

Paulinus epiſcopus Antiochiæ

PErgit interea Euſebius Alexandriã, ibiq; confeſſorũ concilio cõgregato, pauci numero, ſed fidei integritate, & meritis multi, quo pacto poſt hæreticorum procellas, & perfidiæ turbines trãquillitas reuocaretꝫ eccleſiæ, omni cura & libratione diſcutiunt. Aliis uidebatur fidei calore feruentibus, nullum debere ultra in ſacerdotium recipi, qui ſe utcunq; hæreticæ communionis cõtagione maculaſſet. Sed qui imitantes Apoſtolum quærebãt, non quod ſibi utile eſſet, ſed quod pluribus, uel qui imitarẽtur Chriſtũ, qui cum eſſet omniũ uita, pro ſalute cunctorum humilians ſe deſcẽdit in mortẽ, quo ſcilicet inueniretur & in mortuis uita: dicebant melius eſſe, humiliari paululũ

Conuẽtus confeſſorum Alexandriæ

B propter deiectos, & inclinari propter eliſos, ut eos rurſus erigerent, nec ſibimet ſolis puritatis merito cœlorum regna defenderent, ſed eſſe glorioſius, ſi cum pluribus illic mererentur intrare. Et ideo rectũ ſibi uideri, ut tantũ perfidiæ autoribus amputatis, reliquis ſacerdotibus daretur optio, ſi fortè uelint, abiurato errore perfidiæ, ad fidem patrum ſtatutaq; cõuerti: nec negare aditum redeũtibus, quin potius de eorũ cõuerſione gaudere: quia & ille euangelicus iunior filius, paternæ depopulator ſubſtantiæ, ſed in ſemetipſum reuerſus, non ſolũ ſuſcipi meruit, ſed & dignus paternis complexibus deputatur, & anulum fidei recipit, & ſtola circundatur: per quam quid aliud quàm ſacerdotii declarãtur inſignia: nec probabilis extitit apud patrem ſenior filius, quod inuidit recepto: nec tantũ meriti habuit non delinquendo, quantum notæ contraxit non indulgendo germano. Cap. XXIX

CVm igitur huiuſcemodi ſententiã ex euangelica autoritate prolatam, ordo ille ſacerdotalis & Apoſtolicus approbaſſet, ex concilii decreto, Aſterio cæteriſq; qui cum ipſo erant, Orientis iniungitur procuratio, Occidentis uero Euſebio decernitur. Additur ſanè in illo concilii decreto, etiam de ſpiritu ſancto plenior diſputatio, ut eiuſdem ſubſtantiæ ac deitatis cuius pater & filius, etiã ſpiritus ſanctus crederetur, †nec, quicquam prorſus in trinitate, aut creatum, aut inferius, poſteriuſue diceretur. Sed & de differentia ſubſiſtẽtiarum & ſubſtantiarum ſermo eis per ſcripturam motus eſt, Græci οὐσίας & ὑποστάσεις uocant. quidam etenim dicebant ſubſtantiam & ſubſi-

Aſterius præficitur Oriẽti

Euſebius Occidenti.

De ſpiritu ſancto decretum.

aliàs, ne &c. uideretur.

ὑπόστασις ſtentiam unum uideri: & quia tres ſubſtantias non dicimus in Deo, nec tres A ſubſiſtentia ſubſiſtentias dicere debeamus. Alij uero, quibus longè aliud ſubſtantia, & ſubſiſtētia ſignificare uidebatur, dicebāt, quia ſubſtātia ipſa rei alicuius naturam rationēq; qua cōſtat, deſignet: Subſiſtēia autem uniuſcuiuſq; perſonæ, hoc ipſum quod extat & ſubſiſtit, oſtendat. Ideoq; propter Sabellij hęreſim tres eſſe ſubſiſtētias cōfitendas, quod quaſi tres ſubſiſtentes perſonas ſignificare uideretur, ne ſuſpicionem daremus tanquā illius fidei ſectatores, quæ trinitatē in nominibus tantum, & nō in rebus ac ſubſiſtētijs cōfitetur. Caro Chriſti Sed & de incarnatiōe domini cōprehenſum eſt, quia corpus quod ſuſceperat dominus, neq; ſine ſenſu, neq; ſine anima ſuſcepiſſet. Quibus omnibus caute moderateq; cōpoſitis, unuſquiſq; itinere ſuo cū pace perrexit. XXX.

SEd Euſebius cum rediſſet Antiochiam, & inueniſſet ibi à Lucifero contra pollicitationem ordinatum epiſcopum, pudore ſimul & indignatione cōpulſus abſceſſit, neutri partium cōmunionem ſuam relaxans, quia digrediens inde promiſerat ſe acturū in cōcilio, ut eis ordinaretur epiſcopus, Melitius à quo pars neutra deſciret. Ille nanq; populus, qui Melitium dudum de eccleſia pulſum, quaſi pro fide recta fuerat ſecutus, non iunxerat ſe ad priores Euſtathius catholicos, id eſt, qui cum Euſtathio epiſcopo fuerant (ex quibus etiam Paulinus erat) ſed ſuum principatum, ſuumq; conuenticulum tenuit. Hos ergo cum in unum reuocare uoluiſſet, nec tamen (præuentus à Lucifero) potuiſſet abſceſſit. Tunc regreſſus Melitius de exilio, quia cum eo numeroſior populus erat, eccleſias tenuit, & ex eo iam propriā ſynodum cū cæteris Orien- B Lucifer talibus epiſcopis habuit, nec tamen Athanaſio iunctus eſt. Interim Lucifer iniuriam dolens, quod epiſcopum à ſe ordinatū apud Antiochiam nō recepiſſet Euſebius, nec ipſe recipere cogitat Alexādrini decreta concilij, ſed conſtringebatur legati ſui uinculo, qui in cōcilio ipſius autoritate ſubſcripſerat. Abijcere nanq; eum non poterat, qui autoritatem eius tenebat. Si uero recepiſſet, omne ſuum fruſtrandum uidebat inceptum. Diu ergo de hoc multumq; deliberans cum ex utraq; parte cōcluderetur, elegit, ut legato ſuo recepto, erga cæteros ſententiam diſparem, ſed ſibi placitam cuſtodiret. Ita regreſſus ad Sardiniæ partes, ſiue quia cita morte præuentus, tempus ſententiæ mutādæ nō habuit, etenim temere cœpta corrigi ſpacio ſolent: ſiue hoc Luciferanorum ſchiſma animo immobiliter ſederat, patū firmauerim. Ex ipſo interim Luciferianorum ſchiſma, quod licet per paucos adhuc uoluitur, ſumpſit exordiū. Euſebius uero circumiens Oriētem atq; Italiam, medici pariter & ſacerdotis fungebatur officio. Singulas quaſq; eccleſias, abiurata infidelitate ad ſanitatem rectæ fidei reuocabat, maxime quod Hilarium, quem dudum cum cæteris epiſcopis in exilium truſum eſſe memorauimus, regreſſum iam & in Italia poſitum, hæc eadem erga inſtaurandas eccleſias, fidemq; patrum reparandam reperit molientem.

Cap. XXXI

Niſi

A NIſi quod Hilarius uir natura lenis & placidus, ſimulq́ eruditus,& ad perſuadendum cõmodiſsimus,rem diligentius & aptius procurabat. Qui etiam libros de fide nobiliter ſcriptos ædidit, quibus & hæreticorum uerſutias,& noſtrorum deceptiones,& male credulam ſimplicitatem ita diligenter expoſuit,ut & præſentes,& longè poſitos,quibus ipſe per ſe diſſerere uiua uoce non poterat,perfectiſsima inſtructione corrigeret. Ita duo iſti uiri,uelut magnifica quædam mundi lumina,Illyricum, Italiam, Galliasq́ ſuo ſplendore radiarunt,ut omnes etiam de abditis angulis & abſtruſis hæreticorum tenebræ fugarentur. *Hilarius*

Cap. XXXII

SEd Iulianus poſtquam ad Oriẽtem Perſas bello pulſaturus aduenit, & publica(quam prius occultauerat)erga idolorum cultum ferri cœpit inſania,callidior cæteris perſecutor,non ui neq́ tormentis,ſed premijs,honoribus,blanditijs,perſuaſionibus,maiorem penè populi partem, quàm ſi atrociter pulſaſſet,eliſit. Studia autorum Gentilium Chriſtianos adire prohibens,ludos literarum illis ſolis qui deos deasq́ uenerarẽtur,patere decernit. Militiæ cingulum non dari,niſi immolantibus iubet. Procurationẽ prouinciarum iuriſq́ dicendi, Chriſtianis ſtatuit non debere committi, utpote quibus etiã lex propria gladio uti uetuiſſet. Et proficiebat quotidie in huiuſcemodi legibus exquirẽdis,quibus & ſi quid uerſutum uel callidum,tamen B quod minus uideretur crudele,decerneret. *Iuliani Aug. callidũ cõſiliũ*

Cap. XXXIII

SEd non erga Athanaſium fictæ philoſophiæ tenere imaginem potuit. Etenim cum,uelut tetri ſerpentes de cauernis terræ ebullientes, ad eum proceſsiſſet magorum,philoſophorũ,aruſpicum, augurumq́ manus prophana,omnes pariter allegãt,nihil ſuis artibus ſucceſſurum,niſi prius Athanaſium,uelut omnium horum obſtaculum,ſuſtuliſſet. *Aruſpices Athanaſiũ tollendum ſuadent*

Cap. XXXIIII

ITerum mittitur exercitus,iterũ duces,iterũ oppugnatur Eccleſia. Cumq́ eum mœſti & flentes populi circumſtarẽt,prophetico apud eos uſus ſermone perhibetur: Nolite,inquit,ò filij conturbari,quia nubecula eſt,& cito pertrãſit. Dumq́ diſceſsiſſet,& naui per Nilum fluuium iter ageret: comes, qui ad hoc ipſum miſſus fuerat, cognito eius itinere,inſtanter eum inſequi cœpit. Et cum forte applicuiſſet Athanaſii nauicula ad quendã locum, comperit à prætereũtibus poſt tergũ eſſe percuſſorẽ ſuum,& iam iamq́ niſi proſpiceret,imminere. Cõterriti omnes qui ſimul aderãt ſocij, eremũ ſuadebãt ad fugæ præſidiũ petendã. Tum ille: Nolite,inquit,ò filioli deterreri, eamus magis in occurſum percuſſori noſtro,ut ſciat quia longe maior eſt qui nos defendit,q̃ qui perſequitur. Et cõuerſa nauicula,iter agere obuiam ei qui ſe inſectabat,adgreſſus eſt. Ille qui nullo genere ſuſpicari poſſet in occurſum ſibi uenire quẽ quæreret,tanquã prætereũtes aliquos interrogari iubet, ubi audiſſent eſſe Athanaſiũ. Cumq́ reſpõdiſſent uidiſſe ſe eum nõ longe euntem,tota celeritate pertranſiens,properat inuanum,feſtinans capere, quem *Athan. queritur à Iuliano*

ante

ante oculos poſitũ uidere non potuit. Ille uero Dei uirtute monitus, Alexã/ A
driã redit, ibiq́ꝫ tuto latebras uſq́ꝫ quo perſecutio ceſſaret, exegit. XXXV

DEdit & aliud Iulianus uæcordiæ ſuæ ac leuitatis indicium. Nam cum Daphnis in ſuburbano Antiochiæ iuxta fontẽ Caſtaliũ litaret Apollini, & nulla ex his quæ quærebat, reſpõſa ſuſciperet, cauſasq́ꝫ ſilentij percõ/taretur à ſacerdotibus dæmonis, aiunt, Babylæ martyris ſepulchrũ propè adſiſtere, & ideo reſponſa nõ reddi. Tum ille, uenire Galilæos (hoc enim nomine noſtros appellare ſolitus erat) & auferre ſepulchrũ martyris iubet. Igitur eccleſia uniuerſa conueniens, matres & uiri, uirgines iuueneſq́ꝫ immenſa exultatione ſuccincti, trahebãt longo agmine arcam martyris, pſallentes ſummis clamoribus, & cum exultatione dicẽtes: Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui confidunt in ſimulachris ſuis. Hæc in auribus prophani principis per ſex milia paſſuum tanta exultatione pſallebat omnis eccleſia, ut cœlum clamoribus reſultaret. Vnde & ille in tantam iracũdiæ rabiem deductus eſt, ut altera die comprehendi Chriſtianos paſsim & trudi iuberet in carcerem, ac pœnis & cruciatibus affici. Cap. XXXVI

Galilæi

Babylæ martyris ſepulchrũ transfertur

QVod Saluſtius Præfectus eius non probans, licet eſſet gentilis, tamen iuſſus exequitur, & apprehenſum unum quendam adoleſcentem qui primus occurrit, Theodorum nomine, à prima luce uſq́ꝫ ad horam decimã tanta crudelitate, & tot mutatis carnificibus torſit, ut nulla ætas ſimile factũ B meminerit. Cum tamen ille in eculeo ſublimis, & hinc inde lateribus inſtante tortore, nihil aliud faceret, niſi quod uultu ſecuro & læto pſalmum, quem pridie omnis eccleſia cecinerat, iteraret. Cumq́ꝫ ſe omni expenſa crudelitate Saluſtius nihil egiſſe perſpiceret, recepto in carcerẽ iuuene, abijſſe fertur ad Imperatorẽ, & quid egerit nuntiaſſe, ac monuiſſe ne tale aliquid tentare ulterius uellet de cætero, alioquin & illis gloriã, & ſibi ignominiã quæreret. Hũc Theodorũ ipſi nos poſtmodũ apud Antiochiã uidimus. Et cũ requireremus ab eo, ſi ſenſum doloris habuiſſet ex integro, dicebat ſe quidẽ dolores parum ſenſiſſe, adſtitiſſe autem quẽdam iuuenem, qui ſudanti ſibi, linteo candidiſſimo & ſudores abſtergeret, & aquam frigidam frequẽter infunderet, & ita ſe eſſe delectatum, ut tunc mœſtior factus ſit, quando deponi de eculeo iuſſus eſt. Cõminatus igitẽ Imperator poſt uictoriam Perſicam melius ſe Chriſtianos debellaturum, profectus quidem eſt, ſed nullus redit. Ibi nanq́ꝫ, incertum à ſuis, an ab hoſtibus confoſſus, poſt annũ & octo menſes præſumpti Auguſtalis imperij, finem uitæ fecit. Cap. XXXVII

Saluſtius præfectus

Theodorus

Iulian. occiſus

TAnta uero eius ad decipiendum ſubtilitas & calliditas fuit, ut etiã infelices Iudęos uanis ſpebus illectos, ut ipſe agitabatur, illuderet. Quos primò omnium cõuocatos ad ſe interrogat, cur non ſacrificarẽt, cum eis lex ſua de ſacrificijs imperaret? At illi occaſionẽ ſe inueniſſe temporis rati: Nõ poſſumus, inquiunt, niſi in ſolo Hieroſolymorum templo. Ita nanq́ꝫ præcipit lex

A lex. Et accepta ab eo reparādi templi licentia, in tantum inſolentiæ peruene runt, ut aliquis eis prophetarum redditus uideretur. Igitur ex omnibus locis atq; prouincijs conuenere Iudæi, locū templi olim igne cōſumpti aggredi cœpere, Comite properandi operis ab Imperatore conceſſo, ſumptu publico & priuato res omni inſtātia gerebat̃. Interea inſultare noſtris & uelut reparatis ſibi regni temporibus, cōminari acrius, ac ſæuitiam oſtētare, prorſus immani tumore & ſuperbia agere. Cyrillus poſt Maximū confeſſorem Hieroſolymis epiſcopus habebat̃. Apertis igitur fundamentis, calce cemētoq; adhibitis, nihil omnino deerat, quin die poſtera, ueteribus deturbatis, noua iacerent fundamenta: cū tamen epiſcopus diligenti conſideratione habita, uel ex illis quæ in Danielis prophetia de tēporibus legerat, uel quæ in euāgelijs dominus prędixerat, perſiſteret, nullo genere fieri poſſe, ut ibi à Iudæis lapis ſuper lapidē poneret̃. Res erat in expectatiōe. Cap. XXXVIII

Templum Salomonis apud Hieroſolymā reparatur

Cyrillus

ET ecce nocte quæ ad incipiendum opus iam ſola reſtabat, terræmotus ingens oboritur, & nō ſolum fundamentorū ſaxa longe lateq; iactantur, uerumetiam totius loci penè ædificia complanantur. Porticus quoq; publicæ in quibus Iudæorum multitudo, quæ operi uidebatur inſiſtere, commanebat, ad ſolū deductæ, omnes Iudæos qui reperti ſunt, oppreſſere. Luce uero orta, cum ſe mala crederent effugiſſe, ad requirēdos eos qui oppreſ

Terremotus

B ſi fuerant, reliqua multitudo concurrit. Cap. XXXIX

AEdes erat quædam in inferioribus templi demerſa, habēs aditum inter duas porticus, quæ fuerant complanatæ, in qua ferramenta, aliaq; operi neceſſaria ſeruabantur: è qua ſubito globus quidam ignis emicuit, & per medium plateæ percurrens, aduſtis & exanimatis qui aderant Iudæis, ultrò citroq; ferebatur. Hoc iterum ſæpiuſq; & frequentiſsime per totam illam diem repetens, pertinacis populi temeritatem flammis ultricibus coercebat. Cum interim pauore ingenti & trepidatione omnes qui aderant deterriti, ſolum uerum Deum Ieſum Chriſtum confiteri cogebantur inuiti. Et ne hæc caſu fieri crederentur, in ſequenti nocte in ueſtimentis omniū ſignaculum crucis ita euidens apparuit, ut etiam qui diluere pro ſui infidelitate uoluiſſet, nullo genere ualeret abolere. Sic deterriti Iudæi atq; Gentiles, locū ſimul & inaniter cœpta reliquere.

Globus ignis

Notæ crucis in ueſtimentis

ELENCHVS CAPITVM VNDECIMI LIBRI HISTORIAE ECCLESIAST.

De ortu & religioſa mente principis Iouiniani, & de fine eius. Caput 1
De ortu Valentiniani & Valentis. Cap. 2
De dormitione Athanaſii, & perſecutionibus Lucij hæretici. Cap. 3
De uirtutibus & mirabilibus ſanctorum qui fuerunt in Aegypto. Cap. 4
De perſecutione quæ fuit apud Edeſſam. Cap. 5
De Moyſe quē regina Saracenorum, gentis ſuæ popoſcit epiſcopum. Cap. 6
De Didymo Alexandrino uidente. Cap. 7
Quot ex diſcipulis Antonij etiam tunc in eremo habitantibus, uirtutes & ſigna fecerint. Cap. 8
De Gregorio & Baſilio Cappadociæ epiſcopis. Cap. 9
De Damaſo epiſcopo, & Vrſini ſubreptione. Cap. 10
De Ambroſio epiſcopo. Cap. 11
De Valentiniani fine. Cap. 12
De Gothorum per Thracias irruptione, & Valentis nece. Cap. 13
Vt Gratianus Imperator Theodoſium regni participem adſciuerit, & poſt multa religioſe & fortiter geſta, Maximi tyranni inſidijs ſuccubuerit. Cap. 14
De Valentiniano puero. Vtq; mater eius Iuſtina Arianā hæreſim defendens, eccleſias perturbare conata ſit. Cap. 15
De Beneuoli magiſtri memoriæ fidei conſtantia. Cap. 16
Vt Theodoſius necem Gratiani ultus, de Maximo triumphauerit. Cap. 17
De Theodoſii commiſſo in Theſſalonicenſes, & pœnitentia eius publice apud ſacerdotes geſta. Cap. 18
De reſurrectione eccleſiarum, quæ per ipſum iam catholicum in Oriente reſtitutæ ſunt. Cap. 19
De Apollinare & hæreſi eius. Cap. 20
De epiſcoporum ſucceſsionibus per orientem. Cap. 21
De ſeditione Paganorum contra fideles. Cap. 22
De ſitu templi Serapis, & ſubuerſione eius. Cap. 23
De fraudibus quæ in templis Paganorum detectæ ſunt. Cap. 24
De Saturni ſacerdote Tyranno, totius penè Alexandriæ adultero. Cap. 25
De Canopi interitu & initio. Cap. 26
De eccleſiis & martyrijs quæ in idolorū locis conſtructæ ſunt. Cap. 27
De Ioānis ſepulchro uiolato, & reliquijs apud Alexandriā cōſeruatis. Cap. 28
De Thoracibus Serapis apud Alexandriam abraſis, & ſigno Chriſti in loco eorum reddito Cap. 29
Vt mēſura aquæ Nili fluminis, quā πῆχυν uocant, ad eccleſiā deferat̄. Cap. 30
De Valentiniani iunioris interitu, & ortu Eugenij. Cap. 31
De reſponſis Ioannis monachi. Cap. 32
De apparatu belli aduerſus Eugeniū Theodoſii, & de uictoria eius, orationibus magis quàm uirtute parta. Cap. 33
De fine Theodoſii poſt uictoriam, & Arcadio atq; Honorio liberis eius & hæredibus regni. Cap. 34

A

HISTORIAE ECCLESIASTICAE

LIBER VNDECIMVS, AVTORE Ruffino Aquileienſi presbytero.

CAPVT I

POST Iuliani necem tandem ciuile nobis per Iouinianũ reparatur imperium. Is nanq; ſub uno eodemq; tempore Imperator, & confeſſor, & male illati extitit depulſor erroris. Nam cum in procinctu eſſet exercitus, & urgeret Barbarus, ductores noſtri de ſummis rebus conſilium trahentes, Iouiniano calculũ dederunt. Cumq; apprehẽſus ad ſuſcipienda imperij traheretur inſignia, ad exercitum Iuliani ſacrilegijs prophanatũ dicitur proclamaſſe, Non ſe poſſe imperare eis, quia eſſet Chriſtianus. Tum omnes pari eadẽq; uoce reſpondiſſe perhibentur, Et nos Chriſtiani ſumus: nec priuſquam hanc uocẽ audiret, adquieſcere ad imperium uoluiſſe. Deniq; ſtatim affuit ei diuina clemẽtia, contraq; omnem ſpem cum clauſi undiq; hoſtibus tenerentur, nec euadendi facultas ulla ſuppeteret, ſubito emiſſos à Barbaris oratores adeſſe ui-
B dent, pacemq; depoſcere: exercitui quoq; inedia conſumpto, cibos cæteraq; neceſſaria in mercimonijs polliceri, omniq; humanitate noſtrorum temeritatem emendare. Sed ubi in uiginti & nouem annos pace cõpoſita, ad Romanum regreſſus eſt ſolum, clariorq; lux noſtro ſe orbi ex Orientis partibus obortà diffudit, rempublicam quaſi poſt nimias procellas omnimoda ratione adgredit reparare: Eccleſiarũ uero curã nõ in ſecundis habere. Nec tamen incaute ut Conſtantius egerat, ſed lapſu prædeceſſoris admonitus honorificis & officioſiſsimis literis Athanaſium requirit, & ab ipſo formam fidei & eccleſiarum diſponendarum ſuſcipit modum. Sed hæc tam pia & tam læta principia mors immatura corrupit. Poſt octo etenim menſes ortus ſui apud Ciliciam diem obit.

Iouinianus Cæſar — *Is fuit rex Perſarum* — *Iouinian. Cæſ. Athanaſiũ cõſulit de reparãdis eccleſiis* — *Iouinianus moritur*

Cap. II

POſt hunc Valentinianus imperium ſuſcepit, qui pro fide noſtra à Iuliano militia fuerat expulſus. Sed compleuit in illo dominus quod promiſit, plus etiam quàm centupla in præſenti ſeculo reſtituens ei. Nam quia militiam pro Chriſto reliquerat, recipit imperium. Is in conſortium regni aſſumpſit fratrem Valentem, & ſibi quidem Occiduas partes delegit, illi autem Orientales reliquit. Sed Valens fauẽdo hæreticis, abijt in uiam patrum ſuorum. Nam & epiſcopos egit in exilium, & presbyteros, ac diaconos, & monachos (Tatiano Alexandriæ præſidente) uſq; ad tormenta deduxit, & ignibus tradidit. Multaq; nephanda & crudelia in eccleſiam dei molitus eſt: ſed hæc omnia poſt Athanaſii obitum. Nam illo ſuperſtite, uelut diui-

Valentinianus Imperator in Occidente — *Valens in Oriente* — *Tatianus præfectus Alexãd.*

na quadam uirtute prohibitus,cum debaccharetur in cęteros,in illum nihil A
auſus eſt triſte committere. Cap. III

Athanaſius moritur *Petrus.* *Lucius competitor* *Vide quid faciat ambitio!*

IGitur ea tempeſtate cum quadrageſimo & ſexto anno ſacerdotij ſui Athanaſius,poſt multos agones multaſq; patientiæ coronas quieuiſſet in pace,ſciſcitatus de ſucceſſore,Petrum tribulationum ſuarũ participem & ſocium delegit. Sed Lucius Arianæ partis epiſcopus, continuo tanquam ad ouem aduolat lupus. Et Petrus quidem nauem protinus conſcendens, ad urbem Romam profugit. Lucius uero tanquam materia ſibi crudelitatis oblata,ſæuior erga cæteros efficiebatur. Et ita ibat in ſanguinem,ut ne ſpeciem quidem aliquam religionis ſeruare uideretur. Cujus primo ingreſſu tãta & tam turpia in uirgines & continentes eccleſiæ geſta ſunt,quæ nec in perſecutionibus gentilium memorantur. Inde poſt fugas ciuium & exilia,poſt cædes & tormenta,flammaſq; quibus innumeros confecerat, ad monaſteria furoris ſui arma conuertit. Vaſtat eremũ,& bella quieſcentibus indicit. Tria milia ſimul(aut eo amplius)uiros,per totam eremum ſecreta & ſolitaria habitatione diſperſos,oppugnare pariter aggreditur. Mittit armatam equitum ac peditum manum, Tribunos, Præpoſitos & bellorum duces, tanquam aduerſum Barbaros pugnaturus elegit. Qui cum ueniſſent, nouam belli ſpeciem uident,hoſtes ſuos gladijs obiectare ceruices,& nihil aliud dicere,niſi:Amice ad quid ueniſti? Cap. IIII B

In monachos, id eſt eremitas ſæuitur

Antonij eremitæ diſcipuli

PEt idem tempus patres monachorum uitæ & antiquitatis merito,Macarius,& Iſidorus,aliuſq; Macarius,atq; Heraclides,& Pambus,Antonij diſcipuli per Aegyptum,& maxime in Nitriæ deſerti partibus habebantur,uiri qui conſortium uitæ & actuum,nõ cum cæteris mortalibus,ſed cum ſupernis angelis habere credebantur. Quæ præſens uidi loquor,& eorum geſta refero,quorum in paſsionibus ſocius eſſe promerui. Hi ducebãt exercitum domini,non mortalibus telis,ſed fide religionis armatum, exercitum moriendo uincẽtem,& qui ſanguinis ſui profuſione uictor Chriſtum ſequeretur ad cœlum. Quiq; dum in tabernaculis poſiti,& orantes expectarent interfectores ſuos,delatus eſt ad eos homo olim membris omnibus,& præcipue pedibus,aridus. Sed cũ ab eis in nomine domini oleo fuiſſet perunctus,ſtatim confirmatæ ſunt plantæ eius. Et dicentibus eis, in nomine Ieſu Chriſti,quem Lucius perſequitur,ſurge,& ſta in pedibus tuis, & redi in domum tuam:& continuo exurgens & exiliens,benedicebat deum, oſtendens quia uere erat in eis deus. Ante aliquantulum uero temporis cęcus quidam rogabat deduci ſe ad cellulam Macarij,quæ erat in deſerto, itinere trium dierum. Quò poſteaquam cæcus multo ductantium labore peruenit, Macariũ non reperit domi. Contriſtatus ualde, nullatenus mitigare mœſticiam poterat,ſanitatis ſolatio carens. Tum uero feruore fidei concaleſcens: Deprecor,inquit ad eos qui deduxerant,applicate me ad illam partem parietis

Miraculum

Macarius

A rietis,ubi cubare ſenior ſolet.Et cum fuiſſet admotus,parum luti aridi unde paries oblitus uidebatur, aſſumens, palmæ ſuæ ſuperpoſuit. Rogat etiam ut aquam de puteo,ex quo bibere ſolebat,haurirent. Qua reſoluens glebulam, eodemq́ luto oculos ſuos ſuperungens, & lauans de aqua quæ hauſta fuerat,repente recepit uiſum,ita ut nullo indigẽs adminiculo rediret ad ſua.Sed ne ſecundum leproſos illos ageret, quos à ſe curatos in Euangelijs ingratos dominus notat,cum omni domo ſua regreſſus,& Deo gratias referens,rem ut geſta fuerat indicauit. Idem ipſe Macarius leenæ ſpeluncam habuit cellulæ ſuæ uicinam.Et quadam die catulos ſuos cæcos ad eum belua producit,& ante pedes eius ponit.At ille cum intellexiſſet pro cæcitate catulorum beſtiam ſupplicare,rogauit dominũ,ut eis redderet uiſum. Quo recepto matrem ſequentes redeunt ad ſpeluncam. Et paulò poſt ipſa cum catulis ſuis regrediens, pelles ouium lanatas plurimas,uelut munus pro ſuſcepta gratia ad ſenem defert,morſu oris enectas, ante fores eius depoſitis abſcedit. Verum ſi ſingulorum mirabilium geſta proſequi uelimus,excludimur à propoſita breuitate,maxime cum narrationem proprij operis mereantur. Sed in his omnibus Lucius non erubuit, nec aliquid reuerentiæ uirtutum mirabilibus detulit: quin immo iubet patres ipſos ablatos à grege ſuo,immo clam raptos,in inſulam quandam Aegypti paludium deportari,in qua cõpererat neminẽ prorſus eſſe Chriſtianũ, quo per hoc uel abſq́

B ſolatijs, uel abſq́ conſuetis actibus uiuerent. Senes igitur cum duobus ſolis pediſſequis noctu ad inſulam deducuntur, in qua erat templum quoddam ſumma ueneratione à loci incolis obſeruatum. Cumq́ primum nauicula ſenum oram ſoli illius contigiſſet,ecce ſubito ſacerdotis templi illius uirgo filia correpta ſpiritu,cum ingẽti uociferatione & clamoribus uſq́ ad cœlum datis,agi per medios populos cœpit,& crebros ducens rotatus,ſtridẽs huc atq́ illuc rabida ora uibrare.Cumq́ ad ſpectaculum tam ingẽtis monſtri,maxime quod eſſet ſacerdotis filia(qui in honore præcipuo apud illos erat)populi conueniſſent,per auras eam raptam ſequentes, perueniũt uſq́ ad nauiculam ſenum.Ibi uero proiecta eorum pedibus & proſtrata,damare cœpit:Quid ueniſtis huc ò ſerui dei ſummi, antiquis nos & ueternoſis euoluere domicilijs?In hoc loco depulſi undiq́ latebamus: quomodo uos nequaquam latere potuimus?Cedimus antiquis ſedibus: populos ueſtros terraſq́ recipite.Cum hæc diceret,increpitus ab eis erroris ſpiritus, effugatur. Et puella ſana unà cum parentibus ſuis iacebat ad pedes noſtri temporis apoſtolorum. Qui talibus exordijs prædicantes eis fidem domini noſtri Ieſu Chriſti,in tantam conuerſionem repente eos perduxerunt,ut ſtatim manibus ſuis antiquiſsimum templum, & in ſumma ueneratione habitum, deſtruerent, & eccleſiam confeſtim ædificarent. Nec ad deliberandum ſpacio temporis eguerunt, quibus fidem rerum fecerant, non uerba;

ſed uirtus. Sed hoc cum fuiſſet Alexandriæ nuntiatum, ueritus Lucius, ne A
forte etiam ſuorum in eum odia iuſta conſurgerent, qui aperte iam bellum non hominibus, ſed deo indiceret, occulte eos reuocari, & in eremum remit ti iubet. Dum hæc in Aegypto geruntur, ne alijs quidem locis perſecutio nis flamma ceſſabat. Cap. V

Edeſſa ciuitas

Apostoli reliquiae in Edessa

EDeſſa nanq; Meſopotamiæ urbs fidelium populorum eſt, Thomæ Apoſtoli reliquijs decorata. Vbi cũ per ſe imperator populos uidiſſet eccleſiis eiectos in campo habere conuenticulum, tanta dicitur iracundia ac cenſus, ut præfectũ ſuum pugno percuteret, cur non fuiſſent inde quoq; (ſi cut iuſſerat) deturbati. At ille licet eſſet Paganus, & iniurijs ab imperatore af fectus, tamen conſideratione humanitatis altera die ad uaſtandum popu lum proceſſurus, facit hoc ipſum ciuibus per occulta indicia clareſcere, quo ſcilicet cauere ſibi poſſent, ne inuenirentur in loco. Mane proceſſurus, terro rem ſolito maiorem per officium mouet, agitq; omnia quo quàm minimi, uel ſi fieri poſſet, nulli periclitarentur. Videt tamen frequentiorem ſolito po pulum tendere ad locum, currere præcipites & feſtinare, tanquam uereren tur, ne qui deeſſet ad mortem. Interea uidet quandam mulierculam ita feſti nam & properam domo ſua prorumpere, ut nec clauderet oſtium, nec ope rire ſe, ut mulierum habitum decet, diligẽtius potuiſſet, infantem quoq; par uulum ſecum trahentem, curſuq; rapido, irrupto etiam Officij agmine, fe B ſtinantem. Tum ille ultra non ferens: Apprehendite, inquit, mulierẽ, & huc deducite. Cumq; fuiſſet adducta: Quò, inquit, mulier infelix properas tam feſtina? Ad campum, ait, quò catholicorum populus conuenit. Et non, in quit, audiſti, quia Præfectus illuc pergit, ut omnes interficiat quos inuene rit? Audiui, inquit, & ideo feſtino ut ibi inueniar. Et quò, inquit, paruulum iſtum trahis? Vt & ipſe, ait, martyriũ conſequi mereatur. Quæ cum audiſſet uir moderatiſsimus, redire Officium & conuerti uehiculum ad palatium iu bet. Et ingreſſus ait, Imperator, ſubire mortem ſi iubeas paratus ſum. Opus uero quod præcipis, implere non poſſum. Cumq; edocuiſſet cuncta de mu liere, repreſsit imperatoris inſaniam. Cap. VI

Officium, uocat Officiales, .i. miniſtros & ſatellites

PEr idem tempus eccleſia uelut perſecutionis igne conflante, purior auri metallo refulgebat. Non enim in uerbis uniuſcuiuſq; fides, ſed in exi lijs & carceribus probabatur: quia nõ honori erat catholicũ eſſe, ſed pœnæ: præcipue apud Alexandriam, ubi ne ſepeliendis quidem corporibus mor tuorum libera facultas fidelibus erat. Quę dum Lucius omni arrogantia & ſæuitia gereret, Mauuia Sarracenorum gentis regina, uehementi bello Pa læſtini & Arabici limitis oppida atq; urbes quatere, uicinasq; ſimul uaſtare prouincias cœpit. Cumq; frequentibus bellis Romanum attriuiſſet exerci tum, & plurimis peremptis, reliquos uertiſſet in fugam, orata pacem, nõ ali ter ſe amplexurã promittit, niſi Moyſes quidam nomine, monachus, genti ſuæ

Mauuia regina Sarracenorũ Moyſen eremitam petit, ut ſit epiſcopus

A ſuæ ordinaretur epiſcopus. Qui in eremo partibus ſuis propinqua uitam ſo litariam ducens, meritis & uirtutibus ac ſignis quæ faciebat deus per illum, magnifice innotuerat. Petitio eius principi indicata Romano, ſine ulla dilatione iubetur impleri à ducibus noſtris, qui ibi infeliciter pugnauerant. Captus Moyſes ad ſacerdotium ſuſcipiendum Alexãdriam ex more deducit. Adeſt Lucius, cui ordinãdi ferebatur officiũ. Quo uiſo, Moyſes præſentibus ducibus qui perurgebant, & populis, ait: Ego quidẽ me non eſſe dignũ tanto ſacerdotio iudico: ueruntamẽ ſi aliqua in me, licet indigno, diuina diſpenſatio putatur explenda, deum noſtrũ cœli ac terrę dominũ teſtor, quod Lucius ſanctorũ ſanguine pollutas & cruentas ſuper me nõ iniiciet manus. Cũq; Lucius tam graui nota inuſtũ ſe uideret in oculis plurimorũ: Quare, inquit, ò Moyſes tam facile condemnas eum, cuius fidẽ ignoras? Aut ſi tibi aliquis de me aliter indicauit, audi fidem meã, & tibi ipſe magis quàm alijs crede. Tũc ille: Deſine, inquit, ò Luci doloſis tuis me quoq; imaginib. adgredi. Bene mihi nota eſt fides tua, quam proteſtantur ſerui dei per metalla damnati, epiſcopi in exilium truſi, presbyteri, diaconi extra Chriſtiani nominis habitacula relegati, beſtijs alij, alij etiam ignibus traditi. Nũquid poteſt uerior eſſe fides quæ auribus capitur, quàm quæ oculis peruidetur? Apud me certũ eſt, quod qui Chriſto recte credunt, iſta non faciunt. Et ita maiore de‑
B decore deformatus (quoniam perurgebat neceſsitas reipublicæ cõſulendi) compulſus eſt adquieſcere, ut ab epiſcopis quos in exilium truſerat, ſacerdotium ſumeret. Quo ſuſcepto, & gentis ferociſsimæ pacem tenuit, & fidei catholicę cuſtodiuit intemerata conſortia. Cap. VII

Moyſes renuit cõſecrari à Lucio ſanguinario

VErum cum apud Alexandriam populos & urbem nebuloſi doctoris tetra perfidiæ caligo ſuffunderet, uelut lampadem quandam diuina luce fulgentem Didymum dominus accendit. De cuius uita atq; inſtitutis (quoniam ad eccleſiæ gloriam dei munere cõceſſus creditur) licet in tranſcurſu, neceſſario tamen cõmemoranda nobis pauca uidentur. Is nanq; in parua ætate, cum adhuc etiam prima literarũ ignoraret elemẽta, luminibus orbatus, maiore deſiderio ſcientiæ ueri luminis inflammatur: nec deſperationem cupita adipiſcẽdi paſſus eſt, cum audiſſet ſcriptũ in euãgelio: Quod apud homines impoſsibile eſt, poſsibile eſt apud deũ. Hac igitur diuina pollicitatione confiſus indeſinenter dominum deprecabatur, non ut oculorum carnalium uiſum, ſed ut illuminationẽ cordis acciperet. Miſcebat tamẽ precibus ſtudia ac laborẽ, & iuges continuataſq; uigilias, non ad legẽdum, ſed ad audiendũ adhibebat, ut quod alijs uiſus, hoc illi conferret auditus. Cum uero poſt lucubrationis laborem ſomnus (ut fieri ſolet) legentibus aduenisſet, Didymus ſilentiũ illud nõ ad quietẽ uel otium datum ducens, tanquam mundum animal ruminans cibum quem ceperat, ex integro reuocabat, & ea quæ dudum percurrentibus alijs ex librorũ lectione cognouerat, memo‑

Didymus Alexandrinus

 ria

ria & animo retexebat,ut non tam audiſſe quæ lecta fuerãt, ꝙ deſcripſiſſe A ea mentis ſuæ paginis uideretur. Ita in breui deo docente,in tantã diuinarũ humanarumq́ꝫ rerũ eruditionẽ ac ſcientiã uenit,ut ſcholæ eccleſiaſticæ doctor exiſteret, Athanaſio epiſcopo,cæteriſq́ꝫ ſapiẽtibus in eccleſia uiris dei admodum probatus:ſed & in cæteris,ſiue Dialecticæ, ſiue Geometriæ, Aſtronomiæ quoq́ꝫ uel Arithmeticæ diſciplinis ita eſſet paratus,ut nullus unquam philoſophorum aliqua ex his artibus proponens,obtinere eum uel concludere quiuerit, ſed ſtatim ut reſponſiones eius acciperet, magiſtrum eum etiam illius de qua propoſuiſſet,crederet diſciplinæ. Huius aliquanti dicta,uel communiter diſputata,uel proponentibus reſponſa,adhibitis notarijs deſcripſere:quæ etiam nunc in magna admiratione habentur. Nos autem qui & uiuæ uocis eius ex parte aliqua fuimus auditores,& ea quæ à nõnullis dicente eo deſcripta legimus,longe maiorem gratiam, & diuinum neſcio quid, ac ſupra humanam uocem ſonans,in illis magis ſermonibus qui de ore ipſius proferebantur,agnouimus. Hũc etiam beatus Antonius,cum fidei Athanaſii teſtimonium laturus aduerſum Arianos de Thebaide Alexandriam deſcendiſſet,magnificis conſolatus eſt uerbis: Nihil te,inquit,offendat ò Didyme, quod carnalibus oculis uideris orbatus. Deſunt enim tibi oculi illi, quos mures,& muſcæ,& lacertæ habent. Sed lætare quia habes oculos quos angeli habent,è quibus deus uidetur,per quos tibi magnũ B ſcientiæ lumen accenditur.

Didymus præficitur ſcholæ

Viuæ uocis energia

Antonius ad Didymum

Cap. VIII

Florebat igitur Aegyptus ea tempeſtate, non ſolum eruditis in Chriſtiana philoſophia uiris,uerumetiam his qui per uaſtam eremum commanentes,ſigna & prodigia Apoſtolica,ſimplicitate uitæ,& cordis ſynceritate faciebant. Ex quibus interim quos ipſi uidimus,& quorũ benedici manibus meruimus,hi ſunt, Macarius de ſuperiori eremo, alius Macarius de inferiori, Iſidorus in Scyti, Pambus in cellulis, Moyſes & Beniamin in Nitria, Scyrion & Helias & Paulus in Apeliote, alius Paulus in Focis, Pœmen & Ioſeph in Piſpiri,qui appellabatur mõs Antonij. Sed & alios quàm plures huiuſmodi uiros in Aegypti partibus habitare, fideli comperimus auditu,ut uere compleretur apoſtoli dictum: Quia ubi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. Habuit autem per idem tempus etiam Meſopotamia uiros nobiles, ijſdem ſtudijs pollentes. Quorum aliquantos ipſi per nos apud Aedeſſam & in Carrarum partibus uidimus, plures autem auditione didicimus.

Benedictio

Cap. IX

Sed neutra harũ infœcundior Cappadocia fuit,imò aliquid lætius Gregorium nobis cum Baſilio germinauit. Tulit igitur & ipſa multorũ ſanctorum ſegetem ſatis lætam, produxit copioſam piorum uineam, oliuarum quoq́ꝫ domini germinauit nouellam. Sed iſti præcipue uelut duo filij pinguedinis aſsiſtentes dextera leuaq́ꝫ candelabro,inſtar duorum cœli

lumina

A luminarium refulgebant. Vnde dignum puto de his pauca ſupra repetere. Ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegæ, ambo de auditorio digreſsi ad profitendam Rhetoricam rogabantur. Quod opus magnifice quidem implebat Baſilius, Gregorius uero magnificentius contemnebat. Qui cum ſe totum dei ſeruitio mancipaſſet, tantũ de collegæ amore præſumpſit, ut ſedentem Baſiliũ de doctoris cathedra deponeret, ac ſecum ad monaſterium manu iniecta perduceret, ibiq; per annos (ut aiunt) tredecim, omnibus Græcorũ ſecularium libris remotis, ſolis diuinæ ſcripturæ uoluminibus operam dabant, earumq; intelligentiã, non ex propria præſumptione, ſed ex maiorũ ſcriptis & autoritate ſequebantur: quos & ipſos ex Apoſtolica ſucceſsione intelligendi regulam ſuſcepiſſe conſtabat. Quorũ præcipue in prophetas cõmentarios diſcutientes, theſauros ſapientiæ & ſcientiæ reconditos in uaſis fictilibus perquirebãt. Verum cum iam ipſi ſufficienter inſtructi, diuina diſpenſatione ad imbuendos populos uocarentur, & alius alio itinere, ad idem tamen opus uterq; traheretur, Baſilius Ponti urbes & rura circumiens, deſides gentis illius animos & parum de ſpe futura ſollicitos ſtimulare uerbis, & prędicatione ſuccendere, callumq; ab his longæ negligentiæ cœpit abolere: ſubegitq; abiectis inanium rerum & ſeculariũ curis, ſuimet notitiam recipere, in unum coire, monaſteria conſtruere, pſalmis

B & hymnis, & orationibus docuit uacare, pauperum curam gerere, eisq; habitacula honeſta, & quæ ad uictum neceſſaria ſunt, præbere, uirgines inſtituere, pudicam caſtamq; uitã omnibus penè deſiderabilem facere. Ita breui permutata eſt totius prouinciæ facies, ut in arido & ſqualenti campo uideretur ſeges fœcunda, ac læta uinea ſurrexiſſe. Gregorius uero bonum ſemen nõ patiebatur aut ſuper ſpinas iacere, aut inter ſaxa diſpergere, ſed bonam terram cordis ſui iugi cultu & exercitijs indeſinentibus excolebat. Et multo amplius hic in ſemetipſo, quàm ille in cæteris proficiebat. Suſcipere ille, quæ renuntiantes ſeculo deferebant ad pedes ſuos, & diuidere ut quiſq; eguiſſet, curam gerebat. Iſte nihil habendi & omnia poſsidendi contentus ſacramento, erga ſolas ſapientiæ diuitias auarus & multum cupidus inhærebat. Ille coire plures in unum, & ſui inuicem in neceſſarijs habere ſollicitudinem docebat: hic ſui exemplo quod erat abſolutus & liber, cunctis ſermone Apoſtolico prædicabat: Ego autem uolo uos ſine ſollicitudine eſſe, &: Dominus in proximo eſt, nihil ſolliciti ſitis, ſed tanquam ſerui Chriſti, hoc ſolum eſtote ſolliciti, quando redeat dominus de nuptijs. Ille delinquentibus miſericorditer cõdolere, & à delicto reuocare: hic per diuini eloquij gratiam delinquendi incitamenta pręuenire, nec ſinere labi eum qui difficulter erigeretur eliſus. Ille in fide purus, hic in prædicatione liberior. Ille deo humilis, hic etiã hominibus erat. Ille arrogantes contemptu, hic ratione uincebat. Sic in utroq; diuerſa gratia unum opus perfectionis explebat. Igitur

Nazianzenus Baſilius Magnus.

Vnde petenda intelligentia diuinæ ſcripturæ

Contentio

Baſilius ad tribunal ſiſtitur Baſilius non multo poſt Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus,cum à Valente A in exilium pro fide cogeret,exhibitus eſt ad tribunal Præfecti,terroribusq; (ut illi moris eſt poteſtati)& minis maximis agi cœpit,ut niſi præceptis principis obediret, interitum ſibi iam iamq; ſperaret impendere. Tum ille intrepidus, & abſq; ulla animi perturbatione hæc ſibi minitante Præfecto reſpondiſſe fertur: Atq; utinam aliquid mihi eſſet digni muneris,quod offerrem huic,qui maturius Baſiliū de nodo follis huius abſolueret. Cumq; daretur ei nox,quæ erat media ad ſpaciū deliberandi, reſpondiſſe denuo perhibetur: Ego craſtino ipſe ero qui nunc:tu te utinā non mutares. Et illa quidem nocte uxor Imperatoris uelut tortoribus tradita cruciatur: filius uero qui eis erat unicus, extinctus paternæ impietatis credit̄ exoluiſſe ſupplicia. Ita ante lucem miſsi, qui rogarent Baſiliū, ut precibus ſuis intercederet pro eis,ne etiā ipſi,& quidem multo iuſtius ſimiliter interirēt. Sic accidit, ut cum omnes catholicos expulerit Valens, Baſilius uſq; ad uitæ exitū intemerato communionis ſacramento in eccleſia perduraret. *Gregorius Nazianzi epiſcopus* Gregorius uero apud Nazianzon oppidum in locum patris epiſcopus ſubrogatus hæreticorum turbinem fideliter tulit. Reddita uero pace, Conſtantinopolim ad eccleſiā docendam uenire exhortatus,non abnuit. Vbi breui tempore tantū ad emendandum populum uetuſtis hæreticorum infectum uenenis proficit, ut tūc primum Chriſtiani ſibi fieri uiderentur,& nouellam lucem ueritatis aſpicere,cum religionis doctor multa quidem uerbis,plura tamen doceret exemplis:nec uiderent ab eo diſcipuliq; aliquid imperari, quod non prius ipſe feciſſet. Sed ubi gloriam ſubſecuta inuidia eſt,obniti quidam, & proſcriptionibus minus ſanis uti cœpere, ut ipſo ad propria remeante, alius ordinaret̄ epiſcopus. Quod ille,ſuſurrari tantum, & ſub dente ſentiens ruminari,ipſe profert,quod dicere ei nullus audebat: Abſit (inquit) ut mei cauſa aliqua ſimultas in dei ſacerdotibus oriatur. Si propter me eſt iſta tempeſtas, tollite, & mittite me in mare,& deſinet à uobis quaſſatio. Tum regreſſus,in eccleſia ſua quod ſuperfuit uitæ tempus exegit. Et quoniā iam feſſa ætate,& corpore inualidus erat,ſucceſſorem ſibi ipſe delegit,quo eccleſiā gubernante debilitatis & ſenectutis ocio frueretur. Extāt quoq; utriuſq; ingenij monimenta magnifica tractatuū,quos ex tēpore in eccleſiis declamabant. Ex quibus *Orationes à Ruffino uerſæ* nos denas fermè ſingulorum oratiunculas transfudimus in Latinū. Baſilij præterea inſtituta monachorū optantes,ſi poterimus, & dei fauor adiuuerit,eorum plura transferre. Fuerunt præterea fratres duo Baſilio, Gregorius & Petrus. Quorū alter in uerbo doctrinę,alter in operibus fidei fratrem ita exæquabat,ut uterq; uel Baſilium,uel Gregoriū redderet. Extant etiam ipſius Gregorij iunioris aliqua opuſcula luculenta. Sed de his ſatis dictum. In Occiduis uero partibus Valentinianus fide religionis illæſus,ueteri Romani imperij cenſura rempublicam gubernabat.

Cap. x

Damaſus

A DAmaſus poſt Liberiũ per ſucceſsionem ſacerdotiũ in urbe Roma ſu/ſceperat. Quem prælatũ ſibi non ferens Vrſinus quidam eiuſdem ec/cleſiæ diaconus in tantũ furoris erupit, ut perſuaſo quodã ſatis imperito & agreſti epiſcopo, collecta turbulentorũ & ſeditioſorum hominũ manu, in Baſilica quæ Sicinini appellatur, epiſcopũ ſe fieri extorqueret, legibus & or dine & traditione peruerſis. Quo ex facto tanta ſeditio, imò uero tãta bella coorta ſunt, alterutrum defendentibus populis, ut replerentur humano ſan guine orationum loca. Quæ res factione Maximi Præfecti ſæui hominis, ad inuidiã boni & innocentis uerſa eſt ſacerdotis, ita ut cauſa ad clericorum uſq; tormenta duceret. Sed aſſertor innocentiæ deus affuit, & in caput eo/rum qui intenderant dolum, pœna conuerſa eſt. *Damaſus Pontifex Rom.*

Cap. XI

INterea defuncto apud Mediolanũ Auxentio hæreticorũ epiſcopo, utri/uſq; partis populi diuerſis ſtudijs ferebant̃. Diſſenſio grauis & periculo ſa ſeditio urbi propriæ maturũ parabat exitium, ſi pars utraq; cum diuer/ſum uellet, nequaquam quod propoſuerat, obtineret. Ambroſius tunc con ſularis eiuſdem prouinciæ faſces regebat. Is cum perniciem ciuitati uideret impendere, pro loco atq; officio ſuo, confeſtim eccleſiam ſeditionem po/puli mitigaturus ingreditur. Cumq; inibi multa ſecundum leges & publi/cam diſciplinam pro quiete & tranquillitate peroraſſet, pugnantis inter ſe B & diſsidentis populi ſubito clamor & uox una conſurgit, Ambroſium epi/ſcopum poſtulantes, baptizari hunc protinus clamant (erat enim cate/chumenus) & ſibi epiſcopum dari: nec aliter unum populum fore atq; unã fidem, niſi Ambroſius ſibi daretur ſacerdos. Obluctante illo & plurimum reſiſtente ad imperatorem relatum populi deſiderium, omni maturitate iu/betur impleri. Dei enim ait eſſe, quod diſcordantem populi fidem, & ani/mos diſsidentes conuerſio ſubita in unum conſenſum atq; in unam ſenten tiam reuocaret. Moxq; dei gratiam conſecutus, & initiatus ſacris, & ſacer/dos effectus eſt. *Auxentius* *Ambroſius*

Cap. XII

INterea cum ad bellũ Sarmaticũ Valentinianus de Galliæ partibus ue/niſſet in Illyricum, ibi uix dum cœpto bello ægritudine ſubita oppreſ/ſus diem obijt, relictis hæredibus in imperio filijs, Gratiano Auguſto, Va lentinianoq; admodum paruulo, & nondum regijs inſignibus initiato. Quem tamen neceſsitas eorum, qui tanquam uacuum imperij locum cona bantur inuadere, compulit etiam abſente fratre purpura indui, Probo tunc Præfecto fideliter rem gerente. *Valentinianus Aug. moritur* *Probus præfectus*

Cap. XIII

PEr idem tempus in orientis regno Gothorum gens ſedibus ſuis pulſa, per omnes ſe Thracias infudit, armiſq; urbes & agros uaſtare ferali/ter cœpit. Tum uero Valentis bella quæ eccleſiis inferebat, in hoſtem cõ/uerti, feraq; pœnitentia epiſcopos & presbyteros relaxate exilijs, ac de metallis reſolui monachos iubet. Ipſe tamen ab hoſtibus circumuentus *Valens*

in prædio

in prædio,quò ex bello trepidus cõfugerat,impietatis ſuæ pœnas igni exu- A
ſtus dedit,annis in Imperio cum fratre primo,& poſt cum filijs fratris qua-
tuordecim pariter exactis. Quæ pugna initiũ mali Romano Imperio tunc
Gratianus Aug. & deinceps fuit. Igitur Gratianus cum fratre admodum paruulo, poſt pa-
trui necem Orientis quoq; ſuſcepit Imperiũ. Is pietate & religione omnes
penè qui ante fuerãt principes ſuperabat. Vſu armorũ ſtrenuus,uelox cor-
pore,& ingenio bonus erat,ſed iuuenili exultatione plus ferè lætus q̃ ſuffi-
ciebat,& plus uerecundus quàm reipublicæ intererat. Cap. XIIII

QVi q; uidens utile uirum annis maturũ in tantis regni curis habere par-
ticipem,& quia,ut ſermo diuinus monet: Melius duo q̃ unus,conſor-
tem aſciſcit Theodoſiũ, ei q; Orientis procuratione permiſſa, partes ſibi ac
fratri Occiduas reſeruauit. Verũ is poſtquã multa religioſe ac fortiter geſ-
Gratianus occiditur ſit,à Maximo tyranno apud Britannias exorto,per Andragathiũ ducem,
Lugduni,ſuorũ magis proditione q̃ ui hoſtiũ,peremptus eſt. Cap. XV

AT Valentinianus in Italia degens, fratris nece atq; hoſtis metu per-
territus, ſimulatione oblatã pacem à Maximo, ſimulans ipſe quoq;
Iuſtina Aug. libenter amplectitur. Cum interim Iuſtina mater eiuſdem, Arianæ hæreſe-
os alumna,impietatis ſuæ uenena, quæ uiuente uiro ſuppreſſerat, filio faci-
le decepto fidenter aperuit. Igitur apud Mediolanum poſita,cõturbare ec-
cleſiarũ ſtatum, cõminari ſacerdotibus depulſionis exilia, niſi Ariminenſis B
concilij decreta,quibus fides patrũ temerata fuerat,reuocarent. Quo bello
eccleſiæ murũ & turrim ualidiſsimã pulſabat Ambroſium. Eumq; minis,
terroribus, atq; omni oppugnationis genere fatigans, primũ ſibi aditũ de-
bellandæ rimabatur eccleſiæ. Sed quamuis illa Iezabel ſpiritu pugnaret ar-
mata, reſiſtebat tamen Ambroſius, Heliæ uirtute repletus & gratia. Ipſa
autem in eccleſiis garrire,ſtrepere,animare,& inflãmare ad diſcordiã popu
los:ſed quod minus res ex ſentẽtia cederet iniuriã putare, & pro hoc apud
filium conqueri. Vnde adoleſcentulus pro contumeliæ inuidia,quam falſo
conflauerat mater,accenſus,armatorũ globum ad eccleſiam mittit:confrin-
gi ianuas,oppugnari ſancta,ſacerdotem pertrahi atq; in exilium mitti pro
tinus iubet. Sed tanta fuit perſeuerantia fidelium populorũ,ut animas pri-
us amittere quàm epiſcopum mallent. Cap. XVI

Beneuolus à memoria INterim dictanda aduerſum fidem patrum imperialia decreta mandan-
tur Beneuolo,tũc memoriæ ſcrinijs præſidenti. Sed ille cui ab incunabu-
lis ſacra fides & uenerabilis fuit, abnegat ſe impia uerba poſſe proferre, &
contra deum loqui. Tum uero ne inceptum reginæ fruſtrari uideretur, cel-
ſior ei honor promittitur, ſi impleret iniuncta. Ille qui nobilior in fide eſſe
quàm in honoribus cuperet: Quid mihi, ait, pro impietatis mercede altio-
rem promittis gradum? Hunc ipſum quem habeo tollite, tantũ mihi con-
ſcientia fidei duret illæſa. Hæc dicens,ante pedes impia præcipientium cin-
gulum

A gulum iecit. Ambroſius uero aduerſum reginæ furorem, non ſe manu defenſabat, aut telo, ſed ieiunijs continuatiſq; uigilijs ſub altari poſitus, per obſecrationes defenſorem ſibi atq; eccleſiæ deum parabat. Dumq; hæc in longum diuerſis machinis, & oppugnationibus nequam, Iuſtina moliretur, Maximus, qui ſe exuere tyranni infamia, & legitimum principem geſtiret oſtendere, datis literis impium proteſtatur inceptum, fidem dei impugnari, & ſtatuta catholicæ eccleſiæ ſubtui, & inter hæc appropinquare Italiæ cœpit. Quo Iuſtina comperto, hoſte ſimul atq; impietatis conſcientia perurgente, in fugam uerſa cum filio, exilia quæ dei ſacerdotibus præparabat, prima ſortitur. Cap. XVII

ADfuit tamen Theodoſius propter regni fidem, bonitatiſq; ac beneficiorum Gratiani memor: & in uindictã, totius uiribus Orientis inſurgens, ultus eſt ſanguinem iuſtum. Valentiniani quoq; impia inter hæc matre defuncta, fidem catholicam, quam ipſa uiolauerat, & regnum tyrannide depulſa, reſtituit. Atq; ipſe poſteaquam Romam illuſtri triumpho inuectus eſt, ad propria rurſus regna remeauit. Cap. XVIII

PEr idem tempus ſubreptione quadam dæmonis, turpis macula religioſo principi inuſta eſt. Etenim cum apud Theſſalonicam ſeditione exorta, quidam ex militaribus uir, impetu fuiſſet populi furentis extinctus, re- *Theodoſius unius iniuriã morte multorum ulciſcitur*
B pentini nuntij atrocitate ſuccenſus, ad ludos Circenſes inuitari populum, cicq; ex improuiſo circumfundi milites, atq; obtruncari paſsim, ut quiſq; occurriſſet, gladio iubet, & uindictam dari non crimini, ſed furori. Ob hoc cum à ſacerdotibus Italiæ argueretur, agnouit delictum, culpamq; cum lachrymis profeſſus, publicam pœnitentiam in conſpectu totius eccleſiæ exegit: & in hoc ſibi tempus adſcriptum, abſq; regali faſtigio patienter impleuit. Quibus omnibus iſtud quoq; mirabiliter adiecit: Lege ſanxit in poſterum, ut ſententiæ principum ſuper animaduerſione prolatæ in diem triceſimum ab executoribus differrent: quo locus miſericordiæ, uel (ſi res tuliſſet) pœnitentiæ, non periret. Cap. XIX *Theod. publicam agit pœnitentiam*

IGitur ad Orientem regreſſus: ibiq; (ut ab exordio principatus ſui) ſumma cura ſummoq; ſtudio pulſis hæreticis, eccleſias catholicis tradere: idq; ea moderatione agere, ut ultione contempta, tantum catholicis de eccleſiarum reſtitutione conſuleret, quo fides recta abſq; prædicationis impedimento proficeret: communem ſe præbere erga ſacerdotes dei: fide, religione, & munificentia cunctis regium animum exhibere. Acceſſu facilis & abſq; imperiali faſtu ad colloquium ſe humilibus præbere: hortatu eius & largitionibus, eccleſiæ plurimis locis ornatæ ſatis magnificeq; conſtructæ: præſtare multa poſcentibus, ſed frequentius ultro offerre. Idolorum cultus, qui Conſtantini inſtitutione & deinceps negligi & deſtrui cœptus fuerat, eodem imperante collapſus eſt. Pro quibus in tantum deo charus *Theodoſius fauet Chriſtianis*

fuit

Ioannes monachus fuit, ut ſpeciale ei munus contulerit diuina prouidentia. Etenim in Thebaidos partibus monachum quendam Ioannem nomine, ſpiritu prophetico repleuit, cuius monitis atq; reſponſis pacem retinere, an bellum gerere eſſet melius ſciſcitabatur. A Cap. XX

INterea apud Laodiciã Syriæ ante idem tempus Apollinaris epiſcopus, uir ſanè in cæteris inſtructus, ſed dum contentionis uitio nimis agitur, & aduerſum omne quod quiſq; dixerat, ire obuius delectatur, iactatione ingenij male fortis, hæreſim ex cõtentione generauit, aſſerens ſolum corpus non etiã animam à domino in diſpenſatione ſuſceptũ. In quo cum euidentibus euangelij teſtimonijs urgeretur, quibus ipſe dominus & ſaluator habere ſe animã profitetur, & ponere eam quando uult, & iterũ aſſumere eã: quamq; turbatam & triſtem dicit eſſe uſq; ad mortem: poſt ut ne ex toto uinci uideretur ait, eum quidem habuiſſe animam, ſed non ex ea quæ rationabilis eſt, ſed ex ea ſolum qua uiuificabat corpus: ad ſupplementũ uero rationabilis partis, ipſum uerbum dei fuiſſe perhibebat. Quæ aſſertio primo in urbe Roma à Damaſo & Petro Alexandrino epiſcopo concilio congregato tali ſententia depulſa eſt, ut decernerẽt ſi quis filium dei, qui ſicut uere deus, ita & uere homo fuit, uel humanitatis aliquid, uel deitatis minus diceret habuiſſe, alienus ab eccleſia iudicaretur. Quæ ſententia & apud Alexandriam confirmata eſt, & apud Conſtantinopolim decreto concilij. Ex illo Apollinariſtæ ab eccleſia declinãtes, & epiſcopos ſibi ſuæ partis, & dogma propria eccleſiaſq; defendunt. B Cap. XXI

Apollinaris hæreticus damnatur

Apollinariſtæ

IGitur in urbe Roma poſt Damaſum Syricius eccleſiæ ſuſcepit ſacerdotium. Apud Alexandriã uero defuncto Petro, Timotheus: & poſt hũc Theophilus. In Hieroſolymis autẽ poſt Cyrillum Ioannes, Apoſtolicas reparant ſedes. Apud Antiochiã uero defuncto Melitio, ſubſtituitur Flauianus. Sed quod Paulinus adhuc ſupererat, qui in catholicorũ ſemper ſocietate permanſerat, multa ibi iurgia & multæ controuerſiæ ſæpe cõmotæ: nec tamen ſumma ui, nitentibus alijs, alijs obnitentibus, ipſiſq; in hoc clementis terrę mariſq; fatigatis, potuit aliquãdo pacis ullus obtineri modus, cum utiq; fidei iam nulla uidereť ſubeſſe diſcordia. Hoc idem apud Tyrũ fuit. Vbi cũ Diodorus, unus ſanè ex antiquis catholicis uir, & tentationũ documentis probatus, Athanaſii teſtimonio eſſet à cõfeſſoribus epiſcopus factus, modeſtia eius cõtempta, alius à Melitij partib. ordinať. Sed & in multis alijs urbibus Orientis, huiuſmodi cõfuſiones cõtentio genuit ſacerdotũ. Apud Cõſtantinopolim uero Nectarius ex prætore Vrbano catechumenus & nuper baptiſma cõſecutus, ſacerdotiũ ſuſcepit. Cap. XXII

Paulinus Antiochenus

Diodorus apud Tyrũ

Nectarius epiſcopus

INterea apud Alexandriam noui motus & contra temporum fidem aduerſum eccleſiam concitantur: ex occaſione huiuſcemodi oborti. Baſilica quædam publici operis, uetuſta & admodũ neglecta fuit, quam Conſtantius

tius

A tius Imperator donaſſe epiſcopis perfidiam ſuā prædicantibus ferebatur, quæ longa incuria nihil ualidum præter parietes habebat. Viſum eſt epiſcopo qui per idem tempus gubernabat eccleſiam, hāc ab Imperatore depoſcere, ut creſcentibus fidelium populis, orationum quoq; creſcerent loca. Quamq; cum acceptam uellet excolere, reperta ſunt in loco antra quædam latentia & terræ defoſſa, latrocinijs & ſceleribus magis quàm cerimonijs apta. Igitur Gentiles, qui retegi criminum ſuorum latebras & flagitiorum cauernas uiderent, non ferentes operta tot ſeculis mala & tenebris obtecta reſerari, uelut draconum calice potato inſanire omnes ac palam furere cœperunt. Nec uocibus iam & ſeditionibus, ut ſolebant, ſed manu ferroq; decertare nituntur. Crebros conflictus agere in plateis, belloq; aperto uterq; populus inter ſe coire. At noſtri numero & potentia multo plures, ſed modeſtia religionis minus feroces erant. Ex quo frequenter noſtrorum plurimis uulneratis, aliquantis etiam interfectis, ad templum quaſi ad arcem quandam refugiebant. Quo nonnullos ex Chriſtianis captos ſecum abducentes, accenſis aris immolare cogebāt: renitentes nouis & exquiſitis ſupplicijs excruciatos necabant, alios patibulis affigentes, alios confractis cruribus in ſpeluncas præcipitantes, quas ob ſacrificiorum ſanguinem, cæteraſq; impuritates delubri recipiendas, uetuſtas curioſa cōſtruxerat. Verum hæc per *Alexandr. ſeditio*

B dies ſingulos primo cum metu, deinde cum fiducia & deſperatione gerere, atq; intra templum clauſi rapto & præda uiuere. Ad poſtremum graſſantes in ſanguine ciuium, ducem ſceleris & audaciæ ſuæ deligunt Olympum quendam, nomine & habitu philoſophum, quo anteſignano arcem defenderent, & tyrannidem tenerent. At hi quibus Romanarum legum cuſtodia, iuriſq; dicendi cura permiſſa eſt, cognitis quæ geſta fuerāt, turbati atq; perterriti ad templum conuolant, cauſas audaciæ percōtantur, & quid ſibi uellet ille concurſus, in quo cum tanto ſcelere ante aras ſanguis ciuium funderetur, inquirunt. Sed illi obfirmato aditu confuſis & diſſonis uocibus rationem facti nullam, ſed clamorem reddebant. Miſsis tamen ad eos nuntijs, de Romani Imperij poteſtate, de uindicta legum, & de his quæ talia ſolent ſubſequi, commonebant. Cumq; loci munitio nihil aduerſum uæſana molientes agi, niſi ui maiore, ſineret, res geſta ad imperatorem refertur. Ille qui ingenita mentis clementia errantes mallet emendare quàm perdere, reſcribit illorum quidem uindictā, quos ante aras ſanguis effuſus martyres effecit, non eſſe poſcendam, in quibus dolorem interitus ſuperauerit gloria meritorum. De cætero uero malorū cauſam radiceſq; diſcordiæ, quæ pro ſimulachrorum defenſione ueniebant, penitus debere ſuccidi: quibus exterminatis, etiam bellorum cauſa pariter conquieſceret. Cumq; hæc ſcripta ueniſſent, & uelut poſt inducias parui temporis ad audiendum uterq; populus conueniſſet ad templum, ſtatim ut prima epiſtolæ pagina reſerata *Olympus dux ſeditioſorum*

Imperatoris [illegible] (handwritten marginal note)

eſt, in cuius exordio uana Gentilium ſuperſtitio culpabatur, clamor à noſtris immenſus attollitur, ſtupor ac pauor Gentilium populos inuadit. Latebras unuſquiſq; quærere, anguſtos fugæ calles rimari, aut noſtris ſe latenter immergere: ut ab omnibus qui aderant noſceretur, præſentia dei populo audaciam tribuente, furorem dæmonis, qui in illis prius debacchatus fuerat, effugatum. A

Cap. XXIII

Serapis templũ Alexand.

SErapis apud Alexandriam templum auditum quidem omnibus puto, pleriſq; uero etiam notum. Locus eſt non natura, ſed manu & conſtructione per centum, aut eo amplius gradus, in ſublime ſuſpenſus, quadratis & ingentibus ſpacijs omni ex parte diſtentus: cuncta uero quo ad ſummum pauimentorum euadatur, opere forniceo conſtructa, quæ immenſis deſuper luminaribus, & occultis aditibus inuicem in ſemet diſtinctis, uſum diuerſis miniſterijs & clandeſtinis officijs exhibebant. Iam uero in ſuperioribus extrema totius ambitus ſpatia occupant exhedræ & paſtophoria, domuſq; in excelſum porrectæ, in quibus uel æditui, uel hi quos appellabant ἀγνεύοντας, id eſt, qui ſe caſtificant, cõmanere ſoliti erant. Porticus quoq; poſt hæc omnem ambitum quadratis ordinibus diſtinctæ intrinſecus circumibant. In medio totius ſpacij ædes erat, precioſis ædita columnis, & marmoris ſaxo extrinſecus ample magnificeq; conſtructa. In hac ſimulachrum Serapis ita erat uaſtum, ut dextra unum parietem, alterum leua perſtringeret: quod monſtrum ex omnibus generibus metallorum lignorumq; compoſitum ferebatur. Interioris delubri parietes laminis primo aureis ueſtiti, ſuper has argenteis, ad poſtremũ æreis habebantur, quæ munimento precioſioribus metallis forent. Erant etiam quædam ad ſtuporem admirationemq; uidentium, dolis & arte cõpoſita. Feneſtra perexigua ab ortu ſolis ita erat aptata, ut die qua fuerat inſtitutum ſimulachrum Solis ad Serapin ſalutandum introferri, diligenter temporibus obſeruatis, ingrediente ſimulachro radius ſolis per eandem feneſtram directus, os & labra Serapis illuſtraret, ita ut inſpectante populo, oſculo ſalutatus Serapis uideretur à ſole. Erat & aliud fraudis genus huiuſmodi: Natura lapidis Magnetis huius uirtutis eſſe perhibetur, ut ad ſe rapiat & attrahat ferrum. Signum ſolis ad hoc ipſum ex ferro ſubtiliſſimo manu artificis fuerat fabricatum, ut lapis cuius naturam ferrum ad ſe trahere diximus, deſuper in laquearibus fixus, cum temperate ſub ipſo radio ad libram fuiſſet poſitum ſimulachrum, & ui naturali ad ſe raperet ferrũ, aſſurrexiſſe populo ſimulachrum, & in aere pendere uideretur. Et ne hoc lapſu propero proderetur, miniſtri fallaciæ ſurrexit aiebant ſol, ut ualedicens Serapi diſcedat ad propria. Sed & multa alia decipiendi cauſa à ueteribus in loco fuerant conſtructa, quæ nunc longum eſt enumerare per ſingula. Verum ut dicere cœperamus, reſcripto recitato, parati quidem erant noſtrorum populi ad ſub-

παστοφορία

B

Magnetis natura

uertendum

A uertendum erroris autorem: perſuaſio tamen quædam ab ipſis gentilibus fuerat diſperſa, quòd ſi humana manus ſimulachrum illud cõtigiſſet, terra dehiſcens ilico ſolueret in chaos, cœlumq́ repente rueret in præceps. Quæ res paululum ſtuporem quendam populis dabat. Cum ecce unus ex militibus fide quàm armis magis munitus, correptam bipennem, inſurgens omni niſu maxillæ ueteratoris inlidit. Clamor attollitur utrorumq́ populorum: neq́ tamen aut cœlum ruit, aut terra deſcendit. Inde iterum atq́ iterum repetens, putris ligni fumoſum genu cædit: quo deiecto, igni adhibito tam facile quàm lignum aridum conflagrauit. Poſt hoc reuulſum ceruicibus & depreſſo modio trahitur caput, tunc pedes aliaq́ membra cæſa ſecuribus & rapta funibus detrahuntur, ac per ſingula loca membratim in conſpectu cultricis Alexandriæ ſenex ueternoſus exuritur. Ad ultimum, truncus qui ſuperfuerat in amphitheatro concrematur. Vanaq́ ſuperſtitionis & erroris antiqui Serapis, hic finis fuit. De cuius origine diuerſa fertur opinio Paganorum. Alij Iouem putant: cuius capiti modius ſuperpoſitus: uel quia cum menſura modoq́ cuncta indicet moderari, uel uitam mortalibus frugũ largitate præberi. Alij uirtutem Nili fluminis, cuius Aegyptus opibus & fœcunditate paſcatur. Quidam in honorem noſtri Ioſeph formatũ perhibent ſimulachrum, ob diuiſionem frumenti, qua famis tempore ſub‑

Deſtruitur ſimulachrum Serapis à Chriſtianis

Serapis origo.

B uenit Aegyptijs. Alij repertũ in hiſtorijs Græcorum ueteribus ferũt: Apin quendam patrem familiâs ſeu regem in Aegypto Memphis poſitũ, cum famis tempore frumenta apud Alexandriã defeciſſent, ex proprio affatim ciuibus alimenta præbuiſſe. Quo defuncto, in honorem eius inſtituerint apud Memphis templum, in quo bos quaſi indicium optimi agricolæ nutritur, habens quædam coloris inſignia, qui ex nomine eius Apis appelletur: σορὸν uero, id eſt, ſepulchrũ in quo corpus eius inerat, Alexandriã deduxerint, & ſoron Apis primo ex cõpoſitione Sorapin, poſt uero per corruptionem Serapin nominarint. Quod an uerũ ſit, aut nihil omnino, de his deus uiderit. Sed ad inceptum redeamus. Cap. XXIIII

Apis.

POſt hæc capite ipſo idololatriæ deiecto, ſtudijs uigilantiſſimi ſacerdotis quæcunq́ fuerant per totam Alexandriam portenta potius quàm ſimulachra pari exitu & ſimili dedecore publicantur. Horret animus dicere, qui miſeris mortalibus laquei à dæmonibus præparati ſint, quæ funera, quæ ſcelera in illis, quæ dicebant ἄδυτα, tegerentur: quot ibi infantium capita deſecta inauratis labris inuenta ſint: quot miſerorũ cruciabiles mortes depictæ. Quæ cum proderentur in lucem, ac ſub auras prolata ferrentur, licet cõfuſione ipſa gentiles & pudore diffugerent, tamen ſi quis adeſſe potuit, mirabatur tot ſeculis ſe illis tam nepharijs & tam pudendis fraudibus irretitum. Vnde & plurimi ex his condemnato errore & ſcelere deprehenſo, fidem Chriſti, & cultum uerę religionis amplexi ſunt. Nam ut omit

Omnia ſimulachra deijciuntur Alex.

tam cætera flagitia, quæ in alijs locis ui necatis paruulis, deſpicatiſq; ob fibrarum inſpectionem uirginibus gerebantur, unum ſolummodo quod in templo Saturni geri, ad omnium uenit conſcientiam, memorabo: ex quo etiam cætera quæ omiſimus, perpendantur. A

Cap. XXV.

Tyrannus Saturni ſacerdos

SAcerdos erat apud eos Saturni, Tyrãnus nomine. Hic quaſi ex reſponſo numinis, adorantibus in templo nobilibus quibuſq; & primarijs uiris, quorum ſibi matronæ ad libidinem placuiſſent, dicebat Saturnũ præcepiſſe, ut uxor ſua pernoctaret in templo. Tum is qui audierat, gaudens quod uxor ſua dignatione numinis uocaretur, exornatam comptius, inſuper & donarijs onuſtam, ne uacua ſcilicet repudiaretur, coniugem mittebat ad templum. In conſpectu omnium concluſa intrinſecus matrona, Tyrannus clauſis ianuis & traditis clauibus diſcedebat. Deinde facto ſilentio, per occultos & ſubterraneos aditus, intra ipſum Saturni ſimulachrum patulis crepebat cauernis. Erat autem ſimulachrum illud à tergo exceſum, & parieti diligenter annexum. Ardentibuſq; intra ædem luminibus, intentæ ſupplicantiq; mulieri uocem ſubito per ſimulachrum æris concaui proferebat, ita ut pauore & gaudio infelix mulier trepidaret, quod dignam ſe tanti numinis putaret alloquio. Poſteaquam uero quæ libitum fuerat, uel ad conſternationem maiorem, uel ad libidinis incitamentum diſſeruiſſet numen impurum, arte quadam linteolis obductis, repente lumina extinguebantur uniuerſa. B

Stuprabat matronas

Tum deſcendens, obſtupefactæ & conſternatæ mulierculæ adulterij fucum prophanis commentationibus inferebat. Hæc cum per omnes miſerorum matronas multo iam tempore gererentur, accidit quandam pudicæ mentis fœminam horruiſſe facinus, & attentius deſignantem, cognouiſſe uocem Tyranni, ac domum regreſſam, uiro de fraude ſceleris indicaſſe.

Tyranni facinus deprehenditur

Ille de iniuria coniugis, imò potius ſua ardentius inflammatus, inſcriptum Tyrannum ad tormenta deducit. Quo conuicto atq; confeſſo, cæciſq; fraudibus reuelatis, pudor omnis & dedecus Paganorũ peruaſerat domos, adulteris matribus, inceſtis patribus, liberis ſpurijs deprehenſis. Quibus diuulgatis & proditis, raptim cum ſimulachris & ædibus excitabantur & crimina.

Cap. XXVI.

Canopus.

Sacerdotales litteræ

IAm uero Canopi quis enumeret ſuperſtitioſa flagitia? ubi prætextu ſacerdotalium litterarum (ita enim appellant antiquas Aegyptiorum litteras) magicæ artis erat pénè publica ſchola. Quem locũ uelut fontem quendam atq; originem dæmonum intantum uenerabantur Pagani, ut multo ibi maior celebritas, quàm apud Alexandriã haberet. Sed de huius quoq; monſtri errore, cuiuſmodi originem tradant, abſurdum non erit paucis exponere.

Ignis, deus Chaldæorũ

Ferunt aliquando Chaldæos Ignem deum ſuum circumferentes, cum omnium prouinciarum dijs habuiſſe conflictum, quo ſcilicet qui uiciſſet, hic eſſe deus ab omnibus crederetur. Reliquarum prouinciarum dij,

A æris,aut auri,argentiq́;, aut ligni,uel lapidis, uel ex quacunq; materia con/ ſtabant,quæ per ignem proculdubio corrũperetur. Ex quo fiebat,ut Ignis locis omnibus obtineret. Hæc cum audiſſet Canopi ſacerdos,callidũ quid/ dam excogitauit. Hydriæ fieri ſolent in Aegypti partibus fictiles, undiq; crebris & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus turbida aqua deſudans, defecatior ac purior redditur. Harum ille unam cera foramini/ bus obturatis,deſuper etiam uarijs coloribus pictam,aqua repletam ſtatu/ it in deum. Et exciſum ueteris ſimulachri, quod Menelai gubernatoris fere batur, caput deſuper poſitũ diligenter aptauit. Adſunt poſthæc Chaldæi: itur in conflictum: circa hydriam ignis accenditur: cera qua foramina fue/ rant obturata,reſoluitur:ſudante hydria ignis extinguitur.Sacerdotis frau de Canopus Chaldæorum uictor oſtenditur. Vnde ipſum Canopi ſimu/ lachrum,pedibus perexiguis,attracto collo & quaſi ſugillato, uentre tumi/ do in modum hydriæ cum dorſo æqualiter tereti formatur. Ex hac perſua ſione uelut deus uictor omnium colebatur. Sed profecerint hæc fortaſſe aliquando contra Chaldæos. Nunc uero aduentante ſacerdote dei Theo/ philo,nullus profuit ſudor, nec ceris fraus obtecta ſubuenit. Vaſtata ſunt omnia,atq; ad ſolum deducta. Cap. XXVII

ET nihil non geſtum eſt quod in ſqualorem uerteret locũ. Flagitiorum B cauernæ, ac ueternoſa buſta deiecta ſunt, & ueri dei templa eccleſiæ celſæ conſtructæ. Nam & in Serapis ſepulchro prophanis ædibus cõpla/ natis,ex uno latere martyrium, ex altero conſurgit eccleſia. Occaſio autem martyrij cõſtruendi unde data ſit,dignũ arbitror memorare. XXVIII

IVliani temporibus uelut relaxatis frenis efferbuit in omnem ſæuitiã feri tas Paganorum. Ex quo accidit, ut apud Sebaſten Paleſtinæ urbem ſe pulchrum Ioannis Baptiſtæ mente rabida & funeſtis manibus inuaderẽt, oſſa diſpergerent, atq; ea rurſum collecta, igni cremarent,& ſanctos cine/ res pulueri immixtos, per agros & rura diſpergerent.Sed dei prouidentia factum eſt, quoſdam de Hieroſolymis ex monaſterio Philippi hominis dei, orationis illuc cauſa per idem tempus ueniſſe. Qui cum tantũ nephas humanis quidem manibus,ſed ferina mente fieri uiderent,mori gratius ha bentes, quàm huiuſcemodi piaculo funeſtari, inter eos qui oſſa ad exuren/ dum legebant mixti, diligentius in quantum res patiebatur, ac religioſius congregantes,furtim ſe uel ſtupentibus,uel inſanientibus ſubtraxere,& ad religioſum patrem Philippum uenerandas reliquias pertulere. Ille ſupra ſe ducens tantum theſaurum proprijs ſeruare uigilijs, ad Pontificem maxi/ mum tunc Athanaſium,hoſtiæ immaculatæ reliquias per Iulianum diaco/ num ſuum, poſt etiam Paleſtinæ urbis epiſcopum mittit. Quas ille ſuſce/ ptas, paucis arbitris ſub cauato ſacrarij pariete incluſas prophetico ſpiritu profuturas generationi poſteræ conſeruauit: quibus nunc deiectis & pro/

Ioannis bapti/ ſte ſepulchrũ uiolatur

ſtratis idololatriæ ueſtigijs, in ædibus quondã prophanis aurea tecta con- A
ſurgerent. Sed poſt occaſum Serapis, qui nunquã uixerat, quæ iam alteri-
us dæmonis ſtare delubra potuerunt? Parum dixerim, ſi omnes quæ erant Alexandriç per ſingulas penè columnas cuiuſcunq; dæmonis ædiculæ inſultæ ceciderunt. Sed per cunctas Aegypti urbes, per caſtella, per uicos, per omne rus, per ripas fluminis, per eremum quoq; ſi qua phana uel potius buſta reperiri potuerunt, inſtantia uniuſcuiuſq; epiſcopi ſubruta, & ad ſolum deducta ſunt, ita ut denuo rus culturæ redderetur, quod iniuſte fuerat dæmonibus deputatum. Cap. XXIX

Thoraces Serapis aboliti

SEd & illud apud Alexandriã geſtum eſt, quod etiã Thoraces Serapis, qui per ſingulas quaſq; domos in parietibus, in ingreſsibus, in poſtib. etiam ac feneſtris erant, ita abſciſsi ſunt omnes & abraſi, ut ne ueſtigiũ quidem uſquam, uel nominis appellatio, aut ipſius, aut cuiuslibet alterius dæmonis remaneret, ſed pro his crucis dominicæ ſignum unuſquiſq; in poſtibus, in ingreſsibus, in feneſtris, in parietibus, colũniſq; depingeret. Quod cum factũ eſſe hi qui ſuperfuerant ex Paganis uiderent, in recordationem rei magnæ ex traditione ſibimet antiquitus cõmendata ueniſſe perhibentur: Signum hoc noſtrũ dominicæ crucis inter illas quas dicunt ἱερατικάς, id eſt, ſacerdotales litteras, habere Aegyptij dicuntur, uelut unum ex cæteris literarum, quæ apud illos ſunt, elementis. Cuius literç ſeu uocabuli hanc B
eſſe aſſerunt interpretationem: Vita uentura. Dicebant ergo hi qui tunc admiratione rerũ geſtarũ cõuertebant ad fidem, ita ſibi ab antiquis traditum, quod hæc quæ nunc coluntur, tamdiu ſtarent, quamdiu uiderent ſignum iſtud ueniſſe in quo eſſet uita. Vnde accidit ut magis hi qui erant ex ſacerdotibus uel miniſtris templorum ad fidem conuerterentur, quàm illi quos errorum præſtigiæ & deceptionũ machinæ delectabant. Cap. XXX

Signum dominicæ crucis

Cubitus, Nili menſura, in tẽplum Chriſt. defertur

SAnè quoniã moris erat in Aegypto, ut menſura aſcendentis Nili fluminis ad templum Serapis deferretur, uelut ad incrementi aquarum & inundationis autorem, ſubuerſo eius ſimulachro, igniq; cõſumpto, omnes ſimul negabant Serapin iniuriæ memorem, aquas ultra ac affluentia ſolita largiturum. Sed ut oſtenderet deus non Serapin, qui multo erat Nilo poſterior, ſed ſe eſſe qui aquas fluminis temporibus ſuis iuberet excreſcere, tanta ex eo & deinceps fuit inundatio, quantam fuiſſe prius ætas nulla meminerat. Et ideo ulna ipſa, id eſt, aquæ menſura, quam πῆχυν uocant, ad aquarum dominum in eccleſiã cœpta deferri. Sed ubi hæc geſta religioſo principi nuntiata ſunt, extentis ad cœlum palmis, cum ingenti fertur exultatione dixiſſe: Gratias tibi Chriſte, quod abſq; urbis illius magnæ pernicie tam uetuſtus error extinctus eſt. Cap. XXXI

Valentinianus Aug. perijt laqueo

INterea Valentinianus in Occiduis partibus, animis (quantũ ætas patiebatur) ardentibus rempublicam gerens, cauſis etiam nunc latentibus la-

queo

A queo uitam finiuit. Sed hoc quidam dolo ducis ſui Arbogaſti factũ confirmabant: idq; quàm maxime publica tenebat opinio. Alij quidẽ à commiſſi ſcelere ducem alienum dicebant, ſed cauſas præſtitiſſe, quibus in hoc adoleſcens animi indignatione cogeretur, quod †minus ei tãquam per ætatem nondũ ualido, libera de omnibus indulgeret imperia. Fuere tamẽ nonnulli ſacerdotũ, qui pacis ab eo qui poſt creatus eſt legatione ſuſcepta, immunem eſſe ducẽ à mortis ſcelere apud Theodoſiũ teſtarent̃. Cap. XXXII *Arbogaſtus dux* *aliàs, minus etiã quàm p.*

SEd ille nihilo ſegnius inflãmatus ad ultionẽ, arma contra Eugeniũ, qui in locũ defuncti ſubſtitutus eſt, corripit, primo dei uoluntatẽ per Ioannem monachũ (de quo ſupra memorauimus) ſciſcitatus. Tũ ille qui primã de Maximo ei uictoriam prædixerat incruentã, etiam hanc licet non abſq; plurima utriuſq; ſanguinis inundatione promittit. Cap. XXXIII *Ioan. monachus*

IGitur præparatur ad bellum non tam armorum telorumq;, quàm ieiuniorum orationumq; ſubſidijs, nec tam excubiarum uigilijs, quàm obſecrationum pernoctatione munitus circumibat cum ſacerdotibus & populo omnia orationum loca, ante martyrum & apoſtolorum thecas iacebat cilicio proſtratus, & auxilia ſibi fida ſanctorum interceſsione poſcebat. At Pagani, qui errores ſuos nouis ſemper erroribus animant, innouare ſacrificia, & Romam funeſtis uictimis cruentare, inſpicere exta pecudum, & ex fibra

B rum præſcientia ſecuram Eugenio uictoriam nuntiare: ſuperſtitioſius hæc agente & cum omni animoſitate Flauiano tunc Præfecto, cuius aſſertionibus (magna enim erat eius in ſapientia prærogatiua) Eugenium uictorem fore pro certo præſumpſerãt. Sed ubi ueræ religiõis fretus auxilio Theodoſius, alpium fauces cœpit urgere, primi illi quibus nequicquã litatæ ſunt tot uictimæ, de fallaciæ conſcientia trepidi dæmones, in fugam uerſi. Poſt etiam magiſtri horum & doctores errorum, præcipue Flauianus, plus pudoris, quàm ſceleris reus, cum potuiſſet euadere eruditus admodum uir, mereri ſe mortẽ pro errore iuſtius, quàm pro crimine iudicauit. Cæteri uero inſtruunt aciem, & collocatis in ſuperiori iugo inſidijs, ipſi pugnã in deſcenſu montis expectant. Verum ubi ad primos uentũ eſt, & ilico ſe legitimo principi tradiderunt, cum cæteris imis uallibus deprehenſis cõflictus acerrimus geritur. Stetit aliquamdiu anceps uictoria: fundebantur auxilia Barbarorum, terga iam hoſtibus dabant. Sed fiebat hoc non ut Theodoſius uinceretur, ſed ne per Barbaros uincere uideretur. Tum ille ut conuerſas ſuorum acies uidit, ſtans in edita rupe, unde & conſpicere & conſpici ab utroq; poſſet exercitu, proiectis armis, ad ſolita ſe uertit auxilia, & proſtratus in conſpectu dei: Tu, inquit, omnipotens deus, noſti quia in nomine Chriſti filij tui ultionis iuſtæ, ut puto, prælia iſta ſuſcepi: ſi ſecus, in me uindica. Si uero cum cauſa probabili & in te confiſus, huc ueni: porrige dexteram tuis, ne forte dicant gentes, ubi eſt deus eorum? Quam ſupplicationem pij prin *Theodoſius ad deum*

cipis,certi à deo eſſe ſuſceptam,hi qui aderant duces,animantur ad cædem: A
Bacurius rex Iberorum & prȩcipue Bacurius,uir fide pietate,uirtute & animi & corporis inſignis,& qui comes eſſe & ſocius Theodoſii mereret̃,proximos quoſq; cõto,telis,gladio paſſim ſternit,agmina hoſtiũ conferta & conſtipata perrumpit.Iter per milia ruentium ad ipſum tyrannũ ruptis agminibus & aceruatim fuſis ſtragibus agit. Vix fortaſſe ab impijs credantur quæ geſta ſunt.Etenim cõpertum eſt,quod poſt illam imperatoris precem quam deo fuderat, uentus ita uehemens exortus eſt,ut tela hoſtiũ in eos qui iecerãt, retorqueret. Cumq; magna ui perſiſtente uento,omne iaculum miſſum ab hoſtibus fruſtraret̃, fracto aduerſariorum animo,ſeu potius diuinitus repulſo,Arbogaſto duce nequicquã fortiter faciẽte,Eugenius ante Theodoſii pedes,uinctis poſt terga manibus,adducitur. Ibiq; uitæ eius & certaminis finis fuit. Tum uero religioſo principi glorioſior uictoria de fruſtratis opinionibus Paganorum, quàm de tyranni interitu fuit,quibus ſpes uana & falſa diuinatio minus in interitu contulit pœnæ,quàm pudoris ſeruauit in uita.

Nota mirum.

Eugenius capitur & occiditur

Cap. XXXIIII

CVmq; poſthæc ut futurorũ præſcius Imperator, diſponendæ reipublicæ ſolicitudine ſtringeretur,ad orientem protinus mittit,ubi uenturus ad bellum tuta liberos cuſtodia commendarat. Ibiq; Arcadium Auguſtum regnum ſibi dudum traditum ſeruare præcipit. Honorium uero pari dignatione præditum,ad occidentis imperium uenire ocyus iubet. Quo ſuſcepto, & paternis oſculis complexibusq; conſtricto, traditis occidentalis regni gubernaculis,ipſe Romano imperio per annos decem & ſeptem feliciter gubernato,ad meliora migrauit, cum pijſsimis principibus percepturus præmia meritorum. B

Arcad. Aug.

Honorius

Theodoſij mors

HISTORIAE ECCLESIASTICAE LIBRI VNDEcimi,Ruffino Aquileienſi presbytero autore, Finis.

A CASSIODORI SENATORIS, SERVI DEI IN HISTORIAM ECCLEſiaſticam, quam Tripartitam uocāt, ex tribus Græcis autoribus, Sozomeno, Socrate, & Theodoreto, per Epiphanium Scholaſticum uerſis, excerptam, & in compendium à ſe redactam, præfatio.

VTILITER nimis in capite libri præfatio ponitur, ubi futuri operis qualitas indicatur. Quid enim commodius quàm prius per eam aliquid diſcere, ne dictio poſsit inopinata cōfundere? Hanc igitur hiſtoriā eccleſiaſticam, quæ cunctis Chriſtianis ualde neceſſaria comprobatur, à tribus Græcis autoribus mirabiliter conſtat eſſe conſcriptam: uno ſcilicet Theodoreto, uenerabili epiſcopo, & duobus diſertiſsimis uiris, Sozomeno & Socrate, quos nos per Epiphanium Scholaſticum Latino condentes eloquio, neceſſarium duximus eorum dicta deflorata in unius ſtili tractum (domino iuuāte) perducere, & de tribus autoribus unam facere dictionem. Sciendum planè quod prædicti ſcriptores à temporibus diuæ memorię principis CONSTANTINI uſq; ad Au- *Theodoretus Sozomenus Socrates Epiphanius Scholaſticus interpres*
B guſtæ recordationis THEODOSII iunioris quæ ſunt geſta, digeſſerint. *A Cōſtantino uſq; ad Theodoſiū iuniorē* Nos autem eorum relectis operibus, & unumquenq; cauta mente tractantes, cognouimus, non æqualiter omnes de unaquaq; re luculenter ac ſubtiliter explanaſſe, ſed modo hunc, modo alterum aliam partem melius expediſſe, Et ideo iudicauimus de ſingulis dictatoribus deflorata colligere, & cū autoris ſui nomine in ordinem collocare. Legat ergo intrepidus qui ad hæc opuſcula (domino donante) peruenerit, multū utilitatis atq; noticiæ lucraturus, ſi quæ poſita ſunt per hos duodecim libros, memoriæ ſuæ ſollicita mente cōdiderit. Præterea ne quempiam res indiſtincta turbaret, per uniuerſum textum huius operis titulos cognoſcat appoſitos: ut ſuis locis exigere poſsit, quod ſub numero competenti prædictum eſſe cognoſcit.

A

ELENCHVS CAPITVM PRIMI
LIBRI HISTORIAE ECCLESIAST. quam Tripartitam uocant.

Allocutio Sozomeni ad Theodoſium Imperatorem. Caput 1
Cur Gentiles facilius quàm Hebræi fidem Chriſti perceperint. Cap. 2
Quæ fuerit intentio Sozomeni hiſtoriam conſcribendi,& ex quibus priorũ geſta collegerit. Cap. 3
A quo tẽpore hiſtoriæ fecerit initiũ. Et quomodo Cõſtantino ſignũ ſit crucis oſtenſum,& qui Imperatores & Cæſares per idem tẽpus fuerint. Cap. 4
Quomodo Conſtantinus Chriſtianum dogma cognouerit,& de miraculis crucis,& morte Maxentij. Cap. 5
De derogatione Paganorum contra Conſtantinum. Cap. 6
De legibus quas Conſtantinus pro Chriſtianis protulit,& de mutatione rituum Paganorum, Chriſtianorumq; profectu. Et de uictoria eius,& de ueneratione ſanctæ religionis. Cap. 7
Quomodo Licinius fugatus,& Chriſtianos fuerit perſecutus,& nouiſſime uictus. Cap. 8
De diuerſis confeſſoribus,eorumq; conuerſatione. Cap. 9
De Spiridione epiſcopo,qui fures ligatos abſoluit. Cap. 10
De diuerſis monachis,& eorum inſtitutione. Cap. 11
Quomodo contra eccleſiam Arius ſit exortus. Cap. 12 B
Epiſtola Alexandri Pontificis Alexandrini,ad uniuerſas eccleſias aduerſus Arium. Cap. 13
Eiuſdem ad Alexandrum Conſtantinopolitanum. Cap. 14
Epiſtola Arij ad Euſebium. Cap. 15
Epiſtola Euſebij ad Paulinum epiſcopum Tyri. Cap. 16
De potentia Euſebij Nicomedienſis. Cap. 17
De Melitianis,& quomodo ſint ab eccleſia ſegregati, quia nolẽte Alexãdro Arium ſuſcipere per diuerſa loca Ariani concilia celebrabant. Cap. 18
Quomodo fautores Euſebij cõgregauerint conciliũ in Bithynia. Cap. 19
Epiſtola Cõſtãtini principis ad Alexandrũ Pontificẽ Alexandrinũ. Cap. 20
Quod tam pro Ariana quæſtione,quàm pro Paſchæ definiẽda feſtiuitate, in Nicæa fecit Conſtantinus celebrari concilium. Cap. 21

A # HISTORIAE ECCLESIASTICAE

QVAM TRIPARTITAM VOCANT, EX tribus Græcis autoribus, Sozomeno, Socrate, & Theodorito, ab Epiphanio Scholaſtico uerſis, per Caſsiodorum Senatorem in Epitomen redactæ, Liber primus.

SOZOMENI PRAEFATIO AD THEODOSIVM AVGVSTVM.

CAPVT I

In exemplari ſcripto erat, Salā Hermiæ Sozomeni

AIVNT antiquis principibus diligentiæ ſtudium fuiſſe, ut eis amatores quidem ornamentorum, purpurā atq; coronam, & his ſimilia præpararent: librorum uero habentes intentionē, circa fabulas quaſdam occupati conſcriptiones agerent, quæ audientium corda mulcerent. Porrò bella ſectantes, ut ſagittā opportune dirigerent, beſtiā proſternerēt, lanceā bene iacularent, aut equū decenter aſcēderent. †Pręſtabantur enim ſinguli regalibus eorū ſtudentes re-
B bus illis quæ forent gratiſsima dominanti. Alius itaq; lapides precioſos difficile cōpertos offerebat: alter tincturā purpuræ clariorē: plurimi Poemata aut diuerſas cōſcriptiones inſinuabāt: alius bona cingula, aut optimū armorum pandebat uſum. Maxima uero & imperialis putabat huius popularis uirtutis pars illa, ad quā tunc amātis intētio declinabat. De pietate autē (quę eſt uerus imperiȷ ornatus) nulli ſtudioſe quodāmodo ſermo fuit. Sed tu potētiſsime Theodoſi (ut cōplexiue dicam) cūctam ſuperaſti (deo iuuāte) uirtutē. Purpura ſiquidē & corona qua uideris propter inſpiciētes (quia eſt maieſtatis ſignū) circūdari, pietatē tibi et clementiā intrinſecus ſemper enutriūt. Vnde cōſcriptores & Præfecti, ac reliqui ſubiectorū, circa te tuosq; laborāt actus. Decertator autē poſitus iudexq; librorū, non camerato eloquio caperis, aut qualibet figura furtū pateris ueritatis, ſed perfecte metiris utrūq;, ſermonem propriū aptans cauſæ, figurā quoq; dictionis, & partes, & ordinē, & congruentiā, & eloquiū, & compoſitionē, & collectiones, & ſenſum, & hiſtoriā profunde diſcutiens. Cōpenſas autē recitantibus & tuo iudicio & fauoribus opportunis: necnon aureis imaginibus, & poſitione ſimulachrorū, & donis, & honoribus uniuerſis. Qualem uero te circa recitātes præbes, tales dudū fuerūt iudices Cretes circa dulciloquū Homerum, aut Aleuas circa Simonidē, aut Dionyſius Sicilię tyrānus circa Platonē Socratis diſcipulū, aut Philippus Macedo circa Theopompum hiſtoriographū, aut Seuerus Cæſar circa Oppianū, qui metris piſcium genera & naturas captionemq; narrauit

alias Præſentabantur

Hiſtorici

Liberalitas Theodoſii in doctos

narrauit. Cretes ſiquidem mille nomiſmata carmini compenſantes. Homerico, & tanquã de excellentiſsima largitate gloriantes, in publica ſtatua munera cõſcripſerunt. Aleuas autẽ, & Dionyſius, & Philippus, nequaquã animo parciores fuere Cretenſibus, de ſuperba ſe republica philoſophiaq; iactantibus, qui uelociter illorũ ſtatuam imitari potuerant, niſi opere fuiſſent minores in munere. Seuerus autem pro metrico poemate per uerſum uno aureo donans Oppianum, tantum præbuit de largitate miraculũ, ut aurea carmina Oppiani hactenus apud plurimos nominent. Hæc dona fuerunt olim amantiũ literas & doctrinam. Tu uero potentiſsime principum, nullo priorum excellentia minor inueniris, largitatibus tuis circa dictiones exhibitis, Sed mihi uideris non incõgrue talia facere. Nam cum omnes uirtutibus euiceris, ſtudioſe ad incrementũ ſemper quæ tua ſunt euchis: quoniã hiſtoriam rerum olim geſtarum apud Romanos & Græcos integerrime cognouiſti. Aiunt etenim te per diem quidem exerceri armis & corpore, ſubiectorumq; negocia diſceptare, iudicare ſimul & agere, modo ſeorſum, modo cõmuniter quæ ſunt agenda cõſiderare, noctibus libris incumbere. Fertur autem tibi ad eorum ſcientiã miniſtrare candelabrum arte mechanica factũ, & ſponte fundens oleum in lucernam, ut nullus circa regalia conſtitutus, in laboribus tuis cogatur affligi, & naturæ uim faciat, ſomno repugnans. Sic equidem clemens & manſuetus circa proximos & circa omnes exiſtis, cœleſtem regem tuum imitando patronũ, cui gratum eſt iuſtos & iniuſtos pluere, & ſolem facere oriri, & alia ſimul inuidia recedente largiri. Per multã uero doctrinam audio te etiam lapidum ſcire naturas, poteſtatesq; radicum, effectusq; curarum, non minus Salomone Dauid filio, magis autem potiorem uirtutibus. Ille ſiquidem factus libidinis ſeruus, pietatem non cuſtodiuit ad terminum, quæ illi cauſa fuerat bonorũ & ſapiẽtiæ. Tu uero (ò potentiſsime) negligentiæ obijciens rationem, uideris non ſolum hominibus iuſte, ſed etiam corporis & animæ paſsionibus imperare. Si autem oportet & hoc dici, audio te etiam totius cibi uel poculi deſideria ſuperare, & neq; poma dulcia, neq; aliud quicquam ſpecioſum appetere, niſi quantum ad tactũ conuenit, & ſolummodo ſapori congruerit: primo tamen benedicere omnium creatorem. Sitim uero, æſtum, & frigus ferre conſuetus, quotidianis exercitationibus iam ipſam continentiæ putaris habere naturam. Dudum ſiquidem in Ponto ciuitatem Heracleam ab Hercule nominatam uidere feſtinans, & laborantẽ longo tempore ſubleuare, in æſtatis ardore per Bithyniam faciebas iter. Sole uero circa diem medium uehemẽter urente, uidens te quidam iter agentem ſudore multo, ſimul & puluere ſqualentem, quaſi præſtaturus occurrens obtulit tibi poculum ualde perſpicuũ, & uelut radijs emicans ſuauiſsimũ quendã in id potum mittens, & aquam frigidã ſuperfundens. Tu uero (ò potentiſsime) ſumens, laudaſti quidẽ pro ſua magnanimitate

Oppiani ſingulos uerſus Seuerus Cæſ. ſingulis aureis remunerauit

Theodoſii uirtutes

Heraclea

A nimitate uirum,& largitate principali poſt paululum cumulaſti:ſed cunctis militibus ad illius poculi claritatem nimis inhiantibus & beatificantibus qui eſſet bibiturus id,rurſus ei poculum reddidiſti,præcipiens ut quo uellet uteretur eo. Vnde mihi uidetur iuſte tuis uirtutibus ſuperatum etiam Alexandrum,de quo narratur ab eis qui opera illius mirantur,quia ei dum per inaquoſa loca properaret cum Macedonibus,diligens quidam miles aquā inueniens,hauſit,& in galea obtulit ei,ille uero non bibit,ſed corpus infudit. Alexander magnus

Vt ergo abſolute dicatur,omniū priorum principū principiorem (ſi dici fas eſt)te uocare debemus ſecundum Homerum. Alios etenim reges nihil dignum habuiſſe comperimus:alios autem una aut duabus rebus ornaſſe imperium. Tu autem(ô ſereniſsime)omnes ſimul uirtutes amplectens,uniuerſos dinoſceris euiciſſe pietate,clementia,fortitudine,caſtitate,iuſtitia,largitate,atq; magnanimitate,dignitati Imperiali conueniente. Sine ſanguine autem & purum à cæde,ſuper omnium priſcorum,tuum cuncti gloriantē imperium. Res ſtudioſas cum delectatione ſubiectos præcipis edoceri,fauoremq; & reuerentiam circa tuum amorem & communem utilitatē cunctos oſtendere. Quapropter horum omnium cauſa neceſſarium uidetur mihi, eccleſiaſticam hiſtoriam conſcribenti,te primitus alloqui. Cui nāq; hoc potius adſcribam,multorum ac uenerabilium uirtutes utiq; narraturus, & ea

B quæ circa catholicam eccleſiam prouenerunt,uel per quantas ipſa tranſiens tempeſtates,ad tuos parentumq; tuorum portus acceſſerit? Age nunc omnia ſciens,omnemq; uirtutem habens,& præcipue pietatē,quam principiū eſſe ſapientiæ ſermo diuinus docet,ſuſcipe à me hanc ſcripturam, & libēter examina,tuæq; integritatis adiectiones & detractiones adhibens,tuis eam laboribus purga. Indubitanter enim quodcunq; tibi placuerit,utile legentibus clarumq; uidebitur:nec quilibet reprehendet,quod tu probaueris. Procedit autem mea conſcriptio à tertio Conſulatu Criſpi & Conſtantini Cæſarum uſq; ad ſeptimum decimum tuum,uiſumq; eſt mihi bene ſe habere in nouem deciſiones opus omne diuidere. Continebit autem primus & ſecundus Tomus ea quæ ſub principe Cōſtantino eccleſiæ prouenerūt. Tertius autem & quartus,ea quæ ſub eius filijs. Quintus & ſextus, quæ ſub Iuliano conſobrino filiorū maximi Conſtantini,& Iouiniano, necnon Valentiniano & Valente geſta noſcuntur. Septimus autem & octauus nobis aperiet Tomus,quæ ſub Gratiano & Valentiniano fratribus acta ſunt uſq; ad tempora imperij iucundiſsimi aui tui Theodoſii,quando ſcilicet ueſter (clementiſsime principum) ſacratiſsimus pater Arcadius paterno ſuccedēs imperio,unà cum pijſsimo patruo tuo Honorio Romanum orbem gubernare ſortitus eſt. Nonū uero librum Chriſtiano ac uenerabili ueſtro apici dedicaui,quem deus ſempiterne cuſtodiat magnanimitate inconuertibili,hoſtibus præualentem,& habentem ſub pedibus uniuerſos,& ad filiorum fi- Tomi nouem operis

lios pium imperium dirigentem, annuente Chriſto, Cũ quo deo patri glo/ A
ria unà cũ ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum, Amen. Cap. 11

Hebræi COgitatio aliquãdo mihi prouenit, cur putas aliȷs quidem hominibus uelocior fuit circa domini uerbum fides, Hebræi autem incredibiles, cum ab initio diuina mandata perceperint etiã de Chriſti præſentia: & quo modo hæc forent implenda, antequam fierent didicerint per prophetas.

Abraham Abraham etenim princeps eorum generis & circumciſionis exiſtens, inſpe/

Iſaac ctor & conuiua filȷ eſſe promeruit. Iſaac eius filius, imitatione ſacrificiȷ honoratus eſt, typo crucis à patre uinctus & oblatus altari, ſicut contigit & in Chriſti fieri paſsione, ut aiunt qui ſcripturas ſacras integerrime collegerũt.

Iacob Iacob autem expectationem gentium in eo nunc exiſtentem, necnõ & tem pus quo uenit, prænuntiauit, ubi ait tunc deficere duces Hebræorum ex ge

Herodes nere Iudæ principis tribus eius. Significabat autem principatum Herodis, cui cum Idumæus eſſet genere paterno, Arabs autem à matre, cõmiſſa eſt gens Iudæorũ à Senatu Romano & Cæſare ſimul Auguſto. Sed quidam etiam aliorum prophetarum clare Chriſti generationem prædicauerũt, & illum ſacrum ineffabilemq; conceptum, & matrem poſt partum uirginem permanentem, & genus & patriam: aliȷ uero paſsionem, & reſurrectionem à mortuis, & aſcenſionem in cœlos, & euentum ſingularum præſignauerũt, rerum. Sed hæc quidem eos non ignoraſſe ſcire poterit, qui ſacris literis in/ B

Ioſephus cumbit. Ioſephus autẽ Matathiæ filius atq; ſacerdos, uir apud Iudæos nobiliſſimus, necnõ & apud Romanos, digniſſimus erit teſtis de ueritate Chri ſti. Vocare nanq; eum uirum non audet, tanquam factorem inſigniũ operum magiſtrumq; ſermonum ueracium: Chriſtum uero aperte nominat, & pœnæ crucis adiudicatum, & tertia die appuruiſſe uiuum, & alia infinita miracula de eo à prophetis ſanctis non ignorat eſſe prædicta: ſed etiã multos tunc extitiſſe, quos elegit Græcos atq; Iudæos, & in eius permanere dilectione, atq; gentem ab eo nominatam nequaquam defeciſſe teſtatur. Et mihi uidetur quoniam hæc referens, quaſi clamare uidetur, operibus deum eſſe Chriſtum, rerum quippe miraculis obſtupeſcens. Cum autem hoc dixiſſet, etiam ipſe medius tranſcurrit, in nullo tamen contradicens credentibus in eum, potiusq; conſentiens. Hæc autem cogitanti mihi, digne mirabi le uiſum eſt, Hebræos etiam ante alios homines ad chriſtianitatem non po tuiſſe conuerti. Nam licet Sibylla, & alia reſponſa apud Gentiles, ea quæ in

Græci Chriſto erant uentura prædixerint, non tamen ob hoc omnes Græci de in credulitate culpandi ſunt. Pauci nanq; qui uidebãtur eruditiores, præcipue huiuſmodi prophetias intellexerunt plerunq; metricas exiſtentes, & diſſer tioribus uerbis prolatas ad populum. Erat itaq;, ſicut mihi uidetur, ſupernæ prouidentiæ, ut ad concordiam futurorum non ſolum propriȷs prophetiæ uentura committerentur, ſed etiam ex parte gentilibus: ueluti ſi quis me/
lodiæ

A lodiæ compoſitor,propter utilitatē peregrini ſoni alias chordas plectro diſ/ currat,aut ſuper eas quæ ſunt,alias adijciat. Hebræi ſiquidē pluribus & manifeſtioribus prophetijs utentes,in præſentia Chriſti minores ſunt inuenti quàm Græci.Sed neq; hoc extra rationem uidebitur, cur & alijs gentibus tantum eccleſia crediderit.Primū quidem, quoniam deo gratum eſt, ex miraculis naſci mutationes in diuinis maximisq; negocijs. Deinde quia non fortuitis uirtutibus præſulum eius ab initio diſperata reperitur eſſe religio. Nam licet linguam ad elocutionem aut pulchritudinem ſermonis diſertam non habuerint,neq; uerbis aut probationibus philoſophicis uterentur, ad ſuadendum tamen non ob hoc minus ſtudium fuit eis, ſed exuti ſubſtantijs,& bona propria contemnentes atq; nudati,& uelut in alijs corporibus plurima peſsimaq; tormenta ſuſcipientes, & neq; ciuitatum populis ſubmiſsi,neq; iudicum blandimentis illecti, neq; terroribus fortè deterriti, clarum fecerunt uniuerſis, quoniam pro maximis præmijs huiuſmodi certamina ſuſtinerēt.Quapropter neq; ſuaſione uerborum opus erat,dum per domos & ciuitates ad credendum res ipſæ compellerent,quæ nequaquam primitus uidebantur auditæ. *Gentiles*

Cap. III

TAnta ergo diuina & mirabili mutatione in orbe facta, ita ut prior religio,& leges patriæ ſpernerentur, crudele nimis erat Calydonium quidem aprum & Marathonium taurum,& alia ſimilia per prouincias & ciuitates facta,aut fabulis diuulgata,tanto nobilitari ſtudio,ut multi Græcorū, & probatiſsimi conſcriptores circa talia laboraſſent, ſcribendi habentes ingenium:me uero uim meæ nō inferre naturæ,& hiſtoriæ eccleſiaſticæ geſta enarrare.Reor enim quoniā argumento rei huius nō ab hominibus inſtituto,conſcriptor quoq; nō inopinabiliter apparebit nō inops deo.Niſus ſum etenim primo quidem hoc opus ab origine mundi digerere:ſed cōſiderans quoniam & alij id fecerunt uſq; ad tempus ſuum,id eſt, Clemens & Egeſippus uiri ſapientiſsimi, ſucceſsionem ſequentes Apoſtolorum, Aphricanusq; conſcriptor,& Euſebius cognomine Pamphili,uir in diuinis ſcripturis & Græcorum poetis atq; rhetoribus perſcrutator eruditiſsimus: tunc ego quæcunq; in eccleſiis contigerunt poſt Chriſti aſcenſionem ad cœlos, uſq; ad Licinij deiectionem colligens,redegi in duobus libris:nunc autem fauente deo,quæ poſtea prouenerunt,aperire tentabo.Quo circa memorabo cauſas quibus interfui, & à ſciētibus aut contēplantibus eas audiui, tam in noſtra quàm ante noſtram generationem geſtas. Cæterorum uero explanabo notitiam ex legibus poſitis,cauſa religionis,& ex Cōcilijs per tempora conſtitutis,ac nouitatibus factis,& imperialibus & ſacerdotum epiſtolis,quarum aliæ hactenus in Palatijs eccleſiisq; cuſtodiuntur,aliæ uero paſſim apud diligentes inueniuntur. Quarundam rationem potius complecti, in hoc opere melius approbaui,propter magnitudinem lectionis,ut ſenſus

Clemens Alexandrinus. Egeſippus. Aphricanus. Euſebius Cæſarienſis

Acta Conciliorum

earum breuiter indicetur, niſi fortè quædam uenire poſsint in dubium, pro A quibus eſt apud multos diuerſa ſententia. Tunc enim, ſi quamlibet ſcripturam inuenire potero, propter probationem ueritatis eam ponere nō omitto. Vt autem nullus ignoratione rerum accuſet mendacem eſſe conſcriptionem, contrarias legendo forſan epiſtolas, ſciendum eſt quoniam occaſione dogmatis Ariani, & eorum qui poſtea ſunt exorti, diſcordantes inter alterutros Præſules eccleſiarum, ſinguli de quibus ſtudebāt ſuis ſectatoribus ſcribebant: & per conſilia congregati, decernebant quæ uellent, & ſibi contraria ſapientes, per abſentiam ſe ſæpe damnabant: & per tempora principes ac proceres eorum qua poterant uirtute flectebāt, & ſibimet unanimes faciebant, ut eorum conſenſu recte colere putarētur. Alij ſiquidem iſtis, alij uero fauentes illis, collectionem fecerunt epiſtolarum pro hęreſi propria directarum, & eas ſibi contrarias reliquerunt. Porrò nobis difficile ualde fuit: ut inueniremus omnia quæ de talibus prouenerūt. Quia uero præcipua cura ueritatis habenda eſt, propter hiſtoriæ puritatem, neceſſariū mihi uiſum eſt etiam literas huiuſmodi, ut fuit poſsibile, perſcrutari. Si igitur etiam ſeditiones eccleſiaſticas inter alterutros geſtas de Præſulatu, uel honore primatus propriæ hæreſeos explanauero, non graue aut malæ uoluntatis eſſe uideatur. Primo nanqꝫ, ut dictum eſt, conſcriptorē omnia decet ueritati poſtponere, deinde dogma eccleſiæ catholicæ ueraciſsime declarare. Quod ſcili- B cet inuenitur ſæpe quidem aduerſariorum inſidijs impeditum, & tamē tanquam diuinitus roboratum in propria manſiſſe uirtute, & uniuerſas eccleſias & populos ad ſuam traxiſſe ueritatem. Cum itaqꝫ uellem (ſi tamen deceret) ea ſola conſcribere, quæ ad meam notitiam uidebātur perueniſſe de eccleſia in Romano imperio conſtituta: placuit tamen quantum ualuero, ut etiam apud Perſas & Barbaros quæ ſunt geſta de religione, conſcribam. Non autem abſurdum erit ab hiſtoria eccleſiaſtica, ſi in hoc opere etiam illi referantur, qui quondam patres ac præceptores fuerunt monachorum, aut qui poſt eos per ſucceſsiones utiles uiſi ſunt, ſicut audiuimus, atqꝫ probabiles. Non enim aut nos ingrati uidebimur, taciturnitati tradentes uirtutem eorum: aut illi exortes erunt huius hiſtoriæ, qui tantæ philoſophiæ exempla reliquerunt, quibus utentes poſteri, beatiſsimo & feliciſsimo fine potientur. Sed hæc quidem ſermo procedens, ut potuerit, obſeruabit. Conuertar nunc ad narrationem rerum, cooperatorem inuocans deum. Hinc enim habebit præſens ſcriptura principium.

Cap. IIII

Sylueſter Romæ, Alexāder Alexandriæ, Macarius Hieroſolymis

CRiſpo & Conſtantino Cæſaribus atqꝫ Conſulibus, Romanæ quidē eccleſiæ Sylueſter præſidebat. Alexandrinę autē Alexāder, & Hieroſolymorū Macarius. Antiochiæ uero quæ eſt apud Orientem poſt Romanum nondum quiſquā fuerat ordinatus, perſecutionibus ſcilicet prohibētibus. Nō longo poſt tempore, hi qui in Nicæa collecti ſunt, ſapientia & elo-

quijs

A quiſs admirantes Euſtathiũ dignum approbauerunt ſedi Apoſtolicæ præ *Euſtathius*
ſidere,& cũ eſſet epiſcopus uicinę Berœæ,eum in Antiochiã tranſtulerunt. *Antiochiæ.*
Tunc ergo Chriſtiani Orientales quidẽ uſq; ad terminos Aegypti circa Li *Licinius & Conſtantinus*
byam commorantes,non præſumebant aperte in eccleſias conuenire, cum *perſequuntur*
Licinius fauorem quem in eos habuerat, permutaſſet. Sed neq; per Occi *Chriſtianos*
dentem Helladici,uel Macedones & Illyrij licenter in religione durabant
propter Cõſtantinum,qui princeps erat in his partibus Romanorũ. Huic
enim uiro & alia quidem plurima poſtea proueniſſe percepimus,quibus fle
xus eſt Chriſtianorum dogma uenerari, præcipuè tamen ſignum quod ei
diuinitus eſt oſtenſum. SOCRATES.

ET quoniam ad hæc uenimus,paulo latius aliquid referamus. Cũ Dio- *Diocletianus*
cletianus & Maximianus Herculius priuatam elegiſſent uitam, & Ma *& Maxima-*
ximinus Galerius,qui cum eis imperauerat , tenens Italiam duos Cæſares *nus Augg.*
feciſſet, Maximinum in Oriente,& Seuerum in Italia, tunc Cõſtantinus in
Britannia patre mortuo ordinatur Imperator,primo anno CCLXXI O- *Maximinus*
lympiadis, XXVII die Iulij menſis. Romæ uero à Prætorianis militibus
Maxẽtius Maximiani Herculij filius inſtituit Imperator. Hinc eius pater *Maxentius*
imperãdi cupidine uoluit filium regno priuare, quod facere nequiuit. Poſt
hæc autem Tarſo Ciliciæ moritur. Porrò Seuerus Romæ contra Maxenti-
B um ueniens,militum proditione peremptus eſt. Maximinus autem Galeri-
us inſtituens Licinium Auguſtum,moritur. Proinde Maxentius Romę ue
lut tyrannus habebatur,adulteria impudenter exercens,& earum uiros oc-
cidens. Quem uolens Conſtantinus opprimere,& Romanos à cladibus li-
berare,cogitabat quem in bello deum haberet auxilio,ſciens nihil prodeſſe
deos quos Diocletianus uenerabatur,& quia potius eius pater Paganorũ
contempta religione,feliciter aduixiſſet. SOZOMENVS.

IN his ergo ſollicitudinibus cõſtitutus,in ſomnio uidit crucis ſignũ cœlo
ſplendide collocatum: mirantiq; uiſionem,adſtiterũt angeli dicentes: O *Apparet Con*
Conſtantine,in hoc uince. Fertur autem & ipſum Chriſtum apparuiſſe ei, *ſtantino Chri ſtus*
ſignumq; monſtraſſe crucis,ac præcepiſſe ut figuram ſimilem faceret, & in
pręlijs auxilium hoc haberet,quo uictoriæ iura conquireret. Euſebius itaq;
Pamphili cũ iureiurando ipſo Imperatore dicente audiſſe ſe refert, quia cir-
ca meridiẽ, declinante iam ſole,crucis ſignum ex lumine factum, & ſcriptu-
ram cõſertam ei dicentẽ, IN HOC VINCE, uidiſſet ipſe & milites qui cũ
eo tũc eſſent. Pergente nanq; aliquo cum exercitu per iter, hoc, inquit,ei mi-
raculũ eſt oſtẽſum. Dumq; cogitaret quid eſſet, nox ſuperuenit,& dormien
ti Chriſtus apparuit cũ ſigno quod uidit in cœlo, iuſsitq; ut fieret eius ſigni
figuratio,quæ foret auxiliũ in præliorum congreſsionibus. Cap. V

CVmq; iam non opus eſſet interprete,ſed aperte Imperatori monſtra
tum fuiſſet,quid de deo credere conueniret,mox die facta ſacerdotes

 Chriſti

Chriſti conuocans, de dogmate conſulebat. At illi ſacros libros offerentes, A de Chriſto loquebantur, ſuaq; dicta ex prophetis cõprobabant. Signum uero quod apparuerat ei dicebant trophæum eſſe uictoriæ aduerſus infernum, quã uictoriã aſcendens in cœlos egit Chriſtus, crucifixus & mortuus, & tertia die reſurgens: ſecundũ quod ſperandũ eſſe dixerũt, quia poſt huius uitæ terminum circa finem ſeculi præſentis, omnes homines reſurgẽt & immortales exiſtent: alij quidem ad præmia rerum quibus bene uixerunt: alij ad ſupplicia, eo quod ab eis mala ſint geſta. Eſſe tamẽ etiam in delictis quæ committuntur hic, occaſionem ſalutis purificationemq; peccati: nõdum initiatis quidem baptiſmatis adeptionem, ſecundũ eccleſiaſticam legem: initiatis autem cuſtodiam ne delinquant. Sed quia hoc agere omnino paucorum ſanctorumq; uirorum eſt, docebant quoq; purificationem ſecũdam ex pœnitentia conſtitutam. clementem enim eſſe deum, & ueniam tribuere delinquentibus, ſi pœnitentiam agentes, ſtudeant eam operibus roborare. Hæc ſacerdotibus explanantibus, admiratus Imperator prophetias de Chriſto ita promiſſas, iuſsit uiros eruditos ex auro & lapidibus precioſis in uexillum crucis transformare ſignum, quod Labarum uocabatur. Hoc enim ſignum bellicum inter alia precioſius erat, eo quod Imperatorẽ præcederet, & adorari id à militibus moris eſſet. Vnde præcipue Conſtantinum reor nobiliſſimum decus imperij Romani in ſignum mutaſſe crucis, ut frequẽti uiſione B atq; cura deſueſcerent à priori more ſubiecti, & eum ſolum arbitrarẽt deum, quẽ coleret Imperator, uel quo duce atq; auxiliatore uteretur aduerſus hoſtes. Sẽper enim hoc ſignũ proponebatur ante ordines uniuerſos, quod maxime laborantibus aciebus in prælijs adeſſe præcipiebat. Cõſtituit itaq; certos ſigniferos, qui in eo laborarent: quorum opus erat, ut uicibus humeris idueherent, & omnes acies ita luſtrarent. Fertur enim quidã eo quod aliquando ferens hoc ſignũ, repente hoſtibus inuadẽtibus expauiſſet, dediſſe illud alteri deuehendũ: cumq; ſe de prælio ſubtraxiſſet, & iacula declinaſſet, ſubito percuſſus interijt, ille uero qui ſacrũ ſuſcepit trophęum, multis ſe iaculantibus permanſit illæſus. Mirabiliter enim diuina regente uirtute, ſagittæ hoſtium figebantur in ſigno, à ſignifero autẽ inter pericula protinus euolabant. Dicitur autẽ neq; alium unquã huius ſigni miniſtrũ, ut ſolet, in bello uulnere mortuum, aut cladem captiuitatis perpeſſum. SOCRATES.

Conſtantinus myſteria fidei edocetur — *Pœnitentia* — *Labarum* — *Signiferi*

Moluius pons

CONgreſſus ergo circa pontem Moluium uicit, in flumine necato Maxentio. Erat enim annus ſeptimus imperij Cõſtantini. Inter hæc Diocletianus Salonæ defunctus eſt. SOZOMENVS. Cap. VI

Criſpus Conſtantini F.

NOn autẽ ignoro quia Græci referunt Conſtantinũ, eo quod aliquos genere proximos occidiſſet, & cooperator extitiſſet in nece filij ſui Criſpi, pœnitentia ductum, de purificatione conſuluiſſe Philoſophum Sopatrum, qui tempore illo præerat in ſede Plotini, illumq; reſpondiſſe, nullam eſſe

A eſſe in huiuſmodi delictis purgationem. Conſtantinũ uero hac interdictione turbatum, inueniſſe epiſcopos qui pœnitentia ſeu baptiſmate promitterent eum ab uniuerſo poſſe purgari delicto: Tunc gauiſum in illis qui dixerant quod uolebat: admiratumq́ dogma, factum deinde Chriſtianum, & ad ſui ſimilitudinem deduxiſſe ſubiectos. Mihi autem uidentur hæc ficta ab eis, qui ſtudent religioni Chriſtianę detrahere. Criſpus etenim, propter quem dicunt Conſtantinũ eguiſſe purgatione, x x anno imperij paterni defunctus eſt. Qui cum adhuc uiueret, multas cum eo pro Chriſtianis poſuit leges, ſecundo quippe loco honoratus imperij & Cæſar exiſtens, ſicut etiam nunc principum nomina & tempora legibus ſubiecta teſtantur. Sopatrum uero non eſt credibile ad colloquium Conſtantini uenire potuiſſe, in ſola Oceani circa Rhenum parte regnantis: propter intentionem uero contra Maxentium habitam degebat in Italia. Tunc Romana reſpublica turbabatur, & non erat facile ut Brittanni & Galli cõuenirent cum illis tunc (apud quos cõſtat Chriſtiana religione Conſtantinum participatum) niſi dum contra Maxentium caſtrametaretur, & tranſiret ad Romam. Teſtes autem ſunt rurſus horum tempora, necnon & leges quas pro religione ſanxit. Vt autem concedamus facile potuiſſe principem loqui Sopatro, aut per epiſtolam ſuam conſuluiſſe pro quibus uellet, nõ eſt tamen ueriſimile ignoraſſe Philoſophum, quia Hercules Alcmenæ purgatus Athenis eſt poſt filij necem in Cereris ſacris: & quia poſt Iphiti necem, peregrinum & amicum iniuſte peremit. Cum igitur Græci in huiuſmodi delictis purgationes annuncient, ſufficiant quæ dicta ſunt, ut accuſent de mendacio eos, qui Sopatrũ contraria Conſtantino reſpondiſſe finxerunt. Non enim credo hæc ignoraſſe tunc nobiliſsimũ apud Græcos eruditione literarũ. Cap. VII

Conſtãtinus Cæſ. degebat in Gallia circa Rhenum

B

IGitur eccleſiæ ſub regimine Conſtantini alacriter agebant, & indies augebantur (fauente & unanime principe) multis eius beneficijs eleuatæ, quas etiam prius inconcuſſas dominus à periculis turbiſq́ ſeruauit. Nam cum perſecutiones diuerſas eccleſiæ in alio terrarum orbe paterentur, ſolus Conſtantius Conſtantini pater licenter Chriſtianis in ſua conſiſtere religione conceſsit. Deniq́ tale aliquod eum miraculum & memoria dignum egiſſe cognoui. Is enim probare uolens quoſdã in ſuo Palatio Chriſtianos, ſi boni & ſolidi eſſent uiri, euocans uniuerſos præcepit dicens, ut ſi quidem uenirent ad ſacrificandum, & eius colerent deos, circa eum eſſent, & in ſuo cingulo permanerent. Si uero refugerent, egrederentur de Palatio gratias agentesq́ minime punirent. Cumq́ in utroq́ appariuiſſent, alij quidem religionis deſertores, alij uero diuina præſentibus præponẽtes, deliberauit eis amicis & conſiliarijs uti, qui in melioribus fideles conſtantesq́ permanſerant. Alios autem uelut effœminatos auerſatus, expulit à ſuo colloquio, credens nunq́ eos circa principem deuotos fore, qui fuerint dei ſui ſic para-

Conſtantij cõſilium de explorãda Chriſtianorum conſtantia Cingulum militare

tiſsime proditores. Et ideo adhuc ſuperſtite Conſtantio nō uidebatur con‐ A
tra legem quempiam eſſe Chriſtianū, apud eos qui ultra Italiam Galliaſq́ꝫ & Brittanniam, & qui circa Pyrenæum habitabant montem uſq́ꝫ ad Oceanum Heſperium. Cum uero Conſtantinus in eius ſucceſsiſſet imperium, potiores eccleſiæ effloruerunt. Maxentio enim Herculij filio perempto, cū eius pars Conſtantino ceſsiſſet, iam licenter in religione uigebant, qui circa Tyberim fluuium & Eridanum (quem Padum prouinciales appellant) cōmorabantur, & qui circa Aquilem cōmanebant, in quem ſermo fertur aduectam nauigio Argo, & ad Tyrrhenum pelagus fuiſſe perductam. Argo nautæ enim uentum ualidum declinantes, non eodem nauigio in regreſsione ſunt uſi, ſed tranſeuntes mare quod ſuper Scythas eſt, per hæc flumina uenerunt ad terminos Italorum, & hic hyemantes, cōdiderunt ciuitatē quę nuncupatur Emona. Aeſtate uero ſuperueniente, cooperātibus eis prouincialibus ferè quadringenta ſtadia arte mechanica trahentes Argo per terram ad fluuium Aquilem deduxerunt, qui permiſcetur Eridano. Eridanus autem fauces habet in Italicum mare. Poſt prælīū itaq́ꝫ Cibalæ, Dardanij, & Macedones, & qui circa Hiſtrū tunc morabantur, necnon & Hellas & Illyriorum gens omnis ſub Conſtantinum redacta eſt.

Argonautæ

Cap. VIII

Licinius Cæſ. aduerſus Chriſtianos

PORrò Licinius hinc fugatus, cum prius ſectator fuiſſet dogmatis Chriſtiani, mutata uoluntate, plurimos ſacerdotū in ſuæ partis afflixit impe‐ B
rio, multos quidē & aliorū, præcipue tamē de collegio militari. Nimis enim Chriſtianis erat infenſus propter Conſtantini bellū, æſtimans eum poſſe contriſtari propter calamitatem ſuæ religionis. Simul etiā arbitratus, quia orarent & ſtuderent redigi ſub illius ſolius imperio. Super hæc autem pugnaturus denuo contra Conſtantinum, ſpem uictoris habebat per diuinationes & ſacrificia, & ſeductus ab aliquibus promittentibus quia bello uinceret Conſtantinū, in paganitatem conuerſus eſt. Deniq́ꝫ etiam Græci dicunt tunc eum expertum diuinationem apud Miletum Didymæi Apollinis, eiq́ꝫ cōſulenti de bello, reſpondiſſe dæmoniū per hos Homeri uerſus,

Ω γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί,
Σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει,
O ſenex, ualde te iuuenes pugnatores obſeruant,
Tuaq́ꝫ uita ſoluta eſt, ſæuaq́ꝫ te ſenectus excipiet.

Ex plurimis ergo rebus uiſum mihi eſt dogma Chriſtianorum diuina prouidentia conſtitiſſe, tantoq́ꝫ proceſsiſſe cremento, maximè tamen ex perſecutione Gentilium. Futuro nanq́ꝫ Licinio perſequi eccleſias in ſuo imperio conſtitutas, bellum in Bithynia factum eſt, quo nouiſsime pugnauerūt inter alterutros ipſe & Conſtantinus. Tantoq́ꝫ diuino ſuffragio adiutus eſt Conſtantinus, ut per terram & per mare uinceret inimicos: & amiſsis Licinius pedeſtribus & nauialibus, ſemetipſum in Nicomedia traderet, priuatuſq́ꝫ.

Licinius perimitur

A tusq́ Theſſalonicæ aliquanto tempore permaneret, ibiq́ perimeretur. Vir ergo primordiis imperii ſui, prælijs, aliisq́ rebus ualde prouectus, & ſororis Conſtātini nuptijs honoratus, huiuſmodi fine defunctus eſt. Ca. ix

CONſtantinus igitur cum ad eum ſolū omne Romanorū perueniſſet imperiū, edictis publicis uſus eſt, ut Orientales ſubiecti impauide religionem colerent Chriſti, & diligēter diuinitati miniſtrarent. Diuinitatem quippe ſolam eam crederent, quæ & reuera eſſet, & ſufficienter haberet omni tempore poteſtatem: & quoniam qui talibus ſtuderent, omnia bona uberrime eis accederent: & quæcunq́ aduerſa putarent, cū meliori potius ſpe fruerentur: qui uero circa deum delinquerent, cōmuniter & ſeorſum in bellis & in pace, omnia eis difficilia prouenirent. Gratiasq́ referens nō ſibimet arrogans, adiecit in eam legem dicens: quia miniſtrū oportunum eum habere dignatus fuerit deus ſui conſilij, & à Britannico mari uſq́ ad loca orientis adduxerit eum, quatenus augeretur Chriſtiana religio, & qui propter dei culturā durabiliter permanſerunt in cōfeſsionibus martyrij, clariores eius honoribus apparerent. Hæc igitur concionatus, & alia multa dicens, per quæ credebat ſubiectos ad cultū religionis adducere, infirma eſſe ſanciuit, quæ contra religionem fuerant cogitata uel geſta ſub perſequutoribus eccleſiarū, remiſsionemq́ cunctos habere decreuit, qui propter confeſ-

Commendat Conſtātinus religionem Chriſtianam

B ſionem Chriſti migrare in inſulas, aut alibi præter uoluntatem propriam cōmorari iuſsi ſunt, aut in metallis affigi, aut publicis operibus, aut mulieribus, aut lanificis miniſtrate, aut dari curijs, quū curiales primitus non fuiſſent. Eos autem quos infames illi fecerāt, ab infamia relaxauit. Militia uero priuatos, in ſua uoluntate reliquit, utrum eſſe in ſchemate quo fuerant, an certe cum honorabili quiete liberam uellent habere uacationem. Cumq́ omnes ad priorem libertatem & conſuetos honores reuocaſſet, etiam ſubſtantias reformauit uniuerſis. Si qui uero morte damnati, ſubſtantia quoq́ nudati ſunt, præcepit proximis generi eorū deferendas hæreditates: nullo autem horum exiſtente, unamquamq́ prouincialem eccleſiā ad ius hæreditatis accedere: & ſiue apud priuatum ſiue apud publicum de tali ſubſtantia eſſet aliquid, reſtitueret. Eis autem qui ex ærario publico aliquid comparauerant, aut donationes acceperāt: ſecundum poſsibilem decentemq́ modum ſe prouidere promiſit. Hæc igitur, ſicuti dictum eſt, imperatori placuerunt, & lege firmata ſunt, inſigniterq́ omnia decēti fine cōpleta. Chriſtiani uero tunc omnes Romanorū dignitates adminiſtrabant: & de cætero cunctis ſacrificare negabatur, immolationibusq́ aut diuinationibus non erat locus. Sed nec idola dedicare, aut celebritates paganas agere iam licebat. Plura uero etiam per ciuitates gentium, de antiqua conſuetudine mutabantur. Ab illo deniq́ tempore apud Aegyptios nequaquā ſecundum priores ſolennitates in paganorū templa Cubitus, ſed in eccleſias magis offertur, quo

Exulantes Chriſtiani reuocantur

Chriſtiani honorificentiſsime habentur

Cubitus

quo ſignificatur crementum aquæ Niliacæ. Apud Romanos autem tunc A
primum gladiatorum ſpectacula ſunt remota. Apud Phœnices uero, qui
in Libano uel Heliopoli commorantur, phas ulterius non fuit uirgines for
nicari, antequam legitimis iungerentur uiris, nempe poſt turpitudinem
Templa Chriſtianorum experimenti primi nephandæ permixtionis. Sanctę uero domus, quę qui/
dem magnitudinem uidebantur habere ſufficientem, corrigebantur. Aliæ
uero cremento altitudinis & latitudinis augebantur. Alibi autem quum
non eſſent à fundamentis ædificatæ fulgebant. Pecunias uero ex regijs the
ſauris Imperator affluentius impendebat, ſcribens per ſingulas ciuitates
epiſcopis atq; præſidibus populorum, ut ſacerdotes ſicuti uellent iuberent,
iſti autem iubentibus obedirent, quatenus citò perficeretur opus. Lætanti
ſiquidem eius imperio, etiam religio ualde florebat. & in tantum etiam poſt
bellum contra Licinium geſtum feliciſsimus fuit in prælijs aduerſus alieni/
Sarmatæ genas præparatis, ut etiam Sarmatas uinceret, & qui uocantur Gothi, tunc
Gothi nouiſsime cauſa gratiæ apud eum fœdera celebrarent. Hæc autem gens
habitabat quidem tunc trans flumen Hiſtrum. Cumq; eſſet in bellis pro/
na, & multitudine atq; magnitudine corporum armis ſemper exercitata,
alijs quidem barbaris præualebat, ſolos autem Romanos habebat ſibimet
repugnantes. Fertur enim etiam & hoc prælio demonſtratum Conſtanti/
no per ſigna uel ſomnia, quanta dei prouidentia regeretur. Qui cum ſupe/ B
raſſet omnia bella quæ ſub eo ſunt geſta, ueluti repenſans Chriſto, in eius
religionis ſtudio magis magiſq; feruebat, hanc ſolam ueram fatendam, &
ſalutarem exiſtimare ſubiectos iubens. Ex terra uero ſubdita ſibi, ex una/
quaq; ciuitate detrahens publico, certum uectigal eccleſiis prouincialibus
clerocq; diſtribuit, & donationem ualidam in perpetuũ eſſe ſanciuit. Aſſue/
ſcens autem milites, ut, ſicut ipſe, deum colerent, ſigno crucis eorum arma ſi/
gnabat. In regalibus quoq; oratorium fabricatus, etiam tabernaculum ad
inſtar eccleſiæ circumferebat, dum aduerſus hoſtes caſtrametaretur, quate/
nus nec in itinere degens uel ipſe uel exercitus ſacro lumine priuarẽtur, quo
deceret laudari deum & orationes offerri. Sequebantur autem pariter ſacer
dotes & diaconi tabernaculo ſeruientes, qui ſecundum legem eccleſiaſticàm
ſacrorum ordines adimplebant. Ex illo autẽ, Romanorum cohortes, quæ
Numeri nunc Numeri nuncupantur, ſingulæ fecerunt tabernaculum proprium: &
Dies dominicus ſacerdotes atq; diaconos diſtributos habebãt. Die uero qui dominicus uo
catur, quem Hebræi primũ uocant, Græci autẽ Soli diſtribuũt, & qui ante
ſeptimũ eſt, ſanciuit à iudicijs alijſq; cauſis uniuerſos habere uacationem,
& in eo tantum orationibus occupari. Honorabat autem dominicũ diem,
Dies Veneris quia in eo Chriſtus reſurrexit à mortuis: aliũ uero, quia in eo fuerat crucifi/
xus. Maximam nanq; culturã ſacratiſsimę crucis habebat, tam pro ijs quę
ei proſpere prouenerant eius auxilio, in prælijs contra aduerſarios inſtitu/
tis, quàm

A tis, quàm pro indicio quod ei diuinitus pro ea uidebatur oſtēſum. Denique ſupplicium crucis quod primitus apud Romanos erat in uſu, lege prohibuit. In figurationibus autem Solidorum & in imaginibus, hoc ſignum iuſsit inſcribi ſemper & figurari:ut teſtantur hactenus eius imagines hoc ſchemate decoratæ. In omnibus ſiquidem rebus, præcipue tamen in legiſlationibus ſtudebat placare diuinitatē. Apparet enim luxurioſas & ualde fatuas permixtiones ante eum non prohibitas, tūc fuiſſe correctas, ſicut ex ipſis quas poſuit legibus inuenitur. Sed nunc quæ ad honorē & ſtatum religionis ab eo ſancita ſunt, pandere neceſſarium eſt, cum partes eſſe eccleſiaſticæ uideantur hiſtoriæ. Apud Romanos dudum fuit lex, à xxv. anno non habentes uxores prohibēs à priuilegijs habentiū coniuges, ſed & alia multa iubens ut nihil teſtamento lucrarentur, licet generis proximitate cōſiſterent: qui uero filios non habuiſſent, medietatem relictorū ſibimet amittebant. Poſuerunt autem has leges antiqui, uolentes Romā eſſe populoſam, omnemque ſubiectam terram, & quia non multum ante has leges plurimos in ciuilibus bellis amiſerant. Videns igitur Imperator idcirco male tractari eos, qui propter deum uirginitati & ſine liberis eſſe ſtudebant, fatuum iudicauit diligentia & ſtudio hominum uideri eorū augeri genus, cum natura ſemper ſuperna diſtributione diminutionem ſuſcipiat & augmentū. Et legem populo propoſuit uniuerſo, quatenus æqualibus priuilegijs fruerentur, qui ſine coniugibus & liberis erant, quibus illi qui hæc ſe habere gaudebant. Sed etiam amplius habere ſanciuit eos, qui in continentiæ uirginitate degebāt, licentiam eis præbens maſculis fœminiſque licet ætate minoribus, teſtamentum facere contra cōmunem legem. Omnes enim bene cogitare iudicauit, quorum opus eſſet deum placare ſemper, & philoſophiæ ueraci uacare. Huius enim rei cauſa & antiqui Romanorum licenter teſtari uirgines Veſtales etiam ſexto ætatis curriculo decreuerunt. Indicium itaque maximum reuerentię pij principis circa religionem fuit, quia ubique adminiſtrantium ſententias imperfectas eſſe uoluit, & ad epiſcopos per appellationem refugiendum eſſe ſanciuit, ſi qui uellent ciuiles iudices refutare: firmam uero illorum iudicans ſententiam potioremque iudicum aliorum, & tanquam ab Imperatore prolatam, ab omnibus obſeruandam, & incōuertibiles eſſe terminos ſynodales. Illud quoque nos relinquere dignum non eſt, quod pro utilitate ſancitum eſt eorum qui in eccleſiis manumittuntur. Cum propter ſubtilitatem legum etiā inuiti poſſeſſores difficultatem paterentur circa dationem melioris libertatis, quam ciuilitatem Romanam uocant, tres poſuit leges, decernens omnes in eccleſiis manumiſſos ſub teſtimonio ſacerdotū, per hanc piam adinuentionem Romana ciuilitate frui: cuius iudicium præſens etiam tempus ſeruat. Nam moris erat de libertate leges ſcriptas in manumiſsionibus anteponi. Conſtantinus igitur hæc ſanè ſtudens in omnibus honorare

Suppliciū crucis ſublatum.
Symbolū crucis in nummis.
Venus illicita
Mulcta cœlibatus remiſſa
Cœlibibus licet condere teſtamentum
Ad epiſcopos prouocare permiſit
Libertas ſub teſtimonio ſacerdotum conferebatur

honorare religionem. Erat quippe & per ſemetipſam glorioſa ptopter uirtutem plurimorum tunc in ea pollentium. A

Cap. x

Osius, Amphion, Maximus, Paphnutius

ITaq; perſecutionibus iam ceſſantibus adhuc multi confeſſorum ſuperſtites, eccleſias ornabant, ut fuit Oſius Cordubæ pontifex, & Amphion Epiphaniæ Ciliciæ, & Maximus qui poſt Macarium Hieroſolymorũ tenuit Præſulatum, & Paphnutius Aegyptius, per quem aiunt plurima miracula operatũ deum, dæmonesq; ſubieciſſe, uariarumq; paſsionum condonaſſe ei ſanitates. Fuerunt autem Paphnutius & Maximus ex illis confeſſoribus quos Maximianus Imperator in metallis opera exercere damnauit, oculos eorum dextros euellens, & ſiniſtras ſuras incidens. Secundum eos

Spiridion

autem fuiſſe percepimus Spiridionem Tremithuntis Cypriorum epiſcopum, ad cuius uirtutem demonſtrandã ſufficere puto, quæ hactenus de eo ſeruatur opinio. Quanta per eum diuino præſidio geſta ſint, plura quidem nouere prouinciales, ego autem quæ ad nos ualuerunt peruenite non tacebo. Fuit enim iſte ruſticus habens uxorem & filios, ſed non propterea in rebus diuinis minor. Aiunt autem aliquando per noctem ueniſſe malignos uiros ad caulas ouium eius, & cum rapere niterentur, ſubito uinctos nullo ligante fures. Tũc illum die facta uenientem inueniſſe ligatos eos, & ſoluiſſe quidẽ ab inuiſibilibus uinculis, culpaſſe tamen & dixiſſe: Cur fratres dum licuiſſet quæ deſiderabatis accipere, elegiſtis potius ea rapere, & noctẽ ducere iugiter infelicem? Tum miſeratus eorũ, magis autẽ ad meliora eos erudiens, ait: Abite hinc, ſumentes arietem: laboraſtis quippe uigilijs, & decet uos ſine querimonijs recedere ab ouibus meis. Quod quidẽ quilibet iuſte poterit admirari. Nihilominus etiam illud mirandum. Apud filiã eius uirginem Irenem nomine quidam notus eius ſpeciem aliquã depoſuerat: quæ ſumens depoſitum, ſub terra recondidit, ubi caute credidit cuſtodiri. Contigit interea mori puellam nihil confeſſam patri. Venit homo depoſitũ repetens, ignotante Spiridione quid loqueretur. Cumq; in tota domo requiſiſſet, nec inueniret, flebat, capilloſq; uellebat, & morti uicinus eſſe uidebatur ille qui depoſuerat. Hæc Spiridion fieri uidens, & curſim ueniens ad ſepulchrum, uocauit nomine puellã. Qua reſpondente, de cauſa depoſiti requiſiuit. Et dũ ab ea didiciſſet, reuerſus & inueniẽs ubi puella ſignificauerat, reddidit homini quod petebat. Quoniamquidẽ ad hunc ueni ſermonem, non eſt incongruũ etiã iſtud adijcere. Mos erat Spiridioni iſti ex fructibus qui naſcebantur ei, alios quidem pauperibus erogare, alios autẽ gratis mutuari uolentibus. Sed neq; per ſe dabat, neq; per ſe recipiebat, ſed ſolũ cubiculũ demonſtrabat, inuitans petentes, ut quantũ opus haberent tollerent, & denuo reuocarent quantũ ſe nouerant abſtuliſſe. Quidam uero dum mutuũ percepiſſet, reuerſus eſt poſt aliquantum quod tulerat redditurus. Quem dum ſecundum conſuetudinem iuſsiſſet reponere in cubiculo quod fuerat

exinde

A exinde mutuatus,ad iniuſtitiã ille conuerſus & credens latere Spiridionem non reddidit quod debebat,ſed auferens debitum quaſi reddidiſſet abſceſſit. Quod tamen longo tempore nõ erat ignorandum. Poſt certum nanq; tempus uenit,rurſum petens ab eo mutuum. At ille miſit eum ad horreum, data poteſtate ut ipſe ſibi metiretur quantũ opus haberet. Vacuũ uero eundem locum inueniens, & hoc oculata fide cognoſcẽs Spiridioni nunciauit. Ille reſpondit ei: Mirum eſt ô homo quod loqueris. Quomodo tibi ſoli uiſum eſt horreũ neceſſarijs defeciſſe? Sed cõſidera potius apud temetipſum ne fortè mutuatus alia uice quod debueras primitus non ſolueris, Si enim hoc non eſt,indubitanter non priuaberis quibus eges,ſed rurſum accedens inuenies. Sic igitur ille captus,quod ei deliquerat indicauit. Dignum eſt igitur huius ſacratiſsimi uiri mirari puritatem, & eccleſiaſtici ordinis ualde cuſtodiam. Dicitur itaq; quodam tempore pro aliqua utilitate in unum Cyprios epiſcopos conueniſſe,& inter eos fuiſſe hũc Spiridionem,& Triphylium Ledrenſem epiſcopum,uirum eloquio & ſapientia,necnon Beryto legibus eruditum. Cum itaq; collecta celebraretur, iniunctum eſt Triphylio ut faceret ſermonem in populo. Cumq; ille locus ueniſſet ad medium, tolle lectum tuum & ambula, cubile dixit pro lecto mutans nomen. Spiridion autem indignatus in eum,& exiliens de cathedra ſacerdotali: Tu melior es,inquit,eo qui lectum dixit,quia eius uerbis uti confunderis? Hoc aũt B fecit populo conſpiciente,mediocritatem docens eum qui eloquij ſupercilio prætumebat. Erat enim idoneus ad pudorẽ incutiendũ: cum eſſet uenerandus & operibus glorioſus,ſimulq; ſenex æuo atq; ſacerdotis officio. Qualis autem circa peregrinorum ſuſceptiones fuerit, hinc apparet. Inſtante iam quadrageſima,quidam ex itinere uenit ad eum,quibus diebus conſueuerat cum ſuis cõtinuare ieiunia,& die certo comedere, medios dies ſine cibo conſiſtens. Videns itaq; peregrinum ualde defectum: Perge (inquit ſuæ filiæ) laua peregrini pedes,& cibos appone. Cumq; uirgo dixiſſet, nec panẽ eſſe nec ἀλφιτα (quarum rerum ſolebat nihil habere reconditum propter ieiunium) orans primum ueniamq; petens, filiæ iuſsit ut porcinas carnes quas domi ſalitas habebat, coqueret. Quibus coctis, ſedens cũ peregrino poſitis carnibus comedebat,& rogabat ut unà cum eo ederet peregrinus. Quo refutante,Chriſtianumq; ſe profitente: Propterea magis,inquit,refutare nõ debes. Omnia enim munda mundis,ſicut ſermo diuinus edocuit. Hæc quidem de Spiridione dicta ſufficiant.

Tripbyllius

Collectam uocat cõuentum Chriſtianorũ

Spiridion comedit carnes procinas in quadrageſima

Hoc eſt, farinas

Chriſtiani hominis libertas

Cap. XI

PRæcipue uero inſignisſimã eccleſiam demonſtrauerunt, & dogma dilatauerunt uitæ uirtutibus, qui conuerſatione monachica illo tempore fruebantur. Vtiliſsima nanq; res ad homines uenit à deo iſta philoſophia, quæ multarum doctrinarum & dialecticę artis ſtudia deſpicit,tanquam ſit minuta & melioris operis tempus impediat, atq; ad rectè uiuendum nihil

Monachorũ, hoc eſt, eremitarum philoſophia

oſtendat. Hæc ergo philoſophia cõuerſatione miranda, naturali ſimplicicꝙ prudentia docet omnino quæ nequitiam perimant, & operētur utilia. Non enim prædicat uirtutem, ſed magis exercet, nihili pendens humanam gloriam, uiriliterꝙ reſiſtens paſsionibus animæ, & neꝙ naturæ neceſsitatibus ſe ſubdit, nec corporis infirmitati ſuccũbit. Diuinæ uirtutis mentem habẽs, ſemper contemplatur omnium creatorem, & eum nocte dieꝙ colens, orationibus & litanijs placat indubitanter. Animæ uero puritate & bonorum actuũ conuerſatione ad miniſteria ſe diuina cõponens, purgationes aſperſionesꝙ contemnens, ſolas uero pollutiones peccata putans, extrinſecus irruentes caſus exuperat, & omniũ abſolute huiuſmodi dominatur. Nõ per ſtabilitatem neceſsitatemꝙ uitæ qualibet uoluntate mutatur: non mala patiens ulciſcitur: non languore aut indigentia neceſſariorum cõpreſſa mordetur, ſed potius gloriatur in talibus. Patientiã, manſuetudinẽ, mediocritatẽ, in omni uita meditatur, & quantum naturæ humanæ poſſibile eſt, deo eſſe uicinum: ueluti in tranſitu utens præſentibus, neꝙ circa poſſeſſionem rerũ occupata conſtringitur, neꝙ ultra quàm opus eſt in præſenti prouidere forſan urgetur. Semper autem ſimplicitatem & exercitium huius inſtructionis laudans, beatitudinem contemplatur æternam & ad felicem terminũ omni uiuacitate feſtinat. Timore diuino ſine intermiſſione ſuſpirans, turpiloquia reſpuens, & nec uſꝙ ad uocem emittere patiẽs, quorũ actiones ſuis actibus noſcitur exoluere. In breui cõprehendens neceſſaria naturæ, & cogens corpus mediocribus indigere, caſtitati luxuriã ſubdit: iuſtitia punit iniuſtitiam, & ueritate mendaciũ. Diſciplina rerum omniũ menſuras participatur: cum proximis in unanimitate & cõmunione conſiſtit: amicorũ prouida eſt atꝙ peregrinorum: quæ propria ſunt, cõmunia facit egentiũ, & tuetur utilia ſingulorum: neꝙ gaudentibus importuna, & tribulatis remedium conſolationis apponens. Ad uerum bonum diligentiam ſuã ſemper extendens, ſermonibus caſtis ſapientibusꝙ conſilijs, ornatu ac uano eloquio remotis, erudiens, atꝙ curãs ueluti quibuſdam medicaminibus audientes, cum honore & reuerentia diſpoſitiones ſuas celebrans, contentione, certaminibus, iraꝙ priuata. Nam cum ſit rationalis, omnem motum irrationalem fugit, generaliter paſsiones corporis deuincit & animæ. Huius itaꝙ elegantiſſimę philoſophiæ princeps quidem fuit, ſicuti quidam dicunt, Helias propheta, & Baptiſta Ioannes. Philo autẽ Pyrhagoricus ſuis temporibus refert undiꝙ egregios Hebræorum in quodam prædio circa ſtagnum Mariam in colle poſito philoſophatos. Habitaculum uero eorum & cibos & conuerſationem talem introducit, qualem & nos nunc apud Aegyptiorum monachos eſſe conſpicimus. Scribit enim, inchoantes eos ad philoſophiam, cedere omnibus ſibi cõpetentibus rebus, cunctiſꝙ abrenunciare permixtionibus, & extra muros in ſolitarijs agris & hortis inhabitare. Domos autem eis eſſe ſacraria

Officium monachorum (margin, beside "occupata conſtringitur")

Philo Hebreus (margin, beside "Baptiſta Ioannes")

A ſacraria,quæ apud nos monaſteria nuncupantur:& in eis conuerſatione ſolitaria honeſta celebrare myſteria, diligenterq́ pſalmis & hymnis placare diuinitatem: & ante ſolis occaſum non guſtare cibum, alios autem per tres dies & amplius: certisq́ diebus in pauimento habere cubilia, uino ſemper & ſanguinem habentibus abſtinere, cibum eis eſſe panis, & ſalis, & hyſſopi,& potum aquæ: Mulieres eis cohabitare,ſeniores uirgines propter amorem philoſophię ſpontanea uoluntate nuptijs abſtinentes. Et Philo quidem hoc modo referēs,uidetur aperire, quia hi qui ex Hebræis ſecundum eum Chriſtiani ſunt facti,adhuc Iudaice uiuerent, eorumq́ conſtitutiones ſeruarent. Apud alios enim non inuenitur huius uitæ cōuerſatio. Vnde conijcio ex illo apud Aegyptios hanc philoſophiam habuiſſe principia. Alij uero dicunt huic cauſam fuiſſe conuerſationi perſequutiones, quæ religionis cauſa per tempora prouenerunt. Et quoniam fugientes in montibus & uallibus deſertisq́ morabantur,ad modum ſe uitæ huius aſſueuerunt. Sed ſiue Aegyptij ſiue alij quidam huic ab initio philoſophiæ prȩfuerunt,illud tamen apud omnes conſtat, quia ad ſummam reuerentiam atq; perfectionem,moribus exercitationibusq́ decentibus,hanc cōuerſationem uſq; perduxit ANTONIVS maximus monachorum,quem tunc in deſertis Aegypti morantē propter gloriā uirtutis eius, Imperator CONSTANTINVS

Cauſa ſeceſſus

Antonius monachus

B amicum fecerat,literis honorabat,& ut pro quibus uellet ei reſcriberet expectebat. Fuit autem iſte uir Aegyptius genere, ortus inſigni uico in loco Heracliæ apud Aegyptios conſtituto. Is puer relictus orphanus, paternos donauit agros conuicaneis ſuis: aliam uero ſubſtantiam diſponens, precium pauperibus erogauit,ſtudioſi exiſtimans philoſophi,non ſolū ſemetipſum ſpoliare pecunijs,ſed eas diſpenſare proficue. Iunctus autē ſtudioſis ſecundum ſe uiris,uirtutes zelabatur uniuerſorum,probans bonā uitam ſuauem fieri ipſa conſuetudine,licet fuerit primo difficilis. Modos adinueniebat abſtinentiæ potioris,& quotidie exercitatione creſcebat. Tanquam ſemper incipiens aliquid innouabat, afflictionibus corporis puniendo libidinem, ſacræ uero ſapientiæ uoluntate paſsionibus animæ repugnando. Erat enim eius eſca ſolus panis & ſal,potus aqua,prandijq́ tempus ſolis occaſus. Frequenter enim duos & amplius dies ſine cibo manebat. Vigilabat (ut ita dicatur) ſemper quidem iugi nocte,& orationibus cōtingebat quidem diem: ſi uero ſomnus incumberet, ſtando paululum dormiebat, plerunq; pauimento iacens, ſolamq́ terram ſtratū refectionis habens: olei ſiquidem unctionem,lauacrorū atq; ſimilium uſum modis omnibus euitabat, quia humectatione ſua in molliciem robur corporis immutarent. Aiunt enim neq; nudum eum aliquando uiſum. Literas uero neq; ſciebat, neq; mirabatur, ſed potius mentem bonam tanquā antiquiorem literis: quarum tamen inuentorem iure laudabat. Fuit autē præcipue clementiſsimus, caſtus, fortis,

gratus colloquentibus,ſine ulla triſtitia. Et licet qui cũ illo diſputarent,certa/ A
tiue quæſtiones inferrent,tamen more ſolito ſapiẽter & diſciplinabiliter cre
ſcentem ſedabat ſæpe contentionem,& ad menſurã debitã protinus tranſ/
ferebat: loquentiumq́ ſibi ſtrepitum temperabat, eorumq́ mores ueluti
quadam regula componebat. Tantis itaq́ uirtutibus diuinæ prouidentiæ
redundans,ſe futura præſcire nõ æſtimabat eſſe uirtutem: & propterea nec
laborandum inaniter circa talia ſuadebat, quando nec ignorantem futura
pœnæ ſuccumbere, nec ſcientem propterea ſanctum eſſe declarabat. Verã
nanq́ beatitudinẽ,in cultura dei & legum eius obſeruatione dicebat. Si cui
autem hæc eſſet cura,docebat ut purgaret animam quo poſſet inſpicere, &
futurorũ notitiam poſſidere,deo uidelicet præſcientiam declarante. Vacare
autem nec ipſe patiebatur, & bene uicturũ ſemper operari præcipiebat: ac
ſemetipſum diſcutere, & ſecum ponere rationem eorum quæ geſſit die no/
ctuq́: ſi quid autem indecens ageret, conſcriberet, ut de cætero parceret in
delicto,ſemetipſum ſcilicet erubeſcens,ſi plurima ſui delicta comperiſſet: ſi/
mul etiam metuens, ne per conſcriptionis indicium fieret alijs manifeſtus.
Erat enim laborioſus & maxime pro ſolatijs oppreſſorũ. Quis etenim al/
ter ſic feruentiſsime fuit ſtudioſus,quorũ gratia ſæpe ueniebat ad ciuitates?
Plurimi nanq́ ui compellente cogebãt eum legatione fungi apud Iudices
& magiſtratus, quorum ſinguli uel uidere cum iudicabãt nimis egregium, B
loquentem audire & præcipienti parere glorioſum. Qui cum talis eſſet, ſtu
debat tamen ignorari & latere per eremum. Si uero neceſsitate faciente ue/
niſſet in ciuitatem, depoſito negocio pro quo uenerat,ad deſertum cõtinuo
reuertebatur. Piſces nanq́ dicebat per humectam nutriri ſubſtantiã, Mo/
nachis autem ornatum ferre ſolitariam uitam. Et ſicut illi terræ tactu tabe/
ſiunt, ſic gloria monachorũ ad urbes accedendo fœdaẽ. Obedientem ue/
ro ſe gratumq́ conſpicientibus exhibebat. Studebatq́ ut neq́ haberet tu/
mentem ſuperbamq́ naturam, nec putaretur eiuſmodi. Sed hæc quidem
pauca uirtutum Antonij dicere ſum compulſus, ut tanti uiri per hæc exem/
pla conſideremus philoſophiam. Plurimos autem atq́ probatiſsimos ha/
buit auditores,quorum alij quidem in Aegypto & Libya,alij uero in Palæ
ſtina & Syria & Arabia claruerunt, & unuſquiſq́ eorum non minus ſe q́
doctor,apud quos eſt cõmoratus,exercuit, multoſq́ docuit, & ad ſimilem
uirtutem philoſophiamq́ perduxit: ita ut quorundam hic labor eſſet cir/
cumire per ciuitates & prouincias, uel per agros, & diligenter Antonij diſci
pulos eorumq́ requirere ſucceſſores. Sed quomodo poterant inueniri fa/
cile,quibus erat ſtudium diligentiſsimũ ſua uita latere, & non ſicut plurimi
nunc hominũ elati per gloriã,ſemetipſos expompant & cunctis inſinuant?
Fuerunt itaq́ probatiſsimi diſcipuli, quos percepimus Antonij, alij qui/
dem multi,necnon & Paulus appellatione Simplex. Hunc aiunt cum ruſti
cus eſſet

A cus eſſet, bona ſpecie coniugem habuiſſe, & ea in ipſo facinore adulterij de- *Paulus ſimplex*
prehenſa, tacite ſubriſiſſe, & iure iurando firmaſſe nunquam ſe cum ea eſſe
miſcendum. Tum ad adulterum: Habe inquit, eam. Et repente diſceſsit ad
eremum ad Antoniũ. Dicunt enim eum manſuetiſsimũ & patientẽ ualde
fuiſſe. Deniqꝫ cum iam ſenex eſſet & ad uitam monachicæ perdurationis
inſuetus, omnibus eum Antonius experimentis exercens, in nullo inuenit
inferiorem, perfectæqꝫ eũ philoſophiæ eſſe teſtatus, ſeorſum præcepit ha-
bitare, tanq̃ non egentem doctore. Confirmabat autẽ deus Antonij teſti
monium & operibus oſtendebat uirum eſſe glorioſum, ipſoqꝫ doctore ſu-
periorem, atqꝫ ad affligendos & expellendos dæmones præparatũ. Circa
hoc itaqꝫ tẽpus philoſophabatur & Amos Aegyptius, de quo ſermo fert, *Amonius Ae-*
quia cogentibus parentibus duxiſſet uxorem, nec tamen eam fuiſſet exper- *gyptius*
tus. In principio nanqꝫ nuptiarũ ſponſam tanq̃ ſponſus in thalamo perci-
piens, & ſolus cum ea remanẽs, ait: Nuptiæ quidem (ó mulier) noſtræ uſqꝫ
ad hoc celebratæ ſunt tẽpus. Et quale bonũ ſit poſſe uirginem permanere,
ex ſacris edocebat literis, ac ſeorſum ſolus manere tentabat. Sed quoniã de
uirginitate quidem ſermones uirgo laudauerat, diuidi autem ab eo graue iu
dicabat, in alio cubiculo dormiẽs annis decem & octo cum ea manſit, neqꝫ
tunc à monachica abſtinentia ſe ſuſpendẽs. Interea mulier uiri zelata uirtu-
B tem, æſtimauit non eſſe iuſtum tantum uirum domi cælari propter ſe, ſed
oportere potius ſeorſum utrunqꝫ philoſophari, & ob hoc ſupplicauit uiro.
At ille gratias agens deo pro huiuſmodi cogitatione mulieris: Tu quidem,
inquit, hãc habe domũ, ego mihi aliam fabricabo. Et in meridianã partem
deſerti ſtagni Mariæ ueniens circa locum Scyti ad montem qui dicitur Ni-
triæ, duobus & uiginti annis ibi philoſophatus eſt, annis ſingulis uiſitãs ſe-
cundo mulierem. Huius itaqꝫ ſacratiſsimi principis horũ monaſteriorum,
multi fuerunt digniqꝫ diſcipuli, ſicut ſucceſsiones oſtendunt: plurimaqꝫ &
uenerãda per eum prouenerũt, quæ pręcipue apud Aegyptios monachos
perfecteqꝫ ſeruãtur. Nam cum maxima diligentia per ſucceſsionẽ traditio-
nis alterutræ curant uirtutes antiquorũ memorię tradere monachorũ: ſed à
me illi memorandi ſunt, qui ad nos uſqꝫ peruenerunt. Contigit igitur huic
uiro & Theodoro eius diſcipulo euntibus aliquod tranſire flumen quod di *Theodorus*
cunt Lycum. Ne uero alteruter ſe nudum uideret, iuſsit Amos ut recederet
Theodorus. Cumqꝫ etiã ſemetipſum erubeſceret nudum intueri, repente *Nota mirum.*
diuina uirtute translatus eſt ad ulteriorem ripã. Tranſiẽs uero Theodorus
aquã, & uidens nec ueſtem eius nec pedes infuſos, ſupplicabat ſeni ut ei cau-
ſam rei depromeret. Cumqꝫ ille dicere refutaret, ille uero non aliter ſe pro-
peraturũ niſi cognoſceret, promittente Theodoro nulli ſe eo uiuo rem fore
dicturũ, confeſſus eſt quod euenit. Proximũ uero miraculũ huic quoqꝫ rei
contigit quod narrabo. Iniuſti parentes alicuius à cane rabido percuſſum fi

B 3 lium

lium & penè moriturũ obtulerunt ei,& eiulanter deprecabanť ut curaretur. A
Tum ille ad eos: Non eget, inquit, mea curatione, ſed uos ſi uultis reddere bouem quẽ rapuiſtis dominis ſuis,ægrotus repente ſanabiť, quod etiã contigit. Nam ut reſtitutus eſt bos, paſsio mox receſsit à puero. Quando autẽ Amos iſte moriebatur, dicitur Antoniũ uidiſſe animã eius in cœlum ferri diuinis poteſtatibus cum pſalmodia præcedentibus eã: conſulentibusq́ eis qui circa eũ erant,cauſam huius miraculi non abſcondit. Sciebãt enim quoniam aerem intento obtutu reſpiciens,cum ſtupore miraculi cuiuſpiã reſpiceret uiſionem. Cumq́ uenientes poſtea quidam de Scyti nũciaſſent horã uiſionis Antonij,& cõueniſſet cũ tranſitu illius uiri, beatificauerunt ambos: illum quidem, quia ad manifeſta bona tranſiſſet: illum uero,quia tantam à longe meruiſſet cernere uiſionem. Multorũ enim dierum iter eſt locorũ medio poſitorum,quo degebat alteruter. Et hæc quidem ita relata ſunt. In hoc itaq́ præſulatu audiui probatiſsime philoſophatũ Eutychianũ, qui in Bithynia circa Olympũ morabať. Erat quippe gratia diuina repletus,ad curationes paſsionũ & miracula rerum & operũ, ita ut ipſi Cõſtantino propter uirtutem uitæ amicus eſſet. Illo ſiquidem tempore uinctus quidã ſpatarius, qui in ſuſpitionẽ uenerat quaſi aſſumpta tyrannide,fugit, & requiſitus circa Olympum cõprehenſus eſt. Rogantibus aũt neceſſarijs eius Eutychianũ, ut pro eo ad principem legatione fungereť: Prius, inquit, prouidendũ eſt, B ut is homo liberetur à uinculis, ne crudeliter cõſtrictus intereat. Tũc dicitur ad uinculorũ direxiſſe cuſtodes,rogans ut eum ab huiuſmodi neceſsitate releuarẽt. Qui cum hoc facere noluiſſent,ſponte ianuæ clauſæ reſeratæ, & uincti catenæ ſunt repente diſruptæ. Poſtea uero ad principem ueniẽs Byzantio tunc agentẽ,paratiſsime beneficiũ promeruit quod popoſcit. Non enim poterat Conſtantinus eius petitionibus denegare, cum ei ſummi honoris cumulũ exhiberet. Hæc itaq́ breuiter à nobis dicta de monachis qui tunc clare ſunt philoſophati,ſufficiãt. Cui uero de his ſubtilior cura fuerit, quærens inueniet plurimorũ uitas hic non eſſe conſcriptas. Cap. XII

Eutychianus

Monachi eremitæ

ET licet ita per omnia floreret eccleſia,non tamen pertulit inimicus, eleuatam ſimul atq́ ſplendentem ualde reſpiciẽs,ſed maleuola cœpit mouere conſilia, contendens gubernatam à domino & uniuerſorum creatore ſubmergere. Videbat itaq́ Paganorum errorem fuiſſe nudatum, captaq́ uaria dæmonum machinamenta, & creaturam à plurimis iam non adorari, ſed creatori hymnos decenter offerri. Ea gratia iam non aperte contra deum & ſaluatorem noſtrum excitabat bellum, ſed uiros inueniens Chriſtianos quidem ſe uocabulo profitentes,ſed amore honoris & uanæ gloriæ ſeductos ad ſeruitutẽ,organũ eos ſuæ machinationis habuit:per quos plurimos ad priſtinũ reduxit errorem,nõ quidem creaturã rurſus adorari præcipiens,ſed ipſum creatorem & mundi opificem, coæquatum aſtruens creaturæ

A turę. Vbi aũt hoc principiũ,& quẽadmodũ hæc inimicus zizania ſeminauerit,en arrabo. Alexandria ciuitas eſt maxima,& hominũ multitudine copioſa,non Aegyptiorũ ſolũmodo,ſed etiã Thebęorũ & Libycorũ circa Aegyptum obtinens principatũ. In huius itaq; ciuitatis Pręſulatu,poſt Petrum illum inclitum propugnatorẽ, qui ſub impijs tyrãnis Diocletiano & Maximiano nouiſsime imperiũ ſpõte deponẽtibus, martyrij coronã ſuſceperat, ſucceſſit Achillas. Is enim ſub illo egregio Petro Arium ordinatũ diaconũ, captumq; in Melitij nouitatibus,& ab eccleſia pulſum rogatus à fidelibus, & denuo ſuſcipiẽs,miniſtrare præcepit. Poſt Achillã uero Alexander fortiſsimus euangelici dogmatis prædicator ordinat̃ epiſcopus. Hoc tempore Arius in ordine quidẽ presbyterorũ erat,& expoſitionẽ diuinarũ ſcripturarum uidebatur habere cõmiſſam. Videns aũt Alexandrũ Pontificatus gubernacula ſuſcepiſſe,euentũ tẽporis non portauit,ſed & mordacitate cõpulſus,litis quærebat initium. Porrò laudabilem uidens uiri conuerſationem, nequaq; calumnias contexere præualebat, ueruntamẽ quieſcere illum prohibebat inuidia. Hunc igitur inueniens inimicus ueritatis,per eum niſus eſt in eccleſia excitare tempeſtatẽ. Apoſtolicis enim Alexandri doctrinis inſtabat aperte reſiſtere. Et ille quidẽ diuina ſequẽs eloquia, æqui honoris cũ patre,& eandẽ ſubſtantiã habere cum deo genitore filium prædicabat. Arius
B aũt è diuerſo ueritati repugnãs,creaturã filium, facturãq; dicebat, adijciẽs: Erat aliquãdo, quando non erat:& alia quæ ex illius literis indicantur inſana. Hæc ergo non ſolũ in eccleſia perſiſtebat dicẽs,ſed etiã in extraneis conuentibus atq; cõcilijs:& domos circũiens,quibuſcũq; poterat,ſuadebat.

Alexandria | Petrus Alex. martyr | Achillas | Alexander | Arius in ordine presbyterorum

SOZOMENVS.

Reprehendens aũt quidã huiuſmodi uiros, Alexandrũ quoq; culpabat, tanq; non utiliter ſileret,dum cõtra dogma fierent nouitates. At ille arbitratus melius eſſe de dubijs ſermonẽ ex utraq; parte proponendũ,ut non uideretur ex neceſſitate,ſed potius ex ſatiſfactione certamẽ allatũ,iudex cũ clero reſidẽs,ad altercationẽ deduxit utranq; partẽ. Vt aũt euenire ſolet circa certamina uerborũ,utriq; ſuperare nitebant̃. Arius aũt nullatenus adquieſcere uolebat,quod conſubſtantialis filius & coæternus eſſet patri.

THEODORETVS.

Alexander aũt Apoſtolicorũ dogmatum prædicator, prius quidẽ eum reuocare admonitionibus & conſilijs nitebatur. Cum uero eum ſuperbire uidiſſet,& aperte impietatis facinora pręḋicare, ex ordine ſacerdotali remouit. Audiuerat enim clamante diuina lege: Si oculus tuus dexter ſcandalizat te,abſcide eum,& proijce abs te. Hoc itaq; tẽpore Romanæ quidem eccleſię Sylueſter retinacula gubernabat, Milciadi ſuccedens, qui poſt Marcellinũ clarificatũ in perſecutione gentiliũ ſuſceperat iura Pontificatus. Antiochiæ uero poſt Tyrannum eccleſiæ inchoante pace, Vitalis præſul extabat. Qui

Sylueſter

etiam antiquã ex multis tẽporib. deſtructã à tyrannis ædificauit eccleſiam. A
Philogonius Poſt quẽ Philogonius Pontificatũ ſumẽs, & reliqua ędificij ſuperaddidit, & zelum pietatis Licinij tẽporibus demõſtrauit. In Hieroſolymis aũt poſt
Macarius Hieroſolymis Hermonem Macarius ordinatus eſt, uir nomine ſuo dignus, & omnibus bonis ornatus. Eodemq́ tẽpore Conſtantinopoli Alexander Pontificatũ
Alexãder Cõſtantinopoli ſacri miniſterij poſſidebat, Apoſtolicis donationibus ualde clarus. Tũc igitur Alexãder Alexandrinus, uidens Arium amoris iudiciarij aculeo ſtimulari, & multos ad blaſphemias deceptos erigere, conciliaq́ propria celebrare: eccleſiarum præſulibus eius blaſphemiam ſuis literis indicauit.

SOCRATES Cap. XIIII

DILECTISSIMIS ATQVE CHARISSIMIS VBIQVE CATHOlicæ eccleſiæ cõminiſtris, Alexander in domino S.

CVM unum catholicæ ſit corpus eccleſiæ, mãdato exiſtente in ſacris ſcripturis, ut ſeruetur uinculum unitatis & pacis, conſequẽs eſt debere noſtris ſcribere, & alterutris quæ apud ſingulos aguntur, inſinuare, ut ſiue patitur, ſiue gaudet unum membrum, cõpatiamur aut congaudeamus adinuicem.
Puto eſſe Græce ἀφοιxία In noſtra igitur parochia nunc egreſſi ſunt uiri iniqui, & Chriſto rebelles, docentes apoſtaſiam, quam rectè quilibet præcurrere ſuſpicetur Antichriſto. Et uolui quidem hoc taciturnitati contradere, ſi quo modo inter ſolos apoſtatas conſumeretur hoc malum, & non loca alia penetrando ſimpliciū ſordidaretur auditus. Sed quoniam Euſebius nunc Nicomediæ, putãs in ſe cõſiſtere cauſas eccleſiæ, quia cum reliquiſſet Berytiorum ciuitatem, & B
Euſebius Nic. concupiſſet Nicomedienſem eccleſiam, non eſt in eo ultio ſubſecuta: patrocinatur etiam his apoſtatis, & ſcribere ubiq́ molitus eſt, cõmendans eos, ſi quomodo trahat aliquos ignorantes ad hanc peſsimã hęreſim & Chriſto rebellem. Ideoq́ neceſſarium iudicaui, ſciens quod in lege conſcriptum eſt, ulterius non tacere, ſed uobis omnibus indicare, quatenus etiam uos ſciatis apoſtatas, & eorũ hæreſis uerba nequiſsima caueatis. Si ergo ſcripſerit uobis Euſebius, ne recipiatis eum, nec eius ſcripta ſuſcipiatis. Antiquam enim calliditatem tempore cõpreſſam, nunc per iſtos renouare uolens, fingit quidem ſe quaſi pro iſtis ſcribere, opere uero demonſtrat, quia pro ſemetipſo talibus ſtudere feſtinat. Apoſtatæ uero ſunt iſti, Arius, & Achilleus. Cum eis autem apoſtatauerunt hi, Aithalis, Carponius, alter Arius, Sarmatius, Euzoius, Lucius, Iulius, Menas, & Helladius, Gaius, Secũdus, & Theonas, qui epiſcopi aliquando ſunt dicti. Ea uero quę opinantes loquuntur, huiuſ
Arij doctrina modi ſunt: Non ſemper, inquiunt, deus pater fuit: non ſemper fuit dei uerbum: ſed fuit quando deus pater non fuit. Dei autem uerbum ex non exiſtentibus factum eſt. Exiſtens enim deus, non exiſtentem ex nõ exiſtente fecit. Quapropter fuit aliquando, quando nõ fuit. Creatura eſt enim & factura filius, neq́ ſimilis eſt patri ſecũdum ſubſtantiam, neq́ uerus eſt, neq́

uera

A uera ſapientia eius eſt, neq; uerum naturaliter patris uerbum eſt, ſed unus
quidem creaturarum & facturarũ eſt. Abuſiue autem dicitur uerbum & ſa-
pientia factus & ipſe, & exiſtens in proprio dei uerbo & in dei ſapientia, in
qua & omnia, & ipſum fecit deus. Vnde & conuertibilis eſt & mutabilis per
naturam, ſicut & uniuerſa rationalia. Peregrinũ enim & extraneum & remo
tum eſt uerbum à paterna ſubſtantia, & inuiſibilis eſt filio pater. Non enim
perfecte & integre nouit filius patrẽ, neq; eum perfecte uidere poteſt. Nã
nec ſuam ſubſtantiam nouit filius, ſicut eſt. Propter nos enim factus eſt, ut
nos per eum tanquã per inſtrumentũ crearet deus: & nequaq; ſubſtitiſſet,
niſi nos deus facere uoluiſſet. Requiſiuit ergo quidam eos, an poſſit dei uer-
bum conuerti ſicut diabolus eſt cõuerſus: & nequaquam dicere timuerunt,
utiq; poteſt, tanq; naturę conuertibilis exiſtens: factus aiunt, & conuertibi-
lis eſt. Hæc itaq; dicẽtes, id eſt, Ariũ & qui cum eo ſunt: & in his impuden-
ter inſtantes ipſos & ſequaces eorum, nos quidem cum epiſcopis Aegypti
& Libyarum penè centum cõuenientes, anathematizauimus. Qui uero cir-
ca Euſebium ſuſceperunt, miſcere ſtudentes ueritati mendacium, & impie-
taté cum pietate ſociare: ſed non præualebunt. Vincet enim ueritas, nec ulla
communio eſt luci cum tenebris, neq; cõcordia Chriſti cum Belial. Quis
etenim talia audiuit aliquãdo? Aut quis nunc hæc audiẽs uerba, nõ metuet,
B aut aures continuò non obturabit, ne ſordibus talium uerborũ eius pollua-
tur auditus? Quis audiens, dicẽte Ioanne: In principio erat uerbum, non re-
prehendat iſtos dicentes: Fuit aliquando quando non fuit? Aut quis audi-
ens in Euangelio: Vnigenitus filius, &: Per ipſum omnia facta ſunt, non o-
dio habebit dicẽtes, quia unus creaturarũ eſt filius? Quomodo ergo poteſt
unus eſſe horum, quæ per eum facta noſcũtur? Aut quomodo unigenitus,
qui omnibus ſecundum illos cõnumeratur? Quomodo etiã ex non exiſten-
tibus erit, patre dicente: Eructauit cor meum uerbum bonum: & iterum: Ex
utero ante luciferũ genui te? Aut quomodo diſſimilis patri ſubſtantia, cum
ſit imago perfecta & ſplẽdor patris, qui dicit: Qui me uidet, uidet & patrẽ?
Quomodo ſi uerbum & ſapientia dei eſt filius, fuit aliquando quando non
fuit? Simile eſt enim ac ſi dicant, ſine uerbo & ſine ſapientia fuiſſe aliquãdo
deum. Vel quomodo eſt & conuertibilis & mutabilis, qui dicit per ſe: Ego
in patre, & pater in me: & iterũ: Ego & pater unum ſumus. Per prophetã
uero: Videte, inquit, me, uidete quia ego ſum & non mutabor. Nam licet in
eo uerbo illud dictum ſit Apoſtoli, quia factus eſt homo, tamen mutatus
non eſt, ſed ſicut dixit Apoſtolus: Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſe
cula. Quæ putas cauſa ſuaſit eis ut dicerent, quia propter nos eſt factus, cum
Paulus dicat: propter quem omnia, & per quem omnia? Vnde uero blaſ-
phement, quia neſcit perfecte filius patrem, mirandum non eſt. Nam ſe-
mel habẽtes propoſitũ rebellandi Chriſto, repercutiunt etiã uocem eius di-
centis

centis: Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem. Si ergo ex parte pater A nouit filium, palàm eſt quia & filius non perfecte nouit patrem. Si autẽ hoc dicere impium eſt (nouit enim perfecte filium pater) palàm eſt quia ſicut nouit pater ſuum uerbum, ſic & uerbum nouit proprium patrem: & aliter non eſt. Hæc dicentes & reuoluentes ſanctas ſcripturas, frequenter conuincimus eos: & rurſum tanquã chamæleontes mutantur, ſtudentes ad ſemetipſos trahere quod ſcriptum eſt: Cum uenerit impius in profundum malorum, ſpernit. Multę ſiquidẽ ante eos hæreſes fuerunt, quę plus quàm decet præſumentes, corruerunt in imprudentia ſua. Iſti uero per omnia uerba ſua nitentes erigi ad internitionem diuinitatis uerbi, per hæc illas hæreſes firmare potius conati ſunt, Antichriſto facti propinquiores: quapropter & abdicati & anathematizati ſunt ab eccleſia. Cõtriſtamur itaq; pro eorum perditione, & maxime quia & ipſi aliquando quæ eccleſiæ ſunt audierunt, & nunc ab ea prorſus exiliunt: non tamen admiramur. Hoc enim & Hymenæus & Philetus paſſi ſunt, & ante eos Iudas: qui cum eſſet ſequutus Saluatorem, poſtea proditor factus eſt & apoſtata. Sed de his quidem ipſis, non ſumus ignari. Dominus enim prædixit: Videte ne quis uos ſeducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes quia ego ſum, & tempus prope eſt, & multos errare facient, ne ergo eatis poſt eos. Diſcens enim hæc à Saluatore Paulus, dixit: Quia nouiſsimis temporibus apoſtatabũt quidam à fide B ſana, attendentes ad ſpiritus erroris, doctrinaſq; dęmonum, quę ueritatem auerſantur. Domino ſiquidem & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto per ſemetipſum pronuntiante, & per Apoſtolum deſignante de talibus, conſequenter nos per noſipſos audiẽtes impietatem eorum anathematizauimus eos, ſicut prædiximus, oſtendentes eos extraneos à fide, eccleſiaq; catholica. Indicauimus autem hæc uobis dilectiſſimi atq; chariſsimi cõminiſtri, ne quos eorum (ſi fortè tentauerint etiam ad uos uenire) ſuſcipiatis, neq; Euſebio uel cuilibet aliorum ſcribenti pro eis obediatis. Decet enim nos tanquam Chriſtianos, ut omnes contra Chriſtum loquentes & ſapientes, quaſi deo rebelles, & animarũ corruptores, totis uiribus auerſemur: & neq; Aue huiuſmodi dicamus hominibus, ne fortè etiam peccatis eorum communicare uideamur, ſicut beatus Ioannes ait. Salutate fratres qui apud uos ſunt. Salutant uos qui nobiſcum ſunt.

THEODORETVS.

Non ſolum aũt hanc, ſed etiã ad Alexandrum Conſtantinopoleos epiſcopũ, miſſam eius epiſtolã, huic operi inſerere nõ omittã, quæ clare omnia eius oſtendãt, ne quis ſuſpicetur hic me ficte cõſcribere, & poſt eam ipſius Arij, & cæteras quoq; epiſtolas, quibus utiq; narratio eget hiſtoriæ: quatenus de ſcripturæ ueritate teſtentur, & aperte quæ geſta ſunt perdoceãt. Scripſit enim Alexandrinus hæc Conſtantinopoleos Alexandro.

Chariſsimo

A CHARISSIMO FRATRI ET VNANIMI ALEXANdro, Alexander in domino Salutem. Cap. XIIII

APPETITVS potentiæ hominum peſsimorum, auaritiæq́ propoſitum ueritati, quæ creditur eſſe præcipua, ſolet inſidiari, per uarias ſcilicet occaſiones reſiſtentes eccleſiaſticæ pietati. Impulſi nanque maleuoli à diabolo in eis operante, ad propoſitam ſibi libidinem, & ab omni reuerentia reſilientes, conculcant iudicij dei timorem: De quibus mihi neceſſarium fuit patienti reuerentiæ ueſtræ ſignificare, ut ab huiuſmodi caueatis, ne quis forte præſumat eorum in parochias ueſtras accedere, uel per ſe, uel per alios. Valent enim Magi ad ſeducendum figmentis uti, uel literis falſitate compoſitis, quæ poſſint facere præſtigium ſimplicem fidem puramq́ reſpicientibus. Arius igitur & Achilles cõiuratione nuper facta, Collutha ſuperbiã, & multo deterius illo, ſecuti ſunt. Ille namq́ hos ipſos culpans, peſsime uoluntatis ſuæ inuenit occaſionem. Iſti uero dignam illius negociationem reſpicientes, nequaq́ iuri eccleſiæ ſubiacere pertulerunt, ſed ſpeluncas ſibimet latronum ædificantes, inceſſabilia in eis conciliabula celebrant, noctibus & diebus contra Chriſtum agentes & contra nos, prauiſq́ libidinibus exercentur: qui omnem piam & Apoſtolicam accuſantes gloriam, Iudaico ſchemate Chriſto rebellare inſtituerũt ſibimet officinam, diuinitatem & æqua-

B litatem cum patre ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti negantes: omnemq́ eius ſalutaris diſpenſationis & humilitatis propter nos habitæ uocem decerpentes, prolatione harum impietatis ſuæ prædicationẽ exercere nituntur, quippe diuinitatis eius rationem & ineffabilis gloriæ, quam à principio habuit apud patrem, penitus euitantes, Paganorum & Iudæorũ impiam de Chriſto confirmant ſententiam, & laudem propriam (ut aſſolet) aucupantes, omnia quidem quæ contra nos poſſunt deriſiones afferre negociantur, ſeditionesq́ nobis quotidie ac perſecutiones inſtituunt, tam iurgia proponentes per aditiones mulierum impudentiũ quas ſeducunt, quàm ipſi cõmuni Chriſtianitati derogãtes, dum eorum iuuenculæ omnes circumeunt uicos: inſuper inrumpibilem Chriſti tunicam quam milites diuidere noluerunt, iſti ſcindere præſumunt. Et nos quidem uitam ipſorum & nephanda conamina, eo quod laterent tardius cognoſcentes, nunc generali decreto ab eccleſia adorante Chriſti diuinitatem eos expulimus. Conati tamen ſunt illi diſcurſionibus uti, & aduerſum nos machinari, qui apud unanimes comminiſtros noſtros figuram pacis & unitatis dignitatem ſe exercere fingunt. Quod autem uerum eſt, abripere quoſdam eorum ad peſtem propriã per boniloquia ficta feſtinãt, & literas ab eis manifeſtas & indubitatas exigũt, ut relegentes eas ſeductis à ſe perſonis, ſine pœnitentia eos in delictis ſuis faciant remanere, tanquam unanimes habentes eadem ſecum decernentes epiſcopos. Non enim quæ apud nos male docuerunt & egerũt ea fatentur, propter

Arius
Achilles
Colluthus

propter quæ etiam ſunt expulſi:ſed hæc aut taciturnitati contradunt, aut fi- A
ctis ea ratiocinationibus & quibuſdam obumbrationibus ſepiunt:uerisimi-
libus uero & pompoſis corruptibilem doctrinam ſuam uelantes eloquijs,
attrahunt in deceptionem quemlibet incautum,nō abſtinentes etiam apud
omnes noſtræ pietati calumniari. Vnde contigit quoſdam eorū literis ſub-
ſcribentes in eccleſiam ſuſcipi,maximo(ſicuti reor)imminente periculo,præ-
ſumentibus talia comminiſtris,eo quod neq; Apoſtolica hoc regula patia-
tur,& effundunt ſuper eos diabolicam efficaciam contra Chriſtum. Qua-
propter in nullo ſegnis, ô chariſsimi,ad inſinuandam uobis perfidiam eo-
rum,memetipſum erexi. Dicunt enim,quia fuit aliquando,quando nō fuit
filius dei,& poſtea factus eſt,qui prius nō fuerat talis factus,quia & aliquā-
do factus eſt, qualem & omnem hominem eſſe contingit. Cuncta enim,
inquiunt,deus ex non exiſtentibus fecit,omnium rationalium & irrationa-
lium creaturis miſcere uolentes & filium dei. Quibus uerbis conſequenter
aiunt eum mutabilis eſſe naturæ,uirtutis maliciæq; capabilem,cum ex non
exiſtentibus eſſe dicatur: diuinas quippe ſcripturas quibus oſtenditur eum
ſemper eſſe,perimentes,quibusq; palàm deſignatur inconuertibilitas uer-
bi & ſapientia atq; diuinitas, quæ ſunt Chriſtus. Poſſumus ergo, inquiunt
iſti polluti,& nos fieri filij dei,ſicut & ille. Scriptum eſt enim:Filios genui &
exaltaui.Cumq; inlatum fuerit eis quod ſequitur,id eſt:Ipſi autem ſpreue- B
runt me,quod naturale non eſt Saluatoris,cum naturæ ſit immutabilis,om
ni reuerentia ſpoliantes ſemetipſos, aiunt: Nec aliquam habet proprieta-
tem ad deum, ſed cum ſit ipſe natura mutabilis, ſciuit de illo deus præſci-
entia & præcontemplatione, quia cum non eſſet ſpreturus, eligendus fo-
ret ex omnibus.Non enim,inquiunt,natuta quaſi præcipuum inter alios fi-
lios aliquid habet. Nam nec naturaliter dei filius eſt, nec aliquam habet ad
deum proprietatem, quando etiam ipſum naturæ mutabilis exiſtentē, pro
pter moderationem,diligentiam,& uirtutem, non mutatum ad deterius,e-
legit deus, cum & ſi Paulus uel Petrus ad hoc perueniſſet, nihil Ieſus pote-
rat ab horum filiatione differre. Propter reprobationem igitur huius ueſa-
næ doctrinæ, etiam diuinas literas reuoluentes,propoſuimus illud quod in
pſalmis de Chriſto dictum eſt: Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatē,pro-
pterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Quia ue-
ro filius dei neq; ex non exiſtentibus factus eſt: neq; fuit aliquando quan-
do non fuit,ſufficit nos erudire Ioannes Euangeliſta, ſcribens de eo: Vnige
nitus filius qui eſt in ſinu patris. Prouidente quippe deo, ut oſtenderet alte-
rutris indiuiſas res, nominauit patrem & filium exiſtentem in ſinu patris.
Sed quia inter hæc quæ ex non exiſtentibus facta ſunt, uerbum dei ne-
quaquam connumeratur: Omnia, inquit,per ipſum facta ſunt. Propriam
nanque eius ſubſtantiam deſignauit, dicens: In principio erat uerbum,

& uerbum

A & uerbum erat apud deum,& deus erat uerbũ. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Si enim per ipſum omnia facta ſunt,quomodo qui creaturis ut eſſent donauit,ipſe aliquando non fuit? Non enim ulla ratio eſt,ut qui facit, eius naturæ ſit,cuius illa quæ fiunt. Si ipſe quidem erat in principio, omnia uero per eum facta ſunt,ex non exiſtentibus fecit: & cõtrarium uidetur his quæ non exiſtentibus facta ſunt,hoc quod extat,& ualde diſcretum. Inter patrem ſiquidem & filium nullum demonſtratur eſſe ſpatium, nec uſq; ad aliquam cogitationem hoc animæ phantaſia percipiente. Ex non extantibus autem creatus mundus,nouellam habet ſubſtantiæ recentemq́; natiuitatem,à patre per filium huiuſmodi utiq; ſubſtantialitatem cunctis accipientibus. Altius igitur adhuc contemplatus uerbi diuinitatem, & creaturarum uniuerſam intelligentiã tranſcendentem reuerentiſsimus Ioannes genituram eius nec facturam dicere uoluit,nec per elementa ſyllabarum factorem ingenitum. Vnus enim ingenitus pater. Sed quia excedit Euangeliſtarum,puto quia & angelorum perceptionem,& tranſcendit uniuerſa unigeniti filij ineffabilis ſubſtantia. Non ergo reor,quia de pietate cogitantes, de hac aliquid interrogare præſumant, propter quod dictum eſt: Altiora te ne quæſieris, & difficiliora te noli examinare. Nam ſicut aliarum plurimarum,& huius noticia humanæ perceptioni celata eſt, quale eſt apud Paulũ:

B Quæ oculus non uidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Sed etiam ſtellas,inquit deus ad Abrahã, non potes enumerare,neq; arenam maris: & guttas pluuiæ quis enumerabit? Quis ergo audeat exterius perſcrutari ſubſiſtentiam dei uerbi: niſi forte uæſanus ſit? De qua propheticus ſpiritus dixit: Generationem autẽ eius quis enarrabit? Nam & ipſe Saluator noſter præſtare uolens omnibus in hoc mundo columnis,huius notitiam ab eis exonerare feſtinauit,ſignificãs ultra naturam eſſe omnium rerum hanc animaduerſionem, ſoli uero patri tantum adiacere huius ſcientiæ ſacramentum: Nullus,inquit, nouit quis eſt filius,niſi pater: & patrem nemo nouit,niſi filius. Non reor ignorare ſapientes,quia uæſanum eſt ſapere,ex non exiſtentibus factum filium, cum utiq; habeat temporale principium quod oſtenditur ex non exiſtentibus factũ. Nam ſi temporibus ineſſe oporteret hoc quod aiunt,erat quando nõ erat, aut ſpacio ſeculi cuiuſcũq;: & ſi uerum eſt,quia omnia per ipſum facta ſunt: palàm eſt quia omne ſeculum & tempus & ſpacia, & aliquando, inter quæ reperitur quod aiunt,fuit quando nõ fuit,per ipſum facta ſunt. Et quomodo non eſt incredibile,eum qui & tempora fecit,& ſecula,& momenta,inter quæ eſt illud,fuit quando non fuit,dicere aliquando non fuiſſe? Stultum enim eſt,& omni peccato plenum,eum qui cauſa eſt alicuius,eundem poſteriorem dicere illius genitura,cuius cauſa eſt. Præcedit enim ſecũdum eos ſa-

pientia dei, quæ creauit uniuerſa, illud ſpatiũ, in quo dicunt nondũ factum A
filium à patre, mentiente ſecundum eos ſcriptura, quæ dicit, primogenitum
eum eſſe uniuerſæ creaturæ. Conſona ſiquidẽ iſtis clamat & magniloquus
Paulus, dicens de eo: Quem poſuit hæredem omnium, per quem & ſecula
fecit. Sed etiam in ipſo creata ſunt omnia quæ in terra uiſibilia & inuiſibilia,
ſiue principatus, ſiue poteſtates, ſiue dominationes, ſiue ſedes, omnia per
ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnia. Cũ ergo impia eſſe mon-
ſtretur argumentatio, qua dicunt ex non exiſtentibus factũ, neceſſe eſt pa-
trem ſemper eſſe patrem. Eſt enim pater ſemper filio pręſente, propter quẽ
appellatur pater: ſemper ſibi præſente filio, ſemper eſt pater perfectus, &
ſine defectione conſiſtens, non temporaliter, neq; ex ſpatio, neq; ex nõ exi-
ſtentibus generans unigenitum filium. Quid autem amplius ſit ſceleſtum,
quàm dicere non fuiſſe aliquando ſapientiam dei? quæ dicit: Ego erã apud
eum coaptans, ego eram cui adgaudebat: aut dicere uirtutem dei aliquando
non extitiſſe? aut uerbum eius accepiſſe principium: aut alia ex quibus filius
agnoſcitur & figuratur pater? Nam qui ſplendorem gloriæ non dicit exta-
re, unà perimit & principale lumen cuius ſplendor eſt. Si autẽ & imago dei
non fuit ſemper, patet quia nec cuius imago eſt: ſed etiam cum non eſt figu-
ra ſubſiſtentiæ dei, unà perimitur & ille qui in omnibus ab eo figuratur. Ex
quo apparet filietas Saluatoris noſtri, nullam habens cõmunionem ad cæ- B
terorum filietatem. Quemadmodum enim ineffabilis eius ſubſiſtentia in-
comparabili excellentia tranſcendere probatur uniuerſa, quibus ipſe dona-
uit ut ſint: ita & filietas eius naturalis exiſtens paternæ diuinitatis, ineffabili
ſublimitate differt ab eis qui per eũ in adoptionẽ adoptati ſunt filij. Is enim
inconuertibilis exiſtẽs, natura perfectus eſt, eo nihil in omnibus egens. Hi
uero in utroq; mutabilitati ſubditi egent eius auxilio. In quo enim proficе-
re poterit ſapientia dei, aut in quo eius ueritas augeatur? Aut deus uerbum
quomodo poteſt meliorari, cum ſit uita uerumq; lumen? Si autem hoc eſt,
quanto magis uæcors eſt dicere, ſapientiã aliquando aut dei uirtutem fuiſſe
infirmitatis capabilem, aut irrationabilitatis uerbum, & per hoc rationem
obſcuratam, aut uero lumini tenebras eſſe permixtas, Apoſtolo dicente:
Quæ communio luci ad tenebras? aut quæ concordia Chriſti ad Belial?
Necnon & Salomone clamante, impoſsibile eſt uel uſq; ad opinionem in-
uenire uias ſerpentis ſuper petram, quæ ſecundum Paulum Chriſtus eſt?
Porrò creaturæ eius homines & angeli benedictiones acceperũt, uirtutibus
proficere contendentes mandatiſq; legitimis quatenus non peccarent. Do
minus uero noſter naturaliter filius patris exiſtens, ab omnibus adoratur.
Illi deponentes ſpiritum ſeruitutis, ex bonis operibus & profectu ſpiritum
filiationis accipientes, per naturalem filium adiuti, fiunt & ipſi adoptionis fi
lij. Iſtius autem propriam & naturalem præcipuamq; filiationem Paulus
etiam

A etiam manifeſtauit de deo dicens: Qui proprio filio nõ pepercit, ſed pro nobis, id eſt, qui natura nõ ſumus filij, tradidit illum. Ad diſtinctionem nanq; non propriorum, illum proprium filiũ eſſe dixit: In euangelio nanq;: Hic eſt filius, inquit, meus dilectus, in quo bene complacui. In pſalmis uero Saluator ait: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Germanitatẽ naturæ declarans, ſignificat non eſſe eius naturales quoslibet alios filios præter iſtũ. Quid etiam quod ait: Ex utero ante luciferum genui te? Nõnne clare naturalem demonſtrat paternæ generationis filiationem, quam non morum diligentia & exercitatione profectus, ſed proprietate naturæ ſortitus eſt? Vnde & intranſgreſsibilem habet filiationem, unigenitus patris. Rationabiliũ uero filiationem non eis naturaliter exiſtentem, ſed opportunitate morũ & dono dei etiam mutabilem ratio nouit. Videntes enim, inquit, filij dei filias hominum, acceperunt ſibi uxores ex ipſis. Et iterũ: Filios genui & exaltaui, ipſi uero me ſpreuerunt, per Eſaiã deum dixiſſe dicimus. Multa dicturus dilectiſsimi tranſeo, onoroſum eſſe putans, pluribus uerbis unanimes admonere doctores. Vos enim ipſi eſtis diuinitus eruditi, nõ ignorantes quia doctrina quæ nuper contra pietatem ſurrexit eccleſiaſticã, Hebionis eſt, & Artemonis, & zelus Pauli Samoſateni de Antiocheia, ſynodali omniũ epiſcoporũ iudicio ab eccleſia pulſi. Cui ſuccedẽs Lucianus, extra ſynagogas man- *Hebion* *Artemon* *Paulus Samoſatenus*

B ſit trium epiſcoporũ plurimo tempore. Quorũ impietatis fecem ſorbentes iſti, nunc nobis de non exiſtentibus illorum plantationes abſconſas pullulare fecerunt Arius & Achilles, & cum illis concilium malignantium: & neſcio quomodo in Syria tres ordinati epiſcopi, eo quod conſenſerint eis, & ad peiora flammati ſunt. De quibus ſententia in ueſtra ſit probatione repoſita, qui ſalutaris paſsionis humilitatem & exinanitionem, uoluntariam paupertatem & uoces quas propter nos Saluator ſuſcepit, memoria retinetis. Igitur ad oſtenſionem ſupernæ & antiquæ diuinitatis eius hæc congruunt, ſignificantiusq; ſermonibus naturalis eius gloria & imperiũ, & apud patrem manſio clarius explicatur. Quale eſt illud: Ego & pater unum ſumus, nõ patrem ſemetipſum appellans, neq; ſubſtantialiter duas naturas, quæ eſt una, declarans, ſed quia paternam ſeruandi plenitudinem filius habet perfecte naturam, per omnia ſimilitudinem patris gerens, & immutabilis imago eius exiſtens, atq; principalis cauſæ expreſſa figuratio. Vnde etiam tũc Philippo cupienti uidere patrem, dominus ſine inuidia ſe demonſtrat. Nam cum diceret: Oſtende nobis patrem, ait: Qui uidet me, uidet & patrem: tanquam per ſpeculum ſine macula, & animatum per diuinam eius imaginem contemplaretur patrem, quem ſimiliter in Pſalmis ſanctiſsimi uiri canunt, dicentes: In lumine tuo uidebimus lumen. Quapropter & qui honorat patrem, honorat & filium: & qui honorat filium, honorat & patrem, & recte. Omnis nanq; uox impia, quæ in filio dici præſumitur, ad pa- *Lucianus* *Arius* *Achilles*

trem quoq; refertur. Sed mirũ non eſt, quod ſcripturus ſum ô chariſsimi,ſi falſas aduerſum me derogationes,& contra pijſsimum noſtrum populum delatas inſinuo. Hi enim qui contra deitatem filij dei caſtra conſtituunt, neq; contra nos ingratas calumnias exercere formidant:quoniam nec priſcorum quempiam dignantur ſibimet comparare, neq; præceptoribus ſe, à quibus nos ab infantia eruditi ſumus, æquari patiuntur, neq; comminiſtrorum quenquam nunc ubicunq; conſiſtentium in menſura ſapientiæ reputant, quaſi ſoli ſapientes & nihil habentes, atq; nouorum dogmatum inuentores, & quibus ſolis reuelata ſint, quæ à nullo altero ſub ſole intellecta noſcuntur. O ſceleſta ſuperbia, immenſa uæſania, uanæ gloriæ furor, ſapientia Satanæ in animas eorum nequiſsimas uehemēter inſiliens. Non deterruit eos antiquarũ ſcripturarum deo amabilium explanatio, nõ comminiſtrorũ conſors reuerentia de Chriſto ferocitatem eorum manſuefecit, quorũ ſceleſta opera nec dæmones ferre patiuntur, quãdo uocem blaſphemam contra filiũ dei promere nõ præſumũt. Hæc igitur iacula ſecundum præſentem uirtutem dirigantur aduerſus eos,qui inerudita materia contra Chriſtũ exacuuntur ad bellum, & aduerſus pietatẽ eius calumnias inferre contendunt. Aiunt enim nos aduerſantes fabulas,ex quibus inuentum eſt dici, ex non extantibus impiam & non ſcriptam contra Chriſtũ blaſphemiam prædicare,id eſt,duo ingenita: ipſi potius duorũ alterum neceſſario eſſe oportere dicentes inerudití, aut ex nõ extantibus filiũ eſſe ſapiendum, aut indubitanter dicere ingenita duo. Ignorantes imperiti, quia multũ eſt inter patrẽ ingenitũ,& ea quæ ab eo ex non extantibus ſunt creata rationalia & irrationalia:quorum media exiſtens natura unigenita, per quam uniuerſa ex nõ extantibus fecit pater dei uerbi,ex ipſo uero patre natiuitatem habet,ſicut & ipſe dominus alicubi teſtatus eſt,dicens: Qui diligit patrem, diligit filium qui ex eo natus eſt. De quibus nos ita credimus, ſicut apoſtolicæ placet eccleſiæ,in unum ingenitũ patrem,nullam habentem cauſam ut eſſet, incõuertibilem & immutabilẽ, ſemper idem & ſimiliter ſe habentem, nec profectum,nec imminutionem recipientem,legis,prophetarũ,euangeliorumq; datorem, patriarcharum & apoſtolorum dominum,omniumq; ſanctorum: & in unum dominũ Ieſum Chriſtum filium dei unigenitum, natum non ex non extante,ſed extante patre, non ſecundum corporũ ſimi-
Sabellius litudines inciſionibus aut diuiſionũ effluxionibus,ſicuti Sabellio & Valen-
Valentinus tino placet,ſed ineffabiliter & inenarrabiliter ſecundum eum qui dixit(ſicut ſuprà poſuimus) Generationem eius quis enarrabit? ſubſiſtentia uidelicet eius omni creatæ naturæ imperſcrutabili exiſtente,ſicut & ipſe pater imperſcrutabilis eſt,eo quod non capiat rationalium natura ſcientiam, qua pater genuit deum. Quod quidem non à me conuenit diſcere, uiros ſpiritu ueritatis impletos. Erudiente quippe nos Chriſti uoce,qua dicit: Nullus nouit

quis

A quis eſt pater, niſi filius: & nullus nouit quis eſt filius, niſi pater: & aſſerente eum inconuertibilem & immutabilem, ſic ſicut patrem nihil egentem, perfectum filiū, æqualemqꝫ patri ſoli ingenito. Imago enim eſt integerrrima & immutabilis, patris, & omnino imaginem conuenit eſſe plenam, per quam non deſit aliquid ab æqualitate eius cuius imago eſt, ſicut ipſe dominus docuit, dicens: Pater meus maior me eſt: ſecundum quod ſemper etiam eſſe filium ex patre credimus. Splendor enim eſt gloriæ, & figura paternæ ſubſtantiæ. Sed nullus hoc, ſemper, ad ſuſpicionem ingeniti ſumat, ſicut putant qui ſenſus animæ cæcatos habent. Nam neqꝫ erat, neqꝫ ſemper, neqꝫ ante ſecula, idem eſt quod ingenitum, ſed nec quilibet humanus intellectus ab hominibus nominatus indicare ualet hoc quod dicimus ingenitum: ſicut & uos æſtimare credo, & de omnium ueſtrorum confido propoſito, nullo modo quibuslibet nominibus ingenitū declarantium. Videntur enim hæc nomina ueluti temporum eſſe productiua, digne tamen ipſius unigeniti diuinitatem, & ueluti dicam antiquitatem nequaquā ſignificare ualentia, cum ſancti uidelicet uiri ſecundum ſuam unuſquiſqꝫ uirtutem ſacramentū hoc aperire conati ſint, ueniā poſcentes ab auditoribus per ſatisfactiones rationabiles, dicendo de ſe: Protulimus quod pertingere præualuimus. Si quid autem ultra hominem expectant, quicunqꝫ uiri & ad maius innituntur, elo-

Semper *Erat* *Ante ſecula*

B quium illud quod ait: Ex parte cognoſcimus, iam putantes eſſe deſtructū, palàm eſt quia multū ſpe ſua deficiunt. Igitur erat, & ſemper, & ante ſecula, quodcunqꝫ ſit, non tamen eſt id quod ingenitum. Ergo ingenito quidem patri propria dignitas eſt ſeruanda, nullam dicentes cauſam fuiſſe ut eſſet: filio uero congruus diſtribuatur honor. Sine principio enim à patre ſciamus eius eſſe natiuitatem, culturā ei (ſicut prædiximus) tribuentes pie, atqꝫ cum bona opinione ſuper eo, erat, & ſemper, & ante ſecula: prædicantes, diuinitatem quippe eius perſcrutantes, ſed imagini & perſcrutationi patris perfectam æqualitatem per omnia deuouentes. Proprium uero ſolum dicentes patris quod ingenitus eſt, cum & ipſe Saluator dixerit: Pater maior me eſt. In hac itaqꝫ pia de patre filioqꝫ ſententia, ſicut nos diuinæ ſcripturæ docent, unum ſanctum ſpiritum confitemur, qui repleuit & Veteris teſtamenti ſanctos homines & noui ſacratiſsimos præceptores: in unā & ſolam catholicam apoſtolicamqꝫ ſemper eccleſiā, quæ & inuincibilis eſt, licet omnis mundus aduerſus eam pugnet, & uictrix totius aduerſæ impietatis exiſtit, ſecuros nos faciente patrefamiliâs eius, cum clamat: Habete fiduciā: Ego uici mundum. Hoc nouimus actum poſt reſurrectionem à mortuis, quorum primitiæ factus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus carne uera indutus, & nō putatiue ex dei genitrice Maria, qui in nouiſsimis temporibus pro damnatione peccati ad humanum genus aduenìens, crucifixus & mortuus eſt, ſed non propterea diuinitate ſua minor factus. Reſurrexit enim à

 mortuis

mortuis, aſſumptus in cœlum eſt, ſedet ad dexteram maieſtatis. Hæc igitur ex parte hac epiſtola figuraui, onerofum credens ſingula ſub ſcrupuloſitate conſcribere, eo quod ſciam ſanctum ſtudium ueſtrum talia non latere. Hæc docemus, hæc etiam prædicamus, hæc ſunt Apoſtolicæ eccleſiæ dogmata, pro quibus etiam morimur, & deſtruere ea uolentes, nullatenus formidamus. Qui licet uerberibus nobis extorqueant, nos tamen ſpem non auerſamur noſtram. Horum igitur aduerſarij, id eſt, Arius & Achilles, & qui cum eis ſunt ueritatis inimici, ab eccleſia procul ſunt expulſi, alieni facti à pia doctrina noſtra, ſecundum beatum Paulum dicentem: Quicunque uobis annunciauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit, licet angelum de cœlo eſſe ſe fingat. Sed etiam ſi quis alijs ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti & doctrina, quæ ſecundum pietatem eſt, inflatur, nihil ſciens, & reliqua. Hos igitur anathematizatos à fraternitate, nullus ueſtrum ſuſcipiat, aut habere patiatur ea quæ ab eis uel dicuntur uel conſcribuntur. Cuncta enim uelut magi homines mentiuntur, quia ueritatem loqui non poſſunt. Circumeunt denique ciuitates, nihil ſtudentes aliud, quàm ut amicitiarum ſchemate, & nomine pacis per figmenta uel blandiméta literas dent & accipiant, ut errare faciant per hæc deceptas à ſe mulierculas. Hos ergo qui contra Chriſtum tanta præſumunt, quique Chriſtianitati tam publice derogauerunt, qui inter iudicia perſecutiones nobis, quantum in ipſis eſt, excitare non ceſſant, & ineffabile ſacramentum natiuitatis Chriſti eneruare moliuntur, auerſamini dilectiſsimi, & unanimes atque concertatores nobiſcum contra eorum uæſanam eſtote præſumptionem, ad ſimilitudinem cõminiſtrorum noſtrorum qui indignati ſunt, & aduerſus eos mihi ſcripſerunt, & in Tomo quem etiam uobis direxi per filium meum Archidiaconum ſubſcripſerunt, tam totius Aegypti & Thebaidis, quàm Libyæ ac Pentapolis, Syriæ, Lyciæ, Pamphyliæ, Aſiæ, Cappadociæ ſacerdotes, aliarumque prouinciarum, ad quorũ inſtar etiam uos confido eum ſuſcipere. Multis itaque mihi contra nocentes remedijs exiſtentibus, etiam hoc inuentum eſt utile medicamen, quia conuertuntur ſeducti áb eis populi, nunc noſtris ſacerdotibus obedientes, & ad pœnitentiam per eos accedere feſtinantes. Salutate ad inuicem fraternitatem quæ apud uos eſt. Valere uos in domino opto chariſſimi. Sunt autem qui anathematizati ſunt, ex presbyteris quidem Arius, ex diaconibus autem Achilles, Euzoius, Aithalis, Lucius, Sarmatius, Iulius, Menas, alter Arius, & Helladius.

Aliàs Archidiaconũ

THEODORETVS

Conſona his direxit & Philogonio Antiochenæ Præſuli ciuitatis & Euſtathio, qui tunc Berœenſem gubernabat eccleſiam, & alijs Apoſtolicorum dogmatum defenſoribus. Sed neque Arius quieſcere paſſus eſt: ſcripſit enim & ipſe concordibus ſuis. Quod uero nihil falſi contra eum ſcripſerit ſacratiſsimus

A ſacratiſsimus Alexander, ipſe Arius literis ſuis ſcriptis ad Nicomedienſem Euſebiũ proteſtatus eſt. Quam epiſtolam inſerere non omitto, ut cõmunicatores impietatis eius ignorantibus poſsim facere manifeſtos.

DOMINO DESIDERABILISSIMO HOMINI DEI, fideli, orthodoxo Euſebio, Arius qui perſecutionem ab Alexandro Papa patitur iniuſte propter omnia uincentem ueritatem, quam tu quoq; defendis, in domino ſalutem. Cap. XV

PATRE meo Ammonio ueniente ad Nicomediam, rationabile iudicaui te ſalutare per eum, ſciens dilectionem pariter & affectum, quem circa fratres propter deum habere dignoſceris. Vehemẽter nos uaſtat atq; perſequitur, & omnem (ut aiunt) rudentem mouet aduerſum nos epiſcopus, ita ut etiam de ciuitate nos expuliſſet, uelut homines ſine deo: quoniam non concordamus ei publice dicenti, Semper deus, ſemper filius: Simul pater, ſimul filius: Coexiſtit ingenito deo filius. Semper genitus eſt. Ab ingenito genitus eſt. Nec; cogitatione, neq; atomo aliquo pręcedit deus pater. Semper filius ex ipſo deo eſt. Et quoniam Euſebius frater tuus Cæſarienſis, & Theodotus, & Paulinus, & Athanaſius, & Gregorius, & Aetius, & omnes per Orientem dicunt, quia præexiſtit deus filio ſine principio, anathema facti ſunt, præter ſolum Philogonium, & Hellanicum, & Macarium, homi- *Prouerbium*

B nes hæreticos, ineruditos, quorum alij quidem dicunt filium eructationẽ, alij uero propoſitionem, alij coingenitum. Quas impietates nec audire poſſumus, licet innumeras mortes nobis minentur hæretici. Nos autem quoniam dicimus, & ſapimus, & docuimus, & docemus, quia filius non eſt ingenitus, nec ingeniti pars nullo modo, neq; ex aliquo ſubiecto: ſed quoniam uoluntate & conſilio ſubſiſtit ante tempora, & ante ſecula plenus deus, unigenitus, inconuertibilis: & antequam generaretur aut crearetur, aut prædeſtinaretur, aut fundaretur, non erat: ingenitus enim, nõ erat: perſecutionem patimur, quia diximus: Principium habet filius, deus aũt ſine principio eſt: & quia diximus, Ex non exſtantibus eſt (ſic autẽ diximus ſecundum quod nec pars dei eſt, nec ex aliquo ſubiecto) propterea perſecutionem patimur. De cætero tu noſti. Valere te in domino opto, memorem tribulationũ noſtrarum Collucianiſta uerè εὐσεβῆ, id eſt, pie.

Euſebius itaq; Cæſareæ erat epiſcopus, Theodorus Laodiceæ, Tyri Paulinus, Athanaſius Anazarbi, & Gregorius Beryti, Aetius autem Lyddæ. Lydda uero eſt, quæ nunc Dioſpolis appellatur. Hos ergo Arius concordes ſe habere gloriabatur. Hoſtes autem uocauit, Philogonium Præſulem urbis Antiochenæ, Hellanicum Tripoleos, & Macarium Hieroſolymorum, aduerſus eos ſarciendo calumnias, quoniam æternum & ante ſecula filium, & cum patre æqui honoris, eiuſdemq; ſubſtantiæ prædicabant. Hanc igitur Euſebius dum ſuſcepiſſet epiſtolam, & ipſe uenenum ſuæ im- *Philogonius* *Hellanicus* *Macarius*

A tem te,& pro nobis orantē gratia dei cuſtodiat domine. Cap. XVII

Talia & iſti alterutris ſcribebant, contra ueritatem ſe armantes ad prælium. Et peius fiebat malum ad contentionis incendiū, per eos qui hæc ſcripta ſuſcipiebant. Conſentientes igitur Alexandro, etiā in eius tomo ſubſcribebāt, alij uero cōtraria faciebāt. Præcipuè uero mouebatur ex aduerſo Nicomedienſis Euſebius, quoniā in epiſtola ſua grauiter eius memoriā fecerat Alexander. Poterat aūt illo tempore plurimū Euſebius, quia tunc Imperator Nicomediæ morabatur. Nam ibi ante paulolum tēporis Diocletianus,& qui circa eum erant, Regalia conſtituerant. Propterea ergo multi epiſcoporum obediebant Euſebio. Et illic frequēter ſcribebat, Alexandro quidem, ut deſerens quæſtionē quæ moueret tumultū, ſuſciperet Arium & ſequaces eius: per ciuitates aūt diuerſis epiſcopis, ne cōſentirēt ſcriptis Alexandri. Vnde omnia erant ualde turbata. Non enim ſolummodo eccleſiæ præſules ratiocinationibus interſe certare uidebant, ſed etiam populus diuiſus erat. Alij nanq; iſtis, alij uero conſentiebant illis. Et ad tantum cauſa uenit incendium, ut in publico & in ipſis theatris Chriſtianitati derogaretur. Hi quidem in ipſa Alexandrea poſiti, tanquam iam uictores de ſuperioribus perſequutionibus facti, potius armabātur, legationemq; mittebant ad prouinciales epiſcopos: hi uero in alteram diuiſi partem, illorum ſimili ſeditioni communicabant.

Euſebius Nicomedienſis — *Potentia epiſcopi, ex loco* — *Diſsidium eccleſiarum* — *Vtrique uolebant uideri uictores*

B Cap. XVIII

Miſcebantur igitur Arianis Melitiani, qui dudum fuerant ab eccleſia ſegregati. Qui uero ſint iſti, dicendum eſt. Sub Petro Alexandrinæ ciuitatis epiſcopo, qui ſuſcepit Diocletiano imperante martyrium, Melitius quidam epiſcopus unius ciuitatis Aegyptiorum depoſitus eſt, & propter multas alias cauſas, maxime quia in perſecutione fide negata ſacrificauerat. Ergo damnatus multos habuit ſequaces, & hæreſiarches factus eſt eorum, qui hactenus ab eo in Aegypto Melitiani uocantur, nullam iuſtitiæ ſatisfactionem habens, cur remanſerit ab eccleſia ſeparatus. Dicebat quidem iniuriam ſe eſſe paſſum, & obloquebatur ſæpius, derogabatq; Petro. Sed Petrus in perſecutione, percepta martyrij palma defunctus eſt. Iſte uero retulit detractiones in Achillam, qui poſt Petrum ſuſcepit epiſcopatum, & rurſum in Alexandrum, qui poſt Achillam noſcitur ordinatus. Inter hæc igitur ſuperuenit quæſtio Ariana, & Melitius unà cum ſuis defendebat Arium, conſpiratione facta cum eo aduerſus epiſcopum. Quibuſcunque enim praua uidebatur Arij ſecta, ſuſcipiebant ſuper Ario Alexandri ſententiam, tanquam iuſtum contra conſentaneos Arij, eius uideretur eſſe decretum. Scribebant autem,& qui circa Euſebium Nicomediæ erant, & alij, quibus Arij opinio complacebat, quatenus ſolueretur quidem præmiſſa damnatio, & in eccleſiam damnati reducerētur, quaſi nihil mali profiterentur. Sic itaque diuerſis epiſtolis ad Alexandrinum epiſcopum deſtinatis

Melitiani — *Melitius*

Petrus mar[illegible]

natis,fecerunt harum epiſtolarum collectiones. Arius quidem earum quæ A
pro ſe erant, Alexander autem contrariũ. Et hinc occaſio contentionis obor-
ta eſt hæreſibus,quæ nunc ubiq; circumuolant,hoc eſt, Arianorum, Euno-
mianorũ,& quicunq; nomen habent à Macedonio. Singuli nanq; horum
ipſis epiſtolis teſtibus uſi ſunt,in defenſionem hæreſis ſuæ.

SOZOMENVS. Cap. XIX

Alexãder inexorabilis. *Arianorũ concilium apud Bithyniam*

CVm uero ſæpe ſupplicantes Alexandro qui circa Euſebium erant, nõ
inclinaſſent eum,tanquam iniuriam paſsi malignabantur, & acriores
ad roborandum Arij dogma ſunt facti:conciliumq́; in Bithynia colligen-
tes,ſcripſerunt epiſcopis uniuerſis,ut tanquam recte credentibus communi-
carent Arianis,& agerent ut Alexander quoq; communicaret eis. Dumq́;
eorum ſtudium defeciſſet,Alexandro nequaquam conſentiente, legatione
fungitur Arius apud Paulinum Tyri epiſcopum, & Euſebium Pamphili
pontificem Cæſariæ Paleſtinę,& Patrophilum Scythopoleos,petens unà
cum ſuis,ut iuberetur cum populo,qui cum eo erat,ſolennia ſacramenta ec-
cleſiæ celebrare,tanquam ipſe prius presbyterorũ habuiſſet officium. Eſſe
dicens conſuetudinem in Alexandria(ſicut etiam nunc)ut uno exiſtente ſu-
Epiſcopus per omnes epiſcopo,presbyteri ſeorſum eccleſias obtinerent,& populus in
Preſbyteri eis Collectas ſolenniter celebraret. Tunc illi unà cum alijs epiſcopis in Palæ-
ſtina congregati, tale decretum ſuper petitione Arij protulerunt, iubentes B
eos Collectas exercere, ſicuti prius,eſſe tamen ſubditos Alexandro ponti-
fici,& deprecari ſemper,ut eius pace & communione fruerentur. Cumq́; e-
tiam in Aegypto multis concilijs celebratis, hæreſis pullularet,ita ut ad re-
Conſtant. cum galia uſq; perueniret, non mediocriter CONSTANTINVS Imperator
Alexãd. & A- affligebatur, eo quod religione nuper inchoante creſcere, multos à Chri-
rio expoſtulat ſtianitate dogmatum diſcordia auocaret. Et propterea culpabat & Arium
& Alexãdrum,eisq́; ſcribens arguebat,quia cum latere potuiſſet hæc quæ-
ſtio,eam deduxiſſent ad medium,& uehementi ſtudio cõtentiones mouiſ-
ſent: quæ nec quærenda erant,nec ab initio cogitanda,aut cogitata potius
taciturnitati iure tradenda, cum utiq; ab alterutris non ſeiungi potuiſſent,
licet ex aliqua parte dogmatis diſſonarent. Alexandro ſiquidem & Ario,
Opus Euſebij aliquando culpans,aliquando ſuadens,talia ſcripſit,quarum literarum par-
Pamphili de tem hic poni non eſt incongruum. Tota enim epiſtola in libris Euſebij po-
uita Conſtantini Aug. ſita eſt in uita Conſtantini.

SOCRATES

VICTOR CONSTANTINVS MAXIMVS,
Pius, Alexandro & Ario. Cap. XX

DIdici natam præſentis quæſtionis originem, quando tu (ò Alexãder)
à presbyteris requirebas,quid unuſquiſq; eorum de quodam loco in
lege conſcripto,magis autem pro uanæ cuiuſdam quæſtionis parte ſentiret.

Tuq́;

A Tuq́ꝫ ò Ari, quod neq́ꝫ principio cogitari debuerat, aut cogitatum taciturni
tati tradi potius cōpetebat, illud improuide protinus obiecisti: unde diſcor/
dia inter uos emergente myſteria contemnuntur. Sanctus uero populus in
utraq́ꝫ diuiſus, cōmunis corporis congruentia ſeparatur. Ergo uterq́ꝫ ueſtrū
ex æquo uoluntatem præbens, in quo uos conſamulus ueſter iuſte monet,
obediat. Hoc itaq́ꝫ neq́ꝫ requirere dignum eſt, neq́ꝫ de talibus reſpondere
quærentibus. Huiuſmodi enim quæſtiones, quæ nō alicuius legis neceſsita *Quæſtiones*
te proponūtur, inutilis uacationis tempus exquirūt. Et licet cauſa cuiuſpiam *curioſæ*
naturalis exercitij fiant, tamen debemus eas intra ſenſum claudere, & non
prompte in publica conciliabula deportare, nec omnium auribus inconſul/
te committere. Quantus enim eſt unuſquiſq́ꝫ hominum, ut poſsit ita ma/
gnarum rerum & ualde difficiliū uirtutem, aut ad perfectum inſpicere, aut
interpretari digne? ac ſi quis hoc facere, difficile tamen, poſsit, quantæ parti
populi ſuadebit? Aut quis tantarum quæſtionum ſubtilitates extra lapſus
ſui periculum ſuſtinebit? Ergo fugienda ſunt in talibus multiloquia, ne for/
te dum infirmitate noſtræ naturæ minime quod proponit explicatur men
te diſcentium auditorum pro tardiori intellectu ad perfectam quæſtionis
perceptionem peruenire nō ualente, ad neceſsitatem blaſphemiæ aut ſchiſ/
matis populus adducatur. Quapropter & interrogationes incautæ, & reſ/
B ponſiones improuidæ, æquam alterutris ueniam tribuant ex utroq́ꝫ. Non
enim pro ſummo legis mandato, apud uos occaſione certaminis inflammā
ta eſt, neq́ꝫ noua quædam pro dei religione hæreſis introducta, ſed unam
eandemq́ꝫ rationem habetis, ſicut etiam unum communionis ſignum. Vo/ *Signum com/*
bis enim inter alterutros pro paruulis & ualde modicis contendentibus cau *munionis*
ſis, tantum dei populum, quem ueſtris orationibus & prudentia conuenit
gubernari, diſcordare nec decet, nec omnino phas eſſe, credibile eſt. Vt au/
tem paruo quodam exemplo ſapientiam ueſtram commoneam, Noſtis e/
tiam ipſos philoſophos, quia in uno quidem dogmate cuncti conſentiunt,
cum uero in quadam ſententiæ parte diſcordant, licet diſciplinæ uirtute ſe/
parentur, tamen ad inuicem corporis unitate conſpirant. Cum hæc ita ſint,
quanto potius iuſtum eſt uos magni dei miniſtros in uoluntate religionis
alterutris eſſe concordes. Conſideremus itaq́ꝫ ratione maiori, & ampliori in
telligentia cogitemus, ſi recte ſe habeat propter parua & uana ſermonum
certamina fratres fratribus reſultare, & honorē concilij per uos impia con/
tentione diſcerpere, dum ad inuicem pro ſic paruis & nequaquam neceſſa/
rijs litigatis. Vulgaria ſunt hæc, & infantū magis fatuitatibus cōmodanda,
quàm ſacrorum uirorum & prudentium intelligentiæ cōſona. Recedamus
ergo uolentes à tentationibus diabolicis. Magnus noſter Deus Saluator
uniuerſorū, commune omnibus lumen effulſit, cuius prouidētia hoc meum
miniſtri dei ſtudium ad perfectionem uenire permittite, ut uos illius popu/
lum

lum mea adlocutione,& miniſterio,& monitionis inſtantia, ad ſynodalem A
poſsim reuocare cõmunionem, quia (ſicut dixi) una quædam in uobis eſt
fides,& unus ſecundum uos hæreſeos intellectus, legiſq; præceptum cum
Rectè admonet Conſtant. ſuis partibus in unius uoluntatis propoſitum tendit. Hoc ergo quod uobis inter alia contentionem excitauit, quoniam non attinet ad totius legis uirtutem,ſeparationem quandam & ſeditionem inter uos nõ debet efficere. Dico autem hæc non tanquam cogens uos omnibus modis huic ſatis optimę & qualiſcunq; ſit conſentire quæſtioni:poteſt enim & honor Concilij à uobis integer cuſtodiri,& una atq; eadem omnibus cõmunio conſeruari, licet aliqua in uobis particulariter ad inuicem pro paruo quodã cõtẽtio generetur:quoniam non omnes in omnibus idem uolumus, neq; una in nobis natura uerſatur, aut uoluntas una cognoſcitur. De diuina ſiquidem prouidentia una quædam in uobis ſit fides,una prouidẽtia, unus in Deo ſenſus.
Quæſt.friuolæ Quæ uero pro his friuolis quæſtionibus inter alterutros diſputata ſunt, licet non in unam ſententiã colligantur,manere tamen intra ſenſum debent, mentis ineffabilitate ſeruata. Communis autem charitatis præcipuũ ſacramentum,& ueritatis fides, & honor circa deum atq; religionem legis apud uos inconcuſſe permaneat. Reuertimini ergo ad alterutros amicitia atq; gratia,reddite uniuerſo populo ueſtros amplexus, uoſq; ipſos uelut proprias animas expiantes, alterutros rurſus agnoſcite. Suauiores enim crebro ſunt B amicitiæ poſt inimicitiarum cauſas ad concordiam reſtitutæ. Reddite ergo mihi tranquillos dies noctesq; ſecuras, ut quædam iucunditas puri luminis, & uitæ iam quietæ apud me lætitia conſeruetur, ſi non fuerit neceſsitas ingemendi & ſemper lachrymis ingrauari,& neq; ſeculum libenter ferre uiuendi. Dei nanq; populos,id eſt,confamulos meos, ſic iniuſte & noxia ueſtri contentione diuiſos, congregari iam tempus eſt. Vt autem huiuſmodi triſtitiæ meæ magnitudinem ſentiatis, audite: Pridem ueniens ad Nicomedienſem ciuitatem, repente ad Orientem pergere feſtinabam. Cumq; ad uos tenderem, & plurima iam parte uobiſcum eſſem, huius rei nuntio ſum retentus, ne oculis uidere compellerer, quæ impoſsibile iudicabam ad ſenſum poſſe aurium peruenire. Quapropter aperite iam mihi per ueſtrã concordiam Orientis uias, quas cõtentione clauſiſtis alterutra, uelociterq; mihi concedite, uoſq; ipſos & alios uniuerſos populos uidere lætos, & pro communi omnium concordia ac libertate, debitam gratiarum actionem fauorabilibus eloquijs deo perſoluere.

Cap. XXI

Paſchalis diei obſeruationis diuerſitas Alexandro ſiquidem & Ario, nunc culpando, nunc admonendo hæc ſcripſiſſe dinoſcitur. Grauiter autem ferebat, audiens aliquos contra omnium ſtatutũ agere Paſchę feſtiuitatem. Tunc etenim in urbibus Orientis diſcordantes quidam ob hoc, alterutra quidem ſocietate diuiſi non erãt, Iudaicè tamen feſtiuitatem dominicam celebrabant,&(ut aſſolet) ſplendorem Collectæ

A rem collectæ tali diſcretione fœdabãt. Propter utrãq; igit̃ quietẽ eſſe eccleſiæ feſtinabat princeps, ſeq; putãs hoc malũ poſſe præoccupare, antequã ad plurimos perueniret, miſit uirũ circa ſe fide & uita ſimul inſignẽ, & confeſſionibus priorũ tẽporum pro dogmate cõprobatũ, qui cõpacaret Aegyptios propter dogma tumultuantes, & Orientales propter paſcha diſcordes: fuit aũt Oſius Cordubę ciuitatis epiſcopus. Cumq; pręter ſpem cauſa procederet, & hæreſis potius q̃ pax ſperata ualuiſſet, nihil imperans remeauit, qui fuerat pro pace miſſus eccleſiarũ. Tunc illud famoſiſſimũ in Nicæa conciliũ feruor principis excitauit, publicis aſinis atq; mulis, & curtacibus equis, epiſcopos, & qui cum eis erant, ad ſynodũ uenire præcipiens.

Oſius epiſcopus Cordubenſis

Curſus publicus

ELENCHVS CAPITVM LIBRI SECVNDI HISTORIAE ECCLESIAST. quam Tripartitam uocant.

De præſulibus eccleſiarum qui interfuerant Niceno concilio Caput 1
De libellis oblatis Imperatori, & ab eo iuſsis incendi, & de diſputatione dogmatis Ariani. Cap. 2
De laico ſimplici confeſſore uirum dialecticũ ſuperante, & de ſene ſimplici, Philoſopho Chriſtianum dogma pandente. Cap. 3
Quomodo in conflictu Alexander Conſtantinopoleos fecerit philoſophum ob muteſcere Paganorum. Cap. 4
B De prima ſeſsione epiſcoporũ in Nicæno palatio, & de abdicatiõe Arij. Cap. 5
Relatio Euſtathij Antiocheni de Nicæno concilio. Cap. 6
Relatio Athanaſii ad Aphros. Cap. 7
De Sabino Macedoniarum epiſcopo. Cap. 8
De fide Nicæni concilij. Cap. 9
Quõ Euſebius & Theogonius dato pœnitẽtiæ libello, recepti ſint. Cap. 10
Epiſtola Euſebij Pamphili de fide Nicæni concilij ad Paleſtinos Cap. 11
Epiſtola Nicæni concilij ad Alexandriã & Aegyptũ deſtinata. Cap. 12
Qđ Nouatianorũ epm̃ Aceſium euocarit Conſtantinus ad cõciliũ Cap. 13
Quod canones eccleſiaſtici in Nicæa conſcripti ſint, & de Vicennalibus Conſtantini. Cap. 14
Epiſtola Cõſtantini de Ario & ſcriptis eius. Cap. 15
Epiſtola ad Euſebium Paleſtinæ de confectione ſacrorum librorum, & de repurgatione dominici ſepulchri. Cap. 16
Libellus pœnitentiæ ab Euſebio & Theogonio datus. Cap. 17
De dedicatione & ornamentis ciuitatis. & de cultu Hieroſolymorum & ligno crucis, atq; clauis quibus transfixus eſt dominus. Cap. 18
De loco ubi Veſta olim colebatur, & nunc Archangeli Baſilica ſtat, & de miraculis quæ ibi pro Chriſti nomine celebrantur. Cap. 19
De templorum deſtructione. Cap. 20
De conuerſione barbarorum. Cap. 21
Quod Euſebius Nicomedienſis, Conſtantinopoleos inuaſerit epiſcopatum, & de literis Conſtantini aduerſus eum. Cap. 22
Qđ rurſus Euſebius apud Cõſtãtinũ impetrata uenia ꝓ Arianis egerit. Cap. 23
Qua fraude Euſtathius Antiochenus ſit epiſcopatu depoſitus, & in exilium deportatus, & qui poſt eum fuerint ordinati. Cap. 24

HISTORIAE ECCLESIASTICAE A
QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBER SECVNDVS.

SOZOMENVS. Cap. I

Nicænum concilium

COmmunicabant igitur Nicæno concilio ex apoſtolicis quidem ſedibus Macarius Hieroſolymitanus, Euſtathius iam præſidẽs Antiochenæ apud Orontem eccleſiæ, & Alexander Alexandriæ, quę eſt apud ſtagnum Mariã. Julius aũt Romanus epiſcopus propter ſenectutem defuit, erantq́ pro eo præſentes Vitus & Vincentius presbyteri eiuſdẽ eccleſię. Super hos aũt & alij plurimi boni et optimi ex diuerſis gentibus conuenerunt. Alij quidẽ ad intelligendum & dicendum ualde idonei, ſcientiaq́ ſacrorum librorum & alia eruditione diſciplinati, uitæq́ uirtute præclari. Alij uero in utroq́ probatiſsimi uiri, quorum utile iudico etiam nomina memorare,

THEODORETVS.

Tanquam ſtigmata domini Ieſu in corpore circumferentium ſecundum ſacrum apoſtolum. Erat enim Iacobus Antiochiæ Mygdoniæ, quam Syri & Aſſyrij Niſibin appellant, qui mortuos reſuſcitauit, uiuos curauit, & alia innumera probatur operatus eſſe miracula. Sed hæc ſuperfluum arbitror huic operi rurſus inſerere, quæ in deo amabili hiſtoria latius enarraui. Paulus Neocæſareæ, quod eſt caſtrum poſitum iuxta ripas Euphratæ. Is enim Licinij rabie demolitus eſt. Ambas enim manus ligatas habuerat, ignitoq́ ferro cõbuſtas, quo fuerãt nerui articulorũ eius à ſua mobilitate ſiccati atq́ mortificati. Alij uero dextros oculos effoſſos habuerunt, alij dextras ſuras abſciſas. Vnus horum erat Paphnutius Aegyptius. Et abſolute uidebatur ibi populus athletarum Chriſti & martyrũ in uno loco congregatorũ. De quibus & Euſebius Pamphili tertio libro in Conſtantini uita hæc ita dicit. B

Iacobus epiſc. Antiochiæ Mygdonicæ

Paulus Neocæſarienſis

SOCRATES

Cunctarum igitur eccleſiarũ quæ totã Europam Libyamq́ & Aſiam replebant, ſimul erant miniſtrorũ dei cõgeſta cacumina, unaq́ orationis domus, tanq́ à deo dilatata intrinſecus ferebat omnes in idem, Syros ſimul & Cilicas, Phœnicaſq́ & Arabes, atq́ Paleſtinos. Inter hos & Aegyptios, Thebæos, Libyas, necnon & qui ex Meſopotamia oriuntur. ſed etiam Perſa ad cõciliũ uenit epiſcopus. uerum nec Scytha defuit ex eorũ choro: Pontusq́ & Aſia, Phrygia & Pamphylia, uiros probatiſsimos prębuerũt. Aderant Thraces & Macedones, Achiui & Epirotæ, & his quoq́ interius habitantes. Ipſe aũt Hiſpanorum ualde famoſus Oſius unus erat, & ſimul plu

Patres Nicænæ ſynodi

Oſius Cordubenſis epiſc.

timis

A rimis aſsidebat. De regia uero ciuitate Præſul Alexáder propter ſenectutē defuit, presbyteri uero præſentes locū eius implebant. Talem itaq; ſolus à ſeculo unus Imperator Conſtantinus Chriſto coronā uinculo pacis exornans, ſuo ſaluatori de uictoria inimicorum & hoſtium deo decibilem dedicauit, gratiarūactionis imaginem ſecundum nos apoſtolica plauſione conſtituens. Tunc igitur ille ſermo completus eſt: Collectos ex omnibus gentibus quæ ſub cœlo ſunt uiros religioſos, inter quos erant Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam & Cappadociam, Pontum & Aſiam, Phrygiam & Pamphyliā, Aegyptum & partes Libyæ circa Cyrenem, & aduenæ Romani, Iudæi & Proſelyti, Cretes & Arabes. Veruntamen hoc illis deerat, quod nō (ſicut iſti) omnes ex dei miniſtris undiq; conſiſtebant. In præſenti ſiquidem choro multitudo erat epiſcoporum numerum trecentorum excedens, ſequentibus eos presbyteris ac diaconibus & acolythis, quorū numerus non poterat cōprehendi. Miniſtrorum uero dei alij ſapientiæ ſermone fulgebant, alij continentia uitæ & patientia coruſcabant, alij uero medio modo horum uirtutibus ornabantur. Erant igitur inter eos alij temporis honorati longitudine, alij iuuentute & animi robore præmicantes, qui nuper uenerant ad huius miniſterij curſum. Quibus uidelicet & omnibus Imperator diebus ſingulis cibaria largiſsime ordinarat expendi. *Conſtantinus uictum ſuppeditauit patribus concilij*

B Hæc itaq; de his qui ibi collecti ſunt, Pamphili recitauit Euſebius. Cumq; celebraſſet Imperator uictricem contra Licinium feſtiuitatem, & ipſe occurrit ad Nicæam. Clarebant autem inter epiſcopos, Paphnutius ex ſuperiori Thebaide, & Spiridion Cyprius. Cuius autem rei cauſa horum meminerim, poſtea ſum dicturus. *Victoria Cōſtantini aduerſus Licinium*

SOZOMENVS Cap. II

ADerant itaq; cum epiſcopis uiri diſputationis experti, uerbis ſtudentes prodeſſe concilio. Vt autem aſſolet fieri, plurimi ſacerdotum tanquam pro cauſis proprijs decertare collecti, tempus ſe inueniſſe putarunt, quo corrigeretur quod contriſtabat eos, & de quibus aliū unuſquiſq; forte culpabat, libellū offerens principi, quæ in eo fuerāt cōmiſſa, narrabat. Cūq; hoc quotidie facile accideret, præcepit Imperator certo die ſingulos de quibus alius aliū culparet, facere manifeſtum. Cumq; dies cōſtituta ueniſſet, libellos oblatos ſuſcipiens: Hæ quidē accuſationes, inquit, tempus habebūt proprium, id eſt, diem magni iudicij, iudicem uero illum, qui tūc futurus eſt omnibus iudicare. Mihi ergo homini conſtituto, de huiuſmodi rebus non licet habere auditorium, ſacerdotum ſcilicet accuſantium & ſimul accuſatorum, quos minime conuenit tales debere monſtrari, qui iudicentur ab alijs. Age nunc imitantes diuinam clemētiam in alterutrorum ueniam accuſationes aboleamus alterutras, & de his quæ ad fidem pertinent agere ſtudeamus, cuius huc gratia uenimus. Hæc ſiquidē Imperator dicēs, uniuſcuiuſq; *Conſtantinus ſe indignum iudicabat iudicare de cauſis ſacerdotum*

D 2 ſcripturam

ſcriptutam uacate, & libellos iuſſit ardere, diemq́ diffiniuit,qua ſolui quæ A
erant dubia conueniret. Ante conſtitutum uero cõuenientes apud ſemetipſos epiſcopi, euocauerunt Arium, & propoſitis in cõmune ſuis opinionibus diſputabãt. Cumq́, ut aſſolet, ad diuerſas quæſtiones cauſa traheretur, alij quidem ſuadebant nihil innouandum circa antiquam fidei traditionem, & maxime quando morũ ſimplicitas ſine perſcrutatione traderetur, accedentibus ad fidei ſacramentum. Alij uero reſpondebant, nõ oportere ſine examinatione ſequi ſententias antiquorũ. Plurimi uero tunc cõuenientium epiſcoporum & ſequentiũ eos clericorum, ſcientes diſputare, huiuſmodi elocutionum arte exercitati claruerunt, & Imperatori, atq́ his qui circa eum erant, noti ſunt facti. Ex illo enim & Athanaſius tunc diaconus exiſtens, dũ cum Alexandro eſſet epiſcopo, huius ſtudij pars eſſe maxima uidebatur, necnõ & quidam Græcorum philoſophorum oportune harum diſputationum quæſtione participati ſunt: alij quidem quale eſſet hoc dogma ſtudentes agnoſcere: alij uero nuper inchoante Græcorum religione deperire, Chriſtianis infenſi, dogmatis ſacramenta ad uerborũ certamina protrahebant, ita ut contra ſe ſeditiones exercerent, certaminaq́ ſibimet inferrent, & ſepius ex aduerſo contenderent.

Athanaſius diſputator

Græcos uocat Gentiles

SOCRATES Cap. III

CVmq́ plurimi diſputationis delectatione traherentur, unus quidam B
ex confeſſoribus laicis ſimplicẽ habens ſenſum, Dialecticis obuiauit, dicens: Audite igitur, Chriſtus & apoſtoli non nobis artem Dialecticã tradiderunt, uanamq́ uerborum fallaciam, ſed puram ſcientiam fide & bonis operibus obſeruandam. Hæc dicente iuuene & animo ſene, præſentes quidem mirati ſunt, dictumq́ probauerunt. Dialectici uero ſatisfactione ſuſcepta ceſſarunt, rationem uidelicet ſimplicem ueritatis audientes.

In Dialecticos

SOZOMENVS.

Fertur enim & aliud: dum quidam eorum magnificẽtia ſermonũ extolleretur & illuderet ſacerdotibus, nõ pertulit eius faſtum quidam ſenex ſimplex & innocens ac probatiſſimus confeſſorum, ſed acceſſit aduerſus eum proferre ſermonem. Hoc itaq́ factum petulantibus quidem & ſimplicem ſcientibus confeſſorem, riſum mouit, maturioribus uero formidinem, prouidentibus, ne à uiro uerbis artifice deduceretur ad riſum. ueruntamen cedentibus ut quod uellet ediceret, reſiſtere nanq́ ei cum talis eſſet, nimium uerebantur. In nomine, inquit, Ieſu Chriſti, ò philoſophe, audi dogmata ueritatis: Vnus eſt deus cœli & terræ, omniumq́ uiſibilium & inuiſibiliũ creator, qui hæc omnia uerbi ſui uirtute fecit, & ſpiritus ſui ſanctitate firmauit. Hoc itaq́ uerbũ quod nos, inquit, filium dei nominamus, habita miſericordia ſuper homines, ab errore eos & ferali religione liberauit, paſſus ex muliere naſci, ſuadet & cum hominibus conuerſari, & mori pro eis, uenietq́ denuo iudicatu

Chriſtianus idiota Philoſopho Chriſti religionem perſuadet

A iudicaturus ſingulorum uitam. Hæc ita ſe habere ſine perſcrutatione credi/mus. Noli igitur inaniter laborare, quærens deſtruere ea quæ fide percepi/mus. Noli inueſtigare modũ, quo fieri hæc, aut non fieri potuerint. Si enim credis cõſulenti mihi, ad iſta reſponde. Obſtupefactus uero philoſophus, credo, inquit. Tunc gratias pro deuictione perſoluens, eadem quæ ſenior æque ſectatus eſt, & prioribus conſectatoribus ut unanimes ſibimet eſſent perſuadebat, non improuide mutatum ſe iurans, ſed ineffabili quadam uir/tute ad Chriſtianitatem protinus inuitatum. Cap. IIII

DIcitur aũt proximũ huic miraculo quiddam geſtum per Alexandrum Conſtantinopolitanæ ciuitatis epiſcopum. Cum enim ueniſſet Impe/rator CONSTANTINVS Byzantiũ, adeuntes eum quidã Philoſophi, querebãtur quaſi non deum coleret ut deceret, & circa ſacra nouitates exer/ceret, nouam in republica introducendo culturã, præter ea quæ eius maiori/bus uiſa ſunt, & Græcorũ Romanorũq́ principibus quos habuerunt tranſ/acta ſecula, placuerunt: uolebantq́ cum Alexandro epiſcopo diſputare de dogmate. Ille uero huiuſmodi exercitatione uerborum inexpertus erat, de uitæ qualitate confidens. Fuit enim uir magnus, & cõuerſatione mirandus. Cumq́ certamen Imperatore præcipiente ſuſcepiſſet, conueniſſentq́ Phi/loſophi, omnibus loqui uolentibus, ut unum ex ſe quem uellent eligerẽt po

Alexãder melior q̃ doctor

B ſtulauit ſanctæ memoriæ pater noſter Alexander, cæteros uero quicunq́ eſſent, ſilentium tenere præcepit, & tantũmodo his quæ ab utroq́ dicerent, intendere. Suſcipiente aũt uno eorum diſputationis uniuerſæ negocium, ad Philoſophum ſanctus Alexander: In nomine, inquit, Ieſu Chriſti impero tibi ne loquaris. Et unà cum eius ſermone opus impletũ eſt. Repente nanq́ ille homo ut ſermonem audiuit, obligato ore conticuit. Putáſne iuſtum fuit conſiderare, utrum maius hoc miraculum uideretur, ut homo & quidẽ Phi/loſophus, ſic facile officiũ locutionis amitteret, an certè ut lapis uiolentia uer/bi manu diuideretur? quod quidam aiunt Iulianum feciſſe Chaldæum. Et hæc quidem ſic acta referuntur.

Alexãder philoſopho ſilentium imperat per miraculũ

THEODORETVS Cap. V

INterea ſacerdotes ſæpe conuenientes, Arium ad medium deducebant, ſubtilemq́ examinationem de eius propoſitionibus agitabant. Temere enim in qualibet parte metuebant proferre ſententiam. Hæc itaq́ ſacra & uenerabilis turba, à permixtione aduerſariorũ non uidebatur aliena. Erant enim inter eos quidam, pauci quidem, ſed callidi, & breuia imitantes, celan/teſq́ calliditatem, & Arij blaſphemiam non defendentes aperte. Conue/nientibus igitur uniuerſis, maximam domum præparauit in Regalibus Im/perator, ſedes & ſubſellia in ea poni præcipiens, quæ ſufficerent ordini ſa/cerdotum: ita decentem præparans eis honorem, inuitauit ingredi, & de præſentibus habere concilium. Introiuit autem & ipſe princeps ultimus

Seſſiones in Niceno concilio, & de Arij dogmate.

cum paucis,laude dignam ſui magnitudinē habens, & mirabilem ſpeciem, A
mirabilioremq́ gerēs dignitatē pudoris in fronte. Minore uerò ſede quàm
alijs poſita,in medio eorum ſedit, primò tamen petens ſibi hoc epiſcoporū
iuſsione cōcedi. Tum cum eo reſedit ſacratiſsimus ille chorus. Primus itaq́
Euſtathius magnus Euſtathius Antiochenæ ſortitus eccleſiæ Præſulatum (nam Phi-
logonius, cuius dudum meminimus, ad meliorem iam tranſierat uitam. Et
hunc uenerabilem uirum, etiam nolentem, ad regimen eius eccleſiæ decre-
to communi Pontifices ac ſacerdotes, & omnis populus Chriſtianus ueni-
re compulerat.) Is ergo præconiorum floribus caput principis exornauit, &
ſtudio eius quod habebat circa ſacra, benedictiones exhibuit. Poſt hunc au-
Conſtantinus ad patres Concilij tem Euſebius cognomine Pamphili. Quibus iam reticētibus, celeberrimus
Imperator protulit de unanimitate concordiaq́ ſermones, tyrannorum eis
crudelitatem rememorans, & honorabilem pacem quæ ſub eo eſt collata di-
uinitus: ſimul & quia peſsimum & ualde crudele uideretur, ut deſtructis ho-
ſtibus, nulloq́ præſumente reſiſtere, ſacerdotes alterutros iacularentur atq́
confunderēt, & impijs atq́ ſine Deo perſonis delectationem riſumq́ præ-
berent: cum utiq́ de diuinis tractarent rebus, & ſancti ſpiritus doctrinam
Euangelici & Apoſtolici, Propheticiq́ libri in ſcriptis haberent. Euangelici enim libri ſunt, inquit, & Apoſtolici, anti-
quorumq́ prophetarum ſanctiones, quæ nos erudiunt quid de ſacra lege
ſapiamus: Expellentes igitur hoſtile certamen, ex uerbis diuinitus inſpira- B
tis ſolutionem quæſtionum mente percipiamus. Hæc & his ſimilia, tan-
quam filius amator patris, ſacerdotibus ueluti patribus offerebat, Apoſto-
licorū dogmatum ſtudens conciliare concordiam. Concilij uero plurima
pars his quæ dicebantur obediebat, & inter alterutros unanimitatem & do-
gmatum ſalubritatem libenter amplectebantur. Pauci uero quidam, quo-
rum iam meminimus, & ſuper illos Minophantes Epheſius, & Scytopoli-
tes Patrophilus, Theogonius Nicænus epiſcopus, & Narciſſus Neronia-
dis, quæ eſt ſecundæ Ciliciæ, quā nunc Irenopolim uocant. Et cū his Theo-
nas Marmaricenus, & Ptolemaidis Aegypti Secūdus, Apoſtolicis reſiſtē-
tes dogmatibus, Arium defendebant: dictantes enim fidei petitionē, cœtui
communi dederūt. Quæ cum lecta fuiſſet ab uniuerſis, repente diſrupta eſt,
& adultera fraudulentaq́ pronuntiata. Turba ſiquidem & tumultu contra
eos ab omnibus habitis, cunctiſq́ proditionem ab eis factam accuſanti-
bus pietatis, formidantes ſurrexerunt, & primi Arium abdicarunt, excepto
Secundo & Theona. Cum ergo fuiſſet impius ille deſtructus, concorditer
uniuerſi fidem gloriamq́ dictantes, quæ hactenus in eccleſiis permanet, &
ſubſcriptionibus roborantes, ſoluere concilium. Doloſe tamen & non ſalu-
briter prædicti uiri in fidei termino conſenſerunt, ut teſtantur tam quæ po-
ſtea ab eis machinata ſunt contra pietatis propugnatores, quàm quæ ab ipſis
conſcripta noſcuntur.

Cap. VI

Euſtathius

A EVſtathius itaq; Antiochenus epiſcopus, cuius primitus memini, hæc de eis retulit, docens quæ facta ſunt, eorumq; redarguens blaſphemiam, ubi illud etiam Prouerbiale interpretatur eloquium: Dominus creauit me principium uiarum ſuarum in opera ſua. Pergo itaq; iam hinc etiā ad ea quæ geſta ſunt. Cum igitur propter hæc ſynodus maxima in Nicæam ueniſſet urbem, & quæreretur fidei modus, aperta quidem oſtenſio Euſebij blaſphemiæ ſcripturam protulit, quæ coram omnibus lecta, repente cladem importabilem cauſa diuiſionis audientibus irrogauit, confuſionem tamen incurabilem ſuo prouidit autori. Cumq; officina capta fuiſſet, indubitanter Euſebij diſrupta iniquitatis ſcriptura in cōſpectu omnium, quidam ex tractatu nomen exponentes pacis, compeſcuerunt omnes iuſtam querimoniam facientes. Ariani autem metuentes, ne congregato in idem tanto concilio pellerentur, exilientes anathematizauerunt interdictum Arij dogma, concorditer ſubſcribentes literis, ſuaq; manu conſentientes, & ſimiliter ſe ſicut omnis ſynodus ſapere profitentes. Cumq; præſulibus (ut ita dicam) mala calliditatis arte præualuiſſent, qui magis debuerant agere pœnitentiam, tunc quidem latenter, poſtea uero clare damnatas cœperunt allegare ſententias, ſæpe ponentes inſidias eis à quibus uidebātur eſſe cōuicti, uolentesq; zizaniorum germina radicare. Et tunc timentes declinantesq;
B tanti concilij cognitores, occulte poſtea pietatis prædicatores debellare tentabant. Sed non credimus homines ſine deo poſſe præualere cōtra ſacram adorandamq; legem, euangelicamq; doctrinam. Nam licet ad modicū roborentur, rurſus fortiter & magnifice deuincuntur, ſecundum prophetam glorioſæ uocis Eſaiam. Hæc itaq; magnus Euſtathius.

Eustathius Antiochenus

Euſebius Nicomedienſis fautor Arij

Ariani ex metu ſubſcribunt

Cap. VII

HVius autem cōcertator & ueritatis propugnaculi turris Athanaſius, ſucceſſor Alexandri celeberrimi præſulis, quādo ſcripſit ad Aphros, etiam hæc adiecit: Conuenientes enim epiſcopi ſtuduerūt uerba quidem impietatis ab Arianis inuenta perimere, hoc eſt, ex nō exiſtētibus, & quod dicebant, creaturam & facturam filium: &, fuit aliquando, quando non fuit: &, quia mutabilis eſt naturæ. Scripturarum uero manifeſtas poſuere dictiones, quia ex deo filius naturaliter unigenitus eſt, uerbum, uirtus, ſapientia ſola patris, Deus uerus, ſicut Ioannes ait. Et ſicut ſcripſit Paulus, ſplendorem gloriæ, & figurā ſubſtantiæ docens eſſe filium patris. Qui uero circa Euſebium erant, propria tracti uæſania loquebantur alterutris, & dicebant: Conſentiamus, nam & nos ex deo ſumus. Vnus enim Deus ex quo omnia: &, Vetera tranſierunt: ecce omnia noua ex deo ſunt facta. Cogitabant autem & illud quod in Paſtore cōſcriptum eſt: Primum omnium crede, quia unus eſt deus, qui creauit uniuerſa atq; perfecit, & cōſtituit ex non extante ut ſint. Porrò alij epiſcopi malitiam uidentes illorum, & peſſimam impietatis artem, apertius &, ut ita dicatūr, manifeſtius dixerunt ex

Athanaſius ad Aphros

Libellus Paſtoris, qui etiā num extat

Ex deo, id eſt, ex ſubſtantia deo, id eſt, conſcripſerunt ex ſubſtantia patris eſſe filium. Vt creaturæ qui-dem, eo quod non habeant à ſemetipſis ut ſint, ſed habeant principium exiſtendi, dicantur à deo: filius autem ſolus propius ex ſubſtantia creda-tur patris. Hoc enim proprium unigeniti eſt, & ueri uerbi patris. Hæc itaq; fuit occaſio, ut ex ſubſtantia diceretur patris. Rurſus autem requirentibus epiſcopis paucos eorum qui Ariani eſſe putabantur, an dicerent filium non eſſe creaturam, ſed uirtutem & ſapientiam ſolam patris, & imaginem ſem-piternam, & indiſsimilem per omnia patri ac deum uerum, capti ſunt qui circa Euſebium innuentes alterutris, quia & hæc ueniunt etiā ad nos: Nam & nos, inquiũt, imago & gloria dicimur dei. De nobis enim & dicitur & di-ctum eſt: Semper enim nos qui uiuimus, & uirtutes multæ ſunt, & egreſſa quidem eſt omnis uirtus dei ex terra Aegypti. Campa quoq; & locuſta di citur uirtus magna, & rurſus: Dominus uirtutum nobiſcum. Sed etiam pro prij nos dei ſumus. Habemus hoc non ſimpliciter, quando & fratres uoca-uit nos. Si autem & uerum deum dicunt filium, non nos contriſtat. Factus enim uerus eſt. Hæc eſt Arianorum corrupta mens. Sed etiam hic epiſco-pi uidentes eorum dolum, collegerunt ex ſcripturis ſplendorem, fontem, & fluuium, & figuram ad ſubſtantiam pertinere. Et illud: In lumine tuo uide-bimus lumen. Et: Ego & pater unum ſumus. Et clarius iam ac breuiter con-ſcripſerunt conſubſtantialem patri filium. Omnia nanq; prædicta hanc ſi- **A**

Arriani dicebãt ὁμοούσιον uocabulum nõ reperiri in ſcripturis gnificationem habent. Murmuratio ſiquidem eorũ, quaſi uerba hæc non fuiſſent ex ſcripturarum autoritate prolata, per eos quoq; inanis eſſe cõuin-citur. Ex non ſcripto ſiquidem ipſi impie proferentes, quippe quod nuſquã pe nitus inuenitur, ex non extantibus: &, fuit aliquando quando non fuit, alios culpant: propterea ex non ſcriptis ſermonibus, pie tamen intellectis dam-nati ſunt. Ipſi nanq; ueluti de ſtercore reperientes, hæc uere de terra locuti ſunt. Verum epiſcopi non ſibimet adinuenientes uerba, ſed habentes hæc à patribus, teſtimonia conſcripſerunt. Veteres enim ſacerdotes ante cos pe nè centum triginta magnæ Romæ ciuitatiſq; noſtræ, accuſauerunt omnes qui dicunt facturam aut creaturam eſſe filium, & non conſubſtantialem patri. Et hoc ſciebat Euſebius Cæſarienſis epiſcopus, qui primum defen-debat Arianorum ſectam, nouiſsime uero ſubſcripſit Nicæno concilio. Scripſit autem & ciuibus ſuis, confirmans quia & antiquorum aliquos do-ctos & illuſtres epiſcopos & conſcriptores agnouiſſet, nomine conſubſtan tialitatis uſos in patris & filij deitate. Iſti ergo concilium metuentes, expo-ſitæ fidei conſenſerunt, ſecundum prophetæ increpationem, dicentis: Po-pulus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longe eſt à me. Theonas autẽ & Secundus nolentes adquieſcere, cõdemnati ſunt. Poſtea uero in conciliũ uenientes, uiginti conſcripſerunt de conuerſatione eccleſiaſtica ſanctiones.

SOCRATES Cap. VIII

Sabino

A SAbino itaq; non credamus,qui eos idiotas uocauit & impetitos. Sabinus enim Heracleæ Thracenſis Macedonianorũ epiſcopus,habita cõgeſtione eorũ, quæ per diuerſa cõcilia ſacerdotũ ex ſcripto prolata ſunt, eis qui in Nicæa conuenerunt, uelut idiotis & ſimplicibus derogauit, non ſentiens quoniã & ipſi Euſebio cum multa probatione profitenti fidem, uelut idiotæ noſcitur derogare. Et aliqua quidẽ uolens præterijt, aliqua uero mitigauit,cuncta tamen ſecundum propriam ſumpſit intentionem. Et laudat quidem tanquã fide dignũ teſtem Euſebiũ Pamphili, laudat ſimul & principem,tanquã ea quæ ſunt Chriſtianorũ dogmatizantem. Culpat aũt expoſitã in Nicæa fidem,tanq; ab idiotis & nihil ſcientibus traditã: & quem uelut ſapientem & ſine mendacio teſtem uocare cõſueuit, eius uoces ſponte contemnit. Ait enim Euſebius: Quia ex uiris dei Niceæ cõuenientibus, alij quidem ſapientiæ ſermone micuerunt,alij continentia uitæ laudati ſunt: & quoniam Imperator præſens omnes ad unitatem ſuam cõcordes & conſeẽtatores eſſe perſtruxit. Sic ergo cõtraria dicta Sabini,necnon Euſebij atq; conſortum eorũ ſibimet agnoſcũtur. Et ſi quidem alicubi opus fuerit,de Sabino memorabimus. Cõcordia ergo fidei à magno in Nicæa prolatæ concilio,ab Euſebio clara uoce laudata,hæc eſt. Cap. IX

CRedimus in unum deum patrem omnipotentem, omniũ uiſibilium *Fides Niceni Concilij*
B inuiſibiliumq; factorem. Et in unum dominum Ieſum Chriſtum filium dei natum ex patre,unigenitum,hoc eſt,ex ſubſtantia patris,deum ex deo,lumen ex lumine, deum uerum ex deo uero, natum non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt & quæ in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus & homo factus eſt, paſſus, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos,& uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Et in ſpiritum ſanctũ. Dicentes autem:Erat,quando non erat,aut,nõ erat antequam fieret: aut, quia ex non extantibus factus eſt:aut, ex altera ſubſtantia uel eſſentia dicentes eſſe:aut,creatum aut conuertibilem filium dei, hos tales anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia. Hanc uenerabilem fidem, trecenti quidem decem & octo & agnouerunt & amplexi ſunt: &(ſicut ait Euſebius) conſonantes unanimes in ſcriptis explanauerunt. Quinq; uero ſolummodo non receperunt, uerbum conſubſtantialitatis reprehendentes, Euſebius Nicomediæ Præſul, Theogonius Nicænus, Maris Chalcedonenſis, Theonas Marmaricenus, Secundus Ptolemaidis, dicentes conſubſtantiale eſſe quod ex aliquo eſt, aut ex partitione, aut ex decurſione, aut ex plantatione. Ex plantatione quidem, ſicut ex radice germen: ex decurſione uero, ſicut paterni filij:ex partitione autem,ſicut ex maſſa auri anuli duo uel tres. Secundum nullum autem horum, inquiunt, eſt filius dei. Propterea ergo dicebant in fide non eſſe conſentiendum. Plurimum ſiquidem uerbo conſubſtantialitatis

Euſebius Cæſ.

Ariani qui nolebãt ὁμοούσιον uocẽ recipere

ſtantialitatis derogantes prædicti uiri, in Ariana depoſitione ſubſcribere noluerunt. Ideoq; ſynodus Arium, & ſectatores eius anathematiza-uit omnes, adijcientes neq; accedere eum in Alexandriam. Præceptumq; principis repente eundem Arium & qui circa Euſebium, & Theogonium, & qui cum eis, exilio deportauit. A

Arius iuſſu Conſt. in exilium mittitur

Cap. X

EVſebius igitur & Theogonius poſt modicum tempus exilij, libellum pœnitétiæ porrigentes, & in fide Conſubſtantialis cóſenſerunt, quod declarabimus procedentes. Tunc autem in ſynodo Euſebius cognomine Pamphili & Cæſareæ Palæſtinæ ſortitus epiſcopatum, paululum animad uertens atq; conſiderans, utrum oporteretet ſuſcipi terminū fidei, unà cum alijs omnibus, hoc eſt, uniuerſa multitudine cōſenſit atq; ſubſcripſit: necnō & populo ſub ſua diœceſi conſtituto ſcripſit terminum fidei, & ubiq; deſti-nauit, ſermonem ſubtiliter conſubſtantialis interpretatus, ut nequaquā pe-nitus ſuſpitionem aduerſam de eo quiſquam habere potuerit. Sunt autem quæ ab ipſo Euſebio conſcripta ſunt huiuſmodi uerba:

Cap. XI

Euſebius Cæſarienſis ὁμοουσίου uocabulum ſubtiliter interpretatur

ARbitramur & uos dilectiſsimi etiam aliunde didiciſſe, fama conſueta præcurrere perfectū de his quæ geſta ſunt ſermonem. Sed ne ex hu-iuſmodi auditu ueritas uobis aliter nuntietur, neceſſario miſimus uobis pri mum quidem ſcripturam à nobis de fide propoſitā. Nam & dominus no-ſter ad prædicandū diſcipulos ſuos mittens, ait: Euntes docete omnes gen-tes, baptizātes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. De quibus & affirmamus ita habere & ita ſapere, ſed etiam dudum ſic habuiſſe & ita ſa-puiſſe, & uſq; ad mortem pro hac inſtare fide, anathematizantes omnem ſine deo hæreſin, hæc omnia ex corde ſapuiſſe & anima, ex quo nouimus noſmetipſos, & nunc ſapere & dicere coram omnipotente deo & domino noſtro Ieſu Chriſto cum ueritate teſtamur, oſtenſuri probationibus & ſa-tisfacturi uobis, quia & præteritis temporibus ita credidimus & prædicaui mus. Hac autē à nobis expoſita fide, nulli relictus eſt reſiſtendi locus. Sed & ipſe primus deo amabilis Imperator noſter, rectiſsime eam habere teſta tus eſt, & ſic etiam ſe profeſſus eſt ſapere, & in hac omnes conſentire & ſub-ſcribere, & in his dogmatibus cōcordare præcepit, uno ſolummodo ſcripto & inſerto cōſubſtantialis uerbo. Quod etiam ipſe interpretabatur, dicens, quia non ſecundum corporeas paſsiones conſubſtantialis dicitur, neq; ſe-cundum diuiſionem, neq; ſecundum quandam deciſionem ex patre ſubſi-ſtere. Non enim poſſe naturam ſine materia intelligibilem incorporeamq; corporalem aliquam ſubſiſtere paſsionem, ſed ſacris quibuſdam ineffabili buſq; rationibus magis intelligendā. Et ſapientiſsimus quidem atq; pijſ-ſimus imperator ita philoſophabatur. Fidei ergo explanatione dictata, quemadmodum ab eis dictum ſit ex ſubſtantia patris, & patri conſubſtan tialem, non eſt ſine examinatione derelictum. Conſultationes enim & re-B

ſponſiones

A ſponſiones deinde mouebantur, & mens perſcrutabatur dictorũ ſenſum. Et hoc ergo quod aiebant de ſubſtantia, cõſtabat apud eos ſignificatiuum quidem eſſe ex patre, non tamen tanquam partem eſſe patris. Propterea nobis quoq; uidebatur bene ſe habere, ut mente conſentiremus piæ doctrinæ dictanti ex patre filium eſſe, non tamen partem eius eſſe ſubſtantiæ. Quapropter & nos mente conſenſimus, neq; uocem Conſubſtantialis refutantes, poſita præ oculis noſtris pacis intentione, & ab intellectu rectiſsimo non cadentes. Secundum hoc etiam natum & nõ factum ſuſcepimus: quoniam factum commune eſſe dicebant opus reliquarum creaturarum factarum per filium, quarum nihil ſimile habere filium confitemur & prædicamus. Vnde non eum eſſe facturam dicimus, quod congruit his quæ per eum facta noſcũtur, ſed ſuperius quàm facturæ, totius eſſe ſubſtantiæ, quã ex patre natam diuina docere uidentur eloquia, modo quidem generationis inenarrabili & incogitabili exiſtente uniuerſæ naturæ factæ. Sic autem & conſubſtantialem eſſe patri filium ratio examinata cognoſcit, non ſecundum corporũ modum, neq; mortalibus animalibus proximũ. Nam neq; per diuiſionem ſubſtantiæ, neq; perfectionem aut mutationem paternæ ſubſtantiæ uel uirtutis. His enim omnibus ingenita natura patris extranea eſt. Sed prædicandum eſt eſſe conſubſtantialem patri filium, eo quod nul-

B lam æqualitatem ad creaturas factas dei filius habeat, ſed ſoli patri genitori per omnem modum ſit ſimilis, & nõ ſit ex alia qualibet ſubſtantia uel eſſentia, ſed ex patris. Quod etiam ipſum hoc modo interpretatũ bene ſe habere uiſum eſt ad conſentiendum: quoniam & priſcorum epiſcopos aliquos conſcriptores eloquẽtes & nobiles agnouimus in patris & filij θεολογίᾳ (id eſt, diuina ratiocinatione) nomine conſubſtantialis uſos. Hæc itaq; de expoſita fide ſint dicta, in qua uniuerſi conſenſimus, nõ ſine animaduerſione, ſed ſecundum ſenſus expoſitos coram ipſo deo amabili examinatore Imperatore: & prædictis rationibus cõcordantes anathematiſmum poſt fidem in eis prolatum, ſine triſtitia eſſe credidimus, eo quod non ſcriptis uti uocibus prohiberet. Vnde penè omnis facta eſt confuſio & indiſciplinatio cunctis eccleſiis. Nulla ſiquidem ſcriptura diuinitus inſpirata dicente, ex non extantibus: aut, fuit aliquando quando non fuit, & reliquis quæ proferebant, irrationabile nobis uiſum eſt hæc dicere uel docere: quoniam neq; priore tempore huiuſmodi conſueuimus uti ſermonibus. Hæc uobis neceſſario ſcripſimus dilectiſsimi, iudicium noſtræ examinationis ac conſenſum uobis ſignificantes. Et quàm rationabiliter tunc quidem, quoniam nos ſcripta quędam modis alijs offendebãt. Poſtea uero indubitate ea quæ erant, ſine contriſtatione ſuſcepimus. Quapropter magnanimiter nobis ſenſum uerborum diſcutientibus, placuit concordare in his quæ à nobis ipſis in fidei expoſitione confeſſa ſunt.

De ſubſtantia

Hæc itaq;

Hæc itaq; Euſebius Pamphili in Cæſariam Palæſtinæ, literis explana- A uit. Alexandrinæ uero eccleſiæ, Aegyptiacis, & Libyæ, & Pentapoleos, & quæ uicinæ ſunt, hæc ſcripſit communi decreto Concilium.

THEODORETVS

Literæ Nicenæ ſynodi ad Alexandrinos & Aegyptios

SANCTAE MAGNAEQVE DEI GRATIA ALEXandrinæ eccleſiæ, & dilectiſsimis fratribus per Aegyptū, & Libyam, & Pentapolim cōſtitutis, cōgregari & magnā ſanctamq; ſynodum Nicææ celebrantes epiſcopi, in domino ſalutem Cap. XII

QVONIAM dei gratia & deo amantiſsimi principis noſtri Conſtantini, congregantis nos in urbe prædicta ex prouincijs diuerſis & ciuitatibus, magna ſanctaq; ſynodus celebrata eſt, omnimodis neceſſario uiſum eſt, ab hoc ſacro ſanctoq; concilio, etiā ad uos literas deſtinari, ut noueritis quę quidem mota & examinata, quæ uero placuerint atq; firmata ſint. Ante omnia ſiquidē exquiſita ſunt impia & iniqua & ſine deo dogmata Arij, atq; conſentientiū, ſub præſentia deo amantiſſimi Imperatoris noſtri Conſtantini: & omniū decreto cōplacuit anathematizari impiam eius ſectam, & iniqua & ſine deo uerba, ſimul & nomina quibus utebatur, filium dei blaſphemans, & dicens ex non exſtantibus eſſe. Et iterum, Fuit aliquando, quando non fuit. Quomodo enim fuit, aut quomodo iterum non fuit? & pro libero arbitrio maliciæ atq; uirtutis capabilem filium dei dicentis, & creaturā nominantis eum atq; facturam. Hæc igitur omnia fatua & anilia, & blaſphema, anathematizauit ſanctum & uniuerſale concilium, & nec uſq; ad auditum impiæ ſectæ atq; furoris huius, aut intellectum iniquorum ſenſum accōmodauit. Ea quidem quæ de illis geſta ſunt, qualem terminū habuerint, omnia iam aut audiſtis, aut audietis, ne nos forte uideamur uiro obloqui, propter delictum ſuū improperia digna portanti. Tantū enim ualuit eius impietas, ut etiam Theonas Marmaricenus, & Secundus Ptolemaidis ea potirētur. Itidem enim & illi dānati ſunt. Sed quoniā ineffabilis gratia dei illas quidem malas ſectas, & blaſphemias, & diſcordiam & audaciam perſonarum, & diuiſionem prædicta cōmotione deſtruēs liberauit Aegyptū, relinquebantur autem quæ per petulantiam Melitij geſta ſunt, & eorū qui ab eo ſunt ordinati, etiam ex hac parte quæ placuerint ſynodo, uobis inſinuamus chariſſimi fratres. Placuit ergo Melitiū quidem clementi concilio (dum ſubtili ueraq; ratione nullam ueniam mereretur) manere quidem in propria ciuitate, nullam uero omnimodis habere poteſtatem, neq; eligendi, neq; ordinandi, nec in prouincia nec in qualibet ciuitate uideri, purumq; nomen tantummodo poſsidere. Eos autem qui ab ipſo ſunt conſtituti, myſtica ordinatione firmatos habere honorem & miniſteriū, ut tamen ſequentes ſint modis omnibus uniuerſorum in ſingulis parœcijs & eccleſiis à chariſſimo comminiſtro noſtro Alexandro conſecratorum: & ut his nulla poteſtas

Arius cū ſuis ſectatoribus damnatus

B

Melitio poteſtas epiſcopalis adempta

teſtas

A teſtas ſit placitos ſibi eligere,aut nomina eorũ præferre,aut omnino aliquid agere præter uoluntatem eccleſiæ catholicæ Præſulis Alexandri. Gratia nanq; dei & orationibus ueſtris in nullo ſchiſmate repertos,ſed ſine macu/la in catholica & apoſtolica eccleſia permanentes, dignum eſt poteſtatem habere & eligendi quemlibet,& nomina eorum dandi,qui clero ſint digni: & abſolute facere omnia ſecundum legem & ſanctiones eccleſiæ. Si quẽ ue ro contigerit requieſcere in eccleſia,tunc prouehi in honorem defuncti eos, qui nuper aſſumpti ſunt,ſolummodo ſi uideantur digni,& populus eos ele gerit,condecernente ſimul & deſignante maximæ Alexandriæ ciuitatis epi ſcopo. Hoc itaq; alijs quidẽ conceſſum eſt omnibus. In perſona uero Meli tij nequaquã eadem placuerunt propter priorem indiſciplinationem eius, & procacitates eius, ac petulantiæ uoluntatẽ, ne ulla daret autoritas uel po/teſtas homini, qui poſſet rurſus eaſdem indiſciplinationes inſtruere. Hæc ſunt præcipua & cõpetentia Aegypto,& ſanctiſsimæ Alexandrinorum ec cleſiæ. Si quid aũt aliud ordinatũ eſt aut dogmatizatum, præſente domino atq; chariſsimo cõminiſtro & fratre noſtro Alexandro, ipſe pręſens uobis poterit ſubtilius aperire, tanquam autor geſtorũ, & cõmunicator exiſtens. Euangelizamus aũt uobis & de cõſonantia ſanctiſsimi paſchæ, quia ueſtris orationibus eſt correctum etiã hoc opus, ita ut omnes Orientales fratres,

Nota antiquum morem

De obſeruatione Paſchæ

B qui cum Iudæis primitus celebrabant, cõſone cum Romanis & uobiſcum, & cum omnibus ab initio Paſcha cuſtodientibus,ex hoc tempore debeant cuſtodire. Exultantes itaq; in his quæ geſta ſunt,& in communi pace atq; concordia,& in eo quod omnis radicitus hæreſis eſt auulſa, cum maiori ho nore & ampliori charitate ſuſcipite comminiſtrum noſtrum,ueſtrum Pon/tificem Alexandrum, qui nos præſentia ſua lætificauit, tantumq; laborem pro pace ueſtra etiã in hac ætate ſuſtinuit. Orate ſimul & pro nobis omni/bus,ut quæ bene placuerunt, firma permaneant per dominum noſtrum Ie ſum Chriſtum,ſecundum bonam uoluntatem facta (ſicut credimus) dei & patris in ſpiritu ſancto, cui eſt gloria in ſecula. Amen.

TRINITAS CONSVBSTANTIALIS ET AETERNA

SOCRATES Cap. XIII

EX hac igitur epiſtola ſynodi manifeſtum eſt,quod non ſolum Arium & conſortes eius anathematizauerint,ſed etiam uerba ſectæ ipſius, Et quod de paſcha concordantes, hæreſiarcham Melitium ſuſceperint.

Mouet autem me feruor Imperatoris, etiã ex alia re eius uoluntatis ha/bere memoriã,& quemadmodum pro cõcordia cogitabat. Habens enim prouidentiam pacis eccleſiarũ, uocauit ad ſynodum & Aceſium Nouatia/norum religionis epiſcopum. Poſtquam ergo ſcripta & ſubſcripta eſt à cõ/cilio fidei definitio,requiſiuit Imperator Aceſium,an & ipſe cõſentiret in fi/de & Paſchalis definitione feſtiuitatis. At ille, Nihil, inquit, noui ô Impera/

A tor ſynodus definiuit. Sic enim olim & à temporibus Apoſtolorũ ipſe perceperi,& terminum fidei,& tempus Paſchalis feſtiuitatis. Porrò denuo Imperatore requirente, Cur ergo te à communione ſeparas? Ille ea quæ ſub Decio geſta ſunt perſecutionis tempore, replicauit,& ſubtilitatem acerbiſsimæ regulæ deduxit ad medium, quod nõ oporteat eos, qui poſt baptiſma peccant, peccato quod ad mortem eſſe ſcripturæ diuinæ pronuntiant, communicatione ſacramentorum fieri dignos: ſed inuitandos quidem ad pœnitentiam, ſpem uero remiſsionis nõ à ſacerdotibus, ſed à deo ſolummodo ſuſtinere, qui poteſtatẽ habet peccata remittere. Hæc cum dixiſſet Aceſius, Imperator ait, O Aceſi, pone ſcalam,& ſi potes, aſcende ſolus in cœlum.

Hæc nec Euſebius Pamphili, nec alij dixerunt. Ego uero audiui à uiro nequaquã mentiente, qui & ualde ſenex erat, & tanquã qui uidiſſet ea quæ fuerant in Concilio geſta, referebat.

SOZOMENVS Cap. XIIII

Canones Niceni concilij Synodus autem corrigere uolens hominum uitam,& in eccleſiis cõmorantium, poſuit leges, quas Canones appellamus. In quorum tractatu uidebatur aliquis introducere legem, ut epiſcopi, & presbyteri, diaconi & ſubdiaconi, cum coniugibus quas ante conſecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confeſſor contradixit, honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem eſſe dicens, cõcubitum cum propria B coniuge. Suaſitq; concilio, ne talem ponerent legem, grauem aſſerens eſſe cauſam, quæ aut ipſis, aut eorum iugalibus occaſio fornicationis exiſteret. *De cœlibatu ſacerdotum* Et hæc quidem Paphnutius, licet nuptiarum eſſet inexpertus, expoſuit. Synodusq; laudauit ſententiam eius, & nihil ex hac parte ſanciuit, ſed hoc in uniuſcuiuſq; uoluntate, non in neceſsitate dimiſit. His à concilio ita diſpoſitis, contigit Vicennalia Conſtantini principis prouenire. *Vicennalia Conſtãtini Aug.* Et eſt cõſuetudo Romanorum, unumquodq; decennium Imperatorum, publica deuotione celebrare. Oportunum ergo iudicans Conſtantinus, inuitauit tunc ad conuiuia ſynodum,& donis cõpetentibus honorauit. Admonitosq; de cõcordia fidei, & communi inter alterutros pace, petita ab eis oratione, ualedixit uniuerſis in Nicæa, ſcribens abſentibus quæ fuerint in concilio celebrata,& inuitans ut ab omni diſcordia recedentes, concordarent in expoſita concilij fide, quæ nihil aliud niſi dei ſententia uideretur ex conſonantia tantorũ & talium ſacerdotum ſancto ſpiritu conſtituta,& poſt inquiſitionem ſubtiliſsimam & animaduerſionem dubitationum omnium comprobata.

SOCRATES

VICTOR CONSTANTINVS MAXIMVS AVguſtus, epiſcopis & populo. Cap. XV

MALIGNOS & impios Arius imitatus, dignum eſt ut illorũ quoq; ſuſcipiat ultionem. Sicut ergo Porphyrius, diuinæ pietatis inimicus, iniqua uolumina

A lumina cõtra religionem proferens, dignã promeruit inuenire mercedem, & talem,per quam in poſterũ eſſet opprobrium,& plurima cõpleretur infamia:& nũc placuit Arium & cõſectatores eius uocari Porphyrianos,ut quorum mores imitati ſunt,eorum uocabulo perfruantur. Super hæc autem,ſi qua cõſcriptio ab Ario facta reperitur,igni tradatur, ut non ſolũ praua eius doctrina depereat, ſed neq; ulla eius poſsint remanere cõmenta. Hoc etiã præcipio,ſi quis conſcriptiones Arij cælaſſe cõperitur, & nõ repente proferens igne cõſumpſerit,mortis ſupplicio ſubiacebit. Mox enim ut in hoc fuerit captus,capitalem ſuſcipiet ultionem. Deus uos cuſtodiat.

THEODORETVS

VICTOR CONSTANTINVS MAX. PIVS, EVSEBIO.

VT in noſtri nominis ciuitate cognouimus,Saluatoris dei noſtri proſpiciente ſolatio,maxima hominum multitudo ſanctiſsimę ſe dicauit eccleſiæ, ut hoc cremento ualde proficiente, dignũ eſſe uideatur etiam eccleſias in ea plures ædificari. Quapropter quod uiſum eſt noſtræ uoluntati, decuit nos tuæ notum facere ſapientiæ, quatenus quinquaginta membranaceos codices bene cõfectos,& ad uſum habiles,ab artificibus antiquarijs,& perfecte artem ſcientibus ſcribi præcipias diuinarum uidelicet ſcripturarũ, quarum maxime confectionem & uſum neceſſarium eccleſiis eſſe noſti. Miſſæ ſunt
B enim literæ à noſtra tranquillitate ad prouinciæ Iudicem, quatenus omnia confectioni eorũ neceſſaria præbere curet. Vt enim citius codices conſcripti conficiantur,erit opus diligentiæ tuæ. Nam & duo publica uehicula ad deferendos eos ex autoritate reſcripti noſtri te percipere conuenit. Sic enim & maxime bene conſcripti uſq; ad noſtrũ perducentur aſpectũ,uno uidelicet tuæ eccleſiæ hoc exequente diacono:qui dum ad nos uenerit,experietur noſtræ munificentiam pietatis. Deus te cuſtodiat frater chariſsime. *Publica uehicula*

THEODORETVS

Sufficiant quidem hæc ad conijciendũ,magis autem aperte noſcendum quemadmodũ celeberrimus Imperator ſuũ ſtudium circa ſacra cõſtituerit. Attamen adijciã,quæ etiã circa ſalutare ſepulchrũ geſſerit. Agnoſcẽs enim quoniã elati & circa culturã bacchãtes idolorũ, ſepulchrũ domini ſordibus operuerant,obliuione tradere cõtendentes memoriã ſalutarem:& deſuper templum ædificauerant luxurioſiſsimæ dæmonis,id eſt, Veneris,ut illic uirginum cantibus inſultarẽt,præcepit deſtrui ſceleratiſsimũ templũ,ipſumq; puluerem funeſtis ſacrificijs uiolatũ eijci, & procul à ciuitate diſpergi, deinde ſacrariũ ædificari deo, maximũ atq; pulchrum:ſicut deſignatur ex eius epiſtola ad Macariũ ipſius ciuitatis Epiſcopum deſtinata.

SOCRATES Cap. XVI

EVſebius igitur & Theogonius pœnitẽtiæ libellum ſummis epiſcopis mittẽtes ab exilio reuocati ſunt Imperiali præcepto,& ſuas eccleſias re-

ceperunt, expellentes eos qui in ipſorũ locis fuerãt ordinati, id eſt, Euſebius A
Amphionem, Chreſtũ uero Theogonius. Cuius libelli exemplar hoc eſt:

Libellus pœnitentiæ, quẽ Euſebius Nicomediẽſis et Theogonius ad epiſcopos miſerunt

Dudum quidem ante iudicium condemnati à reuerentia ueſtra, patienter ferre quæ decreta ſunt à ſancto ueſtro concilio debuimus. Sed quia nimis abſurdum eſt, contra noſmetipſos dare calumniatoribus de taciturnitate probationem, propterea referimus, quoniam & nos in fide unà cucurrimus, & ſenſum examinantes de Conſubſtantialitatis ſermone cuncti pacificati ſumus, nequaquã ſequentes hęreſim, ſed cõmemorantes ad cautelam eccleſiarũ, quæ noſtræ ſubueniebãt menti. Et ſatisfacientes eis, à quibus per nos ſuaderi debuerat, in fide ſubſcripſimus. Anathematiſmo aũt non ſubnotauimus, non tanquam fidem accuſantes, ſed ut uelut non credentes talem eſſe eum, qui fuerat accuſatus, certi de eius miſsis ad nos epiſtolis, & inter nos diſputationibus habitis. Si igitur ſatisfactũ eſt ſancto ueſtro cõcilio non reluctantes, ſed cõſentientes decretis ueſtris, etiam hac conſcriptione ſatisfacimus uobis, non exiliũ grauiter ferentes, ſed ſuſpitionẽ abijcientes hæreſeos. Si enim dignamini nunc in uultu ueſtro nos recipere, habebitis in omnibus conſonantes & ueſtra ſequentes pariter conſtituta: quando etiam eum, qui in his accuſatus eſt, placuit ueſtræ reuerentiæ clementiã promereri atq; reuocari. Abſurdum nanq; eſt, ſi is qui putatur eſſe reus, reuocatur ad ſatisfaciendum in quibus ei derogabatur, ut nos contra noſmetipſos præbeamus per taciturnitatem increpationis iudiciũ. Dignamini ergo ſicut cõuenit ueſtrę uenerationi, & deo amatiſsimũ principem cõmonere, & preces tractare noſtras, & uelociter de nobis quæ uobis conueniunt, cogitare. Hic quidem libellus eſt reuerſionis Euſebij & Theogonij. Ex uerbis aũt eius conijcio, quia iſti quidem dictatæ fidei ſubſcripſerũt, damnationi uero Arij conſentire noluerunt. Ex quo & Arius ante iſtos reuocatus agnoſcitur. Sed licet hoc ita ſe habere uideatur, tamen Alexandriã accedere prohibitus eſt. Hoc autem oſtenditur ex eius cogitationibus quas poſtea molitus inuenitur, figmento pœnitentiæ ſuæ: ſicut opottune patefiet. B

SOCRATES Cap. XVIII

Vicennalia Conſtantini

IMperator interea poſt Concilium degebat lætus. Celebrata ergo feſtiuitate publica Vicennaliũ ſuorum, mox ad erigendas eccleſias feſtinus acceſsit. Hocq; faciebat per ſingulas ciuitates, & in urbe cognominis ſui.

SOZOMENVS

Nam cum ei omnia proſpere cederent, propriam uoluit habitare ciuitatem. Veniensq; ad campum ante Ilium poſitum iuxta Helleſpontũ ſuper Aiacis tumulũ, ubi Achiui contra Troiam pugnantes habuerunt caſtra, ciuitatem deſignauit, portasq; fecit quæ hactenus uidentur à nauigantibus. Hæc agenti, per noctem deus apparuit, monens ut alium quæreret locum, eumq; mouens ad Byzantium Thraciæ, illuc eum habitare iuſsit.

Socrates

A SOCRATES

Quæ cum prius Byzantium uocaretur, auxit, & maximo eam muro circumdedit. Et diuerſis ornatam fabricis æquã Imperiali Romæ cõſtituit. Et denominatã CONSTANTINOPOLIM, appellari ſecundam Romam lege firmauit, ſicut lex ipſa in marmorea placona noſcitur eſſe conſcripta, & in Strategio iuxta equeſtrem ſtatuam eius conſtituta. In hac quoq; ciuitate duas quidem ædificauit eccleſias, quarum unam nominauit Irenen, aliam uero appellauit Apoſtolorũ. Non ſolum autem ſicut dixi, auxit Conſtantinus Chriſtianorum dogmata, ſed etiam Paganorum templa deſtruxit. Simulacra nanq; ornata publice in Conſtantinopolitana urbe propoſuit. Et tripodas Delphicos in Circo ad ſpectaculum dedit, quæ cum ipſo uideantur aſpectu ſuperfluere feruntur. *Byzantium* *Conſtantinopolis*

SOCRATES

Interea mater Imperatoris Helena (cui cognominem uicũ Drepani princeps ciuitatem dicauit Helenopolim) admonita per ſomnũ ad Hieroſolyma properauit, & quondam Hieruſalem, deſertã ſicut pomorũ cuſtodiariũ inueniens, requiſiuit ſepulchrũ Chriſti. Quod licet difficillime, tamen inuenit. Ita repente templum illud ſceleſtiſsimũ deijci iuſsit. Et palàm facto domini monumento, apparuerũt circa id ſuffoſſæ tres cruces, & claui, ſimul & B titulus, literis Hebraicis, Græcis Latinisq; conſcriptus, IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM *Helenopolis.* *Helena uadit Hieroſolyma* *Tres cruces* *Claui*

SOZOMENVS

Dicitur autem quia iam mortuus crucis tactu ſurrexit. De hoc ligno Sibylla dixit apud paganos:

O ter beatum lignum, in quo deus extenſus eſt. *Sibyllæ uaticinium de ligno crucis*

Tunc ergo quæ crux eſſet domini, quæ latronum dubitare cœperunt. Proinde Macarius, ciuitatis præſul, huiuſmodi tractatu dubitationẽ ſoluit: Mulieri nanq; nobilitate claræ longa ægritudine fatigatæ, unam illarũ crucium cum oratione promptiſsima adhibens, uirtutem ſaluatoris agnouit. Mox enim ut mulierem crux attigit, paſsionem ſæuiſsimę ægritudinis effugauit, & fœminæ ſalutem reſtituit.

THEODORETVS

Sic itaq; mater Imperatoris quod cupiebat agnoſcens, de clauis quidem quibus manus Chriſti fuerant perforatæ, alios in galeam immiſit Imperatoris, filij capitis prouidentiam gerens ut iacula bellica ſubmoueret: alios freno equino inſeruit, & cautelam Imperatoris agens, & ueterem prophetiam adimplens. Olim eñ Zacharias clamauerat propheta, dicẽs: Et erit quod in freno eſt, ſanctum domino omnipotenti. Salutaris uero crucis partem quidem aliquam Regalibus diſtribuit. *Helena clauos galeæ in freno filij ſui Conſtan. includit*

SOCRATES

Quam Conſtantinus ſuſcipiens, & credẽs ſaluari ciuitatem ubi hæc par-

ticula ſeruaretur,in ſua ſtatua (ſicut fertur)in foro Conſtantini poſita ſuper columnam Porphyreticam deuote condidit. A

THEODORETVS

Reliquam uero partem in argentea theca clauſam ciuitatis tradidit ſacerdoti. Et undiq; congregans artifices maximas illic ornataſq; ædificauit ecclesias. His ita geſtis conuiuio exhibito uirginibus ſacris, & ipſa miniſteriũ ancillæ gerens,ultra octogeſimum annum ætatis agens,& his ſimilia faciẽs rediit ad filium.Et cum lætitia tranſiuit à ſeculo,multa filio pietatis mandata committens,nouiſsimis benedictionibus adimpleto.

Helena moritur

SOCRATES

Poſt hæc igitur Imperator curam maximam Chriſtianorum habens, paganorũ ſuperſtitiones aduerſabat̃: remouitq; μονομαχίας,& ſuas imagines in templis poni præcepit,& Cubitum quo menſurat̃ Nilus non iam in templum Serapidis annis ſingulis,ſed in eccleſias portari ſanciuit.

μονομαχίαι Cubitus, νειλομέτριον

SOZOMENVS

In omnibus itaq; uolens ſimilẽ monſtrare Romæ Cõſtantinopolim,fruſtratus nõ eſt. Nam & corporibus & diuitiis maior effecta eſt. Quod ideo proueniſſe credo propter amorem dei,quẽ ciuitas gerit, & habitatorũ circa indigentes auxiliũ. Intantũ nanq; fidei creuit,ut multi quidem Iudæorũ ciuium, Pagani uero penè oẽs, Chriſtianã illic cõuerterent̃ ad fidem. In qua B urbe creſcente, quo tẽpore religio noſcit̃ ampliata, neq; aræ, neq; pagana templa, aut ſacrificia facta ſunt niſi ſub Iuliano breui tempore: quod mox probat̃ extinctũ. Hanc igit̃ tanq; nuper conditã Chriſti ciuitatẽ,Conſtantinus ſuo nomine dedicauit,multis eam & magnis exornans eccleſiis. Iuuabatq; diuinitas Imperatoris uota,& apparitionibus multis indicabat̃,quia ſanctæ ſalutareſq; eſſent quæ illic ædificabãtur eccleſiæ. Cap. XIX

INſignis itaq; locus ex illo tempore claruit peregrinis & urbicis, ubi olim quidem Veſta colebat̃, poſtea uero eccleſia facta eſt, qui locus nunc Michaelum nuncupatur, in dextera poſitus parte nauigantiũ à Ponto ad Cõſtantinopolim,diſtãs ab ea nauigio quidem ſtadiis ferè triginta & quinq;: per terram uero circumeuntibus omnem ſinũ,uſq; ad ſeptuaginta & amplius tenditur. Sortitus eſt igitur is locus appellationem nunc uſq; ſeruatã, eo quod illic manifeſte cernitur apparere Michael diuinus Archãgelus: quod etiam ego iutus eximie uerum eſſe confirmo. Oſtendit igitur hoc ita eſſe etiam multis aliis uirtus diuina per ipſarum rerũ experimenta. Quidã enim in cauſas difficiles aut ineuitabilia pericula, alii uero in languores aut ignotas paſsiones incidentes,ſupplicantes deo,liberari promeruerunt.Sed quæ ſingulis & quomodo illic miracula contigerint, narrare longum eſt. Quæ uero prouenerint Aquilino nobis noto & in cauſis forẽſibus ſocio, partim ab eo audiens,partim ipſe cognoſcẽs neceſſario pandam. Cum eum ardentiſsima

Michaelũ, locus apud Conſtantinopolim

Archangeli Michaelis apparitio

A tiſſima febris rubris choleris mota comprehendiſſet, æſtuanti poculum dederunt medici,quod euomuit: moxq; cum uomitu diffuſæ cholerę ſuperficiem uultus eius ſimili ſui colore tinxerunt. Quamobrem quicquid comederet & biberet,euomebat. Cumq; hoc diu pateretur, nec eſca ad nutrimenta proficeret,hærebat ars medicorum: & dum morti uicinus eſſet, iuſſit ſuis ut ſe ad locum hunc ducerent,credens aut illic ſe mori,aut languore priuari. Iacentiq; per noctem diuina uirtus apparens præcepit, ut quicquid comederet,in huiuſmodi porionē tingeret,quæ eſſet ex pipere & uino & melle confecta. Quo facto, ab ægritudine liberatus eſt: quippe cum medicis ratione medicinæ uideatur eſſe contrarium calida pocula cholericis exhibere.

Audiui enim & Probianum uirum in palatio habentem militiam medicorū, crudeli podagræ paſſione detentum, ibi doloribus liberatum, eiq; apparuiſſe ſanctam mirabiliter uiſionem. Cum enim dudum paganus eſſet,factus poſtea Chriſtianus,aliquatenus dogma ſequebatur. Totius uero ſalutis cauſam, id eſt ſacratiſsimam crucem, nolebat adorare. Hāc habenti ſententiā diuina uirtus apparens,ſignum monſtrauit crucis quod erat poſitum in altario eius eccleſiæ. Et aperte palàm fecit, quia ex quo crucifixus eſt Chriſtus,omnia quę ad utilitatem humani generis facta ſunt,quolibet modo præter uirtutem adorandæ crucis geſta non eſſent, neq; ab angelis ſan-
B ctis,neq; à pijs hominibus. *Probianus* *De S. Cruce*

Cap. XX

CVm itaq; populi & ciuitates ad cultum Chriſtianitatis accederent, & cæteri pro filijs & uxoribus metuentes(ne quid mali paterentur ſi contradicerent) quieti uacarent, nudati ſolatio multitudinis templorum cultores & Sacerdotes,ſimulachra apud ſe repoſita precioſiſsima tradiderunt,& quæ Iouis fulmina uocabantur: & per ſemetipſos hæc educebant ex adytis & templorum latentibus locis:quæq; prius inuiſa apud cæteros erant, & ſolis ſacerdotibus manifeſta, facta ſunt omnibus ualde uiliſsima. Aliæ uero imagines & ſtatuæ ex precioſa confectæ materia,igne crematæ ſunt, & pecuniæ publico ſociatæ. Quę uero ex ære mirabiliter facta uidebātur,ad Cōſtantinopolim ſunt aduecta ornatus cauſa, & hactenus in publico collocata,& per plateas,& in circo,atq; regalibus:id eſt,Pythia diuinatoris Apollinis,& Muſæ Heliconides,& Delphici Tripodes. Spoliataq; ſunt ianuis tēpla,& alia laquearib. ſunt nudata,alia uero neglecta ad ſordes uſq; ruinãq; perducta ſunt. Tunc itaq; perierunt & penitus ſunt euerſa,id eſt, in Aegea Ciliciç templum Aeſculapij,& in Aphacis iuxta montē Libanum & Adonem fluuium,Veneris domus:utraq; apud illos inſignia:eo quod Aegeatæ gloriarentur,quaſi languentes corpore curarentur apud eos dęmone nocti bus apparente atq; curante: In Aphacis aūt,quod per inuocationē quandā certo die de ſummitate Libani mōtis, ignis fulgēs ueluti ſydus in proximū flumen ueloci ter occumbebat,quod dicebant Venerē eſſe. *Sacerdotes Gentilium ad famem redacti* *Templum Aeſculapij. Veneris Aphaca*

SOZOMENVS. Cap. XXI A

INterea cum multitudo magna ex diuerſis gẽtibus confuſorum barbarorum ex Thracia tranſiſſet in Aſiam, & alij aliunde barbari hoc egiſſent contra Romanos, multi ſacerdotũ Chriſti capti cum eis erant. Cumq́ languentes curarent & dæmones effugarent, Chriſtũ ſolũmodo nominantes, & filiũ inuocantes dei, inſuper & conuerſationẽ exercentes inculpabilem, & omnẽ maculam uirtutibus euincentes, admirati barbari uirorum uitam, & opera ſimul egregia, bene ſe ſapere crediderunt, & deum habere propitium ſi meliores imitarentur homines, &, ſicut ipſi, colerent deum. Et conſtituentes ſibimet ex eis bene agendi pręceptores, edocebantur, & baptizabantur, & conſequenter in eccleſias occurrebant.

THEODORETVS Cap. XXII

FAutores igitur Arij nequiſſima non reliquere conſilia. Huius enim cauſa in confeſſione fidei etiam manibus conſenſerunt, qui poſtea imitati ſunt geſta luporum. Nam cum ſanctiſſimus Alexander, qui ſuis orationibus Arium fuerat iaculatus, id eſt, Byzantij pontifex (ſic enim tunc uocabatur Conſtantinopolis) ad meliorem translatus fuiſſet uitam, Euſebius defenſor impietatis paruipendens regulas quas ante paululum cum alijs Pontificibus ipſe cõſcripſerat, repente Nicomediam deſerens, Conſtantinopolitanam arripuit ſedem, regulis è diuerſo clamitãtibus, epiſcopos & presbyteros non licere ex alia tranſire ad aliam ciuitatem. Sed mirum non eſt, ut qui ſic inſaniunt aduerſus unigeniti deitatem, licenter etiam alias tranſgrediantur leges. Non enim tunc ſolummodo hanc nouitatem fecit, ſed etiã olim aliud ſimile perpetrauit. Qui dum in Beryto eſſet epiſcopus, trãſiliuit in Nicomediam, & ex ea denuo poſt concilium inſania apertę impietatis exactus eſt, & cum eo Theogonius Nicænus. Quod Imperator Conſtantinus literis manifeſtum fecit. Ego uero huic operi finem epiſtolæ inſerere iudicaui. Scripſit enim hæc Nicomedienſibus: Quis eſt qui ita populum docuit innocentem? Euſebius utique tyrannicæ crudelitatis excultor. Quod enim ubique tyranni noſcatur eſſe cliens, ex multis rebus apparet. Hoc namq́ uerarium epiſcoporũ teſtatur interitus, hoc etiã Chriſtianorũ crudeliſsima perſecutio clamat aperte. Nihil enim de iniurijs mihi factis nunc dico, per quas quando maxime aduerſarum partiũ inſidiæ diſcurrebant, iſte etiam oculos contra me habebat intentos. Cui hoc defuit ſolum, quod non & armatum miniſteriũ tyranno licenter exhibuit. Neq́ me quiſpiam putet ad horum probationem minus inſtructum. Iudiciũ nanq́ manifeſtũ eſt, quia presbyteros & diaconos ſequentes Euſebium, aperte conſtat à me deprehenſos. Sed hæc quidem tranſeo, quæ nunc non indignationis gratia, ſed ad illorũ confuſionẽ à me probata noſcuntur. Hoc ſolum formido, hoc cogito, quod uos ad cõmunionem criminis uocari conſpicio. Propter Euſebij nanq́ ſeductionem

Euſebius Nic. canonũ tranſgreſſor B

Pars epiſtolæ Cõſtantini ad Nicomedienſes, de Euſebio Nicom.

A ductionem & ſubuerſionem,conſcientiam percepiſtis à ueritate ſeparatam. Sed erit huius rei nõ tarda ſalubritas, ſi epiſcopum fidelem & integrũ nunc ſumentes,reſpiciatis ad deum. Quod utiq; ad præſens in uobis eſt, & iſtud dudum oportuerat in ueſtro pendere iudicio,niſi prædictus Euſebius peſſima cõſciorum ſuorum tuitione ueniſſet huc, & ordinem rectitudinis impudentiſſime confudiſſet.Sed quoniam de memorato Euſebio apud ueſtram charitatẽ nos breuiter loqui decet,audite: Meminit ueſtra patientia factum in Nicæa ciuitate concilium : cui & ego ipſe conſcientiæ meæ cultum decenter exhibui,nihil aliud uolens quàm concordiam omnibus fabricari, & prę cunctis arguere,& remouere hanc cauſam,quæ principium quidem habuit per Arij Alexãdrini ſuperbiam, corroborata uero eſt per Euſebij prauum peſtiferumq; uotum . Sed ipſe Euſebius (ô amabiles atq; chariſsimi) cum quanta putatis diſcurſione, quippe conſcientia ſua uictus, cum quanta confuſione mendacio undiq; declarato degebat ? Immittens mihi quidem diuerſos,qui pro eo depoſcerent:petens uero à me quoddam ſolatium,ne tanto malo conuictus , ſuo honore priuaretur . Teſtis eſt mihi deus huius rei, qui & in me & in uobis benigno amore conſiſtat. Nam me etiam ille deuertit, & indecenter abripuit, quod uos quoq; noſtis.Tunc enim omnia geſta ſunt ſicut ipſe deſiderabat , quia omne malum in ſua conſcientia recõdebat.

B Sed ut cętera peruerſitatis eius omittam,quid maxime cum Theogonio nequitiæ ſuæ participe egerit,audite depoſco: Alexandrinos quoſdã à noſtra fide recedentes,huc deſtinari pr[illegible]ceperam, quoniam horũ miniſterio mentis flammas urgebat . Sed iſti benigni & optimi nimis epiſcopi, quos ſimul concilij ueritas ad pœnitentiam reſeruabat, non ſolum receperunt eos & apud ſe ſeruauerunt,ſed etiam malis eorum uoluntatibus cõmunicare decreuerũt. Quapropter hoc circa iſtos ingratos decreui peragere,ut abrepti procul deportarent̃ exilio. Nũc itaq; ueſtrum eſt,ad deũ illa fide reſpicere,qua ſemper & fieri cõuenit,& eſſe decet,& agere. Epiſcopos enim purificatos & orthodoxos atq; clemẽtes nos gaudemus habere. Si quis autem ad memoriam illorum peſtilentium,aut ad laudem,improuide præſumit forſitan excitari,repente in ſua præſumptione miniſtri dei,hoc eſt,meo opere comprimetur. Deus uos cuſtodiat fratres chariſsimi. *Theogonius* *Deportatio*

THEODORETVS. Cap. XXIII

TVnc igitur iſti & damnati,& ciuitatibus ſunt expulſi. Et Nicomediæ quidem Appion epiſcopus ordinatus eſt , in Nicæa autem Chreſtus. Sed rurſus conſuetas machinationes exercẽtes , & imperatoris clementiam acceſſibilem ſuis fallacijs inuenientes,reſtituti ſunt,prioremq; potentiam receperunt. Euſebius etenim(ſicuti iam dixi)etiam Conſtantinopolitanum tenuit tyrãnice Præſulatum,& potiorem percepit præſumptionẽ, frequenter ad Imperatorem ueniens,& fiduciam ex crebra collocutione mercatus, con *Appion Nicomediæ epiſc.* *Chreſtus Nicææ epiſc.*

tra

tra ueritatis propugnatores ſęuas cõtentiones inſtituit. Et primum quidem A
cupere ſe Hieroſolymorũ loca profeſſus eſt, & Imperatorem tanquam cele
bre illud uiſurus ædificationis opus, prouida cogitatione captauit. Quapro-
pter cum multo honore dimiſſus eſt, Imperatore ei uehicula & alia diſtribu
ente ſolatia. Profectus igitur eſt cum eo & Theogonius Nicænus, particeps
malignorum conſiliorum eius, ſicut iam diximus. Cap. XXIIII

Ariani conueniunt Ant. VEnientes autem in Antiochiam, & amicitiarum induti uultum, maxima miniſtratione potiti ſunt. Veritatis enim propugnator magnus Euſtathius, largam eis hoſpitalitatem fraternitatis exhibuit. Cumque ad ſacratiſsima loca perueniſſent, & concordes uidiſſent ſuos, hoc eſt, Euſebium Cæſarienſem, Scythopolitam Patrophilum, & Aetium Lyddæ, Laodiciæ Theodotum, & alios qui lepram Arij ſuſceperant, nunciauerunt eis quod cogitauerant, & cum eis uenerunt in Antiochiam. Et ſchema quidem ſub honore præmittebatur aduentus eorum, quod uero propinabatur, erat pietatis bellum. *Calũnia adulterij ab Arianis imponitur Euſtathio* Mulierem namque proſtantem mercede conducentes, & linguam eius ſibi impendi perſuadentes, ad concilium uenerunt. Proinde alios omnes foras ire præcipientes, miſerrimam introduxere mulierem. At illa infantulum ſub mammilla demonſtrans, aiebat ex concubitu Euſtathij illum ſe & concepiſſe & generaſſe, eumque clamabat ſæpius impudentem. Is autem qui calumniæ eius tam manifeſtæ conſcius erat, iuſſit ut hanc rem ſi qui B ſcirent, deducerentur ad medium. Illa uero dicente nullum habere accuſationis teſtem, iuſiurandum ei iuſtiſsimi iudices intulerunt, lege tamen aperte clamante: In duobus aut tribus teſtibus credi eſſe ueracia quæ dicuntur, necnon & Apoſtolo præcipiente, ut nullus aduerſus presbyterum accuſationem factam extra duos aut tres teſtes accipiat. Sed iſti ſacras contemnentes leges, contra talem uirum accuſationem ſine teſtimonio receperunt. Cum ergo illa mulier iuſiurandum præbuiſſet, adiecit, affirmans quod ille infans ex concubitu eſſet Euſtathij. Tunc itaque tanquam aducti ſus adulterum iſti amatores ueritatis protulere decretum. Alijs quippe Pontificibus (cum utique multi adeſſent, & pro Apoſtolicis dogmatibus repugnarent, & omnimodis quæ fuerant concinnata, neſcirent) aperte reclamantibus & magnum Euſtathium collaudantibus, decretumque illorum iniquum ſuſcipi prohibentibus. Hoc igitur facto, uelociter huius noxæ concinnatores ad Imperatorem profecti ſunt, eique perſuaſerunt quod uera fuiſſet accuſatio & depoſitionis Euſtathij iuſta ſententia, quem tanquam adulterum atque tyrannum expelli fecerunt, exercitatorem pietatis ſimul & caſtitatis egregium. Et ille quidem per Thracias ad Illyrici deductus eſt ciuitatem. Iſti uero primo quidem pro eo ordinauerunt Eulalium. Quo tempore pau*Euſebius* co uiuente, Euſebium Palæſtinenſem illuc transferre uoluerunt: eoque fugi*Euphronius* ente mutationem, & ſimul Imperatore prohibente, fecerunt Euphronium.

Quo

A Quo etiam, anno & paucis menſibus in epiſcopatu defuncto, † Phlacito illius eccleſiæ tradidere Pontificatum. Iſti uero omnes peſtem Arij habuere celatam. Propterea nanque multi pie uiuẽtium & ſacerdotum & reliquorum, eccleſiaſtica relinquentes collegia, apud ſemetipſos conueniebant. Quos uniuerſi Euſtathianos appellabant, quia poſt egreſſum illius ſcorſum congregabantur. Porrò mulier illa miſerrima paſſionem crudeliſſimi languoris incurrẽs, manifeſtauit inſidias: & illam Tragœdiæ compoſitionem pariter enudauit, non duobus uel tribus, ſed multis admodum ſacerdotibus quæ concinnata uidebantur inſinuans. Ait enim pro pecunijs illam ſe facere præſumpſiſſe calumniam. Iuſiurandum tamen non omnino fuiſſe falſum, quia ille infans, de quo iurauerat, filius erat cuiuſdam Euſtathij nomine, fabri ferrarij. *Alter codicũ Græcorum πλακετίῳ habebat, alter φλακέτῳ. Euſtathiani*

SOCRATES Cap. XXV

TVnc igitur in Antiochia grauis ſeditio in Euſtathij depoſitione commota eſt, & poſtea de epiſcopatus electione tantus ignis accenſus eſt, ut penè ciuitas uniuerſa periclitaretur, populo in duas partes diſſidente: & alijs quidẽ Euſebium Paleſtinæ transferri contendentibus in Antiochiam, alijs autem ſtudentibus ut reuerteretur Euſtathius. Erat enim in utraque parte & populus ciuitatis & militaris manus, & tanquam aduerſus hoſtes ita B cuncti mouebantur, ut penè uſque ad gladios peruenirent, niſi deus & timor principis cohiberet. Nam Imperator ſuis epiſtolis ſeditionem compeſcuit. Euſebius autem Paleſtinæ repudiauit, quod admiratus Imperator ſcripſit ei, propoſitum laudans, eumque beatum uocans, & quod non unius ciuitatis, ſed totius orbis potius digne decerneretur epiſcopus. Deinde autem per annos octo dicitur Antiochenæ eccleſiæ uacaſſe ſedem. Tandem uero ſtudio inimicorum Nicænæ fidei, ordinatur Euphronius. His igitur in hoc uolumine rite cõtextis, tempus eſt ſequentis libri ordiamur initium. *Seditio Antiochiæ. Euſebius Pamphili laudatur ab Imp. Euphronius Antiochiæ fit epiſcopus*

ELENCHVS CAPITVM LIBRI

TERTII HISTORIAE ECCLESIAST.

quam Tripartitam uocant.

De conuerſione gentis Indorum atq; Perſarum. Caput 1

Quomodo Iudæi Chriſtianos accuſauerint apud Perſas. Qui uel quanti, uel quibus modis paſsi ſint apud Perſas. Cap. 2

Epiſtola Conſtantini ad Perſarum regem pro Chriſtianis. Cap. 3

De Alexandri Pont. Alexandrini fine, & initio Præſulis Athanaſii. Cap. 4

Quæ cōtra Athanaſiū geſta ſint, & quomodo confugerit ad principē. Cap. 5

Quomodo ſit Arius ab exilio reuocatus, & quem libellum dederit Cōſtantino, & de fraudibus Arianorum. Cap. 6

Epiſtola Conſtantini euocantis epiſcopos, ut Athanaſii cauſas ipſe cognoſceret. Cap. 7

Quod ueniētes epiſcopi Ario fauentes, Athanaſio detraxerint, ita ut in exilium mitteretur. Cap. 8

Quō Marcellus Ancyranus depoſitus ſit, & de Aſterio ſophiſta. Cap. 9

Quomodo Arius dum ſtudet ab Alexandro Conſtantinopoleos in cōmunionem ſuſcipi, ſit extinctus. Cap. 10

Qd' prius Ariani cū orthodoxis cōueniebant, atq; cōmunicabant, & de lege Cōſtantini, qua iuſſit hæreticorū oratoria eccleſias appellari. Cap. 11

Quomodo & ubi Conſtantinus Imperatores tres filios ſuos ordinarit, & percepto baptiſmate ſit defunctus. Cap. 12

HISTORIAE ECCLESIASTICAE

QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBER TERTIVS.

SOZOMENVS Cap. 1

Indi *Iberi* *Armenij* *Tiridates rex* IN temporibus religioſi principis Conſtantini, & Indorum gens & Iberorum Chriſtiani dogmatis rudimēta ſuſceperunt. Sed & Armenios tunc primū audiui Chriſtianos effectos. Aiunt enim Tiridatem regē tunc gentis illius ex quodam mirabili ſigno dei quod circa eius domum euenerit, Chriſtianum fuiſſe factū, & omnes ſimul eius ditioni ſubiectos una præceptione iuſſiſſe, ut ſimiliter deo colla ſubmitterent. Vnde & ad cæteros confines Chriſtianū dogma tranſiuit, & multitudine dilatatum eſt. Apud Perſas autem initium Chriſtianitatis exiſtimo celebratum, dum quidam eorum occaſione commercij ad Oſtroinos *Oſtroini* & Armenios uenientes (ut fieri ſolet) ſanctis illis colloquerentur uiris, & eorum uirtutes experirentur. Cap. 11

Cumq;

A Cumq́ tempore procedente creſcerent, etiam eccleſias & ſacerdotes pariter cæteroſq́ miniſtros habere cœperunt. Hoc autem factum non mediocriter contriſtabat Magos, qui religionem Perſarum ueluti quędam ſacerdotalis tribus per ſucceſsionem generis ab initio cōmiſſam habere noſcūtur. Afficiebatq́ id etiā Iudæos, naturaliter quodāmodo Chriſtiani dogmatis inimicos. Quapropter accuſauerunt apud Saporem tunc regem, Symeonem archiepiſcopum Seleuciæ & Cteſiphontis ciuitatū in Perſide regalium, tanquam amicus eſſet Cæſari Romanorum, eiq́ Perſarum negocia propalaret. Credens autem derogationibus his Sapores, primum quidem tributis immenſis Chriſtianos afficiebat, eo quod plurimos eorum agnoſceret, quod paupertatem magis eligerent: crudelibusq́ uiris huiuſmodi exactiones iniunxit, quatenus ex egeſtate pecuniarum & nimietate exactorum uim paſsi, propriæ religionis iura contemnerent. Poſt hæc autem ſacerdotes miniſtroſq́ dei gladijs minacibus interemit, eccleſias ſubuertit, & uaſa eorum omnia publicauit. Symeonem uero deduci iuſsit ad ſe, tāquam proditorem Perſarum regni atq́ religionis. Magi ſiquidem auxiliantibus ſibi Iudæis, cum feſtinatione ſanctas eccleſias deſtruebant. Symeon autem comprehenſus, ferroq́ uinctus, ad regem uſq́ deducitur. Quo uir effectus eſt magnus, & omni fortitudine precioſus. Nam cum eum torquendum Sapores iuſſiſſet introduci, neq́ timuit, neq́ adorauit. Pro qua re uehementius efferatus rex, inquiſiuit cur non adoraſſet, quippe quod prius facere conſueuerat. Ad quem Symeon: Prius quidem non uinctus adducebar ut negarem ueri dei culturā, & nihil in hoc dubitans, quæ ſunt ſolennia regis, implebam: nūc autē phas mihi non eſt hoc agere. Veni nanq́ pro noſtro dogmate & pietate decertaturus. Hæc dicentem præcepit rex adorare Solem, & facienti, plurima ſe daturum cum maximo honore munera compromiſit: reluctantem uero interminatus eſt eſſe moriturum, & omnium Chriſtianorum gentem. Cumq́ nec terroribus potuiſſet mouere Symeonem, nec mulcere promiſsionibus, ſed fortiter permaneret nunquamq́ adoraret Solem, ne proditor ſuæ religionis exiſteret, præcepit eum in uinculis retineri, credens eum poſſe longo tempore inflecti. Cumq́ duceretur ad carcerem, uidit eum Vſtazades ſenior quidam eunuchus, nutritor Saporis, & maior regiæ domus. Et conſurgens adorauit eum, ſedebat nanque ante ianuas regis: quem Symeon increpauit iniurioſe, & cum furore clamauit, auerſatusq́ deſpexit. Is enim dum Chriſtianus eſſet, non ante multum tempus uim paſſus adorauit Solem. Quo facto, repente ſtans eunuchus, cum gemitu quidem ueſtem claram, qua indutus erat, exutus eſt, & lugubrem accipiens amictum, ante domum regiam ſedebat flens atque gemens: Heu, inquit, qualem credam eſſe circa me deum, quem ego negaui, dum pro hac cauſa dudum amiciſsimus Symeon neq́ uerbum mihi reddiderit, & ſic auerſatus

Magi Perſarum ſacerd.
Iudæi.
Sapores rex Perſarum.
Symeon archiepiſc. Seleuciæ & Cteſiph.
Symeon ad Saporem adducitur
Vſtazades eunuchus

B

uerſatus cum furore tranſiuerit? Cumq́ hæc Sapores audiſſet, euocans e- A
um, cauſam luctus inquiſiuit, aut ſi qua ei circa domum erumna contigerit. Reſpondens Vſtazades, ait: O rex, nihil in huius ſeculi domo infortunij paſſus ſum. Vtinã pro his quæ mihi nunc euenerunt, in uniuerſas calamitates alias incidiſſem. Lugeo nanq́ cur uiuo qui dudum mori debueram? Video Solem quem tibi parere uolens, non uoto meæ uoluntatis, adoraui. Quapropter pro utroq́ me mori iuſtiſsimũ eſt, quia & proditor ſum Chriſti, & te quoq́ decepi. Et ille quidem hæc dicens, iurauit cœli & terræ creatorem, ſuam ulterius non ſe mutare ſententiam. Sapores autem admiratus eunuchi conſtantiam, amplius ſæuiebat aduerſus Chriſtianos, tanquam maleficijs hoc agere præualerent. Parcens autẽ ſeniori, nunc lenitate, nunc minis omni uirtute cum ſe ſubuertere iudicabat. Cumq́ nil ageret, Vſtazade profitente nunquam ſe fore ſic fatuum, uti præ deo creatore cunctorum, illa coleret potius quæ à deo creata ſunt: tunc ira commotus, iuſsit gladio caput eius abſcindi. Dumq́ deduceretur ad necem, rogauit ſpiculatorem, ut paululum ſuſtineret, tanquam aliquid regi mandaturus: & uocans quendam fidelium eunuchorum, iuſsit ut diceret hæc Sapori: Pro fauore quem hactenus à iuuentute habui circa ueſtram domum (ô rex) patri tuo & tibi miniſtrans ſtudio competenti, teſtibus non indigeo, tu nanq́ bene noſti. Pro omnibus ergo, quæ aliquando uobis impendi, redde mihi com- B
penſationem huiuſcemodi, ne quis ignorantium putet me ſupplicium ſuſtinere tanquam infidelem regni, aut malę cuiuſpiam uoluntatis: ſed ut potius manifeſtum fiat quod agitur, præco clamans denunciet uniuerſis, quòd Vſtazades capite truncatur, nõ regis inimicus, ſed Chriſtianum ſe eſſe profeſſus, & deum proprium apud regem negare contemnens. Hęc quidẽ eunuchus regi nunciauit. Porrò Sapores ſecũdum petitionem Vſtazadis præconem clamare fecit. Exiſtimabat enim alios poſſe à Chriſtianitate reuocare Chriſtianos, ſi mente perciperent quod nulli parceret Chriſtiano, qui ſenem nutritorem & deuotum ſuæ familiaritatis occideret. Vſtazades autem ſtuduit clamari cauſam ſuæ necis, credens quod cum per terrorẽ adoraſſet Solem, multos Chriſtianorum deduxerit ad timorem: nunc autem cognoſcentes pro religione moriturũ, imitatores multos ſuæ uirtutis efficeret. Hoc itaq́ modo Vſtazadesglorioſiſsima morte translatus eſt. Symeon autem id cognoſcẽs in carcere, gratificos pro eo hymnos obtulit deo. Altera uero die, quæ erat ſexta feria ſeptimanæ maioris, in qua ante reſurrectionis feſtiuitatem annua ſalutaris paſsionis memoria celebratur, etiam Symeonem decreuit rex ferro perimere. Deductus enim rurſus è carcere ad Palatium regis, ualde intrepide loquebatur Sapori de dogmate, & nec illum, nec Solem ſuſtinuit adorare. Eademq́ die ſimiliter interimi iuſsi ſunt & alij centũ in carcere cõſtituti. Nouiſsime uero Symeonem occidi præceptũ eſt, ita ut

Dies paſsionis Paraſceue

C. Chriſtiani interfecti

mortem

A mortem uideret uniuerſorũ. Erant etenim horum alij quidem epiſcopi, alij presbyteri, alij diuerſorũ ordinũ clerici. Cumq́ omnes ducerentur ad mortem, adueniens ſummus princeps Magorum, interrogabat eos an uellent uiuere, & regis religionẽ colere, & Solem pariter adorare. Cumq́ hanc nullus eligeret uitam, ſpiculatores circa necem martyrum laborabant. Symeon *Symeonis ad martyres oratio* autem aſsiſtens confortabat uniuerſos, & de reſurrectione & pietate loquebatur, atq́ de ſacris ſcripturis adhibens fidem, dicebat: Vitam quidem ueram eſſe ſic mori, mortem uero manifeſtam, negare deum: adijciens, quia poſt paululum etiã nullo perimẽte ſponte mors accidat. Hic eſt enim omnibus natis finis ineuitabilis. Poſt hæc autẽ perpetuitas nõ omnibus ſimiliter accidit, ſed uelut ex quodam pondere omnem rationem reddent homines huius uitæ, & eorũ quæ bene geſſerunt retributionẽ, & pœnas malorum ſine dubitatione recipient. Maius autẽ inter omnia bona nihil eſt, ac beatius, q̃ eligere mori pro deo. Hæc dicente Symeone, & tanquã filios edocẽte, in certaminibus ſacris (modo quo docebat) unuſquiſq́ exercitatus alacriter currebat ad necem. Cumq́ omnes centum ſpiculator tranſiſſet, nouiſsime *Abedecalla* uenit ad Symeonem, & Abedecallam, & Ananiam: ambo nanq́ ſenes, ca- *Ananias* ni, ſub eius eccleſia conſtituti, cum eo fuerant comprehenſi, & erant in uinculis. *Puſicius* Tunc itaq́ Puſicius, qui ſuper omnes artifices regis erat, ibi conſiſtens, &

B uidens Ananiam trementem cum præpararetur ad necem, ait: Paululum (ô ſenex) claude oculos, & ſecurus eſto, mox enim Chriſti uidebis aſpectum. Cumq́ dixiſſet hoc, repente comprehenſus, ductus ad regem, & Chriſtianus eſſe manifeſtatur, eo quod pro dogmate fuiſſet locutus libera intentione martyribus. Tunc rex extraneo quodam & crudeli modo eum mori pręcepit, ita ut perforata ceruice exinde linguam eius eijcerent. Hoc itaq́ facto, *Puſicij filia, martyr* quibuſdam accuſantibus etiam filiam eius, uirgo ſacra tunc cõprehenſa per empta eſt. Sequenti uero anno die quo paſsionis Chriſti memoria celebra- *Paraſceue* batur, & expectabatur reſurrectionis feſtiuitas, crudeliſsima Saporis præceptio per omnem Perſarum cucurrit terram, morte cõdemnans eos, qui ſe profiterentur eſſe Chriſtianos. Quo tempore fertur ultra numerum, multitudinem Chriſtianorum gladio cecidiſſe: alios nanq́ per ciuitates & uicos diligenter Magi requirentes, celatos inueniebant: alij uero ſponte nullo dicente ſemetipſos offerebant, ne taciturnitate Chriſtum negare uiderentur. Igitur cum omnes Chriſtiani perimerentur, neq́ ulli parceretur, etiam multi in ipſis Regalibus ſunt occiſi, cum quibus & Azanes eunuchus regi maxi- *Azanes eunuchus* me gratus. Quod dum Sapores audiſſet, triſtis factus, hanc generalem peremptionem remouit, & ſolummodo præceptores religionis iuſsit occidi. Illo ſiquidem tempore ęgritudinem incurrente regina, Symeonis epiſcopi ſo- *Tharbua ſoror Symeonis epiſcopi* ror nomine Tharbua cõprehenſa eſt cum famula ſua pediſſequa, quas cõtigit teneri per inſidias Iudæorum accuſantium, quaſi maleficia reginæ fec
F 2 ciſſent

ciſſent, propter Symeonis mortem. Regina uero (cum ſoleant languentes A huiuſmodi ſpebus aures accommodare) ſuſpicata eſt ueram eſſe detractionem, & maxime à Iudæis factam: cum & ipſa ſimilia ſaperet, eosq́ ſine mendacio & ſibi fauentes arbitraretur. Sumentes autem Magi Tharbuã & alias, mortis acerbæ perculere ſupplicio. Stipitib. enim alligatas, ſerraq́ findẽtes per medium, eas crudeli nece lacerauerunt, & quaſi expiantes reginam, per medios ſtipites tranſire fecerunt. Ferunt autem iſtam Tharbuam ſpecioſam ualde fuiſſe, & à Magis quibuſdam adamatam, & latenter ad concubitum petitam, promiſſa mercede ſalutis ſuæ, & aliorum, ſi conſentiret ad uitium. Quæ nec auditũ libidinis paſſa eſt ſuſtinere, ſed obiurgatorijs uerbis pro turpi petitione relatis, alacriter acceſſit ad mortem, ne proderet ſanctam uirginitatem. Cumq́ circumirent Magi & principes eorũ uniuerſam prouinciam ſecundum Saporis præcepta, ut ſacerdotes & doctores dogmatis apprehenderent Chriſtiani, puniebant epiſcopos & presbyteros, & maxime per regionem Adiabenorum. Hic nanq́ locus eſt Perſicus, & plerunq́ Chriſtianorum. Hoc enim tempore & Acepſemam epiſcopum apprehenderunt & multos clericorum eius: tenentesq́ Præſulem, ſufficere ſibi crediderunt, alios nudatis ſubſtantijs dimittentes. Iacobus autẽ quidam presbyter Ponti ſequebatur Acepſemam, & ſupplicans Magis, identidem meruit irretiri. Tunc enim & ſeni alacriter ſeruiebat, & eius cladem aliquatenus leniebat, plagasq́ ut poterat curare non deſinebat. Poſt paululum uero pœnis crudelibus eum Magi torſerunt, cogentes ut adoraret Solem. Quo reſpuente, miſerunt eum rurſus in uincula. Sed & multos alios presbyteros & diaconos habebant in carcere poſt flagella. Pauco tempore prætereunte, princeps Magorum de eis conſuluit regem: acceptaq́ poteſtate ut ageret quod uellet, ſi Solem non adorarent, mandauit eis in carcerem regiam uoluntatem. Quibus aperte reſpondentibus, nunquam ſe fore proditores Chriſti, nec adorare Solem, ſic ut nulli parceretur, uerberibus eos laniauit. Cum quibus Acepſemas pro confeſſione dogmatis uiriliter eſt defunctus. Quidam uero Armeniorum cum eſſent obſides apud Perſas, corpus eius auferentes latenter, ſepulturæ debitæ tradiderunt. Alij uero licet non minus flagellati, præter ſpem uixerunt: & non mutantes uoluntatem, denuo ad uincula ſunt reducti: cum quibus erat Aithales, cuius, dum nimis tenſus cæderetur, humeri ſunt diſiuncti, ita ut mortuas poſtea manus portare uideretur, aliq́ eius ori cibos offerrent. Sub hoc itaq́ regno teſtimonio bonæ uitæ tranſlati ſunt presbyteri, diaconi, monachi, & ſacræ uirgines, & in alijs officijs eccleſiæ conſtituti, ac pro dogmate laborãtes innumeræ multitudines. Eodemq́ tempore paſſus eſt unà cum Marea Bichor epiſcopus, atq́ clerici circiter ducenti & quinquaginta, qui cum eo capti à Perſis fuerant comprehenſi. Tunc etiã Mileſius nomine, martyrio coronatus eſt, qui primum

Acepſemas · *Iacobus presbyter Põticus* · B · *Aithales* · *Martyres* · *Mareas Bichor* · *Mileſius*

A primum quidem militabat apud Perſas, poſtea uero relicta militia cõuerſationem æmulatus eſt Apoſtolicam. Dicitur enim quod dum in ciuitate Perſica epiſcopus fuiſſet ordinatus, multa ſæpe ſit paſſus, & uerberatus atq; tractus, uirili mente ſuſtinuerit. Cumq; nulli potuiſſet illic ſuadere ut Chriſtianus eſſet, grauiter ferens maledixit ciuitati, & exinde diſceſſit. Poſt paucum uero tẽpus primatibus eius loci in regẽ peccantibus ſuperueniens exercitus cum trecentis elephantis ciuitatem ſubuertit, & uelut deſolatam regionem arãtes ſeminibus tradiderunt. Mileſius aũt epiſcopus ſolũmodo peram circumferens, quæ ſacrum codicem euangeliorum habebat, perrexit orationem facturus ad Hieroſolymã, & inde in Aegyptũ, ut uideret monachos ibidem conuerſantes. Qualis igitur iſte ſanctus & miraculorum fuerit operator, Syri ſunt teſtes, qui eius actus uitamq; ſcripſerũt. Fertur itaq; eorum qui tunc martyrio coronati ſunt ſub regno Sapotis uirorum ac mulierum fuiſſe milia quaſi ſedecim.

Mileſius circumfert perã codicis Euangelici

XVI. *m. martyrũ in Perſis*

THEODORETVS Cap. III

IN Perſide uero fautoribus pietatis Cõſtantinus Auguſtus ſponte proſpexit. Agnoſcẽs enim eos ab impijs uehemẽter affligi, eorũq; regem erroribus ſæuientẽ diuerſa eis inferre pericula, ſcripſit ei per legatos, qui tũc aderant, monita pietatis, rogans ut cultores dei apud eũ digno honore potirentur. Sed melius ſtudium pij principis per eius literas ualebit agnoſci.

B

EPISTOLA CONSTANTINI IMP. AD SAPOREM regem Perſarum, de prouidentia dei erga homines

SACRATISSIMAM cuſtodiens fidem, ueritatis luce participatus ſum: luminis ueritate gubernatus, ſacram cognoſco fidem. Deniq; per hæc (ſicuti res ipſæ confirmant) uenerabilem religionem eſſe conſpicio, & doctrinam agnitionis ſanctiſsimi dei omnibus offerentem, huiuſmodi cultum me habere profiteor: quia huius dei uirtutem in auxilio habẽs, inchoans à finibus Oceani, omnem terrarum orbem firmiſsima ſpe ſalutis obtinui, ita ut uniuerſi qui per tot tyrannos cladibus quotidianis fuerant ſubiugati, & ad obſcuritatem uſq; perducti, reſumentes cõmunium rerum uindictam, rediuiua quodammodo curatione reſurgerent. Hunc deum colo, cuius ſignum deo dicatus meus exercitus portat in humeris: & à quodum iuſto ſermone aliquid poſcitur, impetratur. Ex ipſis autem trophæis inſignibus beneficia repente ſuſcipio. Hunc itaq; deum immortali memoria me honorare profiteor, eumq; ſumma puraq; mente ſuper omnia eſſe credo. Hunc inclinatis genibus inuocabo, fugiẽs cunctum abominabilem ſanguinem & odores horribiles ac fugiẽdos, omnẽq; terrenam flammam nimis euito. Quibus omnibus nephandus & ineffabilis error multos gentium, ac genera uniuerſa proſtrauit, & inferno contradidit. Quæ enim deus omnium propter hominũ prouidentiã ſua clementia utilitatis cauſa produ

xit in mundum, hæc ad uniuſcuiuſq; deſiderium trahi non patitur. Sed puram tantũmodo mentem & immaculatam animam, ab hominibus exigit, uirtutis & pietatis actus exquirit, manſuetudinis & clemẽtiæ delectatur operibus, mites amat, habet odio turbulentos, diligit fidem, punit perfidiam, omnemq; potentiam cum faſtu deſpicit, ſuperborum punit aſperitatem, ad faſtum eleuatos interimit, humilibus autem ac patientibus digna retribuit. Sic itaq; etiã regnũ iuſtum magnipendens adiutorio ſuæ uirtutis extendit, ſapientiãq; regiam pacis tranquillitate cuſtodit. Non ergo uideor mihi errare frater mi, hunc eſſe confitendo deum omnium principẽ atq; patrẽ, quem multi regnantes apud nos uæſanis erroribus ſeducti, denegare tentarunt. Sed illos omnes finis cõprehẽdit exitioſus, ita ut omne genus hominũ poſt eos exurgens, clades eorum pro maledictionis exemplo præponere uideatur. Horum igitũ unum eſſe reor Valerianum, quẽ ueluti quãdã uirga iracũdiæ diuinæ de noſtris terris expellens, ueſtris partibus tradidit puniẽdum. Qui ſcilicet uerecundiæ ſuæ nobiliſsimũ apud nos trophæum demõſtraſſe cognoſcit. Sed hoc quidem in bonã partem conuerſum eſt, ut in noſtro ſeculo huiuſmodi ſupplicium fieret manifeſtum. Vidi nanq; & ego illorum finem, qui nuper nephandis præceptionibus deo deuotum populum turbauerunt. Quapropter multas deo refero gratias, quoniã integra prouidentia omne genus humanum, colẽs legem diuinam, reddita ſibi pace decẽter exultat. Vnde etiam nobiſipſis credo, quoniã optime cauteq; uniuerſa proueniunt, quando per illorum purã probabilemq; religionẽ, diuinãq; concordiam, uniuerſa in ſe dignanẽ erigere. Igitur de tali hominum collegio, id eſt, Chriſtianorum (pro quibus omnis eſt mihi ſermo) q̃ me libẽter credis audire, quando etiã eminẽtia loca Perſidos per eos amplius q̃ cupio decorantur: Tum ergo optime gubernaueris, ſi fueris ſicut illi, & habueris cõmune quod illi. Sic enim habebis omniũ dominum, mitẽ placidumq; atq; propitiũ. Hos igitur, quoniã tantus ac talis exiſtis, cõmendo tibi, quoniã & pietate probaris inſignis. Hos dilige cõpetenter, & facito clementiæ tuæ participes, tibi ſimul & nobis præbiturus gratiæ immenſa iura per fidem.

Valerianus

Hæc igitur optimus Imperator pietate decoratus egit, curam nõ ſolum ſubiectorum habens, ſed etiã eorum qui ſub alienis gubernaculis regebantur. Quapropter & ipſe diuina protectione potitus eſt, & Europam uniuerſam atq; Africam, ſuper has etiam maximam Aſiæ partem tenens, ſubiectos habuit ubiq; deuotos. Sed etiam barbarorum alij quidem ſponte ſeruiebant, alij deuicti. Vbiq; triumphi uidebantur, & uictor cernebatur in omnibus Imperator.

SOZOMENVS. Cap. IIII

INterea Alexandro mirabili ſene, qui Arij proſtrauerat blaſphemias, defuncto, poſt menſes quinq; Niceni cõcilij, Alexandrinorũ eccleſiæ ſuſcepit

A pit Athanaſius Præſulatum. Cuius perſecutiones,fugas, contumelias, crebraq́ꝫ pericula transferre diſtuli, quæ Ruffinus ſuo nobilitauit eloquio. *Athanaſius fit epiſcopus Alexandriæ*

SOZOMENVS

POſt plurima uero conſilia turbis ſeditionibusq́ꝫ completa,& clamores accuſatorum poſcentium ut Athanaſius tanquã Magus uiolentus & indignus ſacerdotio damnaretur, miſsi ab Imperatore metuentes, ne eum aliqua inuaſione perimerent, latenter eum de concilio ſubtraxerunt. At ille ſciens non ſibi fore tutum contra tot accuſatores agere, iudicibus etiam inimicis,ſynodum relinquens uenire feſtinauit ad Imperatorem. *Athanaſius Conſtan.adit*

THEODORETVS

Igitur Athanaſius ad principem ueniens,omnem præſumptionẽ contra ſe factã epiſcoporũ edocuit. At illi apud Mareoten cõuenientes, quoſdam concordantiũ ipſis ſacerdotum miſerũt ad principem,id eſt, Theogonium Nicænum,atq́ꝫ Theodorũ Perinthium,& Marin Chalcedonenſem, Narciſſum Cilicem,& ſimiles horum, mendacia texentes,& quædam cõmenta fingentes, & nudas admodum calumnias quaſi ueras accuſationes ſibimet componentes. Quo facto uenerunt ad Aeliam ciuitatem. Præceperat enim Imperator,ut omne concilium à Tyro ueniret ad Aeliam, Necnon & alios undiq́ꝫ cõgregari præceperat,ut templa ædificata dedicarentur. Miſit itaq́ꝫ
B pariter deuotos Iudicũ pietate ac fide clariſsimos, omnia largiſsime expendi præcipiens,non ſolũ pontificibus ac ſacerdotibus, ſed etiã egentibus uniuerſis qui undiq́ꝫ concurrebant. Porrò fuerat exornatum etiam ſacrũ altare pallijs regalibus atq́ꝫ uaſis, auro & lapidibus precioſis decoratum. *Arianorum conuentus apud Mareoten* *Aeliã, hoc eſt Hieroſolymã, à Tyro ſynodus transfertur*

SOZOMENVS

IMperator interea Arium de exilio reuocauit, iuſsitq́ꝫ ut quod de deo crederet ſcriptura currente proferret. Tunc ille nouitatem nominum quam prius adinuenerat declinans, aliam explanationem contexuit, ſimplicibus uerbis eam & diuina lectione confirmans,iuſiurandum quoq́ꝫ præbuit ita ſe credere,& hæc etiam mente ſapere,nihilq́ꝫ aliter intelligere. Textus enim eius expoſitionis huiuſmodi eſt. *Arius reuocatus*

PIISSIMO ET DEO AMATISSIMO DOMINO noſtro Imperatori Conſtantino,Arius & Euzoius presbyteri.

SICVT præcepit deo amabilis pietas tua domine Imperator, exponimus noſtram fidem, & ſcriptis profitemur coram deo ſic credere & nos & omnes qui nobiſcum ſunt,ſicuti ſubiectum eſt. Credimus in unum deum patrem omnipotentem, & dominũ Ieſum Chriſtum filium eius, qui ex eo ante omnia ſecula natus eſt, deum uerbũ, per quem omnia facta ſunt quæ in cœlis & quæ in terra:qui uenit,& carnem aſſumpſit,& paſſus eſt,& reſurrexit, & aſcendit in cœlos, & iterũ uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos: *Fides Arij, quam apud Conſtantinũ profeſſus eſt*

& in ſpiritum ſanctum, & carnis reſurrectionem, & uitam futuri ſeculi, & in A regnum cœlorum, & in unam ſanctam catholicam dei eccleſiam, quæ à finibus uſque ad fines eſt. Hanc autem fidem percepimus ex ſanctis Euangelijs, dicente domino diſcipulis ſuis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Si autem non hæc ita credimus atque ſuſcipimus, uere patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, ſicut omnis catholica eccleſia & ſanctæ edocent ſcripturæ, quas per omnia ſequimur, iudex noſter erit deus & nunc, & in futuro die. Quapropter tuam pietatem rogamus, deo amabilis Imperator, ut cũ eccleſiaſtici ſimus, & fidem & ſenſum eccleſiæ ſanctarumque ſcripturarũ habeamus, uniri nos per pacificam & dei cultricem pietatem tuam matri noſtræ eccleſiæ iubeatis, quæſtionibus utique & ſuperfluitatibus inquiſitionũ ſublatis: ut & nos & ſancta eccleſia inter nos pacificati, ſolennes orationes pro pacifico pioque imperio, & omni tuo genere omnes cõmuniter celebremus.

Hanc fidei expoſitionẽ alij quidem dicebant artificioſe cõpoſitam, ut uideret princeps placari ſermonibus, & ita Arij dogmatibus circũferri, ut per expoſitionem omniũ ei fiducia præberetur, & utrunque haberet intellectũ. *Arij profeſſio mittitur ſynodo Hieroſolymitanæ examinanda* Arbitratus autem Imperator Arium & Euzoium ſimilia credere his qui in Nicæa conuenerant, ualde gauiſus eſt. Non tamen ſibimet perſuaſit, ut eos in eccleſiæ cõmunionem ſuſciperet ante iudiciũ & probationẽ congruarum B perſonarum ſecundum eccleſiæ legem: ſed deſtinauit eos ad epiſcopos tunc Hieroſolymis congregatos, ſcribens ut fidem eorũ expoſitionis examinarent, & clementem ſuper eis proferrent ſententiã, ſi rectè credentes inuidiæ gratia eſſent iniuſtitiã paſsi, ſeu dum nõ haberẽt unde iudices ſuos culpare peterẽt, per pœnitentiã reuocarent. Porrò ſumpta occaſione, fautores Arij per ſcripta Imperatoris eos in cõmunionem ſuſceperũt. Et hoc cũ feciſſent ipſi Imperatori reſcripſerũt, & eccleſię Alexandrinę, & in Aegyptũ, & Thebaida, & Libyam epiſcopis uniuerſis, & clericis præcipiẽtes, ut eos alacriter ſuſciperent, Imperatore teſtante rectã eorũ eſſe fidem, quam etiã propriæ epiſtolæ ſubiecerũt. Hæc quidem in Hieroſolymis geſta noſcuntur.

Athanaſius Conſtantinopolim uenit ad Cõſtant. Athanaſius aũt fugiens de Tyro, Cõſtantinopolim uenit, & quę paſſus eſſet adito imperatore narrauit: petẽs ut quę in Tyro fuerãt geſta, examinarent ſub eius quoque præſentia. Porrò Conſtãtinus Imperator rationabilẽ eius petitionem iudicans, hæc ſcripſit epiſcopis qui in Tyro cõuenerant.

SOCRATES Cap. VII

IGitur Imperator miſſa ſacra concilium euocauit, ut in ſui pręſentia Athanaſii examinaret cauſam, cuius uerba ſunt hæc.

VICTOR CONSTANTINVS PIVS, EPIſcopis in Tyriorum urbe collectis.

EGO quidem ignoro quæ ueſtro concilio turbulenter atque cum tempeſtate

A ſtate decreta ſint. Apparet enim quod quadam tumultuoſa indiſciplinatione ueritas ſit oppreſſa, uobis uidelicet nō conſiderantibus quæ deo placēt, propter iurgia quæ contra proximos ueſtros habetis: & uota ueſtra incuincibilia eſſe contenditis. Sed erit opus diuinæ prouidentiæ, ut & hæc contentio aperte deprehenſa poſsit euacuari, atq; nobis palàm fieri, ſi quid illic cōuenienres ſiue qualibet gratia, aut inimicitiarū cauſa geſsiſtis. Quapropter cum omni feſtinatione uos omnes ad meam reuerentiam uolo concurrere, ut geſtorum apud uos integritatem per uoſipſos poſsitis oſtendere. Verū qua gratia hæc ſcripſerim uobis, uoſq; ad me literis euocauerim, per ea quę ſequuntur agnoſcetis. Pergenti iam mihi ad cognominis noſtri felicisſimæ patriæ ciuitatem, cum eſſem conſcenſurus equum, repente Athanaſius epiſcopus in media platea cum quibuſdā ſacerdotibus quos circa ſe habebat, ſic inopinate nos adijt, ut nobis daretur ſubito cuiuſdam cauſa formidinis. Teſtis enim mihi inſpector omnium deus eſt, quoniā nec cognoſcere eum quis eſſet prima fronte præualui, niſi quidam noſtrorū, & quis eſſet, & quā pertuliſſet iniuriam, tunc narraſſet. Et ego quidem neq; confabulatus cum eo ſum illo tempore, nec aliqua locutione participatus. Cumq; ille ſe audiri depoſceret, ego uero refutarem, & penè repelli eum præciperem, cum maiori fiducia nihil aliud à nobis quàm ueſtrum poſtulauit aduentum, ut uobis

Conſtantino polim intel ligit

Preces Athanaſii apud Conſtant.

B præſentibus quæ paſſus eſt neceſſario poſſet ſuis gemitibus explanare. Vnde quia mihi rationabile uidetur & temporibus oportunum, ſcribi uobis libentius hæc præcepi, ut omnes quicunq; apud Tyrum concilium celebraſtis, indeſinenter ad expeditū noſtræ manſuetudinis concurrere feſtinetis, ipſis operibus oſtenſuri puritatem & rectitudinem ueſtri iudicij coram me uidelicet, quem dei miniſtrū proprium neq; uos abnegabitis. Igitur ubiq; pacificatur dei nomen, & integre benedicitur per meā in deo culturā, etiam apud ipſos Barbaros, qui ueritatem hactenus ignorabant. Certum nanq; eſt, quod qui ueritatem ignorat, neq; deum ſcire poteſt. Veruntamen ſicut prædictum eſt, etiā Barbari per me fidelem miniſtrum recognouerunt, & deum metuere didicerūt, quē utiq; protectorem meū ubiq; ac prouiſorem ipſis operibus eſt oſtenſum. Vnde præcipue etiā deum ſciūt. Et illi quidem propter noſtrū timorem reuerētur deum. Vos aūt qui ſancta myſteria eius clementiæ proferre uidemini, non dicā cuſtodire, uos inquā nihil agitis, niſi quæ ad contentionem noſcuntur & odia pertinere, & (ut abſolute dicam) quæ ad humani generis tendere uidentur interitū. Sed feſtinate, ſicut dixi, ad nos uenire cōtinuo, ſcientes quod omni uirtute conabor, ut quæ in lege dei ſunt, ea præcipue ſine aliqua titubatione ſeruentur. Quibus utiq; neq; uituperatio, neq; mala ſuperſtitio poterit implicari, diſperſis utiq; ac palàm contritis & penitus exterminatis ſacratiſsimæ legis inimicis, qui ſub ſchemate ſancti nominis blaſphemias uarias ac diuerſas inijciūt. Cap. VIII

In malos epiſcopos & ſacerdotes

Hæ ſiquidem

Conſtãtini ſenioris liberalitas in paupe res

HAc ſiquidem literæ ad æſtuationem perduxerũt eos qui fuerant in ſynodo congregati, quoniam plures quidem ad proprias redierant ciuitates. Qui uero circa Euſebium, & Theogonium, & Marin, Patrophilum, & Vrſatiũ, & Valentem erant, ad Conſtantinopolitanã uenientes urbem, nequaquã de calice fracto, aut altari ſubuerſo, aut Arſenio perempto, quod in ſynodo concinnauerant, quæſtionem fieri permiſerunt, ſed aliã inuenere detractionem, ſuggerentes Imperatori, quod Athanaſius interminaretur non ſe miſſurum ab Alexandreia frumenta ſolenniter ad Conſtantinopolitanam urbem. Et hæc audiſſe dicebant, Athanaſio dicente ad Amantium, Anubionem, Arbathionem, & Petrum epiſcopos. Multum itaq; derogatio præualet, quando derogator creditur fide dignus. Hac ſubreptione ad furorem perductus Imperator, Athanaſium relegauit in exilium, & habitare eum præcepit in Gallijs. Aiũt enim quidam hoc Imperatorem propterea feciſſe, ut unirentur eccleſiæ, quoniam Athanaſius cõmunicare Arianis euitabat. Et ille quidem degebat in Triberis Galliarum. A

Athanaſius apud Treuiros metropolim Galliarum degebat

THEODORETVS

Sed nemo miretur ſi tantus uir deceptus deliquit, ſacerdotibus falſa loquentibus, cum diuinus quoq; Dauid propheta, non à Pontifice, ſed à ſeruo Siba contra Miphiboſet mendacia proferente deceptus ſit.

SOZOMENVS Cap. IX B

Marcellus. Aſterius rhetor

IGitur epiſcopi in Conſtantinopolitana urbe cõgregati, Marcellum Ancyræ Galatiæ depoſuerũt pro huiuſmodi cauſa. Aſterius quidã in Cappadocia exercens artem ſophiſticam, eam relinquens, Chriſtianitatem ſe promittebat aſſumere: tentauitq; libros cõſcribere, qui feruntur hactenus, & per quos Arij dogma firmatum eſt. Dicebat enim Chriſtum ſic eſſe uirtutem dei, ſicuti dictum eſt apud Moyſen: Locuſtam & campas uirtutem dei: & his multa ſimilia. Conueniebat autem is Aſterius frequenter apud epiſcopos, qui Arianam præcipue non euitabant hæreſim. Nam & ad concilia concurrebat, epiſcopatũ in aliqua ciuitate quærens. Sed ſacerdotio quidem fruſtratus eſt, eo quod perſecutionis tempore ſactificaſſe probaretur. Cumq; circumiret Syriæ ciuitates, libros quos conſuerat, oſtendebat. Hæc agnoſcens Marcellus, contra eum ſcribere uolens, menſuram cõtrarietatis exceſsit. Purũ nanq; hominem, ſicut Samoſatenus Paulus, præſumpſit dicere dominum Chriſtum. Hæc agnoſcentes qui tunc Hieroſolymis conuenerant, de Aſterio quidem nullum habuere ſermonem: quoniam neq; erat in ordine ſacerdotũ. Marcellum uero tanquam ſacerdotio functum rationem exigentes libri ſui, eumq; comperiẽtes Samoſateni dogmate maculatum, iuſſerunt ut à tali ſecta recederet. Qui reprehenſus, librum ſe promiſit exurere. Cumq; hoc ſtudium deferbuiſſet, epiſcoporũ collegium, euocante Imperatore, uenit ad regiam ciuitatem, præſentibusq; Euſebio, & qui cum eo erant

Inquiſitio in Marcellum

A eo erant epiſcopis, in urbe Conſtantinopolitana rurſus ſtudiũ de Marcello fiebat. Et dum Marcellus, ſicut promiſerat, illicitam conſcriptionẽ nollet incendere, cum ab epiſcopatu depoſuerunt. In cuius locum Baſilium in Ancyram miſerũt. Sed hanc quidem conſcriptionẽ Euſebius tribus deſtruxit libris, ſuperſtitionem eius ualde redarguens. Poſtea uero Marcellus in Sardicenſi concilio recepit epiſcopatum, dicens non intellectum ſuum librum, & propterea quaſi Paulianum fuiſſe depoſitum. Cap. x *Marcellus recipit epiſcopatum ſuum*

IGitur dum poſt conciliũ Hieroſolymitanũ Arius ueniſſet in Aegyptũ, Alexandrina eccleſia eius euitante cõmunionem, rurſus uenit ad Conſtantinopolitanam urbem, concurrentibus illic cõſectatoribus eius, & obedientibus Euſebio Nicomediæ epiſcopo, & cõcilium celebrari uolentibus. Horum ſtudium ſentiens Alexander tunc Conſtantinopolitanus epiſcopus, niſus eſt ſoluere tale conamen. Cumq́ hoc non ualuiſſet implere, aperte Arij niſibus interdixit, non licere eum eccleſiaſticum eſſe dicens: nec infirmandam ſententiam epiſcoporum penè totius terræ ſecum cõuenientium in Nicæna urbe. Euſebius autem, & qui circa eum erant, dum primo ſermonibus flectere nequiuiſſent Alexandrum, poſtea cum terrore minabantur, quod niſi ſuſciperet Arium, certa die ipſe quidem deportaretur in exilium, Arius autem in cõmunionem ſuſciperetur uniuerſorum. Et poſt hæc ab alterutris receſſerunt. Illi quidem definitam diem expectantes, ut ſuas minas B implerent. Alexander autem orabat, ne ad effectum uerba Euſebij peruenirent. Maxime autem ei terror ingerebatur, eo quod Imperatori iam penè perſuaſerant, ut faceret quod ipſi uolebant. Ante unum uero cõſtituti temporis diem proſternens ſemetipſum ſub altari, tota nocte iacuit pronus, rogans deum ut impediret terminum inimicorum eius. *Arius uenit Conſtantinopoli, noui Concilij cauſa* *Terretur Alexander* *Nota*

SOCRATES

Hæc igitur Alexander pronus orabat. Imperator autem de Ario experiri uolens, eum ad Palatiũ euocauit, percunctatusq́ eſt, an Nicæni concilij decreta ſeruaret. Ille uero nihil moratus, repẽte ſubſcripſit, decreta fidei per ſubſcriptionem arte callida circumueniens. Et Imperator quidem miratus, ei intulit iuſiurandum. Qui etiam hoc fraudulenter egit, quodãmodo iuſiurandum arte deludens. Quod autem audiui de hac machinatione ſcribo. Ferunt enim conſcripſiſſe Arium hæreſim ſuam in charta quã ſub ala ferebat: unde uere ſe iurare credidit, dicẽs ſic ſe ſapere ſicut ſcripſiſſet. Hoc enim ita factum audiens ego cõſcripſi: quod uero & iuſiurandum præbuerit, ex epiſtolis Imperatoris agnoui. Credens igitur Imperator, ſuſcipi eũ ab epiſcopo Conſtantinopolitanæ urbis Alexandro in cõmunionem præcepit. Erat enim tunc ſabbatũ. Et ſequenti die eos cõmunicare expectabat alterutris: ſed præſumptiones Arij iudicia dei ſecuta ſunt. Nam dum egreſſus ex Imperiali fuiſſet aula, obſequijs honorabatur ſatellitum Euſebij, & per mediam *Alexander in precibus.* *Arius ſubſcribit decretis Nicæni cõcilij* *Arius in communionem recipitur*

mediam tũc ciuitatem perſpicuus apparebat. Cumqꝫ ueniſſet iuxta locum A
cui eſt uocabulum, Conſtantini forũ, ubi columna Porphyretica collocata
eſt, terror eum ſubito ex quodam conſcientiæ ſecreto cõſtrinxit, & cum for-
midine ſecuta eſt uentris effuſio. Percunctatusqꝫ an ſeceſſus eſſet in proxi-
mo, & agnoſcens eſſe poſt Conſtantini forũ, perrexit illuc. Quo facto, de-
fectus eum quidam cũ effuſione corripuit, & unà cum ſtercoribus meatus
quoqꝫ prolapſus eſt. Tunc ergo concidit, & ſanguinis multitudo cum ſubti
libus inteſtinis ſubſequẽter effluxit: decurrebantqꝫ pariter cum ſplene etiã
interna iecoris. Et ita factũ eſt, ut repente ſequeretur & mors. Seceſſus uero
ubi talia geſta ſunt, in Cõſtantinopolitana urbe monſtrabatur, ſicuti dixi,
poſt Conſtantini forũ atqꝫ macellum in porticu conſtitutũ. Omnes tranſe
untes digito notabant locum, deteſtabilem Arij recordantes interitum.

SOZOMENVS

Poſt aliquod tempus quidam fautorũ Arianæ uæſaniæ diues ac potens
ſtudiũ habuit eundem locũ à publico cõparare. Et deſtruens quod erat pri
mitus, domũ ibi conſtituit, quatenus obliuio facti procederet, & per ſucceſ-
ſiones huiuſmodi memoria deperiret. Fama tamen per omnen cucurrit ci-
uitatem, & orbi terrarum mortem Arij declarauit. Cap. XI

ARij uero dogma licet apud multos diſputationibus extolleretur, non
dum tamen in propriũ diſcernebatur populum, aut in nomine cõſta- B
bat autoris, ſed oẽs ſimul in eccleſia cõueniebant atqꝫ cõmunicabant, præ-
Nouatiani ter Nouatianos, & qui uocantur Phryges, & Valentinianos, & Marcioni-
Phryges ſtas, & Pauliniſtas, & qui alias hæreſes colebant. Contra quos omnes Im-
Valentiniani perator poſita lege ſanciuit auferri eorũ oratoria, & eccleſiis applicari, & ne-
Marcioniſtæ que in domibus priuatorũ eos congregationes, nec publice celebrare. Me-
Pauliniſtæ lius enim iudicabat in eccleſia catholica cõmunicandum, & in eam cunctis
Hæreticis iuſ- conuenire ſuadebat. Propter quam legem arbitror hæreſiũ memoriã fuiſſe
ſu Cæſaris adi- deſtructam. Nam priorũ principum temporibus Chriſti cultores licet ſe-
muntur eccle- ctarum diuerſitate differrẽt, apud Paganos tamen Chriſtiani eſſe putaban
ſiæ tur, & ſimiliter paſsionibus ſubiacebãt, ac ſemetipſos propter cõmunes per
ſecutiones examinare non poterant, & propterea facile inter ſe cõuenientes
miſſas celebrabãt. Et licet eſſent pauci, non tamen uidebant̃ eſſe diuiſi. Poſt
hanc uero legem neqꝫ publice in eccleſias poterant cõuenire, neqꝫ latenter,
dum epiſcopi ciuitatum & clerici obſeruantes talia prohiberent. Hinc ergo
plurimi metuentes, ad eccleſiã ſe catholicã contulerunt. Alij uero manſerũt
in ſua ſententia, non tamen ſucceſſores hæreſis reliquerunt.

SOCRATES Cap. XII

CVmqꝫ religioſiſsimus Imperator potius Chriſtianitate gauderet, &
uere dei teſtimonio fidem Nicænã roborari cognoſceret, in his quæ
fuerant de Ario geſta, lætabatur. Qui cum tres habuiſſet filios, eos Cæſares
nuncupauit

A nuncupauit, & ſingulos eorũ per decennarios annos imperij ſui principes eſſe conſtituit. Id eſt, primũ quidem filiũ ſui nominis Conſtantinũ Heſperiarum partium in Decennali ſuo fecit habere principatũ: ſecundum uero aui nomine nuncupatum Conſtantium in Vicennalibus ſuis Cæſarem in Oriente conſtituit: minorem uero Conſtantem in ſuis Tricennalibus ordinauit. Anno uero poſt hæc tranſacto, ingreſſus ſexageſimumquintum ætatis annũ, ægritudine captus, ex urbe Conſtantinopolitana quaſi ad calidas aquas egreſſus eſt. *Conſtantius* *Conſtans*

THEODORETVS

Qui cum Nicomediæ degeret, languore grauatus, nec ignorans uitæ huius incertum, gratiã ſacri baptiſmatis eſt adeptus. Diſtulerat enim uſq; ad illud tempus, in Iordane fluuio hoc promereri deſiderans. Porrò autẽ tres filios imperij reliquit hæredes, & Athanaſium magnũ reuerti præcepit in Alexandreiam, licet Euſebius præſens eſſet, & niteretur contraria ſuadere. *Conſtãtinus baptizatus.* *Athanaſius redire iubetur Alexandriam*

SOZOMENVS

Nicomediæ in ſuburbano ſacri baptiſmatis donis initiatus eſt.

SOCRATES

Ita facto teſtamento, tribus filijs conſtitutis hæredibus, eſt defunctus. Corpus autem Imperatoris in aureo loculo collocatũ, ad Conſtantinopolim eſt deuectum, & in palatij celſo loco repoſitum. Quod in multis honoribus atq; ueneratione quaſi uiueret habebatur, donec aliquis filiorum eius B aſsiſteret. Poſtea uero ab Oriente Conſtantio ueniente, cum imperialibus exequijs funus eius ſepultum eſt in apoſtolorum eccleſia, quam propterea fecerat, ne Imperatores & ſacerdotes reliquijs priuarent apoſtolorũ. Vixit aũt Cõſtãtinus Imperator annis ſexaginta & quinq;, regnauit aũt triginta & uno. Defunctus eſt, Cõſulatu Feliciani & Taciani, uiceſima ſecũda mẽſis Maij, qui erat annus ſecundus ducenteſimæ octauæ Olympiadis. *Conſtãtinus moritur*

ELENCHVS CAPITVM LIBRI

QVARTI HISTORIAE ECCLESIAST.

quam Tripartitam uocant.

Quomodo per quendam presbyterum dogma Arij pullulauerit. Caput 1
Quomodo Athanaſius fauore Conſtantini minoris Alexandreiam remearit, & eiuſdem epiſtola. Cap. 2
De inſidijs Arianorum aduerſus Athanaſium. Cap. 3
De morte Conſtantini minoris. Cap. 4
Quod Athanaſius Arianis bella ipſi denuo ſuſcitantibus, ad partes diſceſſerit Italiæ. Cap. 5
Quid de Athanaſio Iulius decreuit epiſcopus. Cap. 6
Quod Conſtans Imperator partes fouerit Athanaſii Cap. 7
De morte Alexandri Conſtantinopolitani Pontificis, & ordinatione apud orthodoxos Pauli, apud Arianos Macedonij. Cap. 8

Quod remoto Paulo Euſebius Nicomedienſis, Cõſtantinopoleos inuaſerit epiſcopatũ, & de Antiocheno cõcilio, & de ordinatione Euſebij in Alexandream, & poſt eum Gregorij, & transformatione Nicæni concilij. Cap. 9 A
Epiſtola Antiocheni concilij, & de fide, & bello Francico, & de Antiochiæ terræmotu. Cap. 10
Quomodo Gregorius Alexandreiã uenerit, & inde fugerit Athanaſius, & quæ mala per Gregorium geſta ſint. Cap. 11
Quod mortuo Euſebio Paulus in eccleſiam rurſus introductus ſit, & ab Arianis Macedonius conſtitutus. Cap. 12
Quomodo Hermogenes magiſter militũ, uolens Paulum eccleſia pellere, à populo ſit peremptus, & quæ uindicta proceſſerit. Cap. 13
Quod Gregorius ab Alexandria remotus, & Georgius Arianus illic fuerit euocatus. Cap. 14
Athanaſio, Paulo, & alijs orthodoxis epiſcopis Romæ poſitis, quid Orientalibus Iulius Romanus ſcripſerit. Cap. 15
Quid Orientales Iulio reſcripſerint. Cap. 16
Quid Athanaſio Alexandriam remeante prouenerit. Cap. 17
Quomodo Paulus denuo Conſtantinopoli ſit expulſus, & quæ neces introducto in eccleſiam Macedonio ſint factæ. Cap. 18
Denuo de calumnijs contra Athanaſium. Cap. 19
De Legatis Orientalium epiſcoporum ad Conſtantem miſsis pro his quæ geſſerunt. Cap. 20
Quod Conſtans fratrem pro fide mouerit, & quod Conſtantius Sardicæ concilium conuocari præcepit. Cap. 21 B
Athanaſii relatio de nece Pauli Conſtantinopolitani Pontificis Cap. 22
De conuentu epiſcoporum in Sardicenſe concilium. Cap. 23
Literæ Sardicenſis concilij ad uniuerſos epiſcopos. Cap. 24
De Legatis Sardicenſiũ ad Conſtantinũ deſtinatis, & de nephanda machinatione contra eos à Stephano Antiocheno præſule concinnata. Cap. 25
Epiſtola Conſtantij ad Athanaſium, ut ad ſe ueniret. Cap. 26
Alia Epiſtola eiuſdem pro eadem re. Cap. 27
Tertia eiuſdem. Cap. 28
Epiſtola Iulij ad Alexandrinos pro Athanaſio. Cap. 29
Quid Conſtantius petierit Athanaſium, & quid Athanaſius à Conſtantio. Et quomodo orthodoxis Pontificibus recipientibus ſuas eccleſias, hæretici ſint expulſi Cap. 30
Epiſtola Cõſtantij, per quam omnia geſta cõtra Athan. habita, ſunt caſſa. Ca. 31
Epiſtola Conſtantij ad Alexandrinos, ut reciperent Athanaſium. Cap. 32
Epiſtola Conſtantij pro Athanaſio, ut aboleretur quicquid pro Athanaſio geſtum eſt. Cap. 33
Quomodo Athanaſius Alexandriam ſit reuerſus. Cap. 34
Quibus occaſionibus tunc reſpublica turbaretur, & de diuiſione Antiocheni populi propter fidem. Cap. 35
Epiſtola Hieroſolymitani concilij ad Aegyptiacos epiſcopos Cap. 36
De Magnentio tyranno, & Britannione atq; Nepotiano. Cap. 37
De inſidijs contra Athanaſiũ geſtis, & de leuitate Conſtantij. Cap. 38
De Macedonio eiuſq; crudelitate. Cap. 39

A
HISTORIAE ECCLESIASTICAE
QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBER QVARTVS.

SOZOMENVS

IGITVR ſub imperio Conſtantini per eccleſias talia acciderunt. Quo moriente, rurſus ad quæſtionẽ uenit dogma Nicæni concilij. Nam licet uiuente Conſtantino non id omnes ſuſciperent, tamen aperte renuere non audebant. Quo moriente, plurimi ab eo ſe indubitãter abſtinuere concilio. Erant enim iſti qui etiam primitus uidebantur eſſe ſuſpecti: præcipue uero Arij ſectatores Euſebius & Theogonius, cuius dogma ſe firmare credebant, ſi reuerti Athanaſium prohiberent, & conſectatori ſuo Aegyptiacæ dioceſeos iura cõtraderent. Et illi quidem hæc agebant, miniſtrante ipſis presbytero, per quem Cõſtantini temporibus Arius fuerat reuocatus. Erat enim is presbyter Conſtantio quoque gratus, eo quod paternum ei ſeruauerat teſtamentum, ita ut uſque ad principem palatijque potentes haberet acceſſum. Euſebius autem in aula imperiali uidebatur ita perſpicuus, ut ſuos conſectatores faceret Auguſtos ac proceres. Quamobrem de dogmate rurſus priuatim & publice diſputationes crebro proferebantur: & ſimul iniuriæ, inimicitiæ, & plurima quæ ex talibus ſolent ſæpius euenire.

Dogma Niceni concilij iterum in quæſtionem uenit

Euſebius Nicomedienſis, Theogonius, Arianorum principes.

Presbyter teſtamentarius

B

Cap. II

INterea ab occidentali parte Athanaſius in Alexandriam eſt reuerſus, quem etiam Conſtantinus uiuens redire maluerat. Fertur autem quod etiam teſtamento uoluerit hoc conſcribere, ſed quoniam ita defunctus eſt, eius maior filius Conſtantinus Heſperiarum partium princeps, hoc egit, literasque huiuſmodi ad populum deſtinauit Alexandrinum.

CONSTANTINVS CAESAR POPVLO ECCLEſiæ catholicæ, Alexandreiæ conſtituto.

NEQVE ueſtram ſacratiſsimam mentem arbitror ignorare, propterea Athanaſiũ adorandæ legis prædicatorem, ad tempus in Gallias fuiſſe miſſum, quoniam ferocitas crudelium inimicorum eius, in exitium ſacri eius capitis imminebat: ne forſan per malignorum calliditatem aliquid incongruum ſuſtineret. Vt ergo hoc euitaret, ab imminentibus ſibi neceſsitatibus eſt ablatus. Et ita me præcipiente habitare iuſſus eſt, ut in ea ciuitate in qua degebat, bona ei neceſſaria nõ deeſſent. Talis enim eſt eius uenerabilis uirtus, diuinis freta ſolatijs, ut etiã moleſtias aſperioris fortunæ contemnat. Quapropter licet ad chariſsimam reuerentiam ueſtram dominus noſter beatæ memoriæ Conſtantinus Pius, meus pater, eundem in epiſcopum in ſuum locum reſtituere propoſuiſſet, tamen quoniam humana ſorte præuentus,

Epiſt. Cõſtantini iunioris pro Athanaſio

 antequam

antequam hæc compleret uota, requieuit; conſequens arbitratus ſum uoluntatem diuinæ memoriæ Imperatoris implere. Qui dum ad uos remeauerit, qualem à me uenerationem habuerit, agnoſcetis. Non enim mirabile ſi quid in eo geſsimus quod laudetur. Meam nanque animam imago deſiderij ueſtri, & ſchema tanti uiri ad hoc mouit & inuitauit. Diuina prouidentia uos cuſtodiat fratres dilectiſsimi A

Cap. III

Athanaſius opera Euſebij iterũ Alexandria pellitur. Euſebius Cæſ. moritur. Agapius ſuccedit

HIs literis fretus Athanaſius, Alexandreiam uenit, libenterque eum plebs Alexandrina ſuſcepit. Ariani uero coniuratione facta aduerſus eum frequentes ſeditiones ſubinde ſuſcitabant per quas occaſio præbebatur Euſebio, ut derogaret ei apud Imperatorem, quod non decernente communi concilio epiſcoporum, autoritate ſua arripuiſſet eccleſiam. Tantumque his derogationibus actum eſt, ut indignāte Imperatore de Alexandrina urbe proijceretur. Eodem tempore Euſebio moriente epiſcopo Cæſarẹæ Paleſtinæ cognomento Pamphili, Agapius diſcipulus eius ſuſcepit epiſcopatũ, qui & alios plurimos ædidit libros, & de uita doctoris ſui multa conſcripſit.

SOZOMENVS Cap. IIII

Conſtantinus iunior occiditur

NOn multo poſt tempore & Conſtantinus Imperator, Conſtantini maioris filius, dum nititur inuadere partes iunioris fratris Cōſtantis, circa Aquileiam congreſsione facta perimitur, conſulatu Acindyni, & Prodi. Quamobrem Romani Imperij principatus Occidentaliũ quidem partium peruenit ad Conſtantem, Orientalis autem ad Conſtantium. B

THEODORETVS Cap. V

Accuſatur Athanaſius apud Cæſ.

IGitur tempore quo Conſtantinus ad perenne tranſiuit imperium, teſtamento filijs temporale diſtribuens regnum (nullus enim corũ erat præſens) presbytero à ſorore propria ipſi cōmendato ſuum credidit teſtamentum, præcipiens id Conſtantio dari, qui inter alios uidebatur eſſe uicinior, & prius uenire poſſe credebatur. Hinc iſte Cōſtantio factus notus, tradito teſtamento accepit ad eum ingrediendi fiduciam. Qui uidens facilem Conſtantij uoluntatem, & uelut calamũ uentis accidentibus agitari, præſumpſit contra Euangelica dogmata bellum aſſumere, & aduerſus eccleſias aſperrimam erigere tempeſtatem. Dicebat enim eſſe culpabiles, qui Conſubſtantialitatis uocem, quæ ſcripta non inueniretur, in fidei doctrina poſuiſſent, quod inter ſacerdotes & eos diſcordiã generaret. Hinc ergo Athanaſiũ & eius ſectatores accuſans, inſidias inſtruebat. Huius cooperatores erãt Euſebius & Theogonius, & Theodorus Perinthius, qui eloquentior uidebatur & ſcripſit explanationes Euangeliorũ, quem plurimi Heracleiotem uocãt. Iſti nanque ſæpius uelut propinqui Imperatori, reuerſionẽ Athanaſii multorum cauſam aſſerebant eſſe malorum: & non ſolum Aegyptũ, ſed etiam Palæſtinam & Phœnicen, uicinasque gentes eius gratia dicebant eſſe turbatas

A tas. Proinde huiuſmodi uerbis leuiſsimam obſidentes Imperatoris intentionem, ſuaſerunt ut Athanaſium ab eccleſia rurſus expelleret. Qui agnoſcens eorum conſilium, ad partes Heſperias abijt. Athanaſius in Italiam

Cap. VI

VErum Euſebius, eiusq́ conſortes, calumnias in Athanaſium factas Iulio Romano Pontifici deſtinauerunt. Qui eccleſiaſticam ſequens legem, etiam ipſos Romam uenire præcepit, & uenerabilem Athanaſium ad iudicium regulariter euocauit. Ille cõtinuo euocatione ſuſcepta uenit, calumniarum uero ſarcinatores Romam quidem profecti non ſunt, ſcientes facile ſuum poſſe capi mendacium. Sed uidentes oues paſtore deſolatas, lupum ſuper eas pro paſtore conſtituerunt, id eſt, Gregorium, qui ſex annis beſtijs ferocibus crudelius uſus, pœnam maliciæ ſuæ ſoluit, ab omnibus amariſsime laniatus. Iulius Pont. Romanus Gregorius Alexandr.

Cap. VII

ATHanaſius autem ueniens ad Conſtantem, poſtquã Conſtantinus iunior fuerat bello defunctus, Arianæ cohortis cũ gemitu referebat inſidias, & bellum contra apoſtolicam fidem geſtum, patriſq́ eius nomen maximiq́ concilij ab illo celebrati mentionem faciebat, & quod communi lege ſynodus roborata uideretur. Hæc inſinuando cum lachrymis, ad paternum zelum excitauit Imperatorem. Mox nanq́ ut hæc audiuit, mandauit fratri, monens ut paternæ pietatis inuiolabilem ſeruaret hæreditatem: B cum & ille pietate gubernando regnum, & Romanorũ euiciſſet tyrannos, & gentes poſitas in circuitu ſubiugaſſet. Athanaſius queritur de Arianis Conſtans pro Athanaſio

SOCRATES Cap. VIII

EA porrò tempeſtate Conſtantinopolim altera, priore ſuperior, turba ex huiuſmodi cauſa proceſsit. Alexander Conſtantinopolitanæ Præſul eccleſiæ, poſt decertationem cum Ario terminatam ex hac uita exceſsit, epiſcopatus triceſimotertio, uitæ anno nonageſimo & octauo, nullumq́ in ſuum conſtituit locum, ſed mandauit ut unum ex duobus quos ipſe nominaret, eligerent. Et ſi quidem uellent docibilem ſimul & uitæ optimæ teſtimonio decoratũ, Paulum à ſe presbyterũ ordinatũ, uirum quidem ætate iuuenem, ſed ſapientia ſenem, epiſcopũ ipſis ordinarent. Si uero ex habitu ſolummodo reuerentię eligere uellent, Macedoniũ facerent, tunc diaconũ exiſtentẽ, qui ætate maior uideret̃. Ex hac cauſa maior contentio pro epiſcopi ordinatione ſurrexit, eccleſiamq́ turbauit, cum populus utiq́ in duas diuiſus eſſet partes: alijq́ defenderent Arianũ dogma, alij uero Nicæni decreta concilij. Igitur donec Alexander uiueret, Homouſiani potiores erant Arianis, quia hi quotidie cõuicti minuebant̃. Cum uero Alexander obiſſet, contentio rurſus ex utraq́ parte cõmota eſt. Quapropter Homouſiani Paulũ ordinauere pontificẽ, Ariani uero Macedoniũ. Et in eccleſia quidem Irene cognomine, quæ eſt uicina iuxta baſilicam Sophiã, Paulus eſt ordinatus, in quem potius Alexandri ſententia prolata uidebatur. Alexander Conſtantinopolitanus moritur Paulus Macedonius. Factiones Homouſianorum & Arianorũ ὁμοούσιοι Irene Sophia

Cap. IX

Euſebius Nic. Conſtātinop. præficitur

POſt paululum uero temporis Imperator Conſtantinopolim ueniens, A indignatur ob ordinationem factam Arianorum. Epiſcoporū autem conſtituto concilio Paulum quidem remoueri fecit: Euſebium uero ex Nicomedia transferēs Conſtantinopolim, epiſcopū eſſe decreuit. Quo facto Antiochiam profectus eſt Imperator. Euſebius itaq; nullo modo ceſſare patiebatur, ſed omnia cōmouebat donec ſuum propoſitum perduceret ad effectū. Egit ergo ut in Antiochia Syriæ ſynodus fieret, ſub occaſione quidem dedicationis eccleſiæ, quam pater Auguſtorum fabricari cœperat, & poſt eius obitum Conſtantius decimo anno eam à tēpore fundationis explenerat: in ueritate aūt ad ſubuerſionem atq; deſtructionē Nicæni conciliŋ. Ad quam ſynodum conuenerunt ex ciuitatibus diuerſis epiſcopi nonaginta. Maximus tamen Hieroſolymitanus Macariŋ ſucceſſor nō affuit, cogitans quod ipſi poſſet ſubripi, ut in damnationē ſubſcriberet Athanaſii. Sed neq; Iulius interfuit maximæ Romæ Præſul, neq; in locum ſuum aliquem deſtinauit, cum utiq; regula eccleſiaſtica iubeat, non oportere præter ſententiam Romani pontificis concilia celebrari. Fit ergo ſynodus in Antiochia ſub præſentia Cōſtantiŋ principis, Conſulatu Marcelli & Probini. Erat autem quintus annus mortis Conſtantini patris Auguſtorū. Præſidebatq; tunc eccleſiæ Antiochenæ Flacillus ſucceſſor Euphroniŋ. Fautores igitur Euſebiŋ operæprecium iudicātes Athanaſio derogare, primum quidem calumniati ſunt quaſi præter regulam egiſſet, quam tunc ipſi decreuerant, quoniam non ex ſententia cōmunis cōciliŋ epiſcoporum receperat ſacerdotiū, ſed ſibimet arrogando in eccleſiam fuiſſet ingreſſus. Deinde quoniam eius aduentu turba generata, plurimi ſeditione ſint mortui: & quia aliqui ab Athanaſio cæſi, Iudicibus dicerētur eſſe cōtraditi. Hac derogatione tunc habita conſtituerunt epiſcopum in Alexandria, primo quidem Euſebium cognomento Emiſenum. Quo ordinato, & in Alexandriam ire metuente, Gregorium fecerunt epiſcopum. His ita geſtis, transformauerūt fidem, nihil quidem culpantes Nicæni conciliŋ, ſed principium præbentes ut frequentibus conciliŋs alia ſubinde mutantes & recitantes, efficerent ut definitio fidei paulatim in Arianam uæſaniam relaberetur. B

Conciliū Antiochiæ xc. epiſcoporum

Autoritas Rom. Pont.

Athanaſius accuſatur ab Arianis

Cap. x

Fides Arianorū Antiochiæ

NOs neq; ſequaces Ariŋ fuimus, quomodo enim epiſcopi presbyterū ſequeremur? neq; aliam quampiam fidem abſq; expoſita antiquitus ſuſcepimus. Sed etiam nos examinatores & cognitores eius fidei facti ſumus: & iudicauimus potius, quàm ſecuti ſumus. Didicimus enim ab initio credere in unum deum omniū, uniuerſorum intelligibilium ſenſibiliumq; creatorem & prouiſorem: & in unum filium unigenitum ante omnia ſecula exiſtentem, & cum ſuo genitore manentem, per quem omnia facta ſunt uiſibilia & inuiſibilia, & qui in nouiſsimis temporibus per bonam uoluntatem patris deſcendit, & ex ſancta uirgine carnem aſſumpſit, & omnem uoluntatem

catholice

A luntatem patris ſui impleuit: paſſus eſt, & reſurrexit, & in cœlos aſcendit, in dextera patris ſedet, uēturus iudicare uiuos & mortuos, & rex permanet in æternum & deus. Credimus in ſpiritum ſanctum. Si aūt adijciendum eſt, credimus & de carnis reſurrectione, & uita perpetua. Hæc in prima ſcribentes epiſtola ciuitatibus mittebant. Sed poſt paululum aliam in Antiochia dictauerunt. Eodē tempore etiam rempublicā contigit ualde turbari. Gens nanq; Francorum circa Gallias conſtituta, Romanis erat infeſta. Tunc etiā terræmotus maximus in Oriēte factus eſt, & præcipue in Antiochia, quæ anno iugiter eſt commota. Franci. Terræmotus Antiochiæ anno [illegible]

Cap. XI

INterea Gregorium deducebat in Alexandreiam Syrianus magiſter militiæ, & cum eo armati milites, numero quinq; milia, quibus etiā aderant Arrij ſectatores illic habitantes. Sed quomodo Athanaſius eccleſia pulſus, ne caperetur effugerit, arbitror eſſe dicendū. Erat enim ueſpera, & populus in uigilijs obſeruās, ſperabat q; futura Collectio. Inter hæc uenit Magiſter militum, & circa eccleſiā per cohortes ſuos milites ordinauit. Athanaſius autem uidēs quæ fierent, cogitauit ne propter ſe ulla læſio populo proueniret. Et præcipiens diacono ut compleret orationē, rurſus pſalmum fecit imponi. Cumq; cōſonantia pſalmodiæ celebraretur, per unam ianuā eccleſiæ egrediebantur oēs. Quo facto, milites quidem ſine cōmotione ſteterunt. Atha-

Syrianus

Athanaſ. [illegible]

Vigiliæ

Pſalmodia

B naſius aūt inter medios pſallentium illæſus abſceſſit. Et hoc modo fugiens, Romā profectus eſt. Porrò Gregorius Alexādrinæ tunc præſedit eccleſiæ. Alexandrinorum uero plebs non ferens quod erat geſtum, eccleſiam quæ Dionyſii nuncupatur, incendit.

Cap. XII

EVſebius aūt legationem miſit ad Iulium Romanę urbis epiſcopum, rogans ut cōtra Athanaſium iudex eſſet. Sed quę de Athanaſio decreuerat Iulius, Euſebius nō occurrit ut cognoſceret, quia dum paucū tempus uixiſſet poſt concilium, uita priuatus eſt. Quapropter Cōſtantinopolitæ Paulum rurſus in eccleſiam introduxerūt. Itidem & Ariani in eccleſia, quę nunc dicitur Pauli, ordinauere Macedoniū. Et hoc gerebant fautores Euſebij ſucceſſoresq; præſumptionis, id eſt, Theogonius Nicænus, Maris Chalkedonēſis, Theodorus Heracliæ, & reliqui. Sed Vrſacius & Valens hæretici, poſtea libellū pœnitentiæ Iulio offerentes epiſcopo, & conſentientes ὁμοουσίῳ uerbo, communicare meruerunt.

Iulius Pont. Ro. iudex in cauſa Athan. Euſebij mors

Paulus reducitur Conſtant.

Vrſacius Valens

Cap XIII

INterea propter Macedonium ingens præliorū flamma ſurgebat, & inteſtinū bellum Chriſtianorū in ciuitate multi ſanguinis effuſione pullulabat. Quod cum audiſſet Conſtantius Antiochię poſitus Imperator, Hermogeni magiſtro militū Thraciarum iniunxit, ut Paulum eccleſia pelleret. Qui Conſtantinopolim ueniens, maximas turbas cōmouit, cogens ut pelleretur epiſcopus. Facta autē ſeditione, populus erat paratus ad ultionem. Cumq; Hermogenes inſiſteret ut militari manu expelleret Paulum, accen-

Paulus pellitur Conſtantinopoli. Hermogenes

Mag. militum occiditur A

ſus populus (ut fieri ſolet in talibus) irrationabiliter ei reſiſtebat, eiusq́ʒ domum incendentes, ipſumq́ʒ trahentes interemerunt. Hæc geſta ſunt conſulatu Conſtantij tertio, & ſecundo Cõſtantis. Quo tempore Conſtans quidem Francos Romanorũ ſubiecit imperio. Conſtantius autem de interitu Hermogenis acturus, ab Antiochia ueredis Conſtantinopolim uenit, & Paulum quidem expulit ciuitate, urbem uero damno multauit, auferens ei frumenti à ſuo patre collati ultra quadraginta milia modiorũ, quæ quotidie frangebantur. Nam penè octoginta milia per dies ſingulos, urbe Alexandria mittente, primo miniſtrabantur. Hoc itaq́ʒ facto Macedonium diſtulit ſtatuere urbis epiſcopum. Iraſcebatur enim etiam illi, non ſolum quia præter ipſius uoluntatẽ fuerat ordinatus, ſed quia propter ſeditiones inter eum Paulumq́ʒ factas, plurimi perierant, ſimul & magiſter militum fuerat interemptus. Permittens ergo eũ Miſſas facere in eccleſia in qua fuerat ordinatus, denuo eſt profectus in Antiochiam.

Franci Germani.
Conſtantius Imp. priuat Cõſtãtinopol. frumẽtarijs ſtipendijs

Cap. XIIII

Gregorius Alexandrinus Georgius Cappadox recipitur

ARiani præterea Gregorium remouentes ab Alexandria tanquã odioſum, & quia propter eum factum fuiſſet incendium, necnon & quia minus ipſorum foueret errorem, euocauerunt Georgium Cappadocem hominem Arianæ uæſaniæ.

SOZOMENVS. Cap. XV

Athanaſius B

IGitur Athanaſius relinquẽs Alexandreiã, Romam profectus eſt. Contigit autẽ eodẽ tempore etiã Paulum Conſtantinopolitanũ Pontificem illuc unà concurrere, & Marcellum Ancyræ, Aſclepamq́ʒ Gazæ. Qui dum Arianis eſſet aduerſus, calumniam paſſus ab his, quaſi ſubuertiſſet altare, damnatus eſt. Pro quo Gazæorũ eccleſia Quintiano cõmittitur. Lucianus aũt Hadrianopolites epiſcopus, ob aliam accuſationẽ eccleſia ſua priuatus, degebat in urbe Roma. Cognoſcẽs ergo Romanus epiſcopus crimina ſingulorũ, & oẽs Nicæno concilio concordare cõperiens, eos in cõmunionem ſuſcepit, tanq́ʒ omniũ curam gerens, propter ſedis propriæ dignitatem, ſingulisq́ʒ reddidit ſuas eccleſias, & Orientalibus ſcripſit epiſcopis, culpãs qđ non recte tractaſſent uiros inculpabiles de ſuis eccleſiis eos expellentes, & quod conſtitutiones Nicæni concilij minime obſeruatẽt. Quorũ paucos ad certam diem ſibimet adeſſe præcepit, ut corã eis oſtenderet iuſtum ſe ſuper illis protuliſſe decretũ. Et deinceps nõ ſe paſſurum interminatus eſt, niſi ab huiuſmodi turbis & nouitate ceſſarent. Et ille quidem hæc ſcripſit. Athanaſius autem & Paulus epiſtolas Iulij Orientalibus epiſcopis miſerunt, & ſinguli eorum ſuas ſedes adepti ſunt.

Romanæ ſedis dignitas.
Iulius Pon. Ro. Orientalibus ſcribit

Cap. XVI

VErum Pontifices Orientis grauiter hoc ferentes, & in Antiochia congregati Iulio reſcripſerunt epiſtolam, ornato quidẽ ſtilo compoſitam, ironia uero maxime plenã, & non ſine interminationis qualitate cõfectam. Fatebantur enim circa omnes Romanorũ eccleſiam eſſe munificam, ueluti

quæ

A quæ apoſtolicam haberet curam, & antiquitus mater pietatis exiſteret, licet ab Oriente ad eam prædicatores dogmatis aduenissent. Se uero non propterea ſecundo loco habendos exiſtimabant, eo quod non magnitudine aut multitudine abundarent eccleſiarum, cum uitæ qualitate non cederent: crimenq́ Iulio imponebant, eo quod Athanaſii ſectatoribus communicaſſe uideretur, & tanquam ipſorum concilio contumelias irrogaſſet, eorumq́ ſententiam deſtruxiſſet: & uelut iniuſtum eius factum, eccleſiaſticisq́ ſanctionibus diſſonans arguebant. His ita conſcriptis addiderunt, quod ſi ſuſciperet Iulius damnationē ab ipſis factā, & ordinatos epiſcopos in damnatorum locum firmaret, pacem cum eo & cōmunionem haberent. Si uero placitis ipſorum reſiſteret, cōtraria celebrarent: quippe cum Orientales epiſcopi non reſtitiſſent, cum Nouatus à Romana pelleretur eccleſia. De his autem quæ pręter cōmune placitum de concilio Nicæno geſſerant, nihil ei reſcribere maluerunt. *Romana eccl.*

SOCRATES Cap. XVII

HAec itaq́ Orientales epiſcopi Iulio Romano Pontifici reſcripſerunt. Cū uero Athanaſius Alexandreā fuiſſet ingreſſus, cōpreſsio populi partis Gregorij, qui illic fuerat ordinatus epiſcopus, uehemens facta eſt. Et ex hoc dicebant turbas & neces hominū proueniſſe, & huiuſmodi crimina *Ariani quidā apud Alexandriā ſuffocati*

B in Athanaſium uelut autorē ſceleris referebant: cū hæc in certaminibus frequēter eueniant. Ob quā cauſam Sabinus Macedonianę Præſul hęreſeos, Athanaſiū frequēter accuſat. Qui ſi cogitaret quanta mala contra Athanaſium & Homouſianos Ariani geſſerint, aut quanta concilia propter eum celebrata ſint, aut quanta contra oēs eccleſias Macedonius Hęreſiarches geſſerit, erubeſcens forte tacuiſſet. *Sabinus Athanaſiū traducit* *Macedonius hæreſiarches*

Cap. XVIII

COnſtantius igitur Imperator in Antiochia degens, cum audiſſet rurſus Paulum Conſtantinopolitanam recepiſſe ſedem, iratus ſacra ſua miſit ad Philippum, qui tunc habebat maximam inter alios Iudices poteſtatem, & poſt principem ſecundus appellabatur: ut Paulum eccleſia pelleret, & Macedonium introduceret. Præfectus autem Philippus ſeditionem populi metuens, arte eſt uſus aduerſus Paulum. Et iuſsionem quidem principis celauit, ſimulans autē publicum ſe habiturum eſſe tractatum, proceſſit ad Thermas uocabulo Zeuxippi: quo etiam cum honore quaſi neceſſario uocauit Paulum. Cumq́ ueniſſet, repente Præfectus ſacra monſtrauit Imperatoris, & epiſcopus quidem illic iniuſtam ſententiā patiēter tulit. Porrò Præfectus metuens multitudinis impetum quæ ibi conuenerat, propter timoris famam, unam feneſtram Thermarū iuſsit aperiri, per quam ad palatium ductus Paulus, & miſſus ad nauem ad talia paratā, uelociter ductus eſt in exiliū. Iuſsitq́ Præfectus ut Theſſalonicæ ſeruaretur, ex qua Paulus fuerat oriundus, ut illic libere uiueret, & in alijs Illyrici ciuitatibus, nō tamen *Paulus è Conſtantinopoli pellitur* *Thermæ Zeuxippi* *Paulus exulat*

ut ad

ut ad partes Oriẽtis accederet. Hoc itaq; modo Paulus inopinato de eccle A ſia pulſus eſt. Philippus autem à Thermis ad eccleſiã properabat, cum quo Macedonius, reſidẽs in uehiculo cum Præfecto ſimul & militibus armis indutis. Hoc facto terror populũ apprehendit, & ad eccleſiã cõcurrerunt uniuerſi ſimul Homouſiani & Ariani. Cumq; Præfectus cum Macedonio ad eccleſiã perueniſſet, & populum & milites irrationabilis timor inuaſit. Cũq; eſſet ingens multitudo, nec poſſet introire Præfectus, milites cœperunt populum uiolenter impellere, & cum propter anguſtiã loci cedere nõ poſſent, putãtes eos milites ſibi uelle reſiſtere, euaginatis gladijs in eorũ necẽ graſſabantur. Tunc ergo (ſicuti fertur) perempti ſunt circiter tria milia centum & quinquaginta. Alij à militibus interfecti, alij uero cõpreſſione ſunt mortui. Hac uia Macedonius tanq; nihil mali gerens, ſed ueluti mundus & innocens à Præfecto magis quàm eccleſiaſticis regulis, traditũ ſibi recepit epiſcopatum: tantiſq; necibus ipſe & Ariani eccleſiæ iura tenuerunt. Hoc tempore Imperator maiorẽ eccleſiã fabricabat, quæ nunc Sophia uocitatur, & eſt copulata eccleſiæ, quæ dicitur Irene, quã pater Imperatoris, cum eſſet prius modica, ad pulchritudinem magnitudinẽq; perduxerat: quæ modo uelut ſub uno circuitu contineri noſcuntur.

Macedonius ad eccleſiam deducitur

Supra III. M. interficiuntur

Sophia opus Conſtantij

Irene

Cap. XIX

INterea contra Athanaſiũ alia machinatio cõcinnata eſt. Eccleſiæ nanq; Alexandrinorũ, Auguſtorum pater eroganda pauperibus frumenta donauerat: quæ dixerunt Athanaſium uendere, & ſuis utilitatibus applicare. Quod Imperator credens, eum iuſſit occidi. Hoc ſentiẽs Athanaſius, latenter aufugit. Tunc igitur Iulius Romanę urbis epiſcopus, cognoſcẽs Arianorum inſidias aduerſus Athanaſiũ machinatas, poſtq; Euſebij ſuſceperat literas, euocauit Athanaſium, cum audiſſet locũ ubi erat abſconſus. Inter hæc ſuſcepit etiã literas Aegyptiorum epiſcoporũ, aſſerentiũ falſa eſſe quæ contra Athanaſium dicebanẽ. Quo facto Iulius reſcripſit eis qui fuerant in Antiochia congregati, culpans eos primũ de iniurijs literarum: deinde cur ſe ad ſynodum ſuam nõ uocaſſent, canonibus nimirũ iubentibus præter Romanum nihil decerni Pontificem: inſuper quod latenter corrumperent fidem: & quod Tyri geſta per ſubreptionem fuerint & arte compoſita: & quia contra ius ex una parte confecerint monimenta geſtorum, referens id ad falſitatem de Arſenio concinnatam. Epiſtolas ipſas ponere, propter faſtidiũ longæ lectionis omiſi. Poſt modicum uero tempus, Paulus à Theſſalonica ſimulans ſe habere iter ad Corinthum, in Italiam uenit, & unà cum Athanaſio cauſam ſuam Imp. Conſtanti indicauit. B

Calumnia in Athanaſium

Iulius Athanaſium ad ſe uocat

Autoritas Romani Pont.

SOZOMENVS Cap. XX

IMperator autem fratri ſuo Conſtantio ſcripſit, ut aliquos Orientalium epiſcoporum ſatis facturos de quorundam damnatione mitteret. Quapropter eligũtur tres, Narciſſus Irenopolites Cilix epiſcopus, Theodorus Heracliæ

A Heracliæ Thraciæ,& Marcus Arethuſæ Syriaeæ. Qui uenientes ad Italiã, *Narciſſus*
facta propria uindicabant, nitentes Imperatori perſuadere Orientalis con/ *Theodorus*
cilij iuſtam eſſe ſententiam. Cumq́ fidei ſuæ confeſsionem exigerentur, fi/ *Marcus, in Ita*
dem quidem Antiochiæ expoſitam,celauerunt. Aliam uero conſcribentes *liã mittuntur*
confeſsionem obtulerunt,multum tamen à Nicæno concilio diſſonantem.
Videns autẽ Conſtans iniuſte grauatos homines, nec crimina fuiſſe uera,
pro quibus dicebantur à cõmunione ſuſpenſi, ſed id factum propter diſſo/
nantiam fidei,cum ſatisfacere nequiuiſſent pro quo uenerant,remiſit eos ad
propria. Poſt tres autem annos rurſus Orientales epiſcopi Occidentalibus *Orientales cõ*
aliam epiſtolam miſerunt, quam multorum uerſuum nominauere conſcri/ *ſubſtãtialitatẽ*
ptionem,eo quod ultra priores prolixo eloquio confecta uideretur. In qua *negant*
de ſubſtantia quidem dei nullam fecere mentionem. Eos autem qui dicunt
ex non exiſtentibus dei filium,aut ex alia eſſentia & non ex deo, & quia fue
rit aliquando tempus aut ſeculum, quando non erat,abdicarunt. Porrò Eu/ *Eudoxius*
doxium Germaniciæ epiſcopum,Martyriũ atq́ Macedonium baiulos epi *Martyrius*
ſtolarum, Occidentales noluerunt ſuſcipere ſacerdotes, dicentes dogmata *Macedonius*
Nicæna ſufficere,& nihil ulterius oportere tractari. Cumq́ Conſtans à fra
tre petens,ut Athanaſius ſuam reciperet eccleſiam, reſiſtentibus hæreticis
nihil impetrare potuiſſet, tunc Athanaſius & Paulus adeuntes popoſce/
B runt fieri ſynodum, eo quod pro defenſione rectorum dogmatum expulſi
probarentur.

THEODORETVS. Cap. XXI

QVod audiens Conſtans, ſcripſit fratri,monens ut paternæ pietatis in/
uiolatam ſeruaret hæreditatem, cum & ille imperium gubernando &
Romanorũ tyrãnos euiciſſet,& in circuitu gẽtes Barbaras ſubiugaſſet. His *Sardicã conci*
literis motus Conſtantius,præcepit Sardicæ(quę eſt ciuitas Illyrici)& Ori/ *lium inducitur*
entales & Occidentales cõuenire Pontifices. Multi ſiquidem etiã alij caſus *πόλις ἰλλ. vel*
medicinã ſynodicã requirebant. Nam & Paulum Cõſtantinopolitanæ ur/ *κὰι τ̃ δακῶν*
bis epiſcopũ, pro rectis dogmatibus, Ariani ad periculum mortis uſq́ per/ *ἔθνους μητρό*
duxerant,tanquam ſeditionis autorem,& alia quædã adiecerãt quæ calum *πολις*
niatoribus ſunt amica. Quem tamẽ tunc populus Sardicã propter inimico/
rum inſidias abduci nõ eſt paſſus. Paulò poſt aũt defuncto Conſtante, fle/
ctentes Ariani leuiſsimam principis uoluntatẽ, & à regia ciuitate pellentes
Paulum,eum ad ciuitatulã Cucuſenam (quæ tunc erat Cappadociæ, nunc *Paulus Cucu*
uero ſecundæ Armeniæ) tranſtulerunt. Sed non ſatis eſt in hoc cuncta tur *ſum transla-*
bantibus,uita Pauli mirabilis,licet in ſolitudine cõſtituti. Mittẽtes enim mi/ *tus, paulopoſt*
niſtros necis,eum morti uiolentiſſimæ tradiderunt. Et hoc beatus Athana *occiditur*
ſius refert in Apologia propriæ fugæ,ita dicens: Cap. XXII

EPiſcopum nanq́ Conſtantinopoleos Paulum perſequentes atq́ inue
nientes, palàm ſuffocandum eſſe cenſuerunt in Cucuſo Cappadociæ,
autorem

Philippus Præfectus autorem habentes Philippum Præfectum.erat enim eorum hæreſeos tunc A patronus, & conſiliorũ miniſter iniquorum. Huiuſmodi enim crudelitates blaſphemia Arij protulit. Cõtra unigenitum nanq; inſaniunt miniſtri præſumptionũ eius. Hoc itaq; modo Paulo defuncto, imò magis ad cœleſtia *Macedonius propellitur* regna perducto, Macedonium ſtatuerunt epiſcopum quaſi conſectatorem ſuum, quoniam proxime ſancto ſpiritui blaſphemabat. Sed paulopoſt expulerunt & eum, dum creaturam non confiteretur eum quem filium ſcripturæ dicunt. Quapropter damnatus ab illis, hæreſis propriæ autor apparuit, conſubſtantialem quidẽ nec iſte patri filium eſſe dicens, ſimilem tamen per omnia genitori docens, creatum uero Spiritum aperte denominans. Hæc itaq; non multo poſt (ſicuti diximus) acta ſunt.

SOCRATES Cap. XXIII

VNndecimus autem annus erat ab obitu patris duorũ Auguſtorum. COSS. uero tunc fuere Rufinus & Euſebius, quando celebratum eſt Sardicenſe conciliũ. Ex Heſperijs ergo partibus cõuenerunt epiſcopi quaſi trecenti, ſicut Athanaſius ait. Ex Orientalibus ſex & ſeptuaginta tãtummodo, ſicut Sabinus dicit. Inter quos annumerabatũ & Iſchytas tanq; Mareotis epiſcopus, quẽ damnatores Athanaſij in epiſcopũ huius prouinciæ prouexerant. Excuſauerunt ſe etenim alij per infirmitatem corporis: alij anguſtas inducias accuſantes, & ob hoc Iulium Romanũ culpantes epiſcopum: B cum utiq; ante annum & ſex menſes ſynodus fuerit prædicata, & Athanaſius Romæ degeret, expectãs iudicium ſynodale. Cum ergo Sardicæ Orientales conueniſſent, ad aſpectum Occidentalium uenire nolebãt, dicentes, non aliter ſe ad uerba uẽturos, niſi ſuo collegio Athanaſiacos & Paulinos expellerent. Cumq; Protogenes Sardicẽſis epiſcopus & Oſius Cordubæ Hiſpaniæ non paterẽtur à concilio ſe ſubmoueri Pauli defenſores & Athanaſij: illi repente diſceſſerunt, & uenientes ad Philoppopolim Thraciæ, ſeorſum fecere conciliũ, & aperte iam Conſubſtantialitatẽ anathematizauerũt. *Orientales. Hæreſis inæqualis ſubſtantiæ* Et ſectam inæqualis ſubſtantię epiſtolis ſubſcribẽtes, undiquaq; miſerunt. Qui autem in Sardica conuenerant, primum quidem horum dãnauere uæſaniam, deinde accuſatores Athanaſij dignitate priuauerunt. Et terminum fidei Nicænæ corroborantes, & tractatum de diuinæ ſubſtantiæ inæqualitate reſpuentes, Conſubſtantialitatem apertius tradiderunt, etiam ipſi undiquaque ſcripta propria mittentes. Ex utraq; ergo parte arbitrati ſunt recte ſe facere, Orientales quidem eo quod à ſe damnatos illi ſuciperent. Occidentales autem quoniam ante cognitionem damnatores effugerant: & quoniam hi quidem Nicænam ſeruabant fidem, illi uero eam adulterare præſumpſerant. Reddiderunt ergo locum Paulo, & Athanaſio, necnon & Marcello Ancyræ Galatiæ, qui dudum (ſicuti iam dictum eſt) fuerat condemnatus.

Theodo

A THEODORETVS Cap. XXIIII

QVæ uero Sardicæ geſta ſunt,concilij literæ clarius edocebũt,quas pro- pter modum explanationis huic ſcripturæ interponere non omiſi. *Sardicenſis concilij literæ*

SANCTA SYNODVS DEI GRATIA SARDICAE CON- gregata ex urbe Roma, Hiſpanijs, Gallijs, Italia, Campania, Calabria, A- phrica, Sardinia, Pannonia, Myſia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Mace- donia, Theſſalia, Achaia, Epiris, Thracia, Rhodope, Aſia, Caria, Bithynia, Helleſpõto, Phrygia, Piſidia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, altera Phrygia, Pãphylia, Lydia, inſulis Cycladibus, Aegypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palæſtina, & Arabia, uniuerſis epiſcopis & cõminiſtris ſanctæ & Apoſto- licæ eccleſiæ dilectiſsimis fratribus in domino ſalutem.

MVLTA quidem ac ſæpius Arianam uæſaniam ſequentes præſumpſe- runt aduerſus dei ſeruos, & rectam fidem cuſtodientes. Adulteram nanq; doctrinã proponentes, orthodoxos expellere ſunt conati: & in tantum in ſurrexerunt aduerſus fidem, ut neq; auditus deo amabilium lateret Impera torum. Igitur gratia dei cooperante, etiam ipſi pijſſimi principes ex diuerſis nos prouincijs & ciuitatibus colligentes, ſanctum hoc concilium in Sardicẽ ſium celebrari urbe præceperunt, ut ablata omni diſcordia, & omni perfidia procul expulſa, ſola Chriſti pietas apud omnes inuiolata ſeruetur. Venerũt B enim Orientales epiſcopi à pijſſimis Imperatoribus inuitati, præcipue pro- pter famam quæ de chariſsimis noſtris fratribus & cõminiſtris fuerat diuul gata, id eſt Athanaſio Alexãdrino, & Marcello Ancyræ Galatiæ, & Aſcle pa Gazæo, forſan etiã ad uoſipſos detractiones huiuſmodi peruenerunt, quomodo etiam noſtras aures uentilare conati ſunt, ut ea quæ contra inno- centes referunt, uera eſſe credantur, & iniqua hæreſeos celetur opinio. Sed hæc diutius facere permiſſi non ſunt. Etenim Præſul eccleſiarum dominus eſt, qui pro his & pro uniuerſis mortem ſuſtinuit, & per eas aſcẽſum ad cœ- los nobis omnibus condonauit. Pridem itaq; Euſebius, & Maris, & Theo dorus atq; Theogonius, Vrſatius, & Valens, & Minophantus, & Stepha- nus ſcripſerunt Iulio cõminiſtro noſtro eccleſiæ Romanæ Pontifici contra prædictos conſacerdotes noſtros, id eſt, Athanaſium epiſcopum Alexan- dreiæ, & Marcellum epiſcopum Ancyræ Galatiæ, & Aſclepam Gazę. Scri pſerunt quoq; ex alijs partibus epiſcopi, teſtimonium perhibentes puritati Athanaſij cõſacerdotis noſtri, & ea quæ ab Euſebio & cõſectatoribus eius geſta ſunt, nihil aliud quàm mendacijs & calumnijs plena eſſe affirmantes: cum utiq; euocati à chariſsimo & conſacerdote Iulio, & non occurrentes (ſicut ſcriptis eiuſdem epiſcopi Iulij cõprobatur) aperte uideantur calumnia tores exiſtere. Nam ſi de geſtis contra eos habitis pręſumpſiſſent, non cun- ctarentur occurrere. Veruntamen etiam ex his quæ fecerunt in hoc ſancto magnoq; cõcilio, eorum machinatio euidenter apparet. Venientes enim in

Athanaſius *Marcellus* *Aſclepas* *Iulius Pont. Romanus*

Sardicenſium ciuitatem, atq; uidentes fratres noſtros Athanaſium, Marcel- A
lum, Aſclepam, & cæteros, ad iudicium accedere timuerũt. Et nõ ſemel, non
ſecundo, ſed etiã frequenter citati, uocationibus obedire noluerunt: congre-
Oſius Cor- gatis uidelicet in cõcilio Oſio longæuo (qui propter ætatem, atq; confeſsio-
dubenſis nem, tantumq; laborẽ, omni honore dignus apparuit) & reliquis, ſuſtinen
tibus & inuitantibus eos ingredi iudicium, ut quæ contra abſentes conſacer
dotes diffamauerant atq; conſcripſerant, præſentes oſtenderent. Sed (ſicuti
prædiximus) euocati non uenerunt, ut etiam in hoc calumniam propriam
oſtenderent: & quodammodo reſpuendo iudicium, inſidias ſuas & moli-
mina proclamarent. Nam qui de ſuis dictis confidunt, etiam ad faciem pro
bare non fugiunt. Quia uero non occurrerunt, nullum de eis ignorare confi
dimus (ſi forſan rurſus illic quicquam machinari uoluerint) quod nihil ha-
bentes quo poſſint conſacerdotes noſtros arguere, abſentibus detrahunt,
præſentes effugiunt. Fugerunt enim (chariſsimi fratres) non ſolum propter
calumniã aduerſum iſtos inſtructã, uerum quia ſuos pro uniuerſis crimini-
bus accuſatores occurriſſe uiderunt. Proferebantur enim uincula & catenæ.
Venerant homines ab exilio & conſacerdotes, necnon cognati pariter &
amici eorũ, qui propter eos mortui dinoſcuntur. Et quod eſt admirandum,
aderant epiſcopi, quorum unus quidem catenas geſtabat & uincula, quibus
uinctus fuerat propter eos. Alij uero eorum inſidijs mortẽ ſibi teſtabantur B
inflictam, quia ad tantam ſuperbiam ſunt perducti, ut etiã epiſcopum occi-
dere conarẽtur: quem niſi fuga liberaſſet, obierat. Venit etiam conſacerdos
Theodulus noſter beatus Theodulus, fugiens eorum molimina, quibus fuerat iuſſus
occidi. Alij uero gladiorum uulnera demõſtrabant: alij famẽ ſe ab eis paſ-
ſos ingemiſcebant, & hæc non quilibet homines teſtabantur, ſed omnes ec
cleſiæ pro quibus hi qui occurrerunt, & qui legatione fungebantur, inſinua-
bant uiolentiarum peſtes, armatos milites, populos cum fuſtibus, iudicum
terrores, falſarũ literarum obiectiones. Lectæ ſunt enim literæ Theogonij
contra conſacerdotes noſtros, Athanaſiũ, Marcellum, & Aſclepam, ut etiã
Imperatores mouiſſe uiderentur: quas literas diaconi Theogonij uulgaue
runt. Super hæc aũt uirginum nuditates, eccleſiarũ incendia, carceres contra
ſacerdotes noſtros adhibitos. Quæ omnia prælia non niſi pro deteſtabili
Arianorũ hæreſi cõmiſiſſe noſcuntur. Quiſquis enim eorum reſpuiſſet ordi
nationem atq; cõmunionem, his neceſſario ſubdebatur iniurijs. Cõſpicien
tes igitur facinorum ſuorum anguſtias, confuſi receſſerunt. Et ulterius hæc
non ualentes abſcondere, in Sardicenſiũ uenerunt urbem, ut per aduentum
ſuum quaſi talia ſe nequaq; perpetraſſe monſtrarent. Videntes autem qui-
bus calumnias irrogarent, & oppreſſos à ſe ſimul accuſatores, & increpatio-
nes præ oculis ſuis habentes, euocati ad iudiciũ ingredi nequiuerunt. Atha-
naſio quippe, Marcello & Aſclepa, noſtris cõſacerdotibus fiducialiter agẽ-
tibus

A tibus,& ualde ingemiſcentibus,& imminentibus atq; prouocantibus eos, & promittentibus,non ſolũ ſe calumnias euidenter oſtendere, ſed etiã quę in eorum eccleſias deliquiſſent: illi uero tanto conſcientiæ terrore conſtricti ſunt ut fugerent,& per fugam ſuas calumnias aperirẽt: delictaq; ſua iudicij declinatione faterentur. Et licet non ſolum ex prioribus,ſed etiã ex iſtis malicia eorum atq; calumniæ patefiant, tamen ut neq; per fugam occaſionem alterius iniquitatis accipiant, curauimus contra ueritatem facta eorum moliminа examinare. Et hoc propoſito, ex his quæ geſta ſunt eos calumniatores inuenimus, & nihil aliud niſi aduerſus conſacerdotes noſtros inſidias inſtitutas. Nam Arſenium,quẽ dicebãt ab Athanaſio peremptũ,hic uiuit, *Arſenius* & inter uiuentes cõmorari dignoſcitur,ex quo etiam alia probantur eſſe cõficta. Quod uero etiam calicẽ diuulgauerũt fractum à Macario Athanaſii presbytero,teſtati ſunt qui de Alexandrea & Mareote uenerũt, nihil tale fuiſſe geſtum. Sed etiam epiſcopi Aegypti Iulio cõſacerdoti noſtro ſcribentes,ualde affirmabant,quod neq; ſuſpicio fuiſſet huiuſmodi. Proinde dixerunt monumenta aduerſus eos confecta, quæ tamen probatum eſt ex una parte celebrata: in quibus geſtis Pagani examinabant,& Catechumeni: ex quibus unus catechumenus inquiſitus,ait intus ſe fuiſſe quando Macarius uenerat ad eundẽ locum. Alter aũt interrogatus,dixit illum famoſiſſimum *Iulius Pont. Romanus*

B Iſchyram tũc ægrotaſſe,& in cellula iacuiſſe, ut ex hoc appareat nihil geſtũ *Iſchyras* ex omnibus ſacramẽtis, eo quod & catechumeni intus fuiſſent, & Iſchyras non adeſſet,ſed iaceret ægrotus. Is nãq; malignißimus Iſchyras mentitus, quod Athanaſius quoſdã ſacros incendiſſet libros, illo tempore ægrotaſſe declaratus eſt, quando Macarius ibi fuit. Vnde etiam ex hoc calumniator apparuit. Deniq; pro huiuſmodi calumnię mercede dederunt Iſchyræ nomen epiſcopi,qui neq; presbyter fuerat aliquando. Duo nanq; presbyteri qui cum Melitio aliquando degebant,& poſtea à beato Alexandro epiſcopo ciuitatis Alexandrinę ſuſcepti ſunt,& cũ Athanaſio cõſtituti,teſtati ſunt nũquam illum presbyterum fuiſſe Melitij,neq; habuiſſe Melitium in Mareote eccleſiam uel miniſtrum: & qui penitus nec presbyter fuerat, nunc eũ uelut epiſcopum produxerunt,ut eo nomine in ſuis calumnijs terrere uiderentur auditores. Lectæ ſunt enim & literæ conſacerdotis noſtri Marcelli, & inuenta eſt Euſebij ſimiliumq; nequitia. Nam ea quæ ueluti querimoniam faciens Marcellus dixit, hæc tanquam ipſe confirmaret accuſauerunt. Hæc ergo ſunt lecta,& reliqua,& præcedentes pariter quæſtiones: rectaq; huius uiri fides inuenta eſt. Non enim à ſancta Maria ſicut iſti confirmabant,dedit deo uerbo principiũ,neq; finem habere aſſeruit eius imperium, ſed regnum eius & ſine principio & ſine termino eſſe conſcripſit. Aſclepas *Aſclepas* autem cõminiſter obtulit monimenta Antiochiæ confecta ſub accuſatorũ præſentia,& Cęſarienſis Euſebij,& ex ſententia iudicantium epiſcoporum

 ſe oſten/

ſe oſtendit innoxiũ.Recte ſiquidem (ô chariſsimi fratres) euocati frequen- A
ter,obedire noluerunt,recte quoqꝫ fugerunt. Conſcientia nanqꝫ ſua perter
riti per fugas,ſuas calumnias indicarũt: & quæ præſentes accuſatores ſuper
eis dixerant,etiam probauerunt. Ad hæc autem etiam eos qui dudum accu
ſati propter Arianam hæreſim fuerant & proiecti, non ſolum ſuſceperunt
ſed etiam in maiori ordine poſuerunt, diaconos ad presbyterium promo-
uentes, presbyteros ad epiſcopatum, non ob aliud niſi ut impietatem ſemi-
nare & dilatare poſſent, & fidei corrumpere pietatem. ſunt autem horum
principes,Euſebius, Theodorus Heracliæ, Narciſſus Neroniadis Ciliciæ,
Stephanus Antiochiæ, Georgius Laodiciæ,Acacius Cæſareiæ Palęſtinæ,
Minophantus Epheſius, Vrſacius Sigiduni, Valens Murſiæ Pannoniæ.
Iſti nanqꝫ conuenientes, cum Orientalibus non ſinebant eos nec in ſanctũ
cõcilium ingredi,nec omnino accedere ad eccleſiam dei. Et uenientes in Sar
dicam conciliabula apud ſemetipſos per loca ſingula faciebant,& acta quæ
dam cum terroribus concinnabant,ut nihil penitus ad iudicium perueniret,
necꝫ ſanctũ poſſemus celebrare conciliũ. Hęc omnia cognoſcere potuimus
à conſacerdotibus noſtris,Macario Palæſtino,& Aſterio Arabiæ,qui cum
eis uenerant,& ab eorum perfidia receſſerant. Hi nanqꝫ ad ſanctum conci-
lium uenientes,uiolentiam quã paſsi ſunt narrauerunt, nihil dicentes apud
eos agi rectum: inſuper adijcientes, quod cum eſſent rectę fidei, prohibiti B
fuiſſent ab eis ad hæc loca uenire,& propter interminationem uix ab eis di-
ſcedere potuiſſent. Ob hanc cauſam Sardicen uenientes,in una domo cun-
cti manſerunt,necꝫ breui tempore à ſe recedere patientes. Quia uero tacere
non decuit, nec ſine uindicta relinquere calumnias, uincula, neces, uulnera,
concinnationes falſarum epiſtolarum, uerbera,nuditates uirginum, exilia,
deſtructiones eccleſiarũ, incendia, migrationes à minoribus ciuitatibus ad
maiores eccleſias, & præ omnibus aduerſus rectam fidem nunc Arianam
uæſaniam per eos crudeliter inſurgentem, propterea chariſsimos quidẽ fra
tres noſtros & comminiſtros, Athanaſium Alexandrinæ ciuitatis epiſco-
pum, & Marcellum Ancyræ Galatiæ,& Aſclepam Gazæ,comminiſtran-
tes Chriſto innoxios & puros eſſe decreuimus, ſcribentes ad uniuſcuiuſqꝫ
parœciam, ut ſingularum eccleſiarum populi cognoſcẽtes ſui epiſcopi puri-
tatem eum ſe epiſcopum & habere & ſperare cognoſcant: eos autem qui in
eorum eccleſias luporum inſtar ingreſsi ſunt, id eſt,Gregorium in Alexan-
dreia, Baſilium in Ancyra, Quintianum Gazæ, nec epiſcopos nominan-
dos, nec Chriſtianos, nec quamlibet penitus cum eis habendam eſſe com-
munionem,nec eorum literas habendas, necꝫ ſcribẽdum eis. Theodorum
uero Heracleiæ Europæ, & Narciſſum Neroniadis Ciliciæ,Acacium Cæ-
ſareæ Paleſtinæ, & Stephanum Antiochiæ, Vrſatium Sigiduni Myſiæ,
Valentem ex Murſia Pannoniæ, Menophantum Epheſi, & Georgium
Laodiciæ

A Laodiceę, licet metuentes ab Oriente non uenerint, tamen eo quod à beatę memoriæ Alexandro ciuitatis Alexandrinæ Pontifice ſunt damnati, & eo quod ſecum Arianos habeant, & propter crimina eis illata, generali eos decreto ſanctum concilium epiſcopatu depoſuit: & decreuimus non ſolum epiſcopos eos non eſſe, ſed neq; communionem cum fidelibus promereri. Eos enim qui diuidunt paterna ſubſtantia & diuinitate, & alienāt uerbum à patre, diuidi ab eccleſia catholica conuenit, & eſſe alienos à nomine Chriſtiano. Sint igitur à nobis & omnibus anathema, eo quod uerbum ueritatis uideantur eſſe cauponati. Apoſtolicum nanq; præceptum eſt: Si quis uobis annunciauerit præter quod accepiſtis, anathema ſit. His ergo nullum communicare denunciate: nulla enim cōmunio luci ad tenebras. Hos pellite procul ab omnibus: nulla enim concordia Chriſto ad Belial. Seruate uos, fratres chariſsimi, ut neq; ſcribatis eis, neq; eorum ſcripta ſuſcipiatis. Studete ſimul (uos chariſsimi fratres & cōminiſtri) tanquam ſpiritu pręſentes noſtro concilio conſentire, atq; ſubſcriptione ueſtra decernere, quæ ab omnibus ubiq; comminiſtris noſtris conſonantia una ſeruentur. Abdicamus autem illos, & extra terminos eccleſiæ catholicæ procul abijcimus, qui affirmant: Quod deus eſt Chriſtus, ſed uerus deus non eſt: Quod filius eſt, ſed uerus filius non eſt: Quod genitus eſt ſimul & ingenitus. Sic

B enim ſe intelligere genitum profitētur, quia ſic dixerunt, eſt, quod genitum eſt. Et quia cum Chriſtus ante ſecula ſit, dederūt ei principium atq; finem, quod non in tempore, ſed habet ante ſecula. Proinde duæ uiperæ ex aſpide Ariana progreſſæ ſunt, Valens & Vrſatius, qui gloriantur & non dubitant ſe dicere Chriſtianos, profitentes quoniam uerbum, & quoniam Spiritus, & uulneratus, & interfectus eſt, & mortuus eſt, & reſurrexit: quodq; cohors ſtudet hæreticorum diuerſas eſſe ſubſtantias patris, & filij, & ſpiritus ſancti pronunciant, & eas eſſe diuiſas. Nos aūt hāc percepimus, & eruditi ſumus, hanc habemus catholicam apoſtolicamq; traditionem, & fidem atq; confeſsionem, unam eſſe ſubſtantiam patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Et ſi quærant quæ ſit filij ſubſtātia profitemur eam eſſe quæ patris, indubitanter, nunq; patrē ſine filio, neq; filium ſine patre fuiſſe credentes, nec eſſe poſſe quod eſt uerbum ſpiritus. Abſurdum nanq; eſt dicere, aliquando patrem non fuiſſe patrem. Patrē enim ſine filio neq; nominari, nec eſſe poſſe, eſt ipſius filij teſtimoniū, Ego in patre, et pater in me: &, Ego et pater unum ſumus. Nullus noſtrum negat genitum. Sed genitum ante omnia, quę inuiſibilia & uiſibilia nuncupantur, opificem archangelorum, & angelorum, & mundi, & humani generis, quoniā ait: Omnium artifex ſapiētia docuit me. Et omnia per ipſum facta ſunt. Non enim ſemper eſſe potuiſſet ſi ſumpſiſſet exordium: quandoquidē uerbum quod ſemper eſt, non habet initium. Deus autem nunquam terminum habet. Non dicimus patrem filium eſſe,

Valens Vrſatius

neqꝫ rurſus filium patrem eſſe: ſed pater pater eſt: & filius patris eſt filius. A
Confitemur uirtutem eſſe patris filium. Confitemur uerbũ dei patris eſſe
præter quod aliud nõ eſt, & uerbum uerũ deum, & ſapientiam & uirtutem,
uerumqꝫ filium tradimus. Et non ſicut cæteri filij nominantur, ita filium di-
cimus: quoniam illi aut gratia generationis dij erunt, aut eo quod digni fiãt
filij nuncupantur: neqꝫ propter unam ſubſtantiã quę eſt patris & filij. Con
fitemur item & unigenitum & primogenitum, ſed unigenitum uerbũ dici-
mus, quod ſemper fuit & eſt in patre: promogenitũ aũt quantum ad homi-
nem. Sed tamẽ differt creatura cõmuni, quoniam & primogenitum à mor-
tuis, confitemur unum eſſe deum. Confitemur unam patris filijqꝫ diuinita-
tem, neqꝫ quiſquam negat aliquando patrem filio maiorem, nõ propter ali
am eſſentiam, non propter differentiã, ſed quia ipſum nomen patris maius
eſt filio. Hæc autẽ illorum blaſphemia atqꝫ corruptibilis interpretatio eſt,
hac gratia eum dixiſſe contendunt: Ego & pater unum ſumus, propter con
cordiam & unanimitatem. Sed reprobauimus omnes catholici intellectum
eorum fatuum & abiectum, ſicuti mortalium hominum. Qui quoniam cor
rumpi cœperunt, offendẽtes diſcordare noſcunt, & ad permutationes aſcẽ-
dunt, hoc modo diſtantiam & diſcordiam inter patrem deum omnipoten
tem & filium eſſe poſſe, dicentes: quod abſurdum eſt intelligere & aliquate-
nus arbitrari. Nos autẽ & credimus & affirmamus, & ſic intelligimus, quo- B
niam ſacra ſcriptura ſic loquuta eſt: Ego & pater unũ ſumus, propter eſſen-
tiæ unitatẽ, quæ eſt una & eadẽ patris & filij, & credimus ſemper ſine prin-
cipio & ſine termino hunc regnare cum patre, & non habere nec tẽpus nec
defectũ eius imperium, quia ſemper eſt: nunqꝫ enim eſſe cœpit, ideoqꝫ nec
deficere poterit. Credimus & præcipimus paracletũ ſanctum ſpiritũ, quem
nobis ipſe dominus promiſit & deſtinauit, & eum credimus miſſum. Sed is
paſſus non eſt, ſed homo, quo indutus eſt, quem aſſumpſit ex Maria uirgi-
ne, qui pati potuit ſicut mortalis. Deus autem immortalis eſt. Credimus
quod tertia die reſurrexit, non deus in homine, ſed homo in deo reſurrexit,
quem & obtulit patri ſuo donum, quem utiqꝫ liberauit. Credimus aũt quo-
niam oportuno tempore atqꝫ definito omnes & de omnib. ipſe iudicabit.
Tanta ſiquidem eorum ſtultitia, & ita craſſitudine tenebrarũ eorum mens
excæcata eſt, ut nequeant lumẽ cernere ueritatis, nec intelligere qua ratione
dictũ ſit, Vt & ipſi in nobis unum ſint. Palam uero eſt id cur dixerit unum,
quoniã Apoſtoli ſpiritum ſanctum dei acceperunt, ſed tamẽ ipſi non erant
ſpiritus, nec aliquis eorum aut uerbum, aut ſapientia, aut uirtus, aut unigeni
tus erat. Sicut ego & tu (inquit) unum ſumus, ſic & iſti unum in nobis ſint.
Certiſsime igitur ſcriptura diuina hoc diſtinxit: In nobis (inquit) unum ſint.
non ait, ſicut nos unum ſumus ego & pater, ſed diſcipuli in ſemetipſis con-
iuncti & copulati unum ſint, fide, confeſsione, in gratia & pietate dei patris,
& domi

A & domini ſaluatoris noſtri conceſsione, & charitate unum eſſe poſsint.

Ex his literis cognoſcitũ & accuſatorum calumnia,& priorũ iniquitas iudicum,& dogmatũ uera ſanitas. Non ſolũ em̃ de diuina nos beati patres docuere natura,ſed etiã eruditionẽ diſpenſationis explanauerũt. Ca. XXV

HAec Conſtans cognoſcens, doluit quidem, leuitatem fratris inſpiciens,& infremuit aduerſus inſtigatores malorum,& Imperatoris facilitatem ita decipientium. Duos autem epiſcopos ex Sardicenſi Concilio electos cum literis miſit ad fratrem, cum quibus & Magiſtrum militum Salianum pietate iuſtitiaq; fulgentem. Literæ uero non ſolum monitionem habuerunt atque conſilium, ſed etiam interminationem pio principi condecentem. Primum quidem denunciauit fratri, ut epiſcopis præberet auditum & iniquitates à Stephano alijſq; præſumptas agnoſceret, necnon & Athanaſium gregi proprio reſtitueret, patefacta quidem calumnia, priorumq; iudicum iniquitate, & crudelitate reuelata: adiecitq; quod niſi uellet quod iuſtum eſt facere,ipſe Alexandream proficiſceretur,& Athanaſium ouibus deſiderantibus reſtitueret, inimicorumq; cateruas procul expelleret. Hanc autem epiſtolam Conſtantius Antiochiæ ſuſcipiens, promiſit ſe facturum quæ turbarum illarum particeps petijſſet. Sed cum hoc doleret ueritatis impugnatoribus,nephandiſsimum machinati ſunt ſcelus. Diuerterat enim par illud epiſcoporum quos Concilium miſerat in domum ad B montem ſitam. Magiſter autem militum alibi diuerſorium acceperat.Porrò Stephanus tunc Antiochenus epiſcopus, cum alijs tyrannicis cooperatoribus, naues naufragio præparabat,cum quibus aſſertores rectorum dogmatum uarijs nitebatur abſorbere calumnijs. Horum itaq; erat dux quidam iuuenis Onager nomine,licenter uiuens, & iniqua conuerſatione congaudens, qui non ſolum in plateis diuerſos uiolentia afficiebat, & fuſtibus pulſabat, ſed etiam domos impudenter inuadens, uiros & mulieres honeſtiſsimas abſtrahebat.Et ne longius eius extendam flagitia, cõtra optimos uiros præparatã narrabo præſumptionem. Is enim Onager ad quandam fornicariam ueniens, ait modo quoſdam ueniſſe peregrinos, & noctu habere opus meretrice.Porrò ſumens quindecim ſeditioſos nebulones,& eos in uicino epiſcoporũ diuerſorio circa ſepem celans, profectus eſt cum meretrice ad ianuam ubi illi uiri quieſcebant. Eamq; apertam inueniens, perſuaſit uni puerorum domeſticorum, pecunia data, ut mulierem introduceret intra ianuam quam ipſe demonſtrabat, ubi quidem uterq; ſacerdotum dormire uidebantur,eamq; mulierem intro pręcepit accedere:ipſe uero uocaturus ſocios eſt egreſſus. Contigerat enim alterum epiſcoporũ Euphratan nomine in loco exteriore dormire. Vincentius autem (ſic enim uocabatur alter) in interiori cubiculo quieſcebat. Cumq; intra oſtium puella ueniſſet, ſonum pedum Euphratas ſentiens, cum eſſet obſcurum, quis ambularet in

Salianus magiſter militũ

Legatio Conſtantis ad fratrem Conſtantium pro Athanaſio

Euphratã & Vincentiũ legatos Ariani traducũt falſo

Stephanus homo doloſus

Onager nebulo cõductitius

ret interrogauit. Illa uero loquente, conturbatus Euphratas, dæmonem pu- A tans eſſe, mulieris imitatum uocem, repente ſaluatorem Chriſtum ad ſuum uocauit auxilium. Onager autem dux iniquitatis huius, hoc facto cum ſocijs eſt ingreſſus, iniquos clamans eos, & iniquitatis iudices deſtinatos. Multo clamore facto, concurrerunt & ſerui, ſurrexitq; Vincentius, & claudentes ianuam domus, ſeptem quidem calumniatorum comprehendere potuerunt. Onager uero cum reliquis fugit. Detenta tamen eſt cum illis & mulier. Diluculo autem Magiſtrum militum qui cum illis uenerat, excitantes, ad palatium proceſſerunt, & præſumptiones Stephani proclamantes, dicebant iam nō egere iudicio, neq; uerberibus iniquitates eius. Magiſter uero militum præcipue clamitabat, rogans ut iuberet Imperator, non ſynodice, ſed iudicialiter potius iniquam examinari præſumtionem, promittens primum ſe epiſcoporum clericos traditurum, & oportere etiam miniſtros Stephani ita contradi. Cum autem ille impudenter contenderet, dicens clericos non ſubdendos eſſe uerberibus, placuit & Imperatori & Iudicibus, ut intra palatium cauſæ fieret examinatio. Et primum quidem interrogauerunt mulierem, quis eam ad metatum duxiſſet epiſcoporū. Quę dixit quendam iuuenem ad ſe ueniſſe, & aduentum indicaſſe peregrinorum, & quid opus haberent, & quod ueſpere ueniens duxiſſet eam ad habitaculū quoddam, eamq; intra ianuam domus & porticum introire præceperit. Adiecit B etiam inquiſitionem epiſcopi, & terrorem factum, & orationem eius, & superuenientium repentinas inuaſiones. Hæc Iudices cognoſcentes, captum inter alios omnium maxime iuuenem in medium deduxerūt. Qui non expectans neceſsitatem uerberum, machinatum conſilium patefecit, & Onagrum hæc omnia perpetraſſe confeſſus eſt. Qui deductus ad medium, Stephanum dixit hæc omnia præcepiſſe. Sic itaq; Stephani cognoſcentes iniquitatem, præſentibus tunc epiſcopis permiſerunt ut eum damnarēt, & ab eccleſia procul expulſus eſt. Non omnino tamen ab Ariana peſte eccleſia liberata eſt. Nam Leontius poſt eum ordinatur genere Phryx, uoluntate nequiſsimus. Verum Conſtantius ea quæ contra epiſcopos fuerant machinata, experimento cognoſcens, ſcripſit Athanaſio maximo & ſemel, & ſecundo, & tertio, inuitans eum ut à partibus remearet Heſperijs: ſicut ipſis literis indicatur.

Metatū, uocat diuerſorium à metando

Stephanus Antiochenus abdicatur.

Leontius cedit

SOCRATES Cap. XVI

CONSTANTIVS VICTOR AVGVSTVS

Athanaſio epiſcopo.

PLVRIMVM te circumferri & fluctuare ferocibus maris undis, noſtræ manſuetudinis clementia non permiſit. Patria quippe terra nudatū & priuatum proprijs rebus, errantemq; per loca inuia beſtiarū indefecta noſtra pietas non deſpexit. Igitur diu diſtuli ſcribere uoluntatis meæ propoſitum, ſperans

A ſperans ſponte te ad nos fortè uenturum,& laborum ſatisfactionem à nobis exigere. Veruntamen quoniã fortè maior timor impediuit uolũtatis tuę propoſitum, literas largitate plenisſimas ad tuam beatitudinem deſtinauimus,ut ſine metu noſtris aſpectibus uelociter tuam præſentiã præbere feſtines,ut deſiderio tuo potius experiaris noſtram clementiam proprijs reſtitutus. Hac etenim cauſa & dominum meum fratremq́ Conſtantem Victorem Auguſtum pro te rogaui, ut tibi poteſtatem ad nos tribuat uenien di,ut ambobus nobis annuentibus, reſtitutus in patriam,habeas maximũ gratiæ noſtræ pignus. Cap. XVII

CONSTANTIVS VICTOR AVGVSTVS
Athanaſio epiſcopo.

LICET prioribus literis ſignificauerimus, ut ſine ſollicitudine ad noſtrũ debeas uenire Comitatum, eo quod maxime uelimus te ad propria deſtinare, tamen & nunc has literas ad tuam miſimus ſanctitatem, per quas inuitamus,ut ſine aliqua diffidentia uel metu aſcendens,publicis uehiculis ad nos uenire feſtines,ut quæ deſideras poſsis adipiſci. Cap. XVIII

CONSTANTIVS VICTOR AVGVSTVS
Athanaſio epiſcopo.

DVM in Edeſſa degeremus, præſentibus presbyteris tuis placuit ut ad B te deſtinatis presbyteris ad noſtrum debuiſſes feſtinare Comitatum, ut uidens noſtros aſpectus,repente properares ad Alexandreiã.Sed quoniam plurimum præterijt temporis, ex quo ſuſcipiens à nobis literas non occurriſti, propterea etiam nunc commonere te feſtinauimus, ut uel nunc tuam præſentiam nobis uelociter præſentare contendas, & ita poſsis patriæ tuæ reſtitui, tuaq́ ſecurus oratione frui. Ad plenam uero cognitionem Achitũ diaconum deſtinauimus, à quo poſsis cognoſcere etiã noſtri animi uoluntatem,& quod ea quæ optas impetrare poſsis.

Has epiſtolas in Aquileia ſuſcipiens Athanaſius (illic enim relicta Sardica agebat) mox recurrit Romam, & oſtendens literas epiſcopo Iulio, in maximo gaudio eccleſiam fecit eſſe Romanam. Putabatur enim etiam Orientis Imperator ipſorum fidei conſentire, eo quod ad ſe Athanaſium fiducialiter euocaret. Iulius autem Alexandriam clericis atq́ plebi hæc de Athanaſio ſcripta miſit. Cap. XXIX

IVLIVS ARCHIEPISCOPVS PRESBYTERIS ET
diaconis, & plebi, habitantibus Alexandriam dilectisſimis fratribus in domino s.

CONGAVDEO uobis & ego dilectisſimi fratres, quod fructum ueſtræ fidei ante oculos iam uidetis. Hoc etenim uere geſtum, quilibet inſpiciet in fratre & coepiſcopo noſtro Athanaſio, quem propter puritatẽ uitæ ſuæ & ueſtras orationes reſtituit uobis deus.Ex hoc itaq́ creditur,puras & charitate

Epiſtola Iulij pont. Ro. de Athanaſii reditu

charitate plenas orationes ueſtras aſcendiſſe ſemper ad deum. Memores A enim eſtis promiſsionum cœleſtiũ atq; dilectionis, quam ex doctrina prædicti fratris mei Athanaſii didiciſtis, & integrum cognouiſtis ſecundum inſitam uobis fidem, quam percepiſtis: quoniam non uſq; ad finem is à uobis poſsit abduci, cuius orationes in ſanctiſsimis animabus ueſtris tanquã præſentes ſemper habuiſtis. Ergo non plurimis mihi uerbis opus eſt uobis ſcribere. Quæcunq; enim uobis à me potuerint dici, hæc iam fides ueſtra præceſsit, & diuina gratia cõmunis orationis noſtræ uota compleuit. Congaudeo ſiquidem uobis: iterum enim dico, congaudeo: quoniam inexpugnatas animas in fide ſeruaſtis. Sed etiam ipſi fratri meo Athanaſio non minus congaudeo: quia licet multam ſit paſſus triſtitiam, ne unã tamen horam ueſtri deſiderij & charitatis oblitus eſt. Nam licet corpore ad tempus à uobis ſit abſtractus, ſpiritu tamen uobiſcũ ſemper degere uidebatĩ. Et ego quidem chariſsimi fratres omnem tentationem cõtra eum ſurgentem, reor ſine gloria nõ fuiſſe. Nam & ueſtra & eius fides cognita eſt uniuerſis & cõprobata. Si enim nõ tanta & talia accidiſſent, quis crederet quia aut uos tale iudicium, tantamq; charitatem circa talem exhibuiſſetis epiſcopum, aut ille potuiſſet tantis circũdari uirtutibus, per quas ſpe cœleſti fraudatus nõ eſt? Promeruit igitur quolibet modo & nunc & in futuro etiã, confeſsionis glorioſum martyrium. Frequẽter enim terra mariq; plurimũ æſtuãs, omnem B prauitatem Arianæ conculcauit hæreſeos, & crebro per inuidiam uſq; ad periculum impulſus contempſit mortem, munitus omnipotente deo & domino Ieſu Chriſto ſaluatore noſtro, ſperans & inimicitias declinare, & conſolationi ueſtræ reſtitui, deferens uobis maiora trophæa ex fortiſsima conſcientia, pro quibus & uſque ad terminos terræ totius apparuit glorioſus. Fiduciam itaq; habens ſui propoſiti, cœleſtiſq; doctrinæ, clarificatus eſt immortali iudicio, & ad uos reuertitur. Diligendus igitur apud uos clarior nunc eſt quàm tunc, quando profectus à uobis eſt. Nam ſi materias precioſas, id eſt, aurum atq; argentum purgando ignis probat: quid dignũ dici poterit de tali tantoq; uiro, qui cum tantas tribulationes & pericula deuicerit, redditur nunc uobis immaculatus: non à nobis ſolummodo, ſed comprobatus ab omni concilio? Suſcipite igitur nunc fratres chariſsimi cum omni diuina gratia paſtorem ueſtrum ac præſulem tanquã uere ἀθανάσιον, cum his qui tantorũ laborum eius participes ſunt effecti: & gaudete fruentes orationibus qui paſtorem ueſtrũ, ut ita dicam, eſuritis atq; ſititis, quando etiam ipſi ueſtram ſanitatem ſalutaribus ſcripturis cibaſtis atq; potaſtis. Nam cum degeret inter peregrinos, uos ei conſolatio fuiſtis, & in perſecutione atq; periculis refouiſtis eum fideliſsimis ueſtris animabus & mentibus. Ego ſiquidem iam exulto conſiderans & ratione proſpiciens, in eius reuerſione uniuſcuiuſq; ueſtrum gaudium & plebis uotiuas occurſiones, & concurren-

Athanaſius Alexandr.

A concurrentium glorioſam feſtiuitatem, & qualis ille uobis erit dies, & quan
tus, remeante ſcilicet fratre meo, & quieſcentibus priſcis malis quorundam
machinatione ſartis: necnon pretioſa ac uotiua reuerſione, cunctos in qua/
dam pleniſsimi gaudiȷ̃ lætitia copulante. Huiuſmodi uero gaudiũ uſq; ad
nos magnitudine ſua pertingit: quibus diuinitus hoc etiam cõſtat eſſe con/
ceſſum, ut & nos debeamus in laudem tanti uiri cõſurgere. Sed melius eſt,
ut epiſtolam oratione claudamus. Deus omnipotẽs & huius unigenitus fi/
lius dominus & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus hoc gaudiũ uobis præbeat
in æternũ, dignũ tribuens præmiũ admirabili ueſtræ fidei, quã circa pontifi
cem ueſtrũ glorioſo teſtimonio demõſtraſtis: ut & uos, & qui uobiſcũ ſunt,
& hic in futuro meliora poſsideatis: quæ oculus non uidit nec auris audiuit,
nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus diligẽtibus ſe. Per domi/
num noſtrũ Ieſum Chriſtũ, per quẽ, & cum quo omnipotẽti deo gloria in
ſecula ſeculorum, amen. Valere uos opto chariſsimi fratres. Cap. XXX

HIs itaq; literis cõfidens Athanaſius ad Orientem uenit. Quem Con/
ſtantius Imperator non tunc moleſte ſuſcepit, ſed eum circumuenire
tentabat, motione ſubmiſſus Arianorũ, & dixit ad eum: Sedem equidem
tuam decreto conciliȷ̃, nobiſq; conſentientibus recepiſti. Sed quia ſunt ali/
qui in Alexandria populi tuam declinantes communionem, unam eos in
B ciuitate eccleſiam habere permitte. Ad hanc propoſitionem Athanaſius
mox occurrit, & ait: O Imperator, poteſtatem habes iubere ſimul & agere
quæcunq; uolueris. Sed etiam ego beneficium à te depoſco, quod mihi con
cedi precor. Principe uero continuo ſe daturum eſſe pronuntiante, repente
ſubiunxit Athanaſius, idem beneficium ſibi largiri petens, quod quære/
bat Imperator accipere. Vnam enim & ipſe eccleſiam poſtulabat dari per
ſingulas ciuitates, declinantibus Arianorum communionem. Igitur Atha
naſii ſententiam inutilem ſibi cognoſcentes Ariani, hoc quidem differen/
dum eſſe dixerunt, & agendum quod placeret Imperatori: quia Imperator
Paulo, & Athanaſio, & Marcello, & Aſclepæ Gazæ, & Lucio Adrianopo
leos, ſecundum ea, quæ in concilio Sardiceno placuerant, proprias reſtitue/
rat ſedes. Vnde principalia ſacra per ſingulas ciuitates ad eorum mitteban/
tur eccleſias, quibus iubebatur ut eos repente ſuſciperent. Igitur in Ancyra
expulſo Baſilio & pro eo introducto Marcello, non fortuita turba proue/
nit, quæ derogationem contraria ſapientibus irrogauit. Aſclepã uero conti
nuo Gazæi ſuſceperunt. In Conſtantinopolitana ciuitate Macedonius ad
modicum tempus Paulo ſucceſsit, apud ſemetipſum in eccleſia remota col/
lectiones agens. Pro Athanaſio tamen ſolo Imperator epiſcopis, & clericis,
atq; plebi ſcripſit, ut eum libenter ſuſciperent. Inſuper etiã quæ contra eum
in iudiciȷ̃s acta fuerant, aliȷ̃s literis aboleri iuſsit. Quæ uero de utraq; re ſcri/
pta ſunt, hæc eſſe noſcuntur. Cap. XXXI

Ariani cupiũt unã habere eccleſiam oppidatim

Idem petit Athanaſius pro orthodoxis

Principalia ſacra, ſacræ literæ Principis

Marcellus Ancyrana ſede ſua potitur. Aſclepas. Macedonius.

VICTOR CONSTANTIVS MAXIMVS, PIVS, A
episcopis & presbyteris catholicæ eccleſiæ S.

Reuerendiſsimus epiſcopus Athanaſius nō eſt dei gratia derelictus: nā licet breui tempore humana fuerit probatione ſummiſſus, tamen debitum prouidentiæ uniuerſa perſpicientis noſcitur ſuſcepiſſe decretū, recipiens uoluntate dei, noſtroq; iudicio patriam ſuā, pariter & eccleſiam, cuius diuino nutu præſul extabat. Huic enim cōſequenter oportebat noſtrā adeſſe manſuetudinē, ut omnia aduerſus eos, & eius cōmunicatores definita, omniſq; ſuſpitio & illuſio contra eum geſta, deinceps ſit inanis & uacua: & reuelatio quam dudum clerici eius habuerunt, competenter firma permaneat. Sed etiam hoc eius gratiæ adijciendum eſſe cenſuimus, ut omnes ordines * ſacri cognoſcant, conceſſum omnibus ipſi coniunctis, ut ſine timore ſint, ſiue epiſcopi, ſiue ſint cleri: Sufficit enim unicuiq; circa eum rectæ uoluntatis unio. Quicunq; enim meliori iudicio atq; parte cōſtituti, huius eligunt cōmunionem, hos omnes præcipimus ad inſtar præcedentis prouidentiæ, etiā nunc uoluntate dei, noſtræ gratiæ largitatem adipiſci. Cap. XXXII

Aliâs, ſacra. ſ. γράμματα, id eſt, literas

VICTOR CONSTANTIVS MAXIMVS, PIVS,
populo Alexandrino eccleſiæ catholicæ S.

In omnibus perhibentes noſtræ æquitatis intentionem, ſcienteſq; quoniam diu prouidentia ueſtri contemplatoris eſtis alienati, id eſt, Pontificis B Athanaſii, qui propter inſertam rectitudinem ſuorumq; morum prudentiam cunctis innotuit, eum denuo ad uos deſtinare cenſuimus. Hunc itaq; conſuete & competenter ſuſcipientes, & apud clementem deum adiutorem orationum habentes, uobis congruā ſimul & nobis placitam concordiam atq; pacem ſecundum eccleſiæ ſanctionem ubiq; probatæ ſufficienter feſtinate ſeruare. Non enim rationabile eſt aliquam diſcordiā inter uos agitari, aut tumultū, noſtrorum temporū diſciplinæ cōtrariū: & hoc quidem abeſſe à uobis omnino uolumus. Orationibus autem ſufficienter, eo ſcilicet præſule & adiutore apud deum, uos inſtare ſolenniter ammonemus, ut tali propoſito ad omnium uota perueniente, etiā Gentiles idolorum errori hactenus ſeruientes, ad cognitionē ſacræ religionis ſub alacritate feſtinēt. O chariſsimi nobis Alexandrini, rurſus igitur admonemus, ut in his quæ dicta ſunt perſiſtatis, & omnes epiſcopū decreto ſuperno noſtraq; ſententia deſtinatum libenter & pie ſuſcipiatis: & toto animo, totaq; uoluntate amplectendum exiſtimetis. Hoc enim & uos decet, & noſtræ manſuetudini noſcitur conuenire. Vt autem omnis turbæ ſeditionis occaſio perimatur, Iudicibus apud uos habitis, literis noſtris præcipimus, ut omnes quos ſeditioſos agnouerint, legitimæ uindictę ſubijciant. Vtraq; igitur perſpicientes, & noſtram cum deo ſententiam & rationem profeſsionis ueſtræ, necnon & & ſupplicium contra ſeditioſos indictum, competenter & congrue ſacræ religionis

Seditioſi iubentur puniri

A ligionis iura ſeruate. Prædictumq́ deo amabilem uirũ omni reuerentia & honore colite: & orationes unà cum eo pro uobiſipſis, & noſtræ uitæ fauore omnium ſaluatori deo lætanter offerte. Cap. XXXIII

VICTOR CONSTANTIVS AVGVSTVS NESTORIO S.

EADEM uero forma præſidibus Auguſtæ, Niceæ, Thebaidis, & Libyę ſcriptũ eſt. Quicquid pridem ad læſionẽ & iniuriã Athanaſio epiſcopo cõmunicãtiũ reperit̃ actũ, hoc nũc aboleri præcipimus. Nã & miniſteriũ, quo priuati fuerãt eius clerici, eoſdem rurſus uolumus obtinere. Hanc itaq́ præceptionẽ noſtrã ſeruari cenſemus, ut Athanaſio epiſcopo ſuę eccleſiæ reſtituto, cõmunicatores eius habeãt miniſteriũ quod ſemper habuerunt, quod etiã reliqui clerici habere noſcunt̃, & ipſi gaudio potiant̃. Ca. XXXIIII

TAntis & talibus epiſtolis munitus ſanctiſsimus Athanaſius, per Syriã aggreſſus uenit in Palæſtinam, apprehendensq́ Hieroſolyma, & epiſcopo Maximo ſignificans geſta Sardiceni concilij, & quod Conſtantius Imperator illorũ decreto iudicioq́ cõſenſiſſet, præparauit ut epiſcoporũ in illis regiõibus habitantiũ ſynodus ageret̃. Maximus aũt in nullo ſegnis de Syria atq́ Palęſtina uniuerſos euocauit epiſcopos. Factoq́ cõcilio teſtituit & ipſe beato Athanaſio cõmunionem & dignitatẽ. Scripſit etiã ipſa ſynodus Alexandrinis omnibus in Aegypto & Libyis epiſcopis, clericis, atq́ *Athanaſius imperat Syrorum & Palæſtinorum ſynodum*

B plebi, ea quæ de Athanaſio geſta atq́ decreta ſunt. Ob quã rem ualde Maximo detraxerũt Athanaſij derogatores epiſcopi, quod primitus deponẽs eum, rurſus ex pœnitentia tanquã nihil fuiſſet actũ, ſententiã pro Athanaſio protulerit, quæ cõmunionẽ ei dignitatemq́ præbetet. Hæc cognoſcentes Vrſatius & Valens, qui circa Arianũ dogma ſtudiũ primitus ardens habuerant, declinãtes à priori uoluntate Romã profecti ſunt, libellumq́ pœnitentiæ Iulio offerentes epiſcopo, & in Conſubſtantialitatis conſenſere ſermone, & literas Athanaſio miſerunt, ſeq́ ei deinceps cõmunicare profeſsi ſunt. Sic itaq́ tunc Vrſatius & Valens geſtis Athanaſii ſuperati, conuerſi ſunt. Athanaſius ergo per Peluſiũ pergebat Alexandriã. Tranſiens aũt per ciuitates, edocebat ut Arianos uniuerſi declinarent, & Conſubſtantialitatis dogma amplecterent̃. In quibuſdam eccleſiis & ordinationes fecit. Et hoc fuit initiũ alterius querelæ aduerſus eum: quia in aliorum eccleſiis ordinare præſumſiſſet. Hæc itaq́ de Athanaſio prouenerunt. Cap. XXXV *Vrſatius & Valens Ariani reſipiſcũt* *Athanaſius cõſtituit ſacerdotes in alienis eccleſiis*

INterea reſpublica fortuitis caſibus urgebat̃: unde quę ſunt ſummaria nõ eſt incongruũ breuiter explanare. Igitur quod ædificatore Conſtantino politanæ ciuitatis moriente tres eius filij imperium ſuſceperint, in præcedentibus eſt narratũ. Sciendum autem, quod cum iſtis imperauit conſobrinus eorum, nomine Dalmatius, uocabulum patris habens: qui dum aliquantiſper imperaſſet, à militibus interemptus eſt, non iubente Conſtantio ut occideretur, nec tamen prohibente. Cum uero Conſtantinus iunior fratris *Dalmatius Cæſar* *Conſtãtinus iunior*

partes inuaderet, & ipſe à militibus cōgreſsione facta peremptus eſt. Hoc A
autem iam ſæpe dictum eſt. Poſt mortem uero Conſtantini iunioris, Perſi
Bellum Perſicum cum contra Romanos motum eſt bellum, in quo Conſtantinus proficere
non ualebat: nam cum nocte prælium circa fines Romanorũ atq; Perſarũ
fuiſſet geſtum, ualidiores tunc Perſæ ad breue tempus inuenti ſunt. Quo
ὁμοούσιος tempore neq; Chriſtiani ſub quiete degebant, ſed per Athanaſiũ de Conſubſtantialis uerbo circa eccleſias erat pugna.

SOZOMENVS

Diuerſitas cleri et populi in templo pſallentium DEnicq; apud Antiochiã non cōcordabant in profeſsione ſua clerus &
populus, ſed per choros, ut eſt conſuetudo, ad hymnos dicendos deo
in fine pſalmorũ monſtrabant propriã uoluntatem. Et hi quidem patri &
filio, uelut æqui honoris gloriam dicebant: hi uero patri in filio, per interpoſitionem præpoſitionis filiũ ſecundum eſſe monſtrantes. His ita geſtis, hærens quid ageret Leontius, qui illo tẽpore ex hæreſi aduerſa ſedem Antiochiæ gubernabat, cum prohibere non auderet eos, qui ſecundum traditionem Nicæni concilij pſallerent deo, quia metuebat ne ſeditio naſceretur in
Leontij epiſc. Antiochiæ dictum argutũ populo, hoc dixiſſe fertur, tangens caput ſuum iam canũ: Hac, inquit, niue
ſoluta, lutum cogetur immenſum. Per hoc oſtendens, quod ipſo defuncto
ſeditionẽ populo generaret illa diſcordia, quę in hymnis fiebat, nõ patienti
bus ſuis ſucceſſoribus cũ populi uarietate ſentire. Athanaſius igitur ueniẽs B
ad Aegyptũ, explicauit ſynodales epiſtolas Iulij Ro. Pont. Inſuper & ſynodalem Maximi Hieroſolymitani, quæ talia cõtinere dignoſcunt. XXXVI

SANCTA SYNODVS HIEROSOLYMIS CONGREGATA, PER Aegyptũ, Libyã, & Alexandriã cõſtitutis presbyteris, diaconis, & plebi, fratribus deſideratiſsimis in domino S.

CVNCTORVM deo dignè gratias agere non ualemus, fratres chariſsimi: in quibus enim miracula ſemper egit, etiã modo cũ eccleſia ueſtra fecit, paſtorem ueſtrũ & dominum conſacerdotemq; noſtrum Athanaſium uobis ſua pietate reſtituẽs. Quis enim aliquando ſperauit oculis carnalibus intueri, quem nunc & nos & uos inſpicitis, reſpicientes quem uidere deſideraſtis? Sed uere orationes ueſtræ à deo omniũ ſunt auditæ, qui curam habet eccleſiæ ſuæ, & ueſtras lachrymas atq; gemitus ſemper inſpexit, quapropter ueſtras audiuit preces. Eratis enim ſicut oues abiectæ & fatigatæ, non habentes utiq; paſtorẽ. Propterea uiſitauit uos cœlitus paſtor uerus, & de proprijs ouibus curam gerens, reſtituit uobis quem noſcimini concupiſſe. Ecce enim & nos omnia pro eccleſiaſtica pace facientes, ueſtræq; dilectioni conſpirãtes in eius amplexu præceſsimus, & cõmunicantes ei per eum uos alloquimur, ſcriptaq; præſentia deſtinamus. Itaq; ſecundum gratifica uota ueſtra, ſcitote nos quoq; cũ eo uinculo charitatis obſtrictos. Debetis ergo etiam pro pietate deo amabiliũ noſtrorum Imperatorũ inceſſanter orare:

quoniam

A quoniã & ipſi cognoſcentes ueſtrũ deſiderium, uobis reſtituere deſtinarũt. Omni ergo honore tenſis manibus ſuſcipientes illum, gratificas orationes offerte deo, qui uobis talia condonauit. Feſtinate autem ſemper in deo gaudere & glorificare dominũ, per quem, & cum quo patri gloria in ſecula ſeculorum, amen. Veniens igitur Athanaſius in Aegyptũ, quos quidem agnouit Arij ſectatores, depoſuit. Quibus à ſe depoſitis eccleſias corũ præcepit fidẽ tenere Nicæni cõcilij, eamq; ſummo ſtudio cuſtodiri. Ca. XXXVII

SIc itaq; ſe rebus habentibus Magnentius tyrannus circa partes emerſit Heſperias. Qui Cõſtantem Imperatorem occidentaliũ partium facto dolo circa Gallias interemit. Quo geſto, inteſtinum inflammatũ eſt bellũ. Magnentius etenim tyrannus totã tenebat Italiã, Aphricamq; & Libyã ſimul & Gallias. In Illyrico uero & in Sirmio aliud rurſus à militibus excitatum eſt bellum per tyrannũ nomine Britannionẽ. Sed etiã Romam tumultus non fortuitus detinebat. Fratruelis nanq; Conſtantini Nepotianus nomine imperiũ aſſumpſerat, gladiatorũ uirtute ſuffultus: & Nepotianũ quidem Magnentij milites depoſuerunt, Magnentius aũt procedens uniuerſas partes uaſtabat Heſperiæ. Horũ igitur omnium malorũ immenſa conflictio breui tẽpore generata eſt. Quarto enim anno poſt Sardicenſe conſilium, hæc acta noſcunt̃ cõſulatu Sergij & Nigriani. His itaq; nuntijs apparebat, quod ad Conſtantiũ ſolum imperij iura perueniſſent: quo prouectu, cõtra tyrãnos ſemetipſum (ut poterat) præparabat. Cap. XXXVIII

Magnentius tyrannus. Conſtans occiditur à Magnentio. Britannio tyrannus. Nepotianus

B

ADuerſarij uero Athanaſii, opportunum ſe tempus inueniſſe iudicantes, rurſus aduerſus eũ calumnias inſtruebãt. Tunc Imperatori Conſtantio ſuggeſſerũt, quod omnem Aegyptum ſubuertiſſet & Libyam. Inuidiam uero maxime auxit eius, quod ordinationes in parœcijs feciſſet alienis. Athanaſius interea cum ueniſſet Alexandriam, ſynodum Aegyptiorũ congregauit epiſcoporum. Qui conſona decreuerunt Sardiceno concilio, atq; Hieroſolymis celebrato. Cõſtantius igitur Imperator, pridem & ipſe Arianorũ ſecta præoccupatus, omnia quæ paulo ante ei placuerant, in contrarium demutauit. Et primum quidem eccleſiæ Cõſtantinopolitanæ pontificem Paulum deportari iuſsit in exilium: quem deducentes in Cucuſum Armeniæ, ſuffocarunt. Marcello aũt denuo proiecto, eccleſiã Ancyranam Baſilius rurſus inuaſit. Lucius autem Adrianopoleos ferro uinctus, in carcere moritur. Tantumq; ualuerunt, quæ de Athanaſio dicebantur, ut in immenſum furorem cadens Imperator, eum ubicunq; reperiretur, iuberet occidi: cum quo Theodulum & Olympiũ præſules eccleſiarũ Thracenſium. Igitur Athanaſium uoluntas Imperatoris non latuit, ſed præſentiens, fuga dilapſus eſt, & minas principis declinauit. Cuius fugã dilatauerunt Ariani, præcipue Narciſſus Neroniadis epiſcopus, Georgius Laodiciæ, & Leontius tunc Antiochenæ præſul eccleſiæ. Is enim cũ presbyter eſſet dignitate

Athanaſius concilium conuocat Alexandriam. Conſtantius arianiſſat. Paulus Conſt. deportatur. Marcellus eijcitur. Lucius

Conſtantius Athanaſium perſequitur. Leontius ex ordine ſacerdotum ſummouetur

priuatus eſt: quia cum muliere Euſtolia nomine, degens, & turpem ſuſpitio nem celare uolens, genitalia ſibimet noſcitur abſcidiſſe: & deinceps quidem fiducialiter cum muliere uiuebat. Poſtea uero ſtudio Imperatoris Conſtantij in Antiochena eccleſia ordinatur epiſcopus poſt Stephanum, qui primitus ſucceſſerat Phlacito. Hæc igitur de his dicta. A Cap. XXXIX

Macedonij Ariani bellũ aduerſus orthoxos

EO tempore Cõſtantinopoli Macedonius tenebat eccleſias, Paulo ſcilicet amputato prædicto modo. Qui de Imperatore præſumẽs, Chriſtianis cõmouit bellum, & non minus quàm quod Tyranni eo tempore faciebat: ſuadens enim Imperatori, ut ſibi eccleſias uaſtanti ferret auxilium, egit ut lege firmarẽtur quæcunq; peſsime agere nitebatur. Muniens enim ſemetipſum monaſterijs plurimis, quæ ipſe propria uoluntate in Conſtantinopolitana urbe conſtituit, & pactis epiſcoporum in circuitu poſitorum, frequenter dicitur afflixiſſe Pauli dogmata ſequentes. Et primum quidem eos ex eccleſiis expulit: deinde uero communicare ſibi coegit, ita ut plurimi plagarũ immanitate deficerent: alij uero ſubſtantijs, alij humana ciuilitate priuarentur: alijs in frontibus characteres ponerentur, ut eſſent huiuſmodi ſigno notati. Hæc itaq; faciebant per oẽs Orientis urbes, præcipue tamen Conſtantinopoli. Quam perſequutionem primo tepentem Macedonius auxit epiſcopus. Helladicæ uero ciuitates Illyrici, necnõ & Heſperiæ partes manebant immotæ. B

ELENCHVS CAPITVM LIBRI

QVINTI HISTORIAE ECCLESIAST.

quam Tripartitam uocant.

Quod defuncto Conſtante, rurſus Ariani Conſtantium aduerſus Athanaſium incitauerint. Caput 1
Quid Athanaſius in Apologia fugæ ſuæ retulerit. Cap. 2
Quid rurſus Athanaſius de geſtis Georgij in lib. de fuga ſua retulerit. Cap. 3
Quemadmodum Britannion ſit priuatus Imperio. Cap. 4
De Gallo Cæſare, & de ſigno crucis, quod tunc in cœlis apparuit. Cap. 5
De Photino hæreſiarcha, eiuſq; damnatio. Cap. 6
Fides expoſita in Sirmio, cum capitulis ſubiectis. Cap. 7
Alia fides expoſita Sirmij, & de diſputatione Photini. Cap. 8
De Oſio Hiſpano. Cap. 9
De Magnentio tyranno, & de tyrannide Syluani. Cap. 10
De inſultatione Iudæorũ, & de tyrannide Galli Cæſ. atq; peremptione. Cap. 11
De Iuliano Cæſaræ, & quod Iulio ſucceſſerit Liberius. Cap. 12
De Aetio hæretico. Cap. 13
De inimicis Athanaſii, Cap. 14
De ſynodo apud Mediolanum facta. Cap. 15
De exilio epiſcoporum orthodoxorũ, quod Athanaſius in fugæ ſuæ ſatisfactione deſcripſit. Cap. 16
Dialogus inter Liberiũ & Conſtantiũ habitus, & quomodo Liberius in exilium fuerit miſſus Cap. 17

Quomodo

A Quomodo Liberius per aditionem Romanarum matronarum ab exilio ſit reductus. Cap. 18
Quomodo Eudoxius Antiochenum uſurpauerit epiſcopatum. Cap. 19
De Ariminenſi concilio, & contentionibus ibi factis. Cap. 20
Epiſtola concilij Ariminenſis orthodoxorum epiſcoporum, ad Imperatorem Conſtantium. Cap. 21
Epiſtola Conſtantij ad Ariminenſe concilium. Cap. 22
Epiſtola Ariminenſis concilij ad Imperatorem Conſtantium. Cap. 23
Quod diſcedentibus epiſcopis fuerit Conſtantius indignatus. Cap. 24
De ſynodo in Nicæa Thraciæ celebrata. Cap. 25
Quomodo Athanaſius furorem Conſtantij denuo declinauerit. Cap. 26
Quomodo Paganis inſultantibus, futurã triſtitiam prædixerit. Cap. 27
Quæ mala per Georgium in Alexandria geſta ſint. Cap. 28
Literæ Damaſi & cæterorum ad Illyricum, contra concilium in Nicæa Thraciæ factum. Cap. 29
Ex literis Athanaſii de Ariminenſi concilio. Cap. 30
Quæ mala Macedonius in Conſtantinopolitana urbe commiſerit, & quod poſt hæc offenderit Imperatorem. Cap. 31
De Leontio Antiocheno epiſc. & Aetio, qui magiſter fuit Eunomij. Cap. 32
De Eudoxio, qui Antiochenum inuaſit epiſcopatum, & terræmotu in Nicæa Bithyniæ facto. Cap. 33
De concilio Seleuciæ celebrato. Cap. 34
De legatis concilij Seleuciæ, & de examinatione Aetij, & de geſtis Ariminen-
B ſium. Cap. 35
Quomodo affirmauerint fidem Ariminenſis concilij, & Aetium depoſuerint ſimul & alios. Cap. 36
Pro qua cauſa ſit Cyrillus Hieroſolymorum depoſitus. Cap. 37
Enumeratio expoſitionũ hæreticarum poſt Nicænum concilium Cap. 38
Quod Eudoxius Arianus poſt Antiochenum Conſtantinopoleos inuaſerit epiſcopatum, & de praua Aetij doctrina. Cap. 39
De crudelitate Georgij apud Alexandriã, & quis poſt Cyrillum Hieroſolymorum tenuit epiſcopatum. Caput 40
De Macedonio & Macedonianis. Cap. 41
De his quæ rurſum ab Arianis contra ipſos Arianos geſta ſunt, & quomodo Euſtathius nequitiam patefecerit Eudoxij. Et epiſtola Conſtantinopolitani concilij ad Georgium Alexandrinum condemnãtis Aetium cum ſcriptis eius (Cap. 42
De Eunomio, & quõ in Cyzico fuerit ordinatus, & inde rurſus expulſus hæreſeos autor extiterit. Cap. 43
De Apollinare patre ſimul & filio, & eorum hæreſi. Cap. 44
Quomodo Iacobi epiſcopi orationibus, Perſarũ rex nõ potuerit præualere Romanis. Cap. 45
De concilio denuo apud Antiochiam congregato. Cap. 46
De translatione ſancti Melitij ad Antiochenum epiſcopatum, & de eius expoſitione de unitate Trinitatis. Cap. 47
Quod expulſo Melitio Euzoius Arianus Antiochiæ ordinatus ſit epiſc. Ca. 48
De conſtantia Euſebij propter Melitium. Cap. 49
Quomodo Iulianus negata Chriſtiana religione bellum contra Conſtantiũ parabat, & de morte Conſtantij. Cap. 50

HISTORIAE ECCLESIASTICAE A
QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBER QVINTVS.

THEODORETVS Cap. I

Ariani incitāt Conſtantiū in Athanaſium

BREVI autē tempore elapſo, cum uita functus eſſet Occidentis Imperator Conſtans, Conſtanrium fautores Arij compulerunt, Athanaſiū illi in memoriā reuocantes, quaſi ipſe fuiſſet, qui ei fratrem fecerit inimicū, ita ut penè diſruptis naturæ uinculis uſq; ad bella deſcenderent. His incitationibus Conſtantius motus, non ſolū expelli, ſed etiā perimi ſacratiſsimū Athanaſiū imperauit. Et mittēs quendā Sebaſtianū ducem, cū maxima militari manu, uelut erroneū iuſsit interimi. Quō aūt & ille cū exercitu uenerit, & iſte diffugerit, ipſe qui paſſus, & mirabiliter liberatus eſt, melius enarrabit: nā in Apologia ſuæ fugæ ſic ait: Ca. II

Sebaſtianus dux mittitur ad occidendū Athanaſium

VEruntamen exquirant modum etiā diſceſsionis, & cognoſcant à ſuis. Erant enim Ariani cum militibus concurrentes, ut eos accenderēt, & ignorantibus nos oſtenderent: & licet ſine ulla cōpaſsione ſint, uel audientes tamen confuſi quieſcant. Erat itaq; iam nox, & aliqui populorum ad Vigilias uenerāt, expectabatur futura die Collectio. Dux autem repente aſtitit cum militibus pluſquam quinquies millibus, habentibus ſcilicet arma, & gladios enudatos, arcus, ſagittas & uectes: & eccleſiā quidem ipſe circumdedit, ſtatuens milites ſibimet cohærentes, ut nullus poſſet egredientiū ab eccleſia eorum manus euadere. Ego uero irrationabile iudicans in tanta confuſione populum relinquere, & non magis ante illos pericula ſuſtinere: reſidens in ſede præcepi, ut diaconus pſalmum legeret, populi reſponderent: Quoniam in ſeculum miſericordia eius: & ſic omnes in domos ſuas abirēt. Sed duce poſtea ingrediente, & militibus ſacrariū circumdantibus, ut nos capere poſſent, clerici quidem qui ſunt inuenti ſimul & populi clamabant, poſcentes ut & nos diſcederemus unà cū populo. Ego uero magis è diuerſo dicebam, nō nos diſcedere, niſi omnes ſingillatim prius exirent. Surgens itaq; oratione facta, ſic præcepi uniuerſos abſcedere: melius eſſe dicens, me periculo ſubiacere, quàm quenquam eorum excipere læſionem. Egredientibus igitur plurimis, & reliquis ſubſequentibus, quidam monachi, qui ibi nobiſcum fuerant, & aliqui clericorum aſcendentes traxerunt nos: & ita, teſtis eſt ipſa ueritas, militibus alijs ſacrarium circumdantibus, alijs per eccleſiam diſcurrentibus, per medium eorum domino iter dante atq; cuſtodiente pericula cuncta tranſiuimus, deum magnifice glorificantes: quoniā neq; populum neci tradidimus, ſed etiam ut ſaluaretur actum eſt, & manus quærentium nos effugere præualuimus.

Vigiliæ Chriſtianorum. Conuentus B

SOCRATES

A SOCRATES. Cap. III

QVæ etiam Georgius eodem tempore in Alexandria geſſerit ipſius Athanaſii qui hæc paſſus eſt uoce narremus. In libro enim, quem de fuga ſua ſcripſit, hæc ait: Igitur in Alexandria ſurrexerunt denuo nos quęrentes occidere. Et facta ſunt nouiſsima peiora prioribus. Repente nanq; milites circundantes eccleſiam, pro orationibus prælia celebrabant. Ingrediente nãq; quadrageſima Georgius ex Cappadocia ex eis miſſus, auxit mala, quæ illorum calliditate didicerat. Poſt ſeptimanam itaq; Paſchæ, uirgines mittebantur in carcerem. Epiſcopi uincti à militibus ducebantur, orphanorum & uiduarum domus diripiebantur, & inuaſiones in domibus agebantur, & noctu Chriſtiani deponebantur. Obſignabantur domus, & fratres clericorũ pro fratribus pericula ſuſtinebant. Hæc quidem peſsima, ſed grauiora poſtea ſunt præſumpta. Septimana enim quę fuit poſt ſanctam Pentecoſten, populus ieiunans eſt egreſſus ad cœmeterium orationis cauſa, eo quod omnes communionẽ Georgij declinarent. Sed hoc cognoſcens ille nequiſsimus ipſe concitauit Sebaſtianum ducẽ Manichęum, qui cum multitudine militum arma, gladios euaginatos, arcus, ſagittasq; ferẽtium facto impetu in ipſo die Dominico ſuper populum irruit, & paucos orantes inueniens (cum iam plurimi diſceſsiſſent) talia geſsit, qualia ab eis decebat impleri. *Sebaſtianus dux Manichæus* B Incẽdio nanq; facto ſtatuens uirgines ſecus ignem, cogebat eas, ut ſe profiterẽtur Arianas. Cumq; eas cerneret eſſe uictrices, & de igne nullo modo cogitare, ſic earũ uultus lacerauit, ut uix agnoſci poſt tempora potuerint. Tenens aũt & quadraginta uiros tormẽto nouiore diſcerpſit. Sectis nanq; de palma uirgis & habentibus ſuos aculeos, eorum dorſa ita uerberibus lacerauit, ut quidã eorum ſæpius à medicis inciſi ſint propter ſpinas, quę eorum dorſis inhęrebant: alij uero dum non ferrent tormenta, mortui ſint. Eos aũt qui uiuere potuerunt, & quandam uirginem in exilium deportauit in maximam Oeaſim. Corpora uero mortuorum primo quidem reddi non paſſus eſt, ſed celauit, inſepulta relinquens ea, ut quaſi tanta crudelitas latere uideretur. Hoc autẽ aiunt, qui mentis errore deſipiunt. Nam cum parentes mortuorum gauderent quidem propter confeſsionem, flerent autem propter corpora defunctorum, maiora eorum impietatis indicia perſonabant. Poſt hæc autem ex Aegypto atq; Libyis in exilium deportauerunt epiſcopos, Ammonium, Muium, Gaium, Philonem, Hermem, Plenium, Pſenoſirim, Nilãmonem, Agathonem, Anagamphum, Ammonium, Marcum, Dracontium, Adelphium, Athenodorum: & presbyteros, Hieracem et Dioſcorum: & ſic eos acerbiſsime per itinera pepulerunt, ut quidam eorum in ipſis itineribus, alij uero per exilia morerentur. Occiderunt aũt epiſcopos pluſq; triginta, habentes ſtudium ſecundum Achab, ut, ſi poſſent, amputarent penitus ueritatem.

THEODORETVS A

Super hæc igitur Athanaſius etiã cõſolatorios libros uirginibus illis ſcripſit, quæ crudeliſsimas pertulerunt paſſiones, dicẽs inter hæc: Propterea nemo ueſtrum ſit triſtis, licet & ſepulturã uobis denegent impij & prohibeãt uos efferri. Nam uſq; ad hoc nequitia peruenit Arianorũ, ut & portas clauderent, & circa ſepulturarum loca ueluti dæmones reſiderent, ne quis ſepeliretur fidelium delectorũ. Hæc ergo & his ſimilia Georgius in Alexandreia faciebat. Sanctus autem Athanaſius nullum locum munitum cautelæ ſuæ putabat: cum utiq; aut uiuum eum deduci, aut mortuum decollari, & caput eius Imperator ſibi iuſsiſſet afferri. Pro qua re præmium maximũ compromiſit huiuſmodi aliquid nuncianti.

SOCRATES Cap. IIII

Conſtantij in Illyricũ profectio

IMperator interea in Illyricũ caſtrametatus eſt, cogebat eũ publica neceſſitas, et maxime Britãnionis, qui per milites Auguſtus fuerat appellatus. Cumq; ueniſſent in Sirmiũ, mutuis fœderibus factis Britãnionẽ uidit. Actumq; eſt, ut milites qui eum conſtituerãt, tranſirent ad fauorẽ Conſtantij. Quo facto, ſolum Conſtantiũ Imperatorẽ Auguſtum uoce emiſſa clamauerunt. Cumq; de Britannione nulla memoria fieret, ille repente ſentiẽs ſe proditũ, ad pedes ſe proſtrauit Imperatoris. Porrò Conſtantius auferẽs ei coronã ſimul & purpurã, clementer ei locutus eſt, monens ut ſub ſchemate priuato quieſceret, quod utiq; eius ętati potius conueniret, q̃ habere nomen ſollicitudinib. onuſtũ: iuſsitq; ei ſumptus uberrimos ex publicis functionibus exhiberi. Cumq; in Pruſa Bithyniæ Britannio ageret, Conſtantius ſcripſit ei, narrans quod multorum bonorum ei cauſa fuiſſet, quẽ à tantis cogitatiõibus & malis ipſi prouenietibus liberaſſet. Nec ſe bene feciſſe, quia quæ ſibi præſtare debuerat, illi potius impendiſſet.

Britannio ſenex, electitius Imperator B

Eſt in Bithynia Pruſias, eſt & Pruſa paruũ oppidũ

Cap. V

Gallus Cæſ. Conſtantius aduerſus Magnentium

TVnc igitur Imperator Gallum conſobrinum ſuum Cęſarem fecit. Cui nomẽ ſuum imponens in Syriam Antiochiæ deſtinauit, ut partes per eum cuſtodirent Orientales. Quo Antiochiam ueniente, circa Orientem ſignum Saluatoris apparuit. Columna nanq; ſub ſpecie crucis in cœlo uiſa, maximo miraculo conſpicientibus fuit. Alios aũt ſuos duces cum multo exercitu contra Magnentium deſtinauit. Ipſe uero in Sirmio morabatũ, & rei expectabat euentum. Tunc igitur & Photinus eccleſiæ præſul aperte dogma quod ipſe compererat, exponebat.

SOZOMENVS.

Photinus hæreticus

Dicebat autem: Deus quidem omnipotens unus, qui proprio uerbo condidit uniuerſa. Ante ſecula uero natiuitatem & exiſtentiam filij dicere fugiebat, ſed ex Maria natum docebat Chriſtum.

SOCRATES Cap. VI

Conciliũ Sirmij aduerſus Photinum

QVamobrem tumultu ſurgente, iuſsit Imperator concilium in Sirmio congregari. Conuenitq; illic ex Orientalibus quidem Marcus Arethuſæ

A thuſæ, & Georgius Alexandrinus, quem remoto Gregorio ordinauerant Ariani. Venit etiã Baſilius expulſo Marcello Ancyræ præſule, Pancratius Peluſii, Hypatianus Heracliæ. Occidentalium uero Valens Myrſenus, & tunc celeberrimus hominum Oſius Cordubæ pontifex, pariter inuitus. Iſti ſiquidẽ poſt Conſulatum Sergij & Nigriani (quo anno propter bellorum turbas nullus Conſulum fuerat ſolenniter ordinatus) conuenerunt in Sirmio. Et Photinum (dogma Sabellij Libyenſis, & Pauli Samoſateni, ſæpe cognoſcentes) repente damnauerunt.

SOZOMENVS Cap. VII

POſt hæc de fide propoſitiones ædiderunt, unam Græce, alteram Latine, multum ſibimet textu ſenſuq; concordes.

SOCRATES.

Tunc etenim quaſi antiqua fidei dogmata reprehẽdentes, alias ꝓpoſitiones de fide ſanxerũt. Et unam quidẽ Attica lingua Marcus ædidit Arethuſæ, ſed cum Romana lingua cõcordiã non habentẽ, neq; ſermone neq; cõpoſitione, ſed nec ipſi Græcitati conuenientẽ. Vnam itaq; Latine à Marco compoſitam hic ſubiungã: ſecundam uero, quam in Arimino poſtea relegerunt, loco proprio ponemus, cum ea quę ibi geſta ſunt dixerimus, utraq; tamen in Gręcam linguam conuerſa eſt. Marcus ergo hoc modo expoſitionem de fide dictauit. *Marcus Arethuſius*

B Credimus in unum deum patrem omnipotentem, creatorem, & factorẽ uniuerſorum, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatᷣ: & in unigenitũ eius filium dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ, qui ante omnia ſecula ex patre natus eſt, Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quem facta ſunt omnia in cœlis & in terra, uiſibilia & inuiſibilia: uerbũ exiſtens, & ſapientia, & lumen uerũ, & uita: qui nouiſſimis diebus propter nos humanatus eſt ex ſancta uirgine, & crucifixus, & mortuus, & ſepultus, & reſurrexit à mortuis tertia die, & aſcendit in cœlũ, & ſedet in dextera patris: & uenturus eſt in conſummatione ſeculi iudicare uiuos & mortuos, & reddere unicuiq; ſecundũ opera ſua. Cuius imperiũ ſine fine exiſtens in ſecula permanet infinita. Erit enim ſedens in dextera patris, non ſolũ in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Et in ſpiritum ſanctum παράκλητον, id eſt, conſolatorem, quem promittens apoſtolis poſt aſcenſionem ad cœlos eſſe mittendum, ut doceret & cõmemoraret eis uniuerſa, trãſmiſit. Per quem etiam ſanctificantur animæ credentium in eo ueraciter. *Expoſitio fidei apud Sirmium*

Eos autem qui dicunt ex non exiſtentibus filium, aut ex altera eſſentia, & non ex dei: &, quia erat tempus aut ſeculũ, quando non erat, alienos nouit ſancta eccleſia catholica. Rurſus igitur dicimus:

1 Si quis patrem & filium duos deos dicit, anathema ſit

2 Et ſi quis deum Chriſtum ante ſecula filiũ dei miniſtrantem patri ad creationem uniuerſorum, non confitetur, anathema ſit.

Si quis

3 Si quis ingenitum, aut partum eius ex Maria natum dicere præſu- A
mit, anathema ſit.

4 Si quis ſecundũ pręſciẽtiã ante Mariã dixerit filiũ eſſe,& nõ ante ſe
cula ex patre natũ apud deum eſſe,& per ipſum omnia facta, anathema ſit.

5 Si quis ſubſtantiã dei dilatari aut contrahi dixerit, anathema ſit.

6 Si quis dilatatam ſubſtantiam dei filium dixerit facere, aut dilatatio
nem eius ſubſtantiæ filium nominauerit, anathema ſit.

7 Si quis affectiuũ aut prolatiuũ uerbũ dixerit dei filiũ,anathema ſit.

8 Si quis hominẽ ſolum dixerit filiũ qui ex Maria eſt, anathema ſit.

9 Si quis deum & hominem ex Maria dicens, deum ingenitum eun-
dem intelligit, anathema ſit.

10 Si quis illud quod ſcriptum eſt:Ego deus primus, & ego poſtea, &
præter me non eſt deus, cum in deſtructionem idolorum & deorum non
exiſtentium dictum ſit, ad deſtructionem magis unigeniti ante ſecula dei,
Iudaice percipit, anathema ſit.

11 Si quis audiens uerbum caro factum eſt,uerbũ in carnem mutatum
putauerit,aut conuerſione facta ſuſcepiſſe carnem, anathema ſit.

12 Si quis unigenitum filium Dei crucifixum audiens,corruptionẽ aut
paſsionem, aut conuerſionem, aut mutationem, aut peremptionem ſuſti-
nuiſſe dicit,anathema ſit. B

13 Si quis quod ſcriptum eſt: Faciamus hominem, non patrem ad fili-
um dicere,ſed ipſum ad ſemetipſum aſſerit dixiſſe deum,anathema ſit.

14 Si quis contra Iacob non filium tanquam hominem luctatum eſſe,
ſed ingenitum deum aut patrem eius dixerit,anathema ſit.

15 Si quis illud quod ſcriptum eſt:Pluit dominus à domino,non de pa
tre & filio perceperit, ſed ipſum à ſemetipſo pluere dixerit, anathema ſit,
Pluit enim dominus filius, à domino patre.

16 Si quis audiens dominum patrem,aut filium dominum,& dominũ
patrem & filium, & dominus à domino dicens, duos aſſeruerit deos, ana-
thema ſit:non enim coaptamus filium patri,ſed ſubditum nouimus. Neq;
enim deſcendit in corpus ſine uoluntate patris: neq; pluit à ſemetipſo, ſed à
domino,autoritatem uidelicet prębente patre.Neq; ſedet à dextris à ſemet
ipſo,ſed audit dicente patre: Sede à dextris meis.

17 Si quis patrem & filium & ſpiritumſanctum unam perſonam dicit,
anathema ſit.

18 Si quis ſpiritum ſanctum paracletum dicens, ingenitum aſſerit de-
um,anathema ſit.

19 Si quis,ſicuti docuit nos, non alium dicit paracletum præter filium.
Ait enim: Et alium paracletum mittet uobis pater, quem rogabo ego, ana-
thema ſit.

Si quis

A 20 Si quis ſpiritum dicit patrem patris aut filij, anathema ſit.

21 Si quis patrem & filium & ſpiritum ſanctum tres dicit deos, anathema ſit.

22 Si quis conſilio dei tanquam unam creaturam factum aſſerit filium dei, anathema ſit.

23 Si quis nolente patre natum filium, dixerit, anathema ſit. Nō enim inuitus & uim paſſus pater neceſſitate naturali quaſi nolens genuit filiū, ſed ilico ut uoluit, etiā ſine tempore & ſine paſſione ex ſemetipſo genuit eum.

24 Si quis ingenitum & ſine principio dicit filium, tanquam duos ſine principio, & duo ingenita dicens, & duos faciens deos, anathema ſit. Caput enim & principiū omnium filius: caput aūt Chriſti deus. Sic enim ad unum omniū principium quod eſt ſine principio, per filium pie omnia referuntur. Rurſus autem ſubtiliter inſpicientes Chriſtianum ſenſum, dicimus,

25 Si quis Chriſtum deum filium dei ante ſecula, miniſtrantem patri ad omnem creationem non dixerit, ſed ex quo ex Maria natus eſt, ex eo dicit filium & Chriſtum eſſe uocatum, & initium accepiſſe ut deus eſſet, anathema ſit, ſicuti Samoſatenus. *Paulus Samoſatenus*

ALIA FIDES EXPOSITA SIRMII LATINE, quam nos ex Græco tranſtulimus. Cap. VIII

B QVoniam de fide aliquem placuit fieri tractatum, omnia caute quæſita ſunt & expoſita Sirmij ſub præſentia Valentis, & Vrſatij, atque Germani, & cæterorum. Conſtat unum deum eſſe patrem omnipotentem ſicut etiam omni orbe terrarum annunciatur. Et unum unigenitum filium eius Ieſum Chriſtum dominum & deum ſaluatoremq́ noſtrum ex eo ante ſecula genitum: Duos autem deos non oportere dici, quoniā & ipſe dominus ait: Ibo ad patrem meum & patrem ueſtrum, deum meum & deum ueſtrum. Propterea & omnium deus eſt, ſicut etiam Apoſtolus docuit: Iudæorum deus non ſolum, nonne & Græcorum & Gentilium? utiq;. Quoniam circūciſio ex fide, & præputiū per fidem, & cætera quidem omnia conſonant, & nulla remanere uidet̄ diſcordia. Quia uero multos mouet dictio Latina ſubſtantiæ, quæ Græca lingua dicit̄ ὀσία, ut ſcrupuloſiſsime cognoſcat̄ ὁμοσ́σιον, hoc eſt, eiuſdē ſubſtātiæ, aut ὁμοιόσιον, id eſt, ſimilis ſubſtantiæ, non oportet horū uocabulorū aliquam omnino fieri mentionem, neq; de his exponi apud eccleſiam: propter hanc cauſam ac rationē, quia in ſanctis ſcripturis nihil tale conſcriptū eſt, & quoniā hæc ultra humanam ſcientiam & intellectum ſunt, & quia nullus poteſt generationē filij enarrare ſicut ſcriptum eſt: Generationem eius quis enarrabit? Hoc enim ſciendū, ſolum patrem noſſe quemadmodum filiū generauerit: & rurſus filium, quomodo ipſe de patre ſit genitus. Nulli uero dubium eſt, maiorē eſſe patrem honore, & dignitate, atq; diuinitate & ipſo nomine paterno eſſe potiorem teſtificam *Fides apud Sirmium expoſita* *ὀσία* *ὁμοσ́σιον* *ὁμοιόσιον*

teſtificante filio ipſo: Qui me, inquit, miſit pater, maior me eſt. Et hoc eſſe catholicum, nullus ignorat, duas perſonas eſſe patris & filij: Et patrē quidem maiorem, filium uero ſubiectum cum omnib. quæ ei pater ſubiecit eius. Patrem uero initium non habere, & inuiſibilem, & immortalem, & impaſſibilem eſſe: filium uero natū ex patre, deum ex deo, lumen ex lumine, & huius natiuitatem, ſicuti prædictum eſt, nullum noſſe niſi ſolum patrem: Ipſum uero filium dominum & deum noſtrum, carnem ſeu corpus, hoc eſt, hominem aſſumpſiſſe, ſicut & angelus annunciauit, & omnes ſcripturæ docent, & maxime ipſe Apoſtolus doctor Gentium: Hominem aſſumpſit Chriſtus ex Maria uirgine, per quem paſſus eſt. Apex autem totius fidei & firmamentum eſt, ut Trinitas ſeruetur ſemper, ſicut in Euangelio legimus: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos In nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti. Integer autē atq; perfectus eſt numerus Trinitatis. Paracletus uero ſpiritus ſanctus per filium miſſus, uenit ſecundum promiſsionem, ut Apoſtolos & omnes credentes ſanctificaret. His igitur explanationibus, etiam poſt damnationem, Photinum conſentire & ſubſcribere ſuadebant, promittentes ei reddendum epiſcopatum, ſi per pœnitentiam anathematizaret dogma quod ipſe comperet, & in ipſorū ſententia conſonaret. Ille uero eorum quidem propoſitum nō ſuſcepit, ſed prouocauit eos ad diſputandum. Quapropter difinito die, Imperatoris uoluntate, conuenerunt præſentes epiſcopi, & Senatorum non pauci, quos præceperat adeſſe diſputationi princeps. Inter quos reſtitit Photino Sabinus eccleſiæ tunc Ancyræ præſul, exceptoribus uoces eorū conſcribentibus. Magnaq; certamina ſermonum inter utranq; partem facta noſcuntur, uictusq; Photinus damnatus eſt. Et in fuga conſiſtens, poſtea libros utraq; lingua conficiebat, quando neq; Latini ſermonis uidebatur ignarus. Scripſit quoq; contra omnes hæreſes, propriū ſtudens dogma firmare. Et de Photino quidem hæc dicta ſufficiant. Sciendum tamen quoniam in Sirmio conuenientes epiſcopi pœnitentia ducti ſunt de expoſitione fidei Latina lingua prolatæ. Poſt æditionem nanq;, ſibi eam contrariam iudicabant. Quam ſtuduerunt ab epiſcopis qui eam iam ſubſcripſerant reddi, quoniam celabatur à plurimis. Imperator autem edictis quæri præcepit æditionem ipſam, ſupplicium minatus, ſi quis eam celaſſe cōperiretur. Sed neq; terror deſtruere potuit quod ſemel fuerat inſtitutum, eo quod apud multos haberetur. Et de his quidem iſta dixiſſe ſufficiat.

Photinus diſputat, damnaturq́;, et libros conſcribit.

Sabinus antagoniſtes Photini

Pœnitet Sirmienſem ſynodū ſuæ definitionis de fide

Cap. IX

Oſius Cordubenſis ui adigitur ut Sirmienſi ſynodo ſubſcribat

QVia uero & de Oſio Hiſpano inuito illuc ueniēte fecimus mentionem, breuiter etiam de eo dicendum eſt. Ante paululum temporis iſte uir molimine arianorum fuerat miſſus in exilium. Tunc autem ſtudio eorum qui Sirmij conuenerunt, eum euocauit Imperator, uolens eum aut ſuaſione aut neceſsitate concordare cum præſentibus. Hoc enim ſi fieret, maximum fidei

A fidei eorum putabatur eſſe teſtimonium. Quapropter (ſicuti dixi) ex neceſſitate uenit. Et cum eis conſentire reſpueret, tormenta longæuus plagasq; perpeſſus eſt, unde etiã neceſsitate uehementi expoſitionib. tũc æditis conſenſit atq; ſubſcripſit. Hunc ergo terminũ habuerunt, quæ nunc Sirmij geſta noſcunt̃. Imperator aũt Conſtantius agebat Sirmij, & belli quod gerebatur contra Magnentium, expectabat euentum. Cap. X

INterea Magnentius ad antiquã perueniens Romam, multos peremit Senatorũ ac populi. Et cognoſcens uicinos eſſe cõtra ſe Conſtantij milites, abſceſsit ad Gallias partis Occidentalis. Cumq; illic bellum ſæpius inter ſe exercerent, modo iſti, modo illi uictores eſſe uidebantur. Nouiſsime autem deuictus Magnentius, fugit in Mirſam, quod eſt Galliæ caſtrum: uidensq; ſuos milites quaſi de perditione triſtes, ſtans celſiore loco, eos nitebatur allocutionis conſuetudine confortare. Tunc illi fauorem ſolitum Magnentio exhibere præparati, è diuerſo nolentes clamauerunt omnes: Conſtanti Auguſte, tu uincas. Hoc auguriũ Magnentius traxit ad ſemetipſum, tanq; ei non diuinitus concederetur Imperium. Et propterea relinquens caſtrum ad ulteriora tendebat. Sequentibus autẽ Conſtantij militibus circa montẽ Seleucum facta congreſsione, ſolus fugiens uenit in Lugdunenſem urbem, cõperiensq; ſuam matrem & fratrem quem Cæſarem conſtituerat

Magnentius Romæ ſæuit. Fugit in Galliam. Mirſa. Seleucus mons

B interfectos, nouiſsime interficit & ſemetipſum, Conſulatu Cõſtantij ſexto, & Conſtantij Galli ſecundo, Auguſti die quintodecimo. Non poſt multũ uero temporis, etiam Decentius eius frater, ſemetipſum ſtrangulauit. Sed neq; ſic ad rempublicã quies uenit. Nam poſt paululum apud Gallias Occidentales Syluanus quidam tyrãnus eſt exortus, quem duces Conſtantij ueIociter peremerunt. Cap. XI

Conſciſcit ſibi Magnentius mortem. Decentius. Syluanus tyrannus

POrrò Iudæi in Diocæſarea Palæſtinę reſiſtentes, uicina loca turbabãt: & ſumẽtes arma, tentabant inſultare Romanis. Poſt hæc itaq; Gallus Cæſar cum Antiochiæ degeret, exercitu deſtinato eos apprehendit, ciuitatemq; uaſtauit. Cumq; uiderẽt ſibi proſpere geſsiſſe, felicitatem nõ ferens, acceſsit ad tyrannidẽ. Et nõ inſinuans Imperatori ſuã intentionẽ, Quæſtorem uocabulo Magnũ, & Domitianũ Præfectũ Oriẽtis occidit. Ob quam rem Conſtantius indignatus, euocauit eum. Qui cum contẽnere nõ poſſet, ueniebat ad principem. Cumq; contra inſulam Flaconenſem ueniſſet, eum illic Conſtantius præcepit interimi. Cap. XII

Iudæi tumultuantur. Gallus Cæſ. Iud. cõpeſcit. Montius Quæſtor. Domitia. Præfectus Orien.

POſt paululum uero tẽporis Iulianũ Galli fratrẽ Cæſarem cõſtituens, contra Barbaros miſit in Gallias. Gallus uero, qui & Conſtãtius, ſeptimo Conſtãtij Conſulatu, & ſui tertio, ita perimitur. Iulianus ſequẽti Cõſulatu Arbitionis & Iuliani, cõſtituitur Cæſar, die ſeptimo menſis Nouemb.

Iulian. in Gallias mittitur. Iulianus fit Cæſar

SOZOMENVS.

Sublatis itaq; tyrannis, requiem à malis uidebatur habere Conſtantius,

Conſtantius Romã uenit. Iulius Pont. Ro. moritur, Liberius ſuccedit

& deſerens Sirmiũ, ueniebat ad antiquã Romam, illic uolens triumphum de tyrannicis exercere manubijs. Credens autẽ ea occaſione poſſe utriuſq; partis epiſcopos in dogmate cõcordare, rurſus ſynodum in Italia celebrandam cõſtituit. Interea Iulius Papa cum quindecim annis Romanã rexiſſet eccleſiam, moritur, cui ſucceſsit Liberius.

SOCRATES. Cap. XIII

Aetius hæreſiarches

PORrò in Antiochia Syriæ alter hæreſiarches emerſit Aetius, cognomento ἄθεος, id eſt, ſine deo. Is enim eadem quæ Arius ſapiebat, ſed ab Arianis ſe ſegregabat, eo quod Arium in ſuam cõmunionẽ recepiſſent. Qui, ſicuti prędictum eſt, aliud mente gerens, aliud uoce confeſſus eſt, cum terminum ſynodi Nicænæ ſuſcipiens ſubſcripſiſſet, uolens circũuenire tunc principem: propterea ergo Arianos Aetius declinabat. Erat nanq; is Aetius prius hæreticus, & feruentiſsime defendere Arij dogma uidebatur. Eruditus enim aliquantulum Alexandrea reuerſus eſt. Et ueniẽs Antiochiam Syriæ, unde oriundus erat, à Leontio tunc Antiocheno præſule diaconus ordinatur. Tunc ergo ueniẽtes ad ſe, diſputationibus ſophiſticis eludebat. Hoc enim faciebat ſequẽs Categorias Ariſtotelis, diſputãs & quædã commenta concinnans quæ non intelligebat, neq; ab eruditis intentionem Ariſtotelis cognouerat. Ille nanq; propter Sophiſtas tunc deridentes philoſophiam, hoc opus iuuenibus exercitationis cauſa conſcribens, dialecticam Sophiſtis per huiuſmodi contentiones oppoſuit. Contemplatiui autẽ Philoſophi, libros Platonis & Plotini declarantes, ea quæ artificioſe ab Ariſtotele ſunt conſcripta, redarguunt. Sed Aetius contemplatiuum doctorem non habens, in commentationibus ſophiſticis perdurauit. Quamobrẽ nec intelligere potuit, quomodo ſit ingeniti generatio: & quẽadmodum quod naſcitur, coæternum ſit generanti. Parum ergo eruditus erat Aetius, & diuinarum literarum ignarus, tantummodo ad contentiones paratus, quod etiam quilibet ruſticus facere poteſt. Et cum nec ueteres qui eloquia Chriſtiana fuerant interpretati legiſſet, aſſerebat ſe multum gaudere libris Clementis, & Aphricani, necnon Origenis, cum utiq; fuerint illi uiri totius ſapientiæ uirtutibus eruditi. Fecit igitur is epiſtolas ad imperatorem Conſtantium, & ad alios quoſdã, contentiones inuoluens, & quædam cõmenta conficiens. Quamobrem etiam ἄθεος, id eſt, ſine deo uocabatur. Et licet eadem, quæ Arius, uindicaret, tamen à ſuis non ualentibus intelligere perplexiones ſyllogiſmorum eius, cum eadem quæ ille ſaperet, putabatur hæreticus. Et propterea eorum pulſus eccleſia credebatur, cum ipſe illis potius communicare noluiſſet. Hactenus enim ex illo ſunt, qui tunc quidem Aetiani, nunc autem Eunomiani uocantur. Poſtea nanq; Eunomius notarius eius, eruditus ab eo, æditionem eius hæreticam diuulgauit. Sed de Eunomio locis conuenientibus explanabimus.

Aetius Antiochenus à Leontio diaconus ordinatur. Ariſtoteles in quẽ uſum ſcripſerit Sophiſtica. Aetius ſophi. Clemens Aphricanus Origenes. Aetius ἄθεος. Aetiani, qui poſt Eunomiani.

Sozome

A SOZOMENVS. Cap. XIIII

INimici quidem fidei,putantes ſe tẽpus inueniſſe contra defenſores eius,
ualde apud principem laborabant, ut de eccleſiis pellerentur omnes qui
ab eis uidebantur eſſe depoſiti, tanquam alterius fidei, uel quia uiuo Con/
ſtante, imperatori Conſtantio reſtitiſſent, ita ut fuiſſet penè ad bella per/
uentum. Præcipue tamen Athanaſium accuſabant, ob nimiam inuidiam,
neq; Conſtante uiuo & Conſtantio eum ſe diligere profitẽte, ab eius mo/
leſtia recedebant:ſed Antiochiæ congregati, Narciſſus Cilix, Theodorus
Thraciæ,Theogonius Nicænus,Patrophilus Scythopoleos,Minophãtus
Epheſius,& alij circiter triginta, ſcripſerũt omnes uniuerſis epiſcopis, quod
contra ſanctiones eccleſiaſticas Alexandriam redijſſet, nec in concilio ſine
culpa fuiſſet inuentus: & iubebant ut neq; communicarent ei, neq; ſcripta
mitterent,ſed Georgio, qui ab eis fuerat ordinatus. Verum Athanaſio nul
lus hinc ſermo fuit.

Athanaſius ſemper odio habitus Aria.
Arianorum cõuẽtus apud Antiochiam

Cap. XV

IGitur deuicto Magnentio,cum ſolus Conſtantius Romanorũ tenuiſſet
imperium,omni ſtudio laborabat,ut Occidentales epiſcopi conſentirent
eis,qui con ſubſtantialem eſſe patri filium denegabant. Et hoc faciebat, no/
lens à primordio aperte uim facere,ſed eis callide ſuadere, ut decreto contra
Athanaſium ab Orientalibus epiſcopis habito cõſentirent.Sperabat enim
B quod ſi communi decreto damnaretur Athanaſius, facilius ſuam uolunta/
tem in religione compleret.

Conſtantius cupit efficere ut Occidenta/les ſubſcribãt Arianis

Tunc igitur in Italiam cõuenerunt epiſcopi Orientaliũ non multi, quo/
niam plurimos eorum aut ſenectus aut itineris longitudo prohibuit. Occi/
dentalium uero ultra trecentos, ut præcepto principis cõcilium Mediolani
celebraretur:ubi cõuenientes Orientales, ante omnia cõtra Athanaſium de
cretum fieri cõmune poſcebãt,ut hoc facto penitus ei aditus Alexandreæ
clauderetur. Quod cum ſenſiſſent Paulinus Gallicanæ Τριβήρεως,Dionyſius
Albæ metropolis Italorum,& Euſebius Vercellenſis,epiſcopi,quod ad de/
ſtructionem fidei Orientales contra Athanaſium agere molirentur,ſurgen
tes magna uoce clamabant,dolum & circumuentionẽ per ea quæ gereban/
tur,Chriſtianitatis dogmatibus irrogari. Non enim ueras cõtra Athanaſiũ
culpas eſſe dicebant,cum ad retractationẽ fidei talia probarent inuẽta. Illis
ergo talia proclamantibus,concilium tunc ſoluitur epiſcoporum.

Concilium Mediolani.
Orientales, hoc eſt, Ariani
Aduerſus Athanaſium.
Paulinus Treuerenſis.
Dionyſius Albanus.
Euſebius Vercellenſis.

THEODORETVS. Cap. XVI

DEpoſito deinde Athanaſio, aliam hæretici fidei exponere ſunt niſi do
ctrinam. Sed neutrum horum perduci potuit ad effectum, cum præ/
ſente principe clamaretur,quod iniuſte ageretur & impie. Quo facto & ipſi
eccleſiis ſunt expulſi,& in ultimis terræ finibus habitare iuſſi. Quod rurſus
mirabilis Athanaſius hoc modo in illa Apologia deſcribit:

Ariani in exilium acti

Quis tantũ poterit memorare,quantum illi geſſerunt? Tunc enim eccle/

ſiis pacem habentibus, & populis per Collectas orantibus, Pontifex quidē A Romæ Liberius, & Paulinus Galliarum metropolitanus epiſcopus, & Dionyſius Italus, Lucifer Metropolitanus inſularum Sardiniæ, & Euſebius ex Italia, omnes epiſcopi boni & prædicatores ueritatis, abripiuntur & traduntur exilio, nullam habentes culpam, niſi quod in arianam noluerint conſentire uæſaniam, necꝙ in calumnijs ſubſcripſerant noſtris. De maximo autem & optimo ſene & uere confeſſore Oſio, etiam loqui ſuperfluum. Omnibus enim notum eſt, quod etiam hunc in exilium deportari fecerūt. Non enim ignobilis, ſed omnibus noſcitur eſſe notiſsimus. Cui nancꝙ non præfuit ſynodo, aut recte loquens non ſatisfecit uniuerſis? Quæ eccleſia huius patrocinij memoriā non habet? Quis aliquādo dolens cum ueniret ad eum, non diſceſsit ſanus? Quis indigens cum periſſet, non meruit quod popoſcit? Et tamen etiā contra hunc talia præſumpſerunt, quod impia eorum molimina cognoſcens, noluerit propria ſubſcriptione firmare.

Paulinus Treuerenſis. Orthodoxi exulant

Oſius Cord.

SOCRATES

Igitur Imperator illos quidē mittit in exiliū. Generale uero conciliū fieri cogitabat, ut omnes Oriētales epiſcopos uenientes ad Occidentē, ſi poſſet, concordes efficeret. Quod cū propter itineris ſpacia difficile uideretur, duplicem tractauit ſynodū celebrari, ut in Arimino quidē Itali qui tunc aderant cōuenirent: Orientales aūt in Nicomedia Bithyniæ ciuitate. Hoc ergo Im- B peratore tractante, effectus non euenit ut uoluit. Neutrū enim conciliū ſibimet concordauit, ſed utruncꝙ diuiſum eſt. Nam necꝙ in Arimino cōuenientes inter ſe conſonare potuerunt, & Orientales in Seleucia Iſauriç congregati, aliud ſchiſma ſunt paſsi: quod ſuo loco narrabitur.

Conciliū Ariminenſe pro Occidentalib. Conciliū Nicomediæ pro Orientalib.

THEODORETVS Cap. XVII

Ego quidem Liberij per omnia celeberrimi habitū pro ueritate dialogum cum Cōſtantio uolo referre, quandoquidē à fidelibus illius temporis eſt conſcriptus. Is enim poſt Iulium Syluestri ſucceſſorem, Romanam gubernauit eccleſiā. Conſtantius Imperator dixit: Nos, & eo quod Chriſtianus ſis, & epiſcopus noſtræ ciuitatis, dignum hoc iudicauimus, ut euocantes te, moneremus ut communionem ſceleſtiſsimi Athanaſii & ineffabili ſuperbia detenti, abnegare non differas. Hoc enim terrarum orbis bene fieri comprobauit, & ſynodali ſententia alienum eccleſiaſtica communione, decreuit. Liberius epiſcopus dixit: O Imperator, Iudicia eccleſiaſtica decet cum maxima proferri iuſtitia. Quapropter ſi uidetur pietati tuæ, diſceptationē iube conſtitui: & ſi apparuerit Athanaſius cōdemnatione dignus, tunc ſecundum eccleſiaſticæ conſequentiæ formā proferatur in eum digna ſententia. Non enim poſsibile eſt condemnare uirum, de quo nihil examinatum eſt. Conſtantius Imperator dixit: Vniuerſus mundus adiudicauit eius facinora, ſed ille (ſicut ab initio) tempus eludit. Liberius epiſcopus dixit

Dialogus Cōſtantij & Liberij Pon. Ro.

A dixit: Quicunqꝫ ſubſcripſerunt non ipſi uiderunt quæ geſta ſunt, ſed propter gloriam & timorem,& ne à te contumelias paterentur,acquieuerunt.

Imperator dixit: Quid eſt gloria & timor & contumelia? Liberius dixit: Quicunqꝫ gloriã dei non diligunt,tua magis dona præponunt. Quem ergo iſti uiderunt,non examinantes adiudicauerunt, quod eſt à Chriſtianitate alienum. Imperator dixit: In facie utiqꝫ condemnatus eſt in concilio Tyri, & in concilio contra eum pariter decreuerunt omnes totius orbis epiſcopi. Liberius dixit: Nunquam in præſentia ſua homo ille adiudicatus eſt. Quicunqꝫ enim tunc conuenientes condemnauerunt eum, diſcedente Athanaſio à iudicio ſententiam protulerunt. Euſebius eunuchus dixit: In Nicæno concilio alienus à catholica fide probatus eſt. Liberius dixit: Quinqꝫ ſoli iudicauerũt ex his qui cum eo nauigio uenerunt in Mareoten, quos miſerunt ad accuſationem eius, ut contra eum geſta conficerent. Horum itaqꝫ qui deſtinati ſunt, duo ſunt mortui, Theogonius, & Theodorus: reliqui uero tres uiuunt, hoc eſt, Maris, Valens, & Vrſacius. Ab his qui miſsi ſunt Sardicam, propter hanc cauſam ſynodus celebrata eſt, qui in ſynodo libellos obtulerunt, ueniam poſtulantes, quoniam in Mareote per calumniam ex una parte cõtra Athanaſium geſta cõfecerint. Libellos eorum nunc præ manibus habemus. Cui horum nos credere & cõmunicare con-
B uenit Imperator? his qui primitus dãnauerunt, & ueniã poſtea popoſcerũt, an eis qui adhuc hæc accuſare contendunt? Epictetus epiſcopus dixit: O Imperator, non fidei cauſa hodie neqꝫ iudiciorum eccleſiaſticorũ ſermonẽ facit, ſed ut apud Senatores in Romana conſtitutos urbe glorietur quaſi ſuperauerit principem. Imperator ad Liberium dixit: Quota pars es totius orbis? quoniam tu ſolus hominem uindicas nephandiſsimum, & orbis terrarum pacem eccleſiæqꝫ diſſoluis? Liberius dixit: Non eo, quod ego ſum ſolus, fidei cauſa minuitur. Nam & antiquitus tres ſoli reperti ſunt reſiſtentes præcepto regis Euſebius eunuchus dixit: Imperatorem noſtrum Nabuchodonoſor feciſti? Liberius dixit: Non. Sed ita irrationabiliter adiudicatus eſt homo, qui non eſt examinatus. Sed & ego peto primitus generalem proferri ſubſcriptionem, confirmantem fidem in Nicæa prolatam, ut ita reuocatis ab exilio fratribus noſtris, & in loca propria reſtitutis, ſi hi qui nunc turbas pariunt eccleſiis, uiſi fuerint Apoſtolicæ fidei conſentire, tunc apud Alexandream conuenientes omnes, ubi & accuſatus & accuſatores ſunt & defenſor eorum, examinata cauſa poſsimus proferre ſententiam. Epictetus epiſcopus dixit: Sed curſus publicus non ſufficit ſubuectui epiſcoporum. Liberius dixit: Eccleſiaſticæ cauſæ publico curſu non egent. Eccleſiæ nanqꝫ ſufficiunt uſqꝫ ad mare perducere ſuos epiſcopos.

Imperator dixit: Quæ dudum ſuſceperunt formam, ſolui non poſſunt. Plurimorum nanqꝫ epiſcoporũ debet ualere ſentẽtia. Tu ſolus es qui amici-

 tias illius

tias illius ſcelerati defendis. Liberius dixit: Imperator, nunquam audiuimus abſente accuſato Iudicem eius ſcelera proferentem, niſi quia propria uidentur hæc odia. Imperator dixit: Omnibus quidem nocuit in communi, nulli tamen ita ſicuti mihi. Cui cum non ſufficeret interitus fratris mei maioris, ne beatæ quidem memoriæ Conſtãtem ceſſauit in mei inimicitias frequenter impellere, niſi nos maiori manſuetudine detenti, impellentis momenta temperaſſemus. Nulla itaq; mihi uictoria eſt, neq; contra Magnentium uel Syluanum, niſi illum ſceleſtum ab eccleſiaſticis rebus expulero. A

Liberius dixit: Noli per epiſcopos tuas uindicare inimicitias. Manus enim eccleſiaſticorũ ad ſanctificandum uacare debent. Quapropter ſi tibi uidetur, iube uocari ad loca propria ſacerdotes, & ſi concordes apparuerint ei quem nos in præſenti defendimus ſecundum fidem orthodoxam in Nicæna ſynodo conſtitutam, tunc conuenientes prouidebunt pro mundi pace, ut homo qui non peccauit, nõ reprobetur iniuſte. Imperator dixit: Vnum eſt quod quæritur. Volo enim te amplectentem eccleſiaſticam communionem Romam denuo deſtinare: & propterea concorda paci, & ſubſcribens Romam reuertere. Liberius dixit: Romæ iam fratribus uale dixi. Maiores enim ſunt eccleſiaſticæ ſanctiones, quàm Romanæ habitatio ciuitatis.

Imperator dixit: Ergo trium dierum ſpatium ad deliberationem habes, an uelis ſubſcribens Romam reuertere, aut cogitare in quem uelis deportari locum. B Liberius dixit: Spatium trium dierum rationẽ nequaquam mutare poteſt. Quapropter quò uoles mitte me. Imperator autem poſt duos dies examinato Liberio, & nequaquã à ſuo propoſito reuocato, iuſſit eum in Berœam Thraciæ in exilium deportari. Egredienti Liberio, Imperator ad expenſas quingentos ſolidos deſtinauit. Tunc Liberius deferenti dixit: Vade da eos Imperatori: opus enim habet ſuis militibus erogare. Similiter & Auguſta totidem ei miſit. Liberius dixit: Redde hæc Imperatori: opus enim habet his ad expenſas militum ſuorum. Si autem Imperator his non habet opus, det eos Auxẽtio & Epicteto. Illi enim opus his habẽt. Cumq; ab eis nihil accepiſſet, Euſebius eunuchus obtulit ei alios ſolidos. Cui Liberius ait: Totius orbis eccleſias deſolaſti, & tanquam damnato mihi hæc affers? uade prius diſce eſſe Chriſtianus. His ita geſtis, poſt tres dies nihil accipiens, miſſus in exilium eſt.

Cap. XVIII

Liberius apud Berœã Thraciæ exulat

Matronæ Ro. ſollicitæ de reditu Liberij Pontificis

VEritatis itaq; propugnator & uictor in Thraciã (ſicut iuſſum fuerat) uſq; peruenit. Duobusq; tranſactis annis Conſtantius Romã uenit. Procerum uero Senatorumq; coniuges rogabãt uiros ſuos, ut Conſtantio ſupplicarent, ut paſtorem gregibus reſtitueret. Aiebant enim, quod niſi flecterent animum principis, eos ipſæ relinquerent, & ad paſtorem illum maximum properarent. At illi dixerunt, Nos furorem principis formidamus, nec forte aliquam ueniam promeremur. Sed uobis, inquiunt, magis rogantibus

A tibus forſitan parcet.& alterū è duobus fiet, aut preces ſuſcipiet: aut ſi flecti nequiuerit,ſine aliqua iniuria uos dimittet. Hoc conſiliū mulieres illæ laudibus maximis efferendæ percipientes, cū ornatu ſolito adierūt Imperatorę, ut ex ueſte ſublimi inſignes eas & nobiles arbitratus, reuerentiā ipſis exhiberet & parceret. Adeuntes uero principem tali uoce clamabant: Miſerere tantæ ciuitatis paſtoris prouidentiā nō habentis, quę luporū patet inſidijs. At ille reſpondit,nō egere paſtore alio ciuitatē. Eſſe nanq; pontificem, qui eorum curā haberet. Poſt magnū nanq; Liberiū quidā diaconorū eius Felix nominé,fuerat ordinatus. Is expoſitā in Nicæa fidem inconcuſſe ſeruauit,ſed corruptoribus eius ſine diſcretione cōmunicabat. Nullus tamen Romæ habitantiū in baſilicā ingreſſus eſt,cū ille intus aſtaret. Hoc aūt etiā matronæ illæ Imperatori dixerunt: Qua gratia flexus,præcepit illum inter oēs egregiū reuocari,& utrunq; eccleſiā gubernare cōmuniter. His ergo literis in Circenſi ſpectaculo relectis,populus clamabat,iuſtā principis eſſe ſententiā: ſicut enī dupliciter coloribus diuiſi ſunt ſpectatores, ſic oportere alterū his,alterū alijs præſidere. Cū ergo primitus Principis literis ſic fauiſſent,poſtea cōmoti cōmuni uoce clamauerūt: Vnus deus, unus Chriſtus,unus epiſcopus. Ipſas enim uoces & ego iuſtū ponere iudicaui. Poſt has uero Chriſto amabilis populi pias & iuſtitia exornatas uoces ſanctiſsimus quidē Li-

Felix loco Liberij pontifex ordinatus.

Vox populi Romani

B berius eſt reuerſus. Felix autem recedens habitauit in alia ciuitate.

SOCRATES Cap. XIX

EA tempeſtate Leontio moriente, qui hæreticū Aetium diaconū ordinauerat,Eudoxius Germaniciæ epiſcopus,quæ eſt ciuitas Syriæ,cum eſſet tūc Romæ præſens,finxit ſibi cauſam neceſsitatis incūbere,& Imperatori callide loquutus,quaſi ciuitas Germanicianorū ipſius ꝓuidētia atq; cuſtodia indigeret,petijt ut remearet ad ꝓpria. Quē Princeps nihil proſpiciens,abire permiſit. At ille Cubicularios cooperātes habens, relicta ciuitate ſua Antiochenū uſurpauit epiſcopatū. Fouere nanq; ſtudebat Aetiū. Ob quā rem niſus eſt cōciliū facere ſacerdotū,& ordinationē ei reſtituere diaconatus. Quod neququā factū eſt,eo quod magis ualeret odiū contra Aetiū, q̄ Eudoxij deſideriū. Et de his quidem tantū noſſe ſufficiat.

Eudoxius Germanicienſiū epiſcopus uſurpat Antiochenam ſedem.

Eudoxius nititur Aetium reſtituere

Cap. XX

EOrum igitur qui in Arimino cōuenerunt, Orientales ea quę de Athanaſio geſta ſunt, ſilentio tradentes, ad conciliū ſe occurriſſe dicebant. Quorum ſtudio cohærebāt Vrſatius & Valens,qui ab initio quidem Arianum dogma tenuerant,in medio autem Homouſianis conſenſerant, dato libello Romano pontifici,ſicut iam dictum eſt. Iſti nanq; ſemper ad partes pro tempore ualentium declinabant. Quorum adiutores erant Germinius, Auxentius, Demophilus,& Gaius. Dum ergo in concilio præſentium alter aliud proponere conaretur, tunc Vrſacius & Valens dicebant, omnia quæ de fide dicta ſunt,debere ſuſpendi: & ſuſcipiendam nouellam expoſi-

Synodus Ariminenſis.

Vrſatius Valens

 tionem

tionem, quam paulò ante Sirmij conuenientes ædiderant. Hæc dicentes A & chartulam præ manibus habentes legi fecerũt ſecundum expoſitionem fidei Sirmij prolatam, quam ibi quidem (ſicuti prædixi) celauerunt, Arimini autem oſtenſa eſt. Cuius exemplum hoc eſt:

EXPOSITA FIDES APVD SIRMIVM PRAESENTE DN. Conſtantio Aug. coss. Euſebio & Hypatio, xi kal. Iunias.

Fides Sirmienſis ſynodi, lecta Arimini

Credimus in unum & uerum deum, patrem omnipotentem, creatorem & opificem omnium. Et in unum unigenitũ filium dei ante omnia ſecula, & ante omne principiũ, & ante omne quod cogitari poteſt tempus, & ante omnem perceptibilem cogitationem natũ impaſsibiliter ex Deo, per quẽ & ſecula perfecta & omnia facta ſunt. Natum autem unigenitum ſolum ex ſolo patre, Deum ex Deo, ſimilem generanti patri ſecundum ſcripturas: cuius generationem nullus nouit, niſi ſolus, qui genuit eum, pater. Hunc nouimus unigenitũ eius filiũ nutu paterno ueniſſe de cœlis ad deſtructionem peccati, & natũ ex Maria uirgine, & cum diſcipulis conuerſatũ, & omnem compleſſe diſpenſationẽ ſecundum paternã uoluntatem: crucifixũ & mortuum, & ad infernos deſcendiſſe, & quæ ibi erant diſpenſaſſe: quem ianitores inferni uidentes expauerunt: & die tertia reſurrexiſſe, & cum diſcipulis conuerſatũ: & quadraginta diebus expletis, in cœlos aſcendiſſe, & ſedere à dextris patris: & uenturũ nouiſsima die in gloria patris, ad reddendum unicuiq; ſecundũ opera ſua. Et in ſpiritum ſanctũ, quẽ ipſe unigenitus dei filius B Ieſus Chriſtus mittere cõpromiſit generi hominũ conſolatorem, ſecũdum quod ſcriptũ eſt: Vado ad patrem meũ, & rogabo patrem meum, & alium conſolatorem mittet uobis, ſpiritũ ueritatis, ille ex meo accipiet, & docebit, & cõmemorabit uobis omnia. Nomen uero ſubſtantiæ eo quod ſimpliciter à patribus poſitũ, à populis ignoretur, & ſcandalũ faciat, & quia nec ſcripturæ hoc continent, placuit abrogari, & omnino nullam memoriam ſubſtãtiæ in deo eſſe deinceps, eo quod diuinæ ſcripturæ nuſquã de patris ſubſtantia filijq; meminerint. Similem uero dicimus filiũ patri per omnia, ſicut ſanctæ ſcripturæ dicunt ac docent. His itaq; lectis cõſurgentes, quibus hæc diſplicebant, aiunt: Non fide egentes huc uenimus (integram nanq; ſeruamus, quam percepimus ab initio) ſed magis ut ſi qua circa hæc nouitas ſit, omnino prohibeamus. Si ergo hæc quæ lecta ſunt, nullam faciunt nouitatem, aperte iam anathematizate hæreſim Arianam, ſicut & alias hæreſes regula eccleſiæ tanquã blaſphemas abiecit. Quo enim blaſphemũ Arij dogma turbas eccleſiæ, quæ etiã nunc fiunt, excitarit, atq; ſeditiones, toto orbi terrarũ ualde notum eſt. Hæc ergo propoſitio dum ab Vrſacio & Valente & reliquis ſuſcepta non fuiſſet ad plenũ, diuiſit eccleſiã. Alij nanq; his, quæ Arimini ſunt lecta, conſenſerunt: alij uero Nicænam denuo roborauerunt fidem. Deriſerunt aũt conſcriptionẽ illius lectionis, & maxime Athanaſius

Nomen ſubſtantiæ

Schiſma

Alexan-

A Alexandrinæ ciuitatis epiſcopus in epiſtola quam ſuis familiaribus deſtinauit: quam qui legit, inueniet ꝙ forti dictione ſit plena.

THEODORETVS

Dicebant aũt Ariani conuenientes in Arimino, uolentes Heſperijs ſuadere ſimplicibus, quod non oporteret propter duo uerba, quæ nec inuenirentur ſcripta, ſeparari corpus eccleſiæ, ſed ſimilem per omnia profiteri filium genitori, ſubſtantiæ uero tacere nomen. Sed fallaciã ſentientes horum Homouſiani pontifices, eos abdicauerunt. Atqꝫ literis inſinuauerunt Imperatori propriam uoluntatem, dicentes filios ſe eſſe patrũ Nicæni concilij, pariter & hæredes. *Athanaſius aduerſus ſynodum Ariminenſem*

SOCRATES

Hoc tamen ſciendum, quoniã ſynodus quidem Vrſatiũ, & Valentem, Auxentiũ & Germiniũ, Caium & Demophilum, eorumqꝫ ſocios condemnauit, Arianũ dogma anathematizare fugientes. Qui propter hãc damnationem indignati, ad principem celeriter uenerunt, portantes lectam in concilio fidem *Ariani damnati*

THEODORETVS

Apertius aũt integram fidei regulam eorum epiſtola ad Conſtantium ſcripta monſtrauit. Cuius uerba ſunt hæc: Cap. XXII

Diuina iuſsione, & pręcepto pietatis tuæ, olim dogmatizata credimus. In Ariminũ nanqꝫ ex uniuerſis Occidẽtalibus ciuitatibus omnes con B uenimus ſimul Epiſcopi, ut & fides catholica cognoſceretur eccleſiæ, & qui contraria ſapiunt, panderentur. Multum nanqꝫ diſceptantibus nobis inuenimus optimũ eſſe, ſtatutam fidem antiquitus permanere, quam etiã Prophetæ, Euangelia, necnon apoſtoli per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum prædicaſſe noſcunẽ (qui & tui regni protector, tuæqꝫ ſalutis auxiliator eſt) ut hanc tenentes cuſtodiamus, & cuſtodientes ad finem uſqꝫ ſeruemus. Incongruũ enim nephariumqꝫ uidetur, ex his quę recte iuſteqꝫ definita ſunt, aliquid immutare, id eſt, horum quæ Nicææ cõmuniter cum glorioſiſsimo Conſtantino tuo patre & Imperatore, deliberata atqꝫ defixa ſunt. Quorũ doctrina atqꝫ ſenſus diſcurrit & prædicatus eſt in omnium hominum auditus atqꝫ mentes. Hæc fides ſola Arianã hæreſim expugnauit & perdidit, per quam non illa ſola, ſed etiam reliquæ hæreſes ſunt damnatæ. Cui uere addere quicquã incautũ eſt, & auferre periculoſum. Et ſiquidem horum alterum fiat, erit inimicis facultas agendi quæ uolunt. Quapropter Vrſatius & Valens quoniã participes & concordes Ariani dogmatis erant, à noſtra ſunt cõmunione ſegregati. Quam ut reciperẽt cognoſcentes delicta quibus peccauerunt, pœnitentiam atqꝫ ueniam impetrare poſcebãt: & reſcripta eorum hæc ita habere ſe teſtantur, per quæ criminum ueniam conſecuti ſunt. Erat enim tempus quo hæc geſta noſcuntur, quando Mediolani ſynodus celebrata eſt, pręſentibus eccleſiæ Romanæ presbyteris. Cognoſcẽtes uero ſimul etiã poſt mortem dignũ memoria Conſtantinũ, cum omni integritate *Vrſatius Valens*

tate

tate & examinatione conſcriptã expoſuiſſe fidem, qui cum ab hac luce baptiſmate præcepto diſceſſerit, & ad præmia debitæ pacis abierit, incongruũ eſſe iudicamus poſt illũ aliquid nouitatis admittere, tantosq; ſanctos con- A
Vrſatius uidelicet & Valẽs feſſores & martyres, & huius dogmatis conſcriptores, inuentoresq; deſpicere, qui ſecundum antiquam eccleſiæ ſanctionem per omnia ſapuiſſe noſcuntur. Quorum fidem deus in tempora imperij tui tranſmiſit, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem tibi imperium tale conceſſum eſt, ut etiam noſtri orbis terminos obtineres. Rurſus ergo infelices iſti, & ſapientia uiliſsimi, præſumptione nepharia impiæ cogitationis prædicatores ſemeipſos annuntiarunt, & ueritatis terminum mutare contendunt. Dum enim ſecundum tuum præceptum concilij iura celebrarentur, illi conſilium ſuæ fallaciæ nudauerunt. Nitebantur enim calliditate quadam atq; ſeditione aliquid nouitatis inferre. Huiuſmodi enim malitiæ captos inuenimus Germanum quendam & Auxentium atque Gaium, hæreſim contentionemq; facientes. Quorum doctrina una quidem exiſtens uniuerſam molem blaſphemiarum tranſcendere cõprobatur, Qui cum uiderẽt nos neq; ipſorum uoluntatis eſſe, neq; concordes his, quæ male ſapere uidebantur, à noſtro ſe concilio mutauerunt, ut quaſi aliud conſcribere uiderentur. Erat uero tempus breue, quod etiam eorum aperuit uoluntates. Sed ut non ſemper eccleſiaſticæ cauſæ in eaſdem incurrant concuſsiones (nam turba atq; ſeditio repetita, uniuerſa cõfundit (firmum nobis uiſum eſt, ut quæ dudum decreta ſunt, legaliter immutabiliterq; ſeruentur. Prædictos autem uiros à noſtra communione ſecreuimus. Qua de cauſa legatos ad tuam manſuetudinem miſimus, concilij ſententiam per noſtrã denuntiaturos epiſtolam. Legatis autem præ omnibus iſta præcipimus, ut ueritatem affirment ex priſcis & iuſtis rationibus exponentes, qui etiam tuam religionem inſtruant: quoniam non (ſicut ait Vrſatius & Valens) erit pax, ſi quid iuſtarum ſanctionũ fuerit immutatũ. Quomodo enim pax eſſe credenda eſt apud eos, qui pacis iura ſubuertunt? Contentio enim & ſeditio per hæc inter reliquas ciuitates & eccleſiam Romanam potius orietur. Quapropter tuæ manſuetudini ſupplicamus, ut placidis auribus noſtros Legatos & oculo tranquillo reſpicias: neq; ad iniuriam defunctorum noui aliquid immutari permittas, ſed permanere nos ſinas in his, quæ progenitoribus definita atq; ſancita ſunt, quippe quos omnia cum deliberatione atq; ſapiẽtia & ſpiritu ſancto celebraſſe confidimus. Ea enim quæ ab illis nunc innouantur, credentibus quidem incredulitatẽ inferunt, nõ credentibus uero credulitatem. Supplicamus itaq; ut præcipias eos, qui per diuerſa loca detinẽtur, quos & ætatis grauamen & anguſtia paupertatis affligit, ad propria remeare, ne deſolatæ ſublatis epiſcopis uideantur eccleſiæ permanere. Super hæc aũt etiam hoc rogamus, ut nihil his, quæ iam terminata ſunt, aut addatur, aut adimatur: ſed B

A tut:ſed omnia inuiolata permaneāt,quę & à pietate tui patris,& tuis quoq; ſunt cōſeruata temporibus:neq; deinceps nos fatigari, & à proprijs parœcijs alienos eſſe permittas,quatenus epiſcopi cū proprio populo in pace orare,& diuino cultui uacare poſsint, ſupplicantes deo pro pace tui imperij pariter & ſalutis, quā tibi diuinitas in perpetuū largiatur. Noſtri uero Legati, epiſcoporum ſubſcriptiones & nomina deferunt,qui etiam lectione diuinę ſcripturæ religionem tuam poterunt edocere.

SOZOMENVS

Hæc itaq; ſynodus ſcripſit, & per epiſcopos deſtinauit. Vrſatius autem & Valens eorū præuenientes aduentum,derogauerunt concilio:oſtendentes Imperatori expoſitionem fidei quam portabant.Imperator Ariano dogmati fauens,indignatus aduerſus ſynodum, Vrſatium atq; Valentem potius honorauit.Quamobrem qui à Concilio fuerant deſtinati, tardauerūt, non ualentes impetrare reſponſum . Sero tamen ad ſynodum Cōſtantius per præſentes Epiſcopos huiuſmodi ſcripta miſit. Cap. XXII

CONSTANTIVS VICTOR AC TRIVMPHAtor Auguſtus, uniuerſis epiſcopis Arimini congregatis s.

Semper equidem & præ omnibus cogitate nos de ſacra & adotanda lege,non ignorat ueſtra benignitas. Nunc aūt uiginti, quos ueſtra ſapientia deſtinauit,Epiſcopos,Legationis ſuæ cauſa interim uidere nequiuimus, cū ſit nobis neceſſariū circa Barbaros iter, & (ſicut noſtis) deceat animo puro ab omni cogitatione utilitatem diuinæ legis examinare. Iuſsimus igitur epiſcopos in Adrianopoli noſtram expectare regreſsionem , ut cum uniuerſa reſpublica fuerit bene diſpoſita,tūc quæ geſſerint audire poſsimus. Veſtræ autem ſanctitati nō uideatur oneroſum eorū expectare regreſſum , ut dum redeunt noſtrum uobis referentes reſponſum, perducere poſsitis ad terminum,quæ eccleſiæ catholicæ utilia eſſe noſcuntur. *Viginti Epiſcopi legati* B

Has literas ſuſcipientes epiſcopi,talia reſcripſerunt: Cap. XXIII

Literas clemētiæ tuæ ſuſcepimus domine,deo amabilis Imperator: quibus continetur, quod ptopter neceſsitatem publicam interim non potuiſti noſtros uidere Legatos:noſq; iubes ut eorū expectemus aduentum, donec ea quæ à nobis decreta ſunt, & noſtris progenitoribus cōſonare noſcuntur, ab eis pietas tua cognoſcat. Quamobrem & nunc per has literas profitemur atq; firmamus nequaquam nos à propoſito noſtro recedere. Hoc etiam noſtris legatis iniunximus . Supplicamus igitur,ut animo tranquillo & præſentes noſtræ mediocritatis literas relegi iubeas,& illa quę per legatos noſtros mandauimus, libenter accipias. Illud itaq; nobiſcum conſiderare tua manſuetudo debet , quanta ſit modo triſtitia , quantuſq; mœror,u t felicisſimis temporibus tuis,tantæ eccleſiæ priuatæ uideantur epiſcopis. Et *Literæ ſynodi Sirmienſis*

Epiſcopi exules pis. Et propterea rurſus tuam clementiam deprecamur domine deo amabilis Imperator, ut ante aſperitatē hyemis (ſi tamen tuæ placet pietati) nos ad noſtras eccleſias remeare præcipias, ut etiam nunc poſsimus omnipotenti deo, & domino ſaluatori noſtro Chriſto, eius filio unigenito, pro tuo imperio ſolennes orationes celebrare cum populo. A

Cap. XXIIII

CVm hæc ſcripſiſſent, & modicum expectaſſent tempus, Imperatore nullum dante reſponſum, ad ciuitates proprias redierunt. Princeps autem cum & prius cōtenderet Arianam ſectam per eccleſias ſeminare, occaſionem iniuriæ ſuæ illorum habuit diſceſsionem, dicens ſe contemptum, eo quod præter iuſsionem ipſius conciliū uideretur eſſe ſolutum. Quapropter Vrſacio, & his qui circa eum erāt, permiſsionē dedit contra eccleſias agendi cōfidenter quodcunq; placuiſſet. Explanationē uero lectæ in Ariminο fidei iuſsit per eccleſias Italiæ deſtinari, præcipiens ut nolentes ei ſubſcribere pellerentur eccleſiis, & in eorum locum alij ſubrogarentur epiſcopi.

SOCRATES Cap. XXV

VRſatius autem eiq; conſentientes ab Italia diſcedentes, uenerunt ad ciuitatem Thraciæ, nomine Nicæam: ubi breui tempore cōmorantes aliud fecere concilium. Et lectā in Arimino expoſitionem fidei Græco interpretantes eloquio publicatā confirmauerūt: & poſtea diuulgabant eā eſſe fidem, quæ ab uniuerſali concilio & dictata eſſet & edita Nicææ, ut ſimilitudine nominis Nicæni ſimpliciores hac ſubreptione deciperent. Putabant enim in Nicæa Bithyniæ eſſe dictatā fidem. Sed nihil profuit eis tale commentum. Paulo poſt nanq; confuſi atq; deriſi ſunt. B

Nicæa Thraciæ

THEODORETVS Cap. XXVI

INterea ſentiens Athanaſius ſibi inſidias parari, nequaquam ad Imperatorem uenire præſumpſit: neq; hoc utile iudicauit, ſed electos ex Aegypto quinq; epiſcopos, inter quos Serapionem Thmuienſem uirū pręcipua uita ſanctum, & ad loquendum ualde copioſum, mittit ad Principem tunc in occidente degentem (cum quibus etiam tres presbyteros) per quos ſibi placaret Imperatorem, ut pro derogationibus ſatisfacerēt inimicorū, aliaq; facerent, quæ ei, uel eccleſiis expedirent. Quibus nauigantibus, paulo poſt litteræ uenerunt Imperatoris euocantes eum. Ob quā rem & Athanaſius & populus eſt turbatus, cum neq; hæretico Imperatori obedire cōſultum eſſet, neq; reluctari periculo uacaret. Veruntamen ire diſtulit, & literarū baiulus ſine effectu reuerſus eſt. Superueniente autem æſtate ueniens alius ab Imperatore nuntius cum prouinciæ Iudicibus, cogebat eum: cleroq; nimis erat infeſtus. Porrò populum paratū uidens ad bellum etiam iſte reuerſus eſt. Non multo poſt tempore congregantur ex Aegypto & Libya Legiones. Et cum nuntiatū fuiſſet celari Athanaſiū in eccleſia, quæ uocatur Theonæ, aſſumens milites dux eorum, & Hilarium ab Imperatore denuo deſtinatum

Athanaſius uocatur ad Conſtātinū

Eccleſia Theonæ

A natum, inopinato fractis ianuis in eccleſiã introiuit, & ubiq; requirẽs Athanaſium nõ inuenit. Fertur enim, quod ſæpius diuino nuntio pericula multa effugerit, ſicut etiã deo prouidente hoc diſcrimen euaſit.

SOZOMENVS Cap. XXVII

EX his & huiuſmodi factis, ei à deo prænuntiatis, à paganis & hæreticis appellabatur Magus. Sermo nanq; fertur, quod aliquando eo procedente per ciuitatem, contigerit auolantem corniculam clamitare. Quo facto aſtans multitudo Paganorum, uelut Mago derogantes, petebãt ut eis aperiret quid cornicula illa ſignificaret. Ille uero fertur ſilentio dixiſſe ſubridens: Cras Latina lingua dies uentura ſignificatur. Hoc ergo clamans, triſtem uobis craſtinum ſignificat diem, per Imperatoris Romani iuſsionem. Et ita contigit, ut Athanaſii ſermo licet deriſus fuerit, ueneritad effectum. Altera nanq; die principis literæ uenerunt ad iudices, iubentes ut Pagani ſua ingredi non permitterentur templa, neq; ſolennes ſuperſtitiones feſtiuitatesq; celebrarent. Tunc ergo feſtiuitas eorum uenerabilis, generaliſq; deſtructa eſt.

Athanaſius inſimulatur magiæ

Athanaſii uaticinium

SOCRATES Cap. XXVIII

CVm igitur frequenter (ſicuti dictum eſt) Athanaſius pericula declinaſſet, clerus & populus ei fauẽs tenebat eccleſias, donec Præfectus (ut di-
B ctum eſt) Aegypti, & dux militum eijcientibus eos & ſuſtinentibus, Georgio eas contraderent. Qui non multo poſt uenit, & eccleſias ſuo iure poſſedit. Qui dum præter ſchema & mores ſacerdotij uiolentus exiſteret, & maxime circa Athanaſii laudatores, quibus utiq; uincula & plagas uiris & fœminis uelut tyrannus inferebat, accenſus populus penè peremerat eum, niſi uix ereptus fugiſſet ad principem. Quo facto ruſus ſequaces Athanaſii, eccleſias multo tempore tenuerunt. Quas iterum ueniẽs dux Aegypti, Georgij noſcitur tradidiſſe fautoribus. Poſt hæc aũt Exceptore principis ueniente, multi Alexandrinorum ſupplicio traditi ſunt. Poſt quem etiã ipſe Georgius terribilior ſuperuenit, & priori tempore magis exoſus, tanquã qui mouerit principem ad multorum necem. Cui utiq; derogabant Aegyptij monachi, quorum gloriam multitudo uniuerſa ſequebatur, & uera eorum teſtimonia iudicabant: quia in ſummæ philoſophiæ uirtute degebant.

Forte ſic erat uertendum, eijcientes eos, & interim tenentes

Georgius fugere cogitur

THEODORETVS

Quod autem expoſitã fidem in Nicæa Thraciæ omnes accuſent milites ueritatis, & præcipue inhabitantes Heſperiã, teſtantur literæ ab eis ad Illyricum deſtinatæ. Quarum literarũ autor fuit epiſcopus eccleſiæ Romanæ tunc Damaſus, qui poſt Liberium pontificatus iura ſuſceperat multis uirtutum ornatus inſignibus. Habuitq; in his literis nonaginta cõſortes ex Italia, atq; Gallijs in Romana urbe cõuenientes. Quorũ nomina propter multitudinem ponere diſtuli. Textus autem epiſtolæ talis eſt.

DAMASVS, ET VALERIANVS ET CAETERI A
epiſcopi, dilectiſsimis fratribus in Illyrico con/
ſtitutis epiſcopis in domino s.

Literæ è ſyno do Ro. miſſæ in Illyricum

CREDIMVS ſanctam fidem noſtram in apoſtolorum eruditione fun/ datam, hanc uos tenere, & hanc populis uniuerſis exponere, quæ uidelicet à conſtitutionibus Patrum nulla ratione diſſentiat, per quos iuſtum eſt cæ/ teros erudiri. Sed relatione Gallicanorum & Venetorum fratrũ, quoſdam hæreſibus fauere cognouimus. Quod malum non ſolum cauere debẽt epi/ ſcopi, ſed etiam reluctari contra ea, quæ geſta ſunt imperitia aut ſimplicita/ te quorundam, prauis interpretationibus deceptorũ. Varijs ergo doctrinis non decet labefactari, ſed magis patrum noſtrorum roborari ſententiam. Auxentium igitur Mediolani præcipue in hac cauſa damnatum eſſe præ/ ſcriptum eſt. Vnde iuſtum eſt, omnes in uniuerſo Romanorũ orbe docto/ res legis ea quæ legis ſunt ſapere, & nõ fidẽ doctrinis uarijs maculare. Itaq; cum primũ hæreticorũ cœpiſſet nequitia pullulare, ſicut etiã nunc blaſphe/ mia nephandorum patet Arianorum, tunc patres noſtri trecenti decem & octo electi, habito tractatu in urbe Nicæna, hunc murũ firmiſsimum con/ tra arma diabolica ſtatuerunt: & hoc remedio uenena mortifera ſunt depul ſa, ut pater & filius unius diuinitatis, unius uirtutis, uniuſq; magnitudinis debeat credi, uniuſq; eſſentiæ ſiue ſubſtantiæ ſimul & ſpirituſſanctus. Ali/ B ter uero ſapientes alienos eſſe à noſtra cõmunione iudicauerunt. Quem ter minũ ſalutarem, adorabilemq; deliberationẽ, corrumpere quidam alijs co/ gitationibus atq; temerare uoluerunt. Sed in ipſo principio ab his ipſis, qui in Arimino renouare atq; retractare cõpellebantur uſq; ad hoc cauſa cor/ recta eſt, ut cõfiterentur alia ſibi circumuentione ſubreptum: aut certe quia non intellexerint patrũ ſententiæ, in Nicæa cõſtitutæ, hoc eſſe contrarium. Neq; enim præiudiciũ aliquod fieri potuit per numerum Arimini congre/ gatum, quando conſtat neq; Romanum epiſcopum, cuius ante omnia de/ cebat eos expectare decretum, neq; Vincentium, qui tantis annis epiſcopa tum inuiolabiliter cuſtodiuit: neq; alios talibus præbuiſſe conſenſum, maxi me cum (ſicut prædiximus) iſti ipſi, qui per conuentionẽ declinaſſe uidebã tur, ipſi denuo utentes meliori conſilio, hæc ſibi diſplicere teſtati ſint. Perſpi/ cit itaq; ueſtra integritas hanc ſolam fidem, quæ Nicææ apoſtolorum auto ritate fundata eſt, eſſe perpetua firmitate ſeruandam: & ſimul Orientales hoc facere nobiſcum, qui ſe catholicos eſſe agnoſcunt, Occidentales etiam gloriari. Credimus autem languentes in iſto conamine, non multo poſt à noſtra ſeparandos eſſe cõmunione, & ab eis epiſcopatus nomen auferri, ut populi eorum liberati errore reſpirent. Nullo enim modo à deceptione po/ terunt corrigere populum, qui deceptionis laqueo detinentur. Concordet igitur cum omnibus dei ſacerdotibus etiam charitatis ueſtræ ſententia, in qua uos

Autoritas Romani Pont.

A qua uos ſtabiles ac firmos exiſtere iudicamus. Sic ergo etiam nos uobiſcum recte credere debemus. Veſtræ nos charitatis lætificate reciprocis literis. Valete fratres chariſsimi.

Sed & maximus Athanaſius in epiſtola quam ſcripſit ad Aphros, taliter de Ariminenſi concilio diſputauit.

SOZOMENVS Cap. XXX

HIs itaq; prolatis, quis recipiat eos qui Ariminenſe aut aliud concilium præter Nicænũ nominare præſumunt? aut quis nõ habeat eos odio, qui reſpuunt quidem cõſtitutiones patrũ, & ea quæ nuper Arimini contentioſe atq; uiolenter compoſita ſunt præponunt? quis iſtis concordabit hominibus ne propria quidẽ recipiẽtibus? Nam in ſuis decẽ & amplius (ſicuti prædixi) concilijs alio tempore aliud conſcribentes, manifeſti ſunt, quia ſingula eorum accuſare noſcunt. Et hoc patiuntur, quod tunc Iudæi proditores perpeſsi ſunt. Nam ſicut illi relinquentes ſolum fontem aquæ uiuentis, lacus ſibimet foderunt, qui aquã continere non poſſunt, quod ſcriptum eſt apud Hieremiam prophetã: ſic & iſti reluctantes uniuerſali concilio, foderunt ſibi multa cõcilia, quæ apud eos inania & uirtutem non habere cõſtat. *X. concilia Arianorum*

Non igitur patiamur eos qui præter Nicænum Ariminenſe præſumũt, uel aliud nominare concilium: cum & ipſi qui Ariminenſe ſuſcipiunt, ignoraſſe quæ in eo geſta ſunt noſcantur, nam tacere potuerant. Noſtis enim chariſsimi, cognoſcentes & uos à ueſtris qui tunc adfuerunt Arimini, quod Vrſacius & Valens, Eudoxius & Auxentius, ſimulq; Demophilus condemnati ſint, uolentes aliud quàm ſtatutum eſt Nicææ, conſcribere, quando compulſi anathematizare Arianam hæreſim reſpuerunt, cui potius patrocinari conati ſunt. Epiſcopi uero, uere integri domini ſerui recteq; credentes, ferè ducenti conſcripſerunt ſufficere Nicænam ſolummodo fidem, & nihil amplius nihilq; minus præter illam quærere uelle ſeu ſapere. Hæc enim etiam Conſtantio ſignificauerunt, qui iuſſerat celebrari concilium. *CC. Epiſcopi Ariminenſis ſynodi aduerſi Arianis*

B

SOCRATES Cap. XXXI

INterea Macedonius uicinas Conſtantinopolitanæ urbi prouincias ciuitatesq; turbabat, excitãs miniſtros proprij languoris aduerſus eccleſias, & in Cyzico quidem Eleuſiũ fecit epiſcopum, in Nicomedia Marathoniũ, qui primum diaconus fuerat, habens ſtudium conſtituendi monaſteria uirorum ac fœminarum. Is itaq; Macedonius epiſcopatu potitus, affligebat eos qui ipſi conſentire fugiebant, & non ſolum orthodoxos, ſed etiam Nouatianos, ſciens eos quoq; Conſubſtantialitatis nomen ſuſcipere. Quorũ epiſcopus Agelius perſecutione faciẽte fugit. Plurimi uero inſignes uiti detenti, nolenteſq; ei communicare, puniti ſunt. Qui poſt tormenta uiolenter cõmunionem ore ſuo ſuſcipere & tenere cõpellebantur. Ligno nanq; ora hominũ aperientes, eis ſacramenta inſerebant. Porrò mulieres & paruulos *Macedonij tumultus, & ſæuitia & odiũ. Eleuſius. Marathonius*

arripientes,cõmunicare cogebant. Si quis uero contradiceret, mox plagæ, A uincula & tormenta ſequebantur, ita ut etiam fœminarum cõmunicare nolentium mammillas in arca cõprimentes abſcinderent. Aliarũ uero aut ferro aut ouis ardentibus eadem membra comburerent. Quod ego ab Auxonio ſene, qui eadem ſupplicia eſt paſſus, audiui.

Auxonius

SOCRATES

Hæ igitur Macedonij pro Chriſtianitate ortæ ſunt actiones, cædes, pugnæ, ſollicitationes, inteſtina bella. Quæ res non ſolum apud eos qui lædebantur, ſed etiam apud familiares ei odiũ uehementer excitauerunt. Offendit autẽ etiã ipſum Imperatorem, & pro hoc, & pro alia huiuſmodi cauſa. Domus in qua erat arca Conſtantini principis corpus habens, ruinam minabatur. Ideoq́; cuſtodes eius & qui ad orationem intrabant, erant poſiti ſub timore. Macedonius ergo cogitauit Imperatoris oſſa transferre, ne arcam ruinæ caſus cõprimeret. Hoc cognoſcentes populi prohibebant, dicentes, non oportere principis oſſa transferri, ne quaſi exſopiri uiderentur. Ob quam rem in duas partes populus eſt diuiſus, alijs dicentibus nullam eſſe translato mortuo læſionẽ, alijs aſſerentibus eſſe nephas. Cum quibus etiã erant ὁμουσίῳ defenſores. Macedonius autem paruipendens uerba contra dicentium, tranſtulit corpus Imperatoris in eccleſiam, ubi corpus iacet martyris Acacij. Quo facto, concurſus diſcordantium populorum ad illam uenit eccleſiam, & ad manus uſq; peruentum eſt, ita ut multi hominum morerentur, & ueſtibulum eccleſiæ ac uicina porticus ſanguine cõpleretur. Hoc cognoſcens Imperator, iraſcit̃ Macedonio, & propter eos qui mortui ſunt, & quia corpus patris eius abſq; ipſius conſilio transferre præſumpſerit. Relinquens ergo gubernatorem Heſperiarum partium Cæſarem Iulianum, ipſe proficiſcebatur ad Orientem. B

Conſtantius ſuccenſet Macedonio

THEODORETVS Cap. XXXII

Leontius Antiochenus

LEontius autẽ Antiochenus epiſcopus, cum eſſet Arianus, languorem ſuum celare nitebat̃. Videnſq́; diuiſos ſacerdotes, & populum, & alios dicentes, Gloria patri & filio: alios, Gloria patri per filium & ſpiritui ſancto, ipſe ſub ſilentio dicebat orationem, & nihil aliud audiebant adſtantes, niſi cum diceret, in ſecula ſeculorum. Et ſi quidem hoc non malo animo feciſſet, diceretur quod pro concordia populi fieret. Sed quia etiam contra milites ueritatis acuebatur, & non niſi hæreticos prouehebat, oſtendebatur celare peſtem, modo amore populi, modo formidine preſſus Imperatoris, qui filium diſsimilem prohibuerat dici. Ea tempeſtate Aetius magiſter Eunomij, qui Arij blaſphemiam ſuis opinionibus auxerat, in Diaconatus ordine miniſtrabat. Sed Flauianus & Diodorus monachicam quidem amplectentes uitam, clare autem pro Apoſtolicis dogmatibus laborantes, epiſcopi Antiocheni redarguerunt quas contra pietatem gerebat inſidias, dicentes, cum

A tes,eum elegiſſe uirum ſtudijs malis imbutum,qui impietatis cauſa culmen ſumpſiſſet potentiæ, atq; ad eccleſiæ cladem diaconatus haberet nomen. Minabantur autem etiam ab Apoſtolica cum cõmunione ſuſpendi, & ad Heſperiã uenientes,ea quæ callide gerebantur aperire.Hoc metuẽs Leontius,ab officio ſuſpendit Aetiũ,alijs tamen rebus fouebat eum.Porrò mirabilis illa ſocietas,id eſt,Flauianus & Diodorus, ſacerdotali miniſterio nondum potiti,populis tamen admodũ placentes, noctibus ac diebus cunctos ad zelum pietatis armabant.Iſti nanq; primi in duas partes choros pſallentium diuidentes,ex ſucceſsione Dauidicam melodiã cantare docuerunt. Et hoc in Antiochia primitus fieri cœpit: & diſperſum ad terminos totius orbis uſq; peruenit.Iſti diuinos amatores ad ſepulchra martyrum prouocantes,Vigilias celebrabant,cum illis laudantes deum. Hæc Leontius intuens, prohibere quidem iudicauit inconſultum,cum uideret multitudinem ualde uiris illis optimis adhærere.Sed utens manſuetudine uerborũ, poſcebat ab eis ut has feſtiuitates in eccleſiis potius celebrarent. Cuius quidem calliditatem integre cognoſcentes,quod uidebatur egerunt,& amatores ſuos ad eccleſias congregarunt,ut alacriter deum concordi uoce laudarent. Sed Leontius flexus non eſt,ut à ſua malicia temperaret. Vultum nanq; manſuetudinis gerens, Stephani & Laciti celauit iniquitatẽ. Hos enim aduerſarios dogmatis recti ſuſcipiens,licet turpem habentes uitã,ad presbyteratus tamen ordinem & diaconatus euexit. Eos aũt qui uniuerſis uirtutibus ornabãtur, & apoſtolica dogmata defendebant,abſq; honore deſeruit.Hac gratia clerus quidem multos habebat hæreticos: populus uero maxime pro dogmatum rectitudine decertabat,ita ut neq; doctores illorum blaſphemiã ſuam nudare præſumerent. Quid autẽ Lacitus & Stephanus atq; Leontius impietatis atq; iniuſtitiæ Antiochiæ geſſerint,opus propriæ conſcriptionis requirit. Nos autem ad reliqua ueniamus.

Actio interdicitur uti officio diaconi.

Inſtitutio pſalmodiæ

Vigiliæ apud ſepulchra

Stephanus
Lacitus

B

Cap. XXXIII

GErmanicia ciuitas eſt in termino Ciliciæ, Syriæ, & Cappadociæ conſtituta. Huius urbis eccleſiæ præſidebat Eudoxius, qui moriẽte Leontio,arripuit Antiochiæ ſedem, & cœpit ſua ferocitate uineam uaſtare dominicam. Neq; iam celabat(ſicuti Leontius) maliciam ſuam, ſed aperte Apoſtolicis dogmatibus repugnabat, & orthodoxos multis cladibus affligebat.Eo tempore Ancyranæ eccleſiæ poſt Marcellum Baſilius præſidebat. Euſtathius uero Sebaſteæ Armeniæ:qui iniquitatem Eudoxij & rabiem cognoſcentes,Conſtantio in Occidente poſito literis ſuis indicauerũt. Erãt enim Imperatori noti, & propter claritatem uitæ eius fauore potiebantur. Quod cum cognouiſſet Conſtantius,ſcripſit quod non ipſe Eudoxio eccleſiæ conceſſerit Præſulatum, ſicut ille uulgabat:ipſumq; Eudoxium expelli, & pœnas geſtorum ſuorũ in Nicæa Bithyniæ dare præcepit,iubens ibi celebrari concilium. Ipſe enim Eudoxius egerat apud potentes Palatij, ut in

Eudoxius accuſatur apud Conſtantium

Nicæa ſynodus ageretur. Sed omnium præſcius deus, cognoſcens futura ac ſi iam fuerint geſta, quodam terræmotu terribili prohibuit concilium celebrari. Plurimam nanq; ciuitatis partem terræmotus ille deſtruxit, & multos habitantium interemit. Hoc cognoſcentes qui conuenerant, ad ſuas reuertuntur eccleſias. Arbitror enim hoc dei ſapientia factum: in illa nanq; ciuitate aduerſus Arium à ſanctis patribus apoſtolicæ fidei doctrina prolata eſt. Et forte ſecunda congregatio potuit illic ſancire contraria, ut Arianis occaſio eo nomine præberetur, quo magis ſimpliciores capere poſſent, tanquam illam ueterem ſynodum proferentes. Sed eccleſiarum proſpector citius ſoluit tale concilium. A

SOZOMENVS

In momento ſanè temporis ciuitate concuſſa, ne fugere quidem potuerunt, ſed primo experimento periculi ſunt perempti. Fertur autem antequã fieret ea clades, quendam Vrſacium Exmilitem præuidiſſe genere Perſam, qui ſub Licinio Confeſſor effectus, relictaq; militia, in turri ciuitatis diuinã philoſophiam exercebat. Cui ſuperna uiſitatio aperte præcepit exire de ciuitate paſſura, quæ paulo poſt fierent manifeſta. Quo facto, cum uelocitate ad eccleſiam currens, nuntiauit clericis ut domino ſupplicarent, quo eos ab imminẽti periculo liberaret. Quibus cum uideretur eſſe ridiculum, reuerſus ad turrim, pronus lachrymas cœpit effundere. Interea terręmotu ſuperueniente plurimi perierunt, reliqui uero per agros & montana diſperſi ſunt. Vrſacius autẽ in illa turri repertus eſt mortuus, pronus iacens, ſicut ſolebat orare. Sermo tamen eſt, quod antequam moreretur, rogauerit deum, ut prius ipſius finiret uitam, quàm cladem inſpiceret ciuitatis, in qua prius Chriſtum cognouerat, & eccleſiaſticã uidebatur participatus eſſe philoſophiã. Is enim conuerſatione digna etiam dæmones effugabat. Quodam nanq; tempore cum quidam dæmonio uexaretur, euaginato gladio cœpit per totam diſcurrere ciuitatem: cunctisq; fugientibus, occurrens ei ſolus, & nominans Chriſtũ, uerbo mundauit uirum, & fecit ab illo furore quieſcere. Inter cuius diuerſa uirtutum ornamenta, etiã hoc meminiſſe conueniet. Erat draco ante Nicomediam, qui tranſeuntes ſuo flatu perimebat, habebatq; cubile circa quandã uallem. Quò ueniens Vrſacius, orauit. Tum ſponte egrediens ille ſerpens, ac ſecundo caput percutiens, interemptus eſt. Quod hi mihi retulerunt, qui eundem Vrſacium uiderunt. B

Vrſatius uir ſanctus miranda patrauit

SOCRATES Cap. XXXIIII

NVnc igitur de alia ſynodo, quã inſtar Ariminenſis concilij in Oriente Conſtantius Imperator fieri iuſſerat, pauca narrabo. Egerat enim primitus, ut in Nicæa Bithyniæ congregarentur epiſcopi. Quorũ conuentum prohibuit maximus terræmotus. Hoc enim contigit Cõſulatu Tatiani & Cerealis, octaua die menſis Auguſti. Tractabãt ergo tranſponere ſynodum

A nodum in uicinam Nicææ ciuitatem. Quod cum diſplicuiſſet, rurſus uole-
bant in Tarſo Ciliciæ conuenire. Deinde placuit apud Seleuciam Iſauriæ, *Cõciliũ apud*
quæ uocatur Aſpera, celebrare concilium. Quod actum eſt Conſulatu Eu- *Seleuciam*
ſebij & Hypatij, Fueruntq́ qui conuenerunt, numero centum ſexaginta. *Iſauriæ*
Cum quibus aderat unus in Palatio clarus, nomine Leonas. Quo præſen- *Leonas Co-*
te, quęſtionem fidei proponẽdam Imperatoris iubebat oraculum, ſimulq́ *mes, Vicarius*
præceptum fuerat adeſſe Lauritium militem Iſauriæ ducem, ut in quo opus *Augusti.*
eſſet, epiſcopis miniſtraret. Conuenerunt ergo uiceſima ſeptima die Se- *Lauritius dux*
ptembris menſis, & ſub geſtorum confectione diſputabant. Aderãt etiam *Iſauriæ*
Exceptores, utriuſq́ partis uerba ſignantes: quæ ſimul apud Sabinum col- *Sabinus conci*
lecta reperiũtur. Nos autem capitulatim iſta deſcribimus. Primo ſiquidem *liorũ acta de-*
dic Leonas iuſsit, ut quæ uiderentur unicuiq́, proponerẽt. Porrò qui præ- *ſcribit*
ſentes erant, non prius dixerunt aliquam mouendam eſſe quæſtionem, niſi
reliqui conuenirent. Erant enim abſentes epiſcopi, Macedonius Conſtanti
nopolitanus, Baſilius Ancyrę, & alij quidam accuſari timẽtes. Et Macedo-
nius quidem languorem finxit. Patrophilus oculorum dolorem, & alij ſimi
les adinuenerũt occaſiones abſentiæ. Cumq́ Leonas etiam illis abſentibus
proponendam diceret quæſtionem, rurſus aiebant epiſcopi, non aliter quic
quam fieri, niſi impetitorum uita diſcuteretur. Accuſati nanq́ iam fuerant,
B Cyrillus Hieroſolymorum, Euſtathius Sebaſtiæ Armenię, & alij quidam.
Ob quam rem contẽtio inter præſentes exorta eſt. Alij nanq́ dicebant ui-
tas accuſatorũ diſcutiendas: alij uero ante fidem nihil eſſe quærendum. Mo *Literæ Con-*
uebatq́ quæſtionem imperatoris diuerſa ſententia: cuius literis nunc de fi- *ſtantij*
de prius agendum, nunc de accuſatorum cõuerſatione, legebatur. Hæc cau
ſa pręſentes ad ſchiſma perduxit, & in duas partes ſynodi multitudo diuiſa *Schiſma*
eſt. Vnius enim partis dux erat Acacius Cæſareæ Palæſtinę, Georgius Ale *Nicææ*
xãdriæ, Vrſacius Tyri, Eudoxius Antiochiæ, quos alij triginta duo ſequuti
ſunt. In altera parte fuit Georgius Laodiciæ Syriæ, Sophronius Pompeio-
poleos Paphlagoniæ, Eleuſius Cyzici, quos plurimi ſequebantur. Cumq́
placuiſſet ut prius de fide quæſtio moueretur, hi quidem qui erant partis
Acacij, Nicænam fidem aperte negauerunt: aliamq́ fidem dictare niteban
tur. Alterius uero partis numero plures, omnia quidem Nicæni concilij re-
ceperunt: de uerbo Conſubſtãtialitatis tantummodo querębantur. Multis
igitur inter ſe contentionibus uſq́ ad ueſperam generatis, nouiſsime Sylua
nus Tarſenſis præſul eccleſiæ, uoce magna clamauit, dicens nõ oportere no
uam dictari fidem, ſed pridem in Antiochia expoſitam tempore dedicatio
nis debere ſeruari. Quo dicto ſequaces ſunt egreſsi. Alterius uero partis pro *Fides Antio-*
tulerunt fidem Antiochiæ recitatã, quam relegentes ſoluerunt illo die Con *chenæ ſynodi*
cilium. Altero uero die conuenientes in oratorium Seleuciæ, ianuaſq́ clau-
dentes, relectæ fidei ſubſcripſerunt. Subſcribebant autem etiam pro abſen-

tibus præſentes lectores atq; Diaconi, per quos ratam ſe ferre hanc defini- A
Acacius Cæſarienſis
tionem abſentes profitebantur. Acacius autem & alij partis eius querebantur, eo quod eccleſia clauſa ſubſcriberet, dicentes: Ea quæ occulte geruntur, improbitatis ſuſpicione pleniſsima ſunt. Hæc autem faciebant, cupientes aliam fidei explanationem. Ipſe quoq; eam quam præparatam habebat legit, ibi quidem Iudicibus, Lauritio & Leonæ, ſtudens eo robur acquirere. Hæc ergo die ſecundo ſunt geſta. Tertio uero die Leonas rurſus congregare partes feſtinabat epiſcoporũ: quo die nec Macedonius defuit Conſtantinopolitanus, nec Baſilius Ancyræ. Cũq; ambo in una parte cõueniſſent, denuo qui circa Acacium erant, occurrere noluerũt, dicentes oportere prius de concilio eijci eos qui pridem fuerant condemnati, & qui accuſabantur in præſenti. Cumq; contentio creſceret, egreſsis eis qui poſiti in accuſatione uidebantur, etiã qui circa Acacium erant ſunt ingreſsi. Tunc itaq; Leonas ait, libellum ſibi datum ab eis qui cum Acacio erant, celans dogmatis eſſe dictationem. Et cum præſentes epiſcopi tacuiſſent, aliud quiddam non expoſitionem fidei libellũ cõtinere iudicãtes, mox fidei Acacij ſcriptũ cum procœmio hoc modo relectum eſt.

Fides Acacij Cæſarienſis

NOS qui cõgregati ſumus in Seleucia Iſauriæ, ſecundum Imperatoris uoluntatem heſterno die quinto Cal. Octobrium, omne ſtudium habuimus cum diſciplina eccleſiaſticã ſeruare pacem, & de fide cogitare cõſtanter, ſicuti præcepit deo amabilis Imperator noſter Conſtantius ſecundũ propheticas euãgelicasq; uoces, & nihil præter ſcripturas adducere in eccleſiaſtica fide. Quia uero quidam in concilio alios noſtrum iniurijs affecerunt, alios loqui prohibuerũt, alios recluſerunt inuitos, & damnatos ſecum ex diuerſis prouincijs habuerunt, nec non & eos qui contra regulas ordinati ſunt, introduxerunt ſecũ, ita ut undiq; tumultu ſynodus repleretur, ſicuti & Vir Clariſsimus Comes Leonas, & Vir Clariſsimus dux prouinciæ Lauritius inſpexerunt: propterea hæc interloquimur, quod non declinamus expoſitam cum autoritate fidem in Antiochena dedicatione, proferentes eam: licet patres noſtri illo tempore ad ſubiectam concurrerint quæſtionem, quod multos turbaret Conſubſtãtialitatis nomen, præterito tempore, & uſq; ad præſens. Nũc uero quia dicitur innouatũ à quibuſdam de diſsimilitudine filij apud patrem, hac ergo gratia ὁμοουσίου & ὁμοιουσίου id eſt, eiuſdẽ ſubſtantiæ & ſimilis ſubſtantiæ nomen abijcimus tanquã ſcripturis extraneum, ἀνομοίου, id eſt diſsimilitudinis uerbũ anathematizamus. Et omnes huiuſmodi exiſtentes ab eccleſia alienos exiſtimamus. Similem uero filium apud patrem aperte profitemur, ſecundum apoſtolũ dicentẽ de filio: Qui eſt imago dei inuiſibilis. Confitemur autem & credimus in unum deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, uiſibilium omnium & inuiſibilium. Credimus autẽ & in unum Ieſum Chriſtum filium eius, ex eo natũ impaſsibiliter ante omnia ſecula, deum uerbũ ex deo unigenitum, B

Leonas Comes V.C. Lauritius Dux Iſauriæ V.C.

lumen

A lumen,uitam,ueritatem,ſapientiam,uoluntatē: per quem omnia facta ſunt in cœlis & in terra ſiue uiſibilia ſiue inuiſibilia. Hunc credimus in cōſumma tione ſeculorū pro deſtructione peccati aſſumpſiſſe carnem ex ſancta uirgi ne Maria,& hominem factum,paſſum pro peccatis noſtris,ac reſurrexiſſe, & aſſumptum in cœlos,ſedere in dextera patris,& iterum uenturū in gloria iudicare uiuos & mortuos. Credimus in ſpiritum ſanctum, quem παρά-κλητον, id eſt, conſolatorem nominauit Saluator dominus noſter,promit-tens poſtquam iret,diſcipulis eum eſſe mittēdum,quem etiā deſtinauit, per quem & ſanctificat credentes in eccleſia & baptizatos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Eos autem qui præter iſtam fidem aliud quicquam prædicant, à catholica eccleſia decernimus alienos exiſtere. Hæc eſt Acacij de eius fide prolatio. Cui ſubſcripſit & ipſe, & conſentientes ei,numero quē paulo antè prædiximus. Hac fide lecta, Sophronius Pōpeiopoleos Paph-lagoniæ hæc uerba proclamauit: Si per ſingulos dies propriā ædere licuerit fidem,ueritatis integritas nō manebit. Hæc quidē Sophronius ait. Ego au-tem dico,quod ſi ab initio hæc uerba de Nicæna fide dixiſſent,qui ante eos & poſt illos fuerunt,omnis potuiſſet ceſſare contentio. Tunc ergo plurima inter ſe ob hoc,& propter eos qui fuerant accuſati uerba dicentes & audien tes,abierunt. Quarto uero die conuenientes omnes, rurſus mouebant cum *Sophronius Pompeiopol.*

B contentione ſermones. Inter quos Acacius his uerbis ſuam ſententiam pa-tefecit: Si ſemel Nicęna fides mutata eſt,nihil prohibet etiam nunc aliam di ctare fidem. Ad hæc Eleuſius Cyzici hæc uerba reſpondit: Præſens conci-lium celebratum eſt,non ut anathema diſcat, neq; ut fidei explanationē ſu-ſcipiat, tanquam non habens eam, ſed poſsidēs patrū fidem, hanc uſq; ad uitā mortēq; cuſtodiet. His ergo uerbis Eleuſius ſententiæ occurrit Acacij, fidem patrū uocans, Antiochiæ declaratam. Cui recte quilibet poterit ob-uiare,dicens, Quomodo patres hos nominas,ô Eleuſi,cum illorū nō recipi as patres? Hi nanq; qui in Nicæa cōuenerunt concordantes in Cōſubſtan tialitatis uerbo pro fide ſancito,proprie dicuntur patres: eo quod & tēpore præceſſerunt,& qui poſtea Antiochiæ cōuenerunt,ab illis ſacerdotij iura ſu ſceperunt. Si autē hi qui Antiochiæ congregati ſunt,patres proprios nega-uerunt, conſequenter iſtorum poſteri patrū deſtructores ſecuti ſunt. Quo-modo ergo & quorum illi fidē uelut improbam reſpuerunt, iſti quaſi pro-babilem ſuſceperunt? Si autem illi non habuerunt Spiritum ſanctum, qui per officium manus impoſitionis accipitur, neq; iſti ſacerdotiū perceperūt. Quomodo enim acciperent à nō habētibus quod dabatur? Hæc obijcere ergo reſponſa poterit quilibet Eleuſio. Cum hæc ita gererentur, ad aliam uenere quæſtionem. Quod enim Acacius in fide quæ lecta eſt, ſimilem di-xit filium patri, conſulebant alter alterum,ſecundum quid eſſet ſimilis filius patri. Et qui circa Acacium erāt,dicebāt,ſecundum uoluntatē ſolummodo, *Acacius & eius doctrina* *Eleuſius Cyzicenſis*

non ſecun

non ſecundum ſubſtãtiam patri ſimilem filium eſſe. Alij uero omnes etiam A ſecundũ ſubſtantiã declarabãt. In hac ergo cõtentione toto manſerunt die. Et Acacium arguerunt, qui in ſuis ſermonibus quos cõſcripſit, ſimilem per omnia patri filium dixit, nunc autẽ ſecundũ ſubſtantiã ſimilem denegauit. Quibus multum cõtendentibus, & ad nullam cõcordiã uenientibus, ſurgẽs Leonas cõcilium ſoluit. Et iſte fuit terminus ſynodi Seleuciæ cõgregati. Altera nanq; die rogatus ut intereſſet, noluit, dicẽs: Miſſus ſum ad cõcordiam cõcilij: uobis diſcordantib. adeſſe non poſſum. Quo facto, nec qui circa Acacium erant, ad ſynodũ concurrere uoluerunt. Altera uero pars in eccleſiam ueniẽs, Acacium & qui erãt cũ eo uocauit, ut de Cyrillo Hieroſolymorum epiſcopo haberet examinatio. Sciẽdum itaq; quod Cyrillus iam pridẽ fuerat accuſatus atq; dãnatus, quoniã ſæpe euocatus ad iudicium, duobus annis iugiter declinauerat, metuens accuſantes. Condemnatus aũt, appellationis libellum condẽnatoribus deſtinauit, iudicium maius appellans. Cui appellationi conſenſit etiã Cõſtantius Imperator. Hoc itaq; ſolus & primus præter eccleſiaſticam conſuetudinẽ atq; regulam Cyrillus fecit epiſcopus, ut ſicut in publicis iudicijs, libellis uteretur appellatorijs. Tũc ergo in Seleucia adfuit iudicandus. Et ob hoc epiſcopi Acacium eiuſq; cõſentaneos euocabant, ut de accuſationibus cognoſcentes decretum commune proferrent. Euocabant etiã alios quoſdam qui fuerant accuſati, & ſemetipſos contulerant ad Acacium. Quos poſt crebram citationẽ nolentes occurrere, damnauerunt. Et ipſum Acacium, Georgiũ Alexãdrinum, Vranium Tyri, Theodulum Cherapenum Phrygiæ, Theodoſium Philadelphię Lydiæ, Euagrium inſulæ Mitylenæ, Leontium Tripoleos Lydiæ, & Eudoxium, qui primò quidẽ Germaniciæ fuit. poſtea uero Antiochiæ Syriæ inuaſit epiſcopatum, damnauerũt, pariter & Patrophilum, quia & ipſe à Dorotheo presbytero accuſatus, euocatus noluerat obedire. Hos itaq; damnauerunt. Excommunicauerunt autẽ Aſterium, Euſebium, Abgarum, Baſilium, Phœbum, Fidelem, Eutychium, Magnum, & Euſtathium, ſic eos manere decernẽtes, donec habita ſatisfactione, accuſationibus ſemetipſos exuerent. His actis, damnationẽ celebratam eorum parœcijs indicarunt. Inq; locum Eudoxij Anianum conſtituerunt epiſcopum. Quem cõprehendentes qui circa Acacium erant, Leonæ & Lauritio tradiderunt, à quibus in exilium deſtinatus eſt. Quo facto epiſcopi qui ordinauerant Anianũ conteſtationẽ obtulerũt Leonæ & Lauritio contra Acacium & conſentaneos eius, dicẽtes ſynodi iudicium fuiſſe uiolatum. Cumq; nihil agerent, Conſtantinopolim ſunt profecti, uti quæ geſta fuerant, panderentur Imperatori.

Cyrilli Hieroſoly. cauſa diſcutitur Seleuciæ. *Libellus appellationis* *Epiſc. dãnati* *Excõmunicati* *Anianus*

SOZOMENVS. Cap. XXXV

Acta concilij Seleuciæ

HVnc terminum habuit ſynodus in Seleucia conſtituta. Qui uero uoluerit ſubtiliter uniuerſa cognoſcere, Exceptorũ debet Acta relegere.

Poſt hæc

A Poſt hæc ergo talia geſta ſunt. Conſentientes quidem Acacio, ad Imperatorem q̃ꝫ propere peruenerunt. Alterius uero partis epiſcopi ſinguli ad propria ſunt reuerſi. Decem tantũmodo eorum cõmuni decreto miſsi, uenientes ad principem, inuenerunt miſſos decẽ ab Ariminenſi concilio. Porrò ſequaces Acacij iam agebant, ut potentes Palatij ipſorũ tuerenť partes: et per eos fauor illis arridebat Imperatoris. Dicebãt enim alios quidẽ ipſis conſentire, alios aũt eccleſiaſticis pecunijs eſſe corruptos, alios incongruis falli ſeductionibus. Hæc agebat Acacius natura uerſutus, & paratus ad intelligendum atq; dicendum, cum etiam inſignem haberet eccleſiam, id eſt, Euſebij Pamphili, poſt quem eius tenebat epiſcopatum, & gloriabatur eum ſe habuiſſe doctorem. Et cum talis eſſet, perſuadebat facile quod uolebat. Cum igitur Conſtãtinopoli ex utroq; cõcilio eſſent epiſcopi uiginti, & alij qui caſu præſentes erant, primo quidẽ iubetur ut de Aetij quæſtione iudicaret præſentibus maximis proceribus Honoratus, quẽ non ante multum tẽporis Imperator ab urbe Roma reuertens, primum Præfectum urbis Conſtantinopolitanæ conſtituerat. Poſtea uero etiã ipſo Cõſtantio cum Iudicibus audiente, deprehendiť circa fidẽ Aetius ęgrotare, ita ut etiã Imperator & alij quaſi circa blaſphema eius uerba cõmouerentur. Fertur aũt Acacium eiq; conſentientes primum ſe hanc hęreſim ignorare finxiſſe, & ſub uelamento quodã

B egiſſe cũ Principe, ut ipſe cũ ſuis Proceribus iudicaret, credens Aetium non poſſe uinci uerbis, & magis neceſſario capi iudicãtis auditus, ac ſine cõtentione præualere conamen hæreſeos. Cumq; hoc perfici nequiuiſſet, proferri ſcripturã prolatã ab Arimino, & à Seleuciæ ſynodo miſſos hanc ſuſcipere, depoſcebant. Et cum quæſtio eſſet de ſubſtantiæ nomine, iureiurãdo firmabant, quod nullatenus diſſimilem ſecundũ ſubſtantiã filium fateren̄t, ſeq; paratos hanc hæreſim abdicare dicebant. Et quoniã inopinate Occidẽtales nomen ſubſtantiæ in Arimino reliquerant, neceſſariã huiuſmodi ſcripturã eſſe fatebantur. Dicebant aũt, quod ſi nomẽ ſubſtantiæ taceatur, cum nomine ſubſtantiæ etiã illud quod de Conſubſtantialitate decretũ eſt, ſine dubitatione tacebiť: quod plurimi occidentalium ſacerdotũ pro reuerentia Nicæni concilij ualde amplectebantur. Hanc aũt etiam Imperator inductus eſt ut laudaret conſcriptionẽ, conſiderans multitudinẽ Arimini congregatam: & quia nõ peccaret, qui ſimilem patri filiũ diceret, idem eſſe uirtute credens, Conſubſtantialem, & ſimilis ſubſtantiæ profeſsionẽ: nihilq; intellectu differens, niſi nominibus, quę ſcriptura diuina neſciret. Hanc ergo ſententiam habens, epiſcopos cõcordare præcepit in Ariminẽſis fidecõcilij. Cumq; ſe altero die pararet ad Conſulatum (quod prima die menſis Ianuarij Romanorum more celebratur) totam diem & maximã noctis partem impendit, inter epiſcopos certamẽ habens, donec ſcripturæ ex Arimino allatæ ſubſcriberent epiſcopi ex Seleucia uenientes. Cap. XXXVI

X. epiſc. ad Conſtantium mittũtur tanq̃ legati cõcilij. Acaciani

Acacius Cæſarienſis

Honoratus Præfectus urbis Conſtan.

Similis ſubſtantiæ

Nouus Conſulatus initur Calend. Ian.

Acacius

Ad ſynodum Conſtātinop. Acacius epiſcopos è Bithynia euocat. Vlphilas epi. Gothorum

ACacius autem & qui cum eo erant aliquantum temporis Conſtantinopoli commorantes, euocauerūt epiſcopos ex Bithynia, inter quos erat & Macarius Macedonenſis,& Vlphilas Gothorum epiſcopus. Qui omnes numero quinquaginta conuenientes cōfirmauerunt Arimini lectam conſcriptionem, adijcientes ut deinceps nequaquam ſubſtantia uel eſſentia nominaretur in deo. Et præter hanc ſcripturā omnes alias aut factas aut faciendas penitus abdicari. Quo facto Aetium de Diaconatus ordine depoſuerunt, tanquam hæretice ſapientem,& qui contra eccleſiaſticā conſuetudinem, quædam humanæ ſapientiæ facta conſcriberet, & dialogos plenos blaſphemia dictaret, atq; turbarum eccleſiaſticarum & ſeditionis autor extaret. Fertur aūt à quibuſdam, quod nō eum integro corde depoſuerint, ſed uolentes ſe principi cōmendare, eo quod dicerentur ſimilia ſapere. Videntes aūt Imperatoris indignationē quam circa Macedonium tunc habebat, etiam eum depoſuerunt,& Eleuſium Cyzici,& Baſilium Ancyræ,& Ortaſium Sardicorum, Dracontium Pergami. Et cum in dogmate uiderētur habere diſcordiam, tamen tempore depoſitionis memoriam eorum fidei non fecerunt, ſed culpas eis omnibus inferebant ſingulariter, per quas eos aſſerebant in eccleſiaſticis regulis deliquiſſe.

Epiſcopi abdicati

SOZOMENVS Cap. XXXVII

Cyril. abdicatur ab Acacio

INter quos Cyrillum quoq; Hieroſolymorum depoſuerunt, tāquam Euſtathio Elpidioq; cōmunicantem. Hi enim contraria ſapuerāt eis qui in Militene fuerant congregati. Inter quos etiam ipſe conuenerat,& tanquam poſt depoſitionem in Palæſtina factā, cōmunione participatus fuerat cum Baſilio & Georgio Laodiciæ ciuitatis epiſcopis. Cum enim Cyrillus Hieroſolymorum ſuſcepiſſet epiſcopatum, de iure Metropolitæ cōtendebat cum Acacio Cæſareæ Palæſtinæ, tanquā ſedis Apoſtolicę pontifex. Hinc ergo in Antiochia conſtituti, derogabāt alterutris tanquā non ſaperent recte de Deo. Nam & prius uterq; ſibimet in ſuſpicione eſſe uidebatur. Alter quidē Arij dogma laudabat, Cyrillus aūt prædicantes Conſubſtātialem patri filium, ſequebatur. Inueniens ergo tempus Acacius cum conſentientibus ipſi epiſcopis, Cyrillum pro huiuſmodi cauſa depoſuit. Cum fames Hieroſolymorum prouinciam occupaſſet, tāquam in epiſcopum neceſsitate ciborum turba reſpiciebat egentium. Cumq; pecuniæ ad cōſulendum penuriæ non eſſent, uaſa ſacrataq; uela diſtraxit,& populi neceſſitati ſubuenit.

THEODORETVS

Cyril. uēdidit ſupellectilem eccleſiaſticam donatā à Conſtantino

Imperatoris igitur animū hoc commouit, & maxime quod Acacius contra Cyrillum noſcitē machinatus. Sacrā nanq; ueſtē quam inclytus Imperator Conſtantinus ad honorē Hieroſolymorum eccleſiæ dederat Macario illius ciuitatis pontifici, ut ea circumamictus, miniſteriū ſacri baptiſmatis adimpleret, quoniam erat auro ſericoq; cōtexta, Cyrillum aſſeruit uendidiſſe,

eamq;

A eamq́ ueſtẽ emiſſe quendam Thymelicum ſaltatorem: & dum ea fuiſſet in dutus, in ipſa ſaltatione cecidiſſe, atq; contritum morti contraditum.

SOZOMENVS.

Hanc ergo cauſationem Acacius habẽs, Cyrillum epiſcopatu depoſuit. Damnatos igitur epiſcopos ex urbe Conſtantinopolitana fugauerunt ſectatores Acacij. Ipſis autem conſentientes, in depoſitionibus tamẽ illorum nolentes ſubſcribere, cum eſſent numero decem, apud ſemetipſos interim habita[illegible]ræceperũt, & neq; miniſterio fungi, neq; eccleſias gubernare donec ſubſcriberẽt. Et ſi non agerent pœnitentiã intra menſes ſex, & omnib. placitis atq; geſtis in illo concilio præberent ſcripto conſenſum, etiã ipſi deponerentur, quo facto cõſentientes ipſis epiſcopi per ſingulas prouincias alios ordinarent. Cumq́ talia cogitaſſent, cunctis epiſcopis atq; clericis ſcripſerunt, ut hæc obſeruarent atq; perficerent. Ex hoc ergo nõ poſt multum temporis Macedonio ſuccedit Eudoxius, Baſilio Athanaſius, Eleuſio Eunomius, qui poſtea Eunomianæ princeps fuit hæreſeos. Porrò pro Euſtathio Melitius eccleſiæ Sebaſtenæ ſuſcepit epiſcopatum.

Epiſcopi condẽnati pelluntur ex urbe Conſtãtinop.

Epiſcopi ſubſtituti

SOCRATES.

Lecta eſt etiam in Conſtantinopolitana urbe cum adiectione expoſitio fidei. Sed nos labyrinthum expoſitionũ uix aliquando reperientes, eorum

B numerum quoq; digerimus. Cap. XXXVIII

POſt Nicænum nãq; conciliũ in dedicatione Antiochena, expoſitionẽ geminã dictauerunt. Tertia uero eſt, quæ à Narciſſo apud Gallias Cõſtantio imperatori oblata dignoſcitur. Quarta Eudoxij, quæ in Italiam deſtinata eſt. In Sirmio tres dictatæ ſunt, quarũ una in Arimino cum conſulatu relicta eſt. Porrò octaua in Seleucia ab Acacij ſocijs ædita eſt, ultima Cõſtantinopoli cum adiectione recitata eſt. Erat enim additum, ut neq; ſubſtãtia neq; ſubſiſtẽtia diceretur in deo. In hac Vlphilas Gothorum epiſcopus tunc primum conſenſit. Nam tẽpore præcedenti Nicænam amplectebatur fidem, ſequens Theophilum Gothorũ epiſcopum, qui preſens in Concilio Nicæno ſubſcripſerat. Acacius igitur & Eudoxius cum ſuis Conſtantinopoli de quibuſdam alterius partis epiſcopis condemnandis certamẽ habebant. Videnteſq; indignari contra Macedoniũ principem, primũ condemnauerunt eum, tanquam plurimorum necis autorẽ, & quia diaconum in fornicatione captum in communionem ſuſceperat.

Nouem expoſitiones fidei

Vlphilas Gothorum epũs

Theophilus

Macedonius cõdemnatur

SOCRATES. Cap. XXXIX

EXpulſo Macedonio, Eudoxius ſpernens Antiochiæ ſedem, Conſtantinopolitanã inuaſit eccleſiam, ſtudio iutus Acacij, qui obliti ſuorum, ſuis iudicijs contraria ſanciuerunt. Nam cũ prius Dracontiũ depoſuiſſent, eo quod ex Galatia tranſiſſet in Pergamum, non cogitantes quod actum fuerat, Eudoxium ad ſedem aliam tranſtulerunt. Quo facto, lectam fidem

Eudoxius Cõſtãtinop. ſedẽ uſurpat

M Arimini

Arimini cum augmēto quod ipſi in Conſtantinopolitana urbe adiecerant, A
undiquaq; miſerunt, mandantes ut qui non ſubſcriberent, iuſsione Impera
toris in exilium mitterent. Aperueruntq; ſua geſta & alijs Orietalibus ſibi
cōcordibus, & Patrophilo Scythopoleos epiſcopo, qui de Seleucia ad pro-
Sophia, tēplū priam mox redierat ciuitatem. Eudoxio porrò cōſtituto Conſtantinopoli,
Conſtātinop. tunc etiā maior eccleſia, quæ dicitur Sophia, dedicatur Cōſulatu Conſtan-
dedicatur tij decimo, & Iuliani Cæſaris tertio, quintadecima die Februarij menſis. Eu
doxius autem cum ſediſſet in ſedem, illam prius uocem, quæ ubiq; uulgata
Eudoxij de eſt, protulit, dicens: Pater ἀσεβὴς, filius ἐυσεβής. Iſta duo Græca uerba, di-
Conſtantino uerſos habent apud Græcos intellectus. ἀσεβὴς enim dicitur & impius & ſi
Magno & ne cultu: ἐυσεβὴς dicitur & pius & bene colens. Cumq; dixiſſet hæc uerba,
Conſtantio turba generat in populo, quaſi patrem dixiſſet impium, filium uero pium.
filio opinio Quo facto, Nolite inquit, turbari ad ea quæ dixi: Pater enim ἀσεβὴς eſt,
quia nullum colit: filius aūt ἐυσεβής, quia colit patrē. Hæc cum dixiſſet Eu-
doxius, turba quidē ſedata eſt: multus uero riſus cōpleuit eccleſiā. Et hacte-
nus illud dictū cum deriſione permanſit. His enim hæreſiarchæ ſeductio-
nibus ſermonibusq; uacantes, eccleſiam lacerarunt. Huiuſmodi ergo termi
no etiam ſynodus Conſtantinopolitana concluſa eſt.

SOZOMENVS

Igitur Acacius & eius ſocij non ceſſabant, ſed congregati apud Antio- B
chiā quæ ipſis dudū placuerant, deſtruebant, & ex conſcriptione, quæ Ari-
mini & Conſtantinopoli fuerat lecta, nomen ſimilitudinis abſcindere nite-
bantur, & per omnia ſubſtantiam atq; uoluntatē diſsimilē eſſe patri apud
filium, & ex nō exiſtētib. factum introducebāt, ſicut Ario primò placuerat:
Actius quibus Actiani cōſentiebant. Is em̄ Actius poſt Arium primus aperte his
nominibus uti præſumpſit. Quapropter etiā ἄθεος, id eſt, ſine deo uocaba-
Diſsimiles, tur: eiuſq; ſequaces propterea Diſsimiles et Non exiſtentiales ſunt dicti ab
Nō exiſten his, qui Antiochiæ Conſubſtantialitati cōſentiebant. Hos ergo cum requi-
tiales rerent cultores Nicæni concilij, cur in expoſitione fidei ſuæ deum ex deo fili
um dicentes Diſſimilem, & ex non extantibus nominare præſumerent, his
uerbis reſpōdebant: Sic dictum eſt deum ex deo, ſicut habetur apud Apo-
ſtolum: Omnia autem ex deo, unus ergo omnium etiam filius dei: & pro-
pterea poſitum eſt in expoſitionibus, Secundum ſcripturas.

SOCRATES

Gregorius Huius uerbi princeps fuit Gregorius Laodicenus epiſcopus: qui cum
Laodicenus talia doceret, ignorauit queadmodum Apoſtoli proprietates ſuperiori tem
pore Origenes latius examinarit, atq; interpretatus ſit.

SOZOMENVS Cap. XL

Georgius Ale INterea dum ad huc Athanaſius celaretur, Georgius Alexandriæ crude
xandrinus liter Paganos afficiebat, & aduerſantes ipſi Chriſtianos: utroſq; enim co

gebat

A gebat ad ipſius uenire ſententiã,& reſpuentes afficiebat. Erat enim apud ſapientes exoſus,quaſi deſpiciẽs eos,& Iudicibus imperans. Apud populum uero quaſi tyrannus,& ultra potentes elatus:præcipue tamen Paganos opprimebat, quos ſacrificare & paternas feſtiuitates agere prohibebat. Tunc enim milites & Aegypti ducem,armatos in ciuitatẽ introduxit,imagines & ornamenta templorum abſtulit:quod ei poſtea cauſam necis adduxit. Cyrillo uero depoſito(ſicut prædictũ eſt) occupauit Hieroſolymorum eccleſiã Herennius,& poſt illũ Heraclius,poſt quem Hilarius. Hos enim tũc illam eccleſiam gubernaſſe percepimus uſq; ad imperium Theodoſii principis, quando rurſus Cyrillus ad proprium reuerſus eſt epiſcopatum. *Tẽpla Gẽtiliũ ſpoliãtur opera Georgij* *Cyrillus* *Herennius* *Heraclius* *Hilarius*

SOCRATES Cap. XLI

IGitur Macedonius Conſtantinopolitana pulſus eccleſia, damnationem non ferens,quieſcere reſpuebat. Declinauit enim ad eorũ partẽ,qui apud Seleuciam Acacium cum ſocijs depoſuerant. Miſitq; legationẽ ad Sophronium & Eleuſium, ut defenderent expoſitam prius in Antiochia fidem, & poſtea Seleuciæ roboratã,& ſimilis ſubſtantiæ fidem diuulgandã eſſe commouit. Ad quem cõcurrunt multi familiarium,qui nunc ab eo Macedoniani uocantur. Quicunq; enim in Seleuceno concilio Acacium declinauerunt, aperte uerbum ſimilis ſubſtantiæ ſancierunt, cum prius hoc non manifeſto B iudicio declaraſſent. Eſt enim opinio apud multos, quod non inuentum ſit Macedonij,ſed magis Marathonij Nicomedienſis epiſcopi:unde etiã Marathonij uocitãtur:ad quos Euſtathius expulſus de Sebaſtia cõfugit. Cũq; Macedonius ſanctum ſpiritum cõprehendere in tractatu diuinæ trinitatis declinaret,tunc & Euſtathius:Ego,inquit,neq; deum nominare ſpiritũ ſanctum patior, neq; creaturam uocare præſumo. Propter hanc ergo cauſam ſpiritui repugnantes appellant huiuſmodi perſonas,hi qui in Conſubſtantialitatis expoſitione concordant. *Macedonius ſimilis ſubſtantiæ adſertor* *Macedoniani* *Maratonius Marathonij* *πνευματόμαχοι*

SOZOMENVS.

Cum itaq; Macedonius de eccleſia Conſtantinopolitana fuiſſet expulſus,non ea quę Acacius atq; Eudoxius ſapiebat,ſed tradebat magis filium deum,per omnia & ſecundum ſubſtantiã ſimilem eſſe patri. Sanctum uero ſpiritum nõ earum rerum eſſe participem,ſed miniſtrum,& exhibentẽ officium,& quæcunq; de ſanctis angelis dici poſſunt.

SOCRATES. Cap. XLII

IGitur ſequaces Acacij in Antiochiam magno ſtudio conuenerunt, acti pœnitentia quod ſimilẽ dixerant filium patri. Et cõſulatu ſequenti, id eſt, Tauri & Florẽtij, cum Euzoius eam gubernaret eccleſiam, Imperatore ibidem conſtituto,pauci quidem rurſus mouebant ea, quæ dudum placuerãt, dicentes,oportere ſermonem ſimilis ſubſtantiæ auferri ab expoſitione fidei traditæ,tam in Arimino q̃ Conſtantinopoli:nõ celantes,ſed aperte dicen- *Acaciani Antiochiæ conueniunt*

tes,quod per omnia diſſimilis filius eſt patri: non ſolum ſecundum ſubſtan A tiam,ſed etiam ſecundum uoluntatem, & ex nō exſtantibus eſſet, ſicuti prę dicauerat Arius. Cum quibus erant ſectatores Aetij.

THEODORETVS

Ea quidē tempeſtate,cum perfidia accuſaretur Eudoxij, inter alios Euſta thius,quoniā de fide,inquit,examinationem uis fieri ô Imperator,Eudoxij conſidera blaſphemias. Obtulitq́ eius expoſitionem inter alia ſic habentē:

Quæ diſſimiliter proferuntur,diſſimilia ſecundum ſubſtantiam ſunt.

Vnus deus pater,ex quo oĩa,& unus dñs Ieſus Chriſtus,per quē oĩa.

Diſſimile aūt eſt,ex quo,& per quem: diſſimilis igitur filius deo & patri.

Actius in exilium Hac lectione commotus Imperator requiſiuit Eudoxium, an fateretur ſu- am. At ille negauit,dicens eſſe Aetij. Quem dum iuſſiſſet Imperator adduci, requiſitus, licet eius non fuerit, ſuam eſſe profeſſus eſt: & ideo in exilium miſſus. Euſtathius tamē etiam Eudoxium ita ſapere proclamabat, exigens ut ſcripturam anathematizaret Aetij. Quod licet tarde, fecit tamen: & dam nauit quod prius & poſtea prædicabat. Deinde etiam ipſe exigebat, ut ille ὁμοούσιον anathematizaret,quod ſcripturæ non haberent. Tunc Syluanus, & ex non exiſtentibus, inquit, & Creatura, & alterius ſubſtantiæ, ſcripta nuſquam ſunt. Iuſtum ergo eſt hæc abrogari. Quod Imperator quoq; de- creuit ut fieret: quod (licet cum difficultate) fecerunt. Quo facto,exigebāt B ut ipſi & ὁμοούσιον abrogarent. Tunc diſputatiue atq; ueraciter Syluanus ait: Si ex non exiſtentibus non eſt,neq; creatura,nec ex alia ſubſtantia deus uerbum,igitur conſubſtātialis eſt genitori patri: ſicut deus ex deo,& lumen ex lumine,eandemq́ habet cum genitore naturam. Tunc Imperator iratus, exilium interminatus eſt eis. At illi: Poteſtatem,inquiunt,habes puniendi, non tamen nos patrū ſtatuta deſtruimus. Tunc Imperator illos pelli iuſſit eccleſiis,& pro eis alios ordinari. Tunc Eudoxius cum tyrannicè Conſtanti nopoleos teneret eccleſiam,pulſo Eleuſio Cyzici,Eunomium ordinauit epi ſcopum. Et Aetium in ſcriptis abdicauerūt: cuius uidebantur eſſe conſor- tes: ſcripſeruntq́ Georgio,quod fuerat geſtum.

SANCTA SYNODVS CONSTANTINOPOLI congregata,domino honorabili Alexandrinæ ciuitatis epiſcopo Georgio S.

Synodo reprehendente Aetium propter nephandas eius & plenas ſcandalis ſcripturas, ſecundum conſequentiā eccleſiaſticarum ſanctionum ſuper eo ab epiſcopis actum eſt quod decebat. Diaconatu nanq; depoſitus eſt, & ab eccleſia factus extraneus. E à nobis hæc monita proceſſerunt, ut neq; ad lectionem cuiuſpiam ueniant nephandę eius epiſtolę,ſed abijcian- tur,eo quod uehementer inutiles ſunt. His adijcimus etiam anathematizan dum eum,ſi permaneat in eo propoſito, cum ſequacibus ſuis. Conſequens

enim

A enim erat,ut omnes in ſynodo conuenientes epiſcopi deponerent autorem ſcandalorum & ſchiſmatum in omni terrarũ orbe factorũ inter eccleſias, & concordarent in ſententia contra eũ iuſte prolata. Sed præter uota ſpemq́ noſtrã Serras & Stephanus, Heliodorus & Theophilus, in noſtra ſententia concordare noluerunt, neq; in eius depoſitione ſubſcribere, cum ſcilicet Serras etiam aliam uæſanam arrogantiam eiuſdẽ accuſaret Aetij. Dicebat enim eum aſperiora præſumere atq; dixiſſe: quoniã ea quæ deus hactenus celaſſet Apoſtolis, reuelata ſibimet affirmaret. Poſt huiuſmodi uæſanos ſuperboſq; ſermões à memorato Serra de Aetio proteſtatos flecti precibus nequiuerunt, ut in noſtra fierent determinatione concordes. Veruntamen nos longanimitate detenti, multo tẽpore ſuſtinuimus eos, nunc indignãtes, nunc rogantes, nunc interminantes, nunc iterum ſupplicantes ut cõuenirent nobiſcum, & conſona omni concilio definirent. Suſtinebamus ergo ſi forſitan audirent, ſi forſitan intelligerent, ſi forte proſpicerẽt. Cumq́ multo tempore nobis perdurantibus nõ flecterentur, ſequi ſententiã de ſupradicto uiro prolatam, eccleſiæ honorabilius eſſe, q̃ horum uirorum amicitias iudicãtes, finiuimus contra eos excõmunicationem, tempus ſex menſium ad agendam pœnitentiam eis dantes inducias, ut ſi intra hoc tempus conuerterentur & conſentirent definitionibus fratrũ ſuorum, ſuſciperent̃ in eccleſiam &
B propriam fiduciam charitatẽq́ repararent. Si uero ſine pœnitentia permanerẽt, amicitiasq́ hominũ regulis eccleſię & cõcordiæ noſtrę præponerẽt, tunc eos epiſcopatus dignitate eſſe iudicamus extraneos. Quibus depoſitis, neceſſariũ erit ut in eorũ locis alij conſtituant̃ epiſcopi, ut legalis eccleſia cõpetentẽ ſumens ordinẽ, ſibijpſi concordet, epiſcopis uidelicet uniuerſis ſeruantibus uinculum charitatis, eademq́ cum perfectione dicendo in uno intellectu unaq́ eſſentia. Vt ergo cognoſcas quæ concilio placuerint hæc tuæ reuerentiæ ſcripta tranſmiſimus, orantes ut gratia Chriſti iſta cuſtodiens, pacifice & legitime regas ſub te conſtitutas eccleſias.

Cap. XLIII

Serras Stephanus Heliodorus

Aetij uox ſuperba

Eunom. epiſc. Cyzicenus

HVnc porrò Aetium Eunomius in ſuis libris extollit, & hominẽ dei uocat, multiſq́ fauoribus honorat. Sed tunc & abdicãtium eum numero interfuit, & ab illis epiſcopalem ordinationem ipſe ſuſcepit. Eudoxius igitur & Acacius cum ſuis præbentes conſenſum his quæ in Nicæa Thraciæ geſta ſunt, pro Baſilio & Eleuſio alios cõſtituerũt epiſcopos: de quibus ſuperuacaneum loqui nunc cenſeo. De Eunomio ſolum habito ſermone narrabo. Igitur cum Eleuſio uiuo Cyzicenam eccleſiam accepiſſet Eunomius, & populi ſanitatem uideret Eudoxius, atq; Imperatorem conſpiceret ſæuientem contra eos, qui creatum profitebantur unigenitum Dei filium, cum compulit ut celaret hunc ſenſum, nec eum aperiret inueſtigantibus accuſatoribus, dicens Eunomio quoq;, quoniam oportuno tempore prædicabimus quæ modo celamus, & ignorantes docebimus, & contradicentes aut

Eudoxius Cõſtãtinop. quid conſuluerit Eunomio

flectemus,aut cogemus,aut puniemus. His promiſſionibus perſuaſus Eu- A
nomius,obumbratam proferebat impietatē. Sed qui diuinis ſunt innutriti
literis,uidētes dictorum calliditatē moleſte quidē ferebāt. Aperte uero con
tradicere temeritatis opus eſſe & nō ſapientiæ iudicabāt. Circumponētes er
go ſpeciem ſibimet hæreticæ prauitatis,& hoc ſe eſſe fingentes, acceſſerunt
ad domum eius, rogantes ut eis exponeret aperte dogmatis ueritatem: nec
paterēt huc & illuc eos diuerſiſq; ferri doctrinis. Tum ille factus audacior,
ſenſum quem celabat,aperuit. Quibus dicentibus ualde eſſe iniquū, ut non
omnes ſub eo conſtituti ueritate fruerentur,his & huiuſmodi ſeductus uer-
Eunomius accuſatur apud Imp. bis,in conuentu eccleſiæ ſuam blaſphemiam reuelauit. At illi zelo ſuas ani-
mas accendentes. Cōſtantinopolim profecti ſunt. Et primum quidē apud
Eudoxium accuſarunt Eunomium:quo eos non ſuſcipiente adeuntes prin-
cipem peſtem illius cum gemitu panderunt. Dicebant enim magis iſtius di-
cta impia eſſe, quàm Arij. Pro his indignatus Imperator, præcepit Eudo-
xio,ut deduceretur Eunomius,& conuictus ſacerdotio priuaretur. Cumq;
frequenter ab accuſatoribus importunitatem paſſus Eudoxius declinaret,
adierunt rurſum Imperatorē, ingemiſcētes, quod nihil eorū quæ præcepe-
rat,feciſſet Eudoxius,ſed tantā contemneret ciuitatē blaſphemijs Eunomij
pereuntē. Tunc Cōſtātius expulſurum ſe interminatus Eudoxium eſt, niſi
Eunomiū iudicandum deduceret, & conuictū in accuſatione puniret. Hoc B
metuens Eudoxius,ſcripſit Eunomio,ut de Cyzico fugeret,ſibiq; id impu-
Eunomius fugit taret,qui nequaquā ipſius monitionibus obediſſet. Verum Eunomius me-
tuens abceſſit quidem,ſed contumeliam non ferens, proditionis accuſabat
Eudoxiū,læſumq; ſe & Aetium aſſerebat, ac deinde gregē propriæ cohor-
tis inſtituit. Quicunq; enim eius dogmatis concordiam ſequebantur,ab Eu
Eunomiani doxio receſſerunt: proditionem accuſantes eius, ſociantes ſemetipſos Eu-
nomio, qui hactenus ab illo nomen habere noſcuntur. Hinc ergo hæreſi-
αἱρέσεως ἀρχηγός arches factus Eunomius, impietatis cumulo auxit Arij blaſphemias. Qđ
uero ambitionis ſeruiens paſſioni,proprium probetur feciſſe collegium,ipſa
quæ ſunt geſta clamant. Nā cum abdicatus Aetius fuiſſet & expulſus, cum
eo egreſſus non eſt,licet doctorem eum & dei hominē nominaret,ſed man
ſit coniunctus Eudoxio. Cum autem impietatis pœnas exigeretur, ratum
non habuit concilij decretum,ſed ordinauit epiſcopos atq; presbyteros epi
ſcopali dignitate priuatus.

SOCRATES Cap. XLIIII

Apollinaris Grāmaticus, Apollinaris Rhetor. PEr idem tempus in Laodicia Syriæ duo erant uiri,eodem nomine nun
cupati,pater & filius:uterq; dicebatur Apollinaris. Pater presbyteri di-
gnitate fungebatur,filius autē habebat Lectoris officium, Græcarum am-
bo doctores literarum. Pater Grammaticus, filius erat Rhetor. Pater ſanè
cum fuiſſet Alexandrinus genere, & prius docuiſſet Beryti, poſtea uenit
Laodiciam

A Laodiciam:& ueniens duxit uxorem, & filium habuit Apollinarem. Tum igitur ambo exercebâtur cum Epiphanio Sophiſta:& cum eſſent eius amici,ualde fouebant eum. Hoc metuens Theodotus Laodicenſis epiſcopus, ne frequenti confabulatione Sophiſtæ laberentur in Paganiſmum,prohibuit ne ad eius ſcholas accederent.Qui paruipendêtes epiſcopum, Epiphanij amicitiã magis amplectebantur. Poſtea Georgius Theodoti ſucceſſor, cum eos prohibere non potuiſſet,ambos cõmunione priuauit. Tum Apollinaris filius putans eſſe iniuriã,& fretus eloquij tumore Sophiſtici, nouitatem & ipſe introduxit hæreſeos, quæ nunc fertur nomen ab inuentore gerens. Aiunt enim quidam excitatos eos aduerſus Georgium, non tantum propter prædictam cauſam, ſed quod uiderent eum uaria dogmata proferentem:& nunc quidem profitentẽ ſimilem patri filium, ſicut erat Seleuciæ conſtitutum:nunc autem in Arianam declinare ſententiã. Quapropter uelut oportunam ſumentes occaſionem, abſcedunt. Cumq; nullus de eis curaret,ſub ſchemate religionis peſtem hæreſeos introducunt. Et primũ quidem dicebant,animam à deo uerbo in diſpenſatione incarnationis non aſſumptam. Deinde quaſi pœnitentia ducti, corrigentes ſemetipſos adiecerunt:Animam quidem aſſumptam,quæ tamen non haberet mentem, ſed deum uerbum eſſe pro mente in homine aſſumptũ. Circa hoc itaq; ſolum B dicuntur eſſe corrupti,qui nunc illorum nomine uocitãtur.Nam trinitatem conſubſtantialem eſſe profitentur.

Epiphanius ſophiſta gentilis

Chriſtianis ſamiliaritas cũ Ethnicis interdicta

Dogma Apollinariſtæ

THEODORETVS Cap. XLV

CVm inter hæc Sapores rex Perſarũ contra Romanos expeditionem mouiſſet,Conſtantius cum magno exercitu ueniens Antiochiam,fugauit hoſtes.Quod non militia Romanorũ egit,ſed Deus qui colitur à Romanis. Modum aũt enarrabo uictoriæ. Niſibis quam quidã Antiochiam Mygdoniam uocant,in confinio poſita eſt Perſicarum Romanarumq; terrarum. Huius erat epiſcopus atq; rector & dux Iacobus Apoſtolicæ gratiæ radijs illuſtratus. Cuius admirabilia notaq; miracula alibi proſecutus hic rurſum enumerare ſuperuacaneum iudicaui. Sed unum tantummodo eius opus,iſtius cauſa narrationis exponam. Huius igitur ciuitatem Romanis ſubditam Perſarũ exercitus obſidebat. Et cum ſeptuaginta dies iugiter obſeruaret, & multas quidem cepiſſet ciuitates plurimaq; circa hanc molimina poſuiſſet, & uallos atq; foſſas pro capienda urbe feciſſet, eam nequaquam ualuit obtinere. Poſtea uero Perſæ impetum Mygdonij fluminis ciuitatem mediã diuidentis, à longe retinentes & utraſq; ripas eius facientes celſiores,ut aqua in ſe collecta cõcreſceret, quo ui maiori poſſet irruere,cum uidiſſent iam etiam illas quas fecerãt ſublimes ripas impleri,ſubito auferentes quas fecerant cataractas, emiſerunt impetum fluminis contra murum: qui uehemẽtis aquę pondus nõ ferens,eſt inclinatus,& cecidit. Quo facto,

Sapores rex aduerſus Ro.

Niſibis quæ et Antiochia Mygdonia.

Iacobus epũs Niſibenus

Sapores rex obſidet Niſibin.

Mygdonius fluuius

ingrediens aqua cum magno impetu,etiã aliam partem muri,unde fluuius A ſolebat exire,cum magna ruina depoſuit. Hoc Sapores inſpiciens, ſperauit ſe ſine pugna capere ciuitatẽ.Et illo quidem die quieuit,ut & fundus fluminis purgaretur,& poſſet ambulari per fluuiũ. Altero uero die cum omni militia credẽs per loca ruinoſa murorũ ciuitatem intrare, uidit murũ ex utraq; parte fabricatũ. Ille nanq; ſanctiſsimus homo,orationibus milites coarmauit & alios urbis habitatores. Quo facto & murũ reſtituit,& propugnacula fecit, quibus repelleret accedentes. Et hoc non ad murũ ueniens egit, ſed intra templum ſacratũ domino ſupplicans adimpleuit.Porrò Saporem nõ ſolum muri fabrica terruit,ſed etiã altera uiſio perturbauit. Vidit enim ſtantem ſupra murũ quendã Imperiali ſchemate circumamictũ, & tam purpura quàm diademate reſplendere. Arbitratus autem eſſe Romanorũ Imperatorem,mortem minatus eſt eis,qui nunciauerãt non illic eũ eſſe præſentẽ. Quibus affirmantibus ſe uera dixiſſe,& Conſtantiũ Antiochiæ cõmorari, ex uultu quem uidebat agnouit eorum uerba eſſe ueracia:& ait, deum bella gerere pro Romanis. Cumq; hoc illum male haberet, infelix ſagittã emiſit in aerem.Et cum uidiſſet quod in corpore eum iaculari nõ potuiſſet, tamen

Ephrem Syrus à uæſaniæ ſuæ impetu nõ receſsit. Tunc igitur Ephrem uir mirabilis,& ſcriptor egregius apud Syros, ſacratiſsimo Iacobo ſupplicabat, ut ueniret ad murum,& uidens Barbaros,maledictionis iacula contra eos emitteret. Flexus ergo uenerabilis homo, aſcendit in quandã turrim: & cum milia miliũ B

Imprecatio Iacobi in Perſas uideret exercitus,aliã maledictionem eis non imprecatus eſt: niſi cinyphes & culices, ut per parua animalia ſupernã uirtutem potuiſſent agnoſcere. Orationem uero ſequutæ ſunt nebulæ cinyphum & culicum. Et elephantorum quidem pro boſcidas cum ſint concauæ, equorum uero aliorumq; iumentorum aures ſimul & nares impleuerunt. At illi ferre uim paruorũ animalium non ualentes, ſeſſores ſuos ductoresq; excuſſos dorſis proiecerũt, & diruptas acies confuderunt:exercitumq; relinquentes ſummo impetu fugiebant. Hoc modo miſerrimus Imperator paruam clementemq; correptionem in ſe cognoſcens factam, à deo habente prouidentiam animarum ipſum pie colentium,ſuum inde reduxit exercitum, confuſionem nõ uictoriam ex illa obſidione percipiens. Cap. XLVI

HOc itaq; tempore Conſtantius Antiochiæ morabatur. Et Parthico bello quieſcente rurſus colligebat epiſcopos, cogens oẽs negare uer-

ἑτεροούσιον ὁμοούσιον Cõſultatur de epiſcopo Antiochenis præficiendo bum & unius ſubſtantiæ & alterius ſubſtantiæ. Verũ cum Eudoxius poſt Leontium Antiochenam arripuiſſet ſedem, deinde pulſus poſt multa cõcilia,cum Conſtantinopolitanũ inique tenuiſſet epiſcopatũ, Antiochena eccleſia paſtore priuata uidebatur. Tunc ergo conuenientes epiſcopi cũ eſſent plurimi & undiq; congregati,dicebant Imperatori, oportere primo paſtorem conſtitui,& ita cum illo de dogmatibus cogitari. Cap. XLVII

Illo

A Illo tempore ſanctiſsimus Meletius ciuitatẽ quandam Armeniæ regens & Barbaros edocens quietem habere uidebatur. Quem putãtes Ariani ipſis conſentire,petierunt à Cõſtantio,ut Antiochenæ conſtitueretur præſul eccleſiæ. Cum quibus etiam orthodoxi propter claritatem eius uitæ & ſanitatem rectorum dogmatum, in eius ſubſcripſere decreto, ipſumq́ decretum utraq́ pars Euſebio Samoſateno cõmendauit epiſcopo. Veniente uero magno Melitio, occurrit ei populus utriuſq́ partis. Cum quibus Iudæi pariter & Pagani deſiderãtes celebratiſsimum illum uidere Melitium. Tunc Imperator & ei & alijs qui exponere poterant,iuſsit ut populis explanarent locum illum: Dominus creauit me initio uiarum ſuarũ in opera ſua: præcipiens ut exceptores eorum uerba conſcriberent. Et primum quidem Georgius Laodiciæ fœtorem hæreticæ peſtis euomuit.Poſt quem Acacius Cæſareæ quandam niſus mediam proferre doctrinã, multum ab illorum blaſphemia receſsit,non tamen ſummũ apoſtolicæ integritatis dogma ſeruauit. Tertius autem magnus ſurrexit Melitius,& rectitudinẽ regulæ in ſacra diſputatione monſtrauit.Nam ueluti quodam pondere ueritatis utens, & quod plus,& quod minus erat,euitauit. Cumq́ turba uniuerſa faueret, rogans ut breuem eis doctrinę daret imaginem,tres oſtendens digitos,deinde colligens duos,& unũ tendens, illam laudabilem protulit uocem:Tria B ſunt quæ intelliguntur, ſed tanquam de uno diſputamus.

Meletius & eius doctrina

Conſtãtius iubet epiſcopos hunc locũ: Dominus creauit me &c.popu lo exponere.

Georgius Laodicenus.

Acacius Cæſarienſis

SOZOMENVS Cap. XLVIII

EO tempore ferẽ Archidiaconus eius eccleſiæ,adhuc eo loquẽte,extenſa manu eius os obſtruxiſſe. At ille ſuã ſententiã manu clarius q̃ uoce ſignauit.Tribus eñ apertis digitis & denuo clauſis,& uno tantũ digito rurſus extenſo, populo figura diuulgabat, quod tres unũ ſint. Deinde Archidiacono eius manũ ore omiſſo tenente,libera uoce clamabat,Nicænum ſeruari debere cõcilium.

Melitius quod ore eloqui nõ ſinitur,manu deſignat

THEODORETVS

Contra hanc doctrinam Ariani calumniæ linguas exacuerunt,Sabellianum aſſerentes ſanctum eſſe Melitium. Ob quam rem principi ſuaſerunt, ut in propriam prouinciam in exilium mitteretur. Et ſupra dictus Euzoius aperte Arianum dogma laudauit,Hunc enim cum Ario magnus Alexander diaconatu priuauerat. Hoc itaq́ facto,ſanus populus ab hæreticis diuiſus in Apoſtolicam eccleſiam poſitam loco,qui dicitur Vetus,conueniebat. Annis nanq́ triginta poſtquã magnus Euſtathius fuerat expulſus,orthodoxi Arianorũ onera ſunt perpeſsi,rerum mutationem utilem ſuſtinentes.

Melitius in exilium protruditur.

Euzoius Alexandrinus

SOZOMENVS

Sequacibus enim Melitij cõmunicare noluerunt hi, qui ab initio Nicænum dogma ſeruauerant,dicentes, quod ex Ariano decreto Melitius fuiſſet ordinatus,& ſequaces eius ab illo eſſent baptizati:ob quam rem Antiochena eccleſia in aliam diuiditur partem.

Schiſma

THEO

THEODORETVS A

Ariani triumphant

Cumq́ uiderent Orthodoxi, hæreticorum creſcere magis impietatem, & Apoſtolici dogmatis defenſores aperte debellari, ſanctumq́ Melitium pulſum, & Euzoium hæreticum ordinatum, uerborum meminerunt, quæ dicta ſunt Loth: Salua (inquit) ſalua animam tuam. Ad hæc etiam Euangelici uerbi dicentis. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, aufer eum & proijce abs te. Idem & de manu & pede domino ſanciente, qui etiam adiecit, dicēs: Melius eſt enim tibi, ut pereat unum membrum tuum, quàm totum corpus in gehennam mittatur. Cap. XLIX

Decretū Melitij repetunt ab Euſebio Samoſatenſi Ariani

PORrò mirabilis Euſebius, cui modo memini decretum fuiſſe commendatum, uidens præuaricationem pactorum circa Melitium meditatā, ad ſuam reuerſus eſt ciuitatem. Ariani uero ſcriptum teſtimonium metuentes, Conſtantio ſuaſerunt, ut mittteret qui decretum de Melitio factum, ab Euſebio reuocaret. Tunc miſſus eſt ueredarius, qui hæc uelociter adimpleret. Quumq́ ueniſſet, & Imperatoris uerba nunciaſſet, tunc Euſebius admirandus, commune, inquit, depoſitum non reſtituam, niſi omnes qui tradiderunt, dicant. Quod dum qui fuerat miſſus renunciaſſet, indignatus Imperator, denuo miſit ut redderet quod accepit, adijciens ſcripto, ut ſi reddere nollet, dexteram manum eius abſcinderet: uerbo tamen iubens illi quem miſit, ne faceret quod habebatur in literis. Quumq́ epiſtolam legiſſet Euſebius, & inueniſſet pœnam ab Imperatore dictatam, cum dextera manu obtulit & ſiniſtram, ambas incidi petens. Nam decretum, inquit, nō dabo clarum Arianæ peſtis indiciū. Hanc eius firmitatem Conſtantius uidens, laudauit egregie. Mirantur enim & impij reſiſtentium ſibi laudes, cum geſtorum magnitudine ſuperantur. B

Euſebij conſtantia

SOZOMENVS Cap. L

Victoria Iuliani aduerſum Alemanos circa Argentor.

Iulianus appellatur Auguſtus.

HAec igitur apud Orientales agebantur eccleſias. Interea Iulianus Cæſar bello deuincens Barbaros apud Rhenum fluuiū reſidentes, alios quidem peremit, alios cepit: claraq́ uictoria decoratus, cum mediocritate uitæ atq́ manſuetudine militibus gratus eſſet, ab eis appellatur Auguſtus. Hoc facto, nihil de Conſtantio cogitans, Iudices ab illo factos honoribus mulcebat: & ad illius inuidiam literas proferebat, quibus oſtenderet eum propter bellum cōtra Magnentiū geſtum, in Italiam Barbaros induxiſſe. Repente uero religione mutata, cum prius Chriſtianus eſſe putaretur, ſemetipſum Pontificem nominauit: & ueniens ad templa Paganorum, ſacrificabat, ſubiectiſq́ talia colere ſuadebat. Cumq́ Conſtantius propter bellum Perſicum apud Antiochiā moraretur, ſperans ille quod ſine bello poſſet Illyricū occupare, ad eos agebat iter, dicēs ſe uelle Cōſtantio ſatisfacere, tanquam non ſponte ſed uoluntate militum infulas imperij ſuſcepiſſet. Fertur itaq́ cum ad hos terminos acceſsiſſet, uindemia iam collecta, circa occa-

Vocat ſe Pontificem Gentilium

Prodigia

ſum

A ſum Pleiadum uuas denuo fuiſſe prolatas. Inſuper etiam imbre ex aere deſcendente, in eius ueſte ſimul & cæterorum guttas ſingulas crucis formaſſe ſignacula. Hoc facto, uidebatur & ipſi & alijs, quod botris extra tempus illatis, bonum rei panderetur indicium: imber autem cadens ueſtem ſupra quam ceciderat, roboraret. Alij uero dicebant, uuarum ſignum, quod præter tempus ſit, ſignificare perditionem Imperatoris inſtar huiuſmodi botrorum, & parui temporis fore eius imperiũ. Porrò de cruce dicebant prænunciare hoc ſignum, quod ſit cœleſte dogma Chriſtianorũ, & oporteat ſignari cunctos crucis indicio. Vnde cognoſcitur quod diuerſius interpretati quàm dixerat Imperator, ueritate fraudati nõ ſunt: utrunq; enim oportune dictũ ſequens tempus oſtendit. Cum audiret itaq; Conſtantius contra ſe uenire Iulianum, inſtructione belli Parthici omiſſa, Conſtantinopolim ueniebat. *Notæ crucis in ueſtib.*

SOCRATES

Et apud Mopſucrenem inter Cilicas atq; Cappadocas, nimia cogitatione, apoplexiæ paſsione defunctus eſt, Conſulatu Tauri & Florentij, tertio die Nouembris menſis, anno uitæ ſuæ quadrageſimo & quinto: ex quibus tredecim cum patre regnauit, uigintiquinq; poſt illum. *Mopſiſons. Conſtantius Aug. moritur*

SOZOMENVS

Quo defuncto, Iulianus quidem iam Thracias obtinebat. Et non poſt B multum Conſtantinopolim ueniens, appellatus eſt Imperator. *Iulianus fit Imperator*

ELENCHVS CAPITVM LIBRI
SEXTI HISTORIAE ECCLESIAST.
quam Tripartitam uocant.

De Iuliani genere ac diſciplinis, & quomodo peruenerit ad imperiũ. Caput 1
Quõ Iulianus ad ritũ deuenerit Paganorũ, & de ſacrificijs idolorum. Cap. 2
Quomodo etiam ante imperium latenter fuerit Paganus. Cap. 3
Quàm fuerit Chriſtianis infenſus. Cap. 4
Quod initio imperij ſui magis pepercerit Chriſtianis. Cap. 5
Quõ Maris epiſcopus Chalcedonis in faciem redarguerit Iulianum. Cap. 6
Quod eos qui fuerant deportati à Conſtantio, reuocarit. Cap. 7
De ſeditione apud Alexandriam orta contra Paganos. Cap. 8
Quomodo Alexandrinus Georgius ſit extinctus. Cap. 9
Quomodo Iulianus eccleſias clauſerit, & eccleſiæ ornamẽta diripuerit. Cap. 10
De Euſebio, Nectario, & Zenone martyribus. Cap. 11
De Hilarione monacho, & crudelitate Heliopolitanorũ & Arethuſiorum contra Chriſtianos, & de Marco epiſcopo, eiusq; martyrio. Cap. 12
De Macedonio, Theodulo, & Taciano martyribus. Cap. 13
De Baſilio martyre, & Eupſychio. Cap. 14
Quæ in Gaza contra Chriſtianos crudeliter ſint cõmiſſa, atq; Sebaſtia, necnon & in Phœnice. Cap 15
De ſimulachro ἀνδρογύνῳ à Paganis in eccleſia conſtituto. Cap. 16

De legibus

De legibus, quas Iulianus contra Chriſtianos poſuit. Cap. 17 A
De reditu Athanaſii ad Alexandriam. Cap. 18
De Lucifero & Euſebio. Cap. 19
De concilio apud Alexandriam cum Athanaſio celebrato. Cap. 20
De differentia ſubſtantiæ & ſubſiſtentiæ. Cap. 21
Pars libri Athanaſii de ſatisfactione fugæ. Cap. 22
Quod Euſebius ueniens Antiochiam propter Paulinum, & diuiſum uidens populum, fugerit indignatus. Cap. 23
De Hilario Pictauienſi. Cap. 24
De Macedonianis. Cap. 25
Quod Iulianus quoq; perſequutus ſit Athanaſium. Cap. 26
Quomõ Iulianus fouerit Cyzicũ, propter Paganiſmi cultum. Cap. 27
De Tito Boſtrenſi epiſcopo. Cap. 28
Quod Iulianus præceperit, ut ſecundum Chriſtianorum ritum, etiam Pagani orationes & eleemoſynas facerent, & decimas templis offerrent, & cætera quę Chriſtianis facere moris eſt, adimplerent. Cap. 29
Quibus modis conatus ſit Paganiſmũ extollere, & milites ad cultum idolorum inclinare. Cap. 30
De corpore martyris Babylæ, & de ſimulachro Apollinis fulmine concremato. (Cap. 31
De publicatione uaſorũ eccleſiaſticorũ, & quõ Iulianus Præfectus & Felix uiolantes eccleſiam, diuinitus ſint puniti. Cap. 32
Quomodo apud Antiochiam ſacerdotis filius ſit conuerſus. Cap. 33
Quomodo Iulianus aquis immolatitijs uniuerſa polluerit, eiq; reſtiterint Iuuentius & Maximus. Cap. 34 B
Quomodo Valentinianus, qui poſt eum imperauit, propter aſperſionem immolatitiæ aquæ miniſtrum percuſſerit templi. Cap. 35
De Artemio martyre, & Publia Abbatiſſa. Cap. 36
De Baſilio atq; Georgio. Cap. 37
De his qui amore pecuniæ à fide declinauerunt. Cap. 38
Quomodo pecunias Iulianus abſtulerit Chriſtianis. Cap. 39
Quomodo ab Antiochenis irriſus ſit. Cap. 40
De ſimulachro Chriſti, quod depoſuit Iulianus. Cap. 41
De beneficio herbæ, quæ naſcebatur iuxta ſimulachrum Chriſti, & de miraculis, quæ per loca diuerſa pro nomine Chriſti fiebant. Cap. 42
Quomodo Iulianus Iudæos armauerit contra Chriſtianos, & de templo Hieroſolymorum. Cap. 43
De bello Parthico, & quomodo Iulianus illuc profectus ſit. Cap. 44
Quõ Iulianus monachus, eius mortem antequã audiret, prænũtiauit. Cap. 45
De inconſulto Iuliani ducatu. Cap. 46
De peremptione Iuliani. Cap. 47
Quæ Magiæ poſt mortem eius inuentæ ſint. Cap. 48

A # HISTORIAE ECCLESIASTICAE
QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBER SEXTVS.

SOCRATES Cap. I

NVNC igitur de Iuliano pauca dicenda ſunt, eiuſq́ gene-
re, ac eruditione, & quomodo uenerit ad imperiū. Con- *Conſtantinopolis unde dicta.*
ſtantinus, qui Byzantium ſuo nomine Conſtantinopo-
lim appellauit, duos habuit ex eodem patre, non ex ea-
dem matre, germanos, quorum unus Dalmatius, alter *Dalmatius. Conſtantius.*
Conſtantius uocabatur. Et Dalmatius quidem habuit *Gallus.*
ſui nominis filium: Conſtantius autem duos habuit natos, Gallum, & Iulia- *Iulianus*
num. Poſt mortem Conſtantini conditoris Conſtātinopolitanæ ciuitatis,
cum milites iuniorem Dalmatiū peremiſſent, tum & iſti, defuncto iam pa-
tre, penè mortis periculum cum Dalmatio ſuſtinuerāt, niſi Gallum quidem
ægritudo, quæ putabatur ineuitabilis, liberaſſet: Iulianum uero ætas infan-
tilis: erat enim annorum octo. Cumq́ ab eis feruor Imperatoris quieuiſſet,
Gallus circa Epheſum apud doctores erat, ubi etiā à progenitoribus poſ- *Gallus Epheſi inſtituitur,*
ſeſsiones habebat. Porrò Iulianus creſcens, in auditorijs Conſtantinopoli-
B tanæ urbis exercebatur in Baſilica ubi doctores erant, habitu priuato pro- *Iulianus Conſtantinopoli.*
cedens, habebatq́ pædagogum eunuchum nomine Mardonium, Gram- *Mardonius.*
maticum Nicoclem Laconem. Rhetoricam uero legebat apud Ecebolum *Nicocles.*
Sophiſtam tunc Chriſtianū. Quod prouidentia ſanè Conſtantij factum *Ecebolus.*
eſt, ne apud Paganū Sophiſtam legens, ad eius ſuperſtitionis dogma de-
clinaret. Erat enim Iulianus ab initio Chriſtianus. Cumq́ lectione profice
ret, fama per populum uolitabat, quod poſſet etiam Romanam gubernare
rempublicam. Quod dum latius panderetur, æſtuationem induxit Impe-
ratori Conſtantio. Quamobrem amouit eum ab urbe regia, & miſit Nico-
mediam, præcipiēs ne accederet Libanium Sophiſtam, Syrum. Tūc enim *Libanius Sophiſta*
Libanius à pædagogis Conſtantinopolitanis expulſus, Nicomediæ dege-
bat. Prohibebatur autē Iulianus apud Libanium legere, eo quod Paganus
eſſet: ueruntamen librorū eius lectionibus utebatur. Cumq́ proficeret in
Rhetorica, ſuperuenit Nicomediam Maximus philoſophus, non ille By- *Maximus philoſophus*
zantius pater Euclidis, ſed Epheſius, quem poſtea quaſi artes Magicas ex-
ercentem, Valentinianus Imperator præcepit occidi. Tum igitur non ob a-
liam cauſam Nicomediā uenerat, niſi Iuliani fama pertractus. Apud quem
Iulianus cum ſtudia philoſophica prægustaſſet, cœpit etiam doctoris imi-
tari religionem. Is enim etiam imperij cupidinem animo eius immiſerat.
Cum hæc non laterent aures Imperatoris, inter ſpem metumq́ conſtitu-
tus, ſuſpitionem celare uolens (quia qui dudum integer fuerat Chriſtianus,

poſtea proditor eſt effectus) tonſus monachicã ſimulabat uitam: & laten- A ter exercebatur in philoſophia, in manifeſto autem ſacros Chriſtianorum legebat libros. Denicp in eccleſia Nicomediæ Lector eſt conſtitutus: & ſub hoc habitu furorem declinauit Imperatoris. Hæc equidem ex timore facie- bat, nequaquã à ſpe recedens quam mente conceperat. Dicebatcp plurimis amicorum ſuorũ felicia fore tempora, quibus ipſe rerum potiretur imperio. Dum hæc itacp contra eum ſic agerent, Gallus germanus eius Cæſar con- ſtitutus, uenit Nicomediã uiſurus ipſum, cum proficiſceretur ad Orietem. Paulò poſt uero perempto Gallo, repente Iulianus quocp fit ſuſpectus Im peratori, qui etiam eum cuſtodiri præcepit: & cum fuga elapſus fuiſſet, di- uerſa loca circumeundo, ſeruatus eſt. Vixcp tandem uxor Imperatoris Eu- ſebia celatum inueniens, ſupplicauit Imperatori ut nihil mali pateretur, ſed ut potius ad philoſophandum mitteretur Athenas.

Iulianus fingit ſe Chriſtianũ

Iuliani fuga.

Euſebia uxor Conſtantij

THEODORETVS

Cœpit igitur Iulianus Imperialia ſceptra deſiderare. Quamobrẽ diſcur- rens per uniuerſam Hellada, uates quærebat reſponſa reddentes, cõſulens an ad ſuum imperiũ perueniret: inuenitcp uirum qui illi deſiderata ſe dicere fateretur. Is eum perducens ad quendam idolorum locum, & introducens in adytũ, ſeductores dæmones euocauit. Quibus ſolenniter apparentibus, terrore compellitur Iulianus in fronte ſua crucis formare ſignaculum. Tunc B dæmones trophæi dominici figuram reſpicientes, & ſuę recordati deuictio nis, repente diſparuerunt. Quod cognoſcens Magus, cœpit inculpare Iulia num. At ille & terrorem ſignificauit, & de crucis ſe dixit obſtupuiſſe uirtute, eo quod uidentes hoc ſignum dæmones euanuiſſent. Porrò Magus: Non hoc ſuſpiceris, inquit, ó bone uir, eos timuiſſe ſicut ais, ſed abominati hoc ſi- gnum potius, abſceſſerunt. Et ita capiens miſerum, odio repleuit Chriſtia- ni ſignaculi Iulianum.

Cõſulit uates

Miraculum

SOCRATES

Poſt hæc igitur Imperator euocauit Iulianum & conſtituit Cæſarem: danſcp ei coniugem Conſtantiã ſororem ſuam, contra Barbaros eum de- ſtinauit ad Gallias. Hi nancp Barbari, quorũ Imperator Conſtantius con- tra Magnentium auxilia petierat, cum nihil profuiſſent contra tyrannum, Romanorum uaſtabant urbes. Cum eſſet ergo adoleſcens Iulianus, iuſsit ut præter conſilium Ducũ nihil moliri præſumeret. Cumcp illi accepta po- teſtate negligentius agerent, & propterea Barbari ſuperarẽt, tunc Iulianus Duces quidem delitijs uacare permiſit. Sumens autem milites, eiſcp ſpolia peremptorum hoſtium compromittens, initium uincẽdi Barbaros fecit, & amorem ſui militibus inſeruit. Fertur itacp cum in quandam ciuitatem fuiſ- ſet ingreſſus, quod corona laurea, quibus ſolent ciuitates ornari, inter colu- mnas pendens, rupto fune ſuper eius caput deciderit, eumcp aptiſſime coro

Conſtantia uxor Iuliani

Alemanni

nauerit

A nauerit. Quo facto, cuncti clamauerũt id ei ſignũ fore imperij. Aiunt uero quidam, Conſtantium propterea eum cõtra Barbaros miſiſſe, ut ibi interiret. Sed neſcio an uera ſuſpitio ſit: nam qui ei germanã dedit uxorem, ſi hoc cogitaſſet, contra ſe magis inſidias excitaret. Cum igitur Iulianus apud Imperatorem de Ducum negligentia quereretur, alter mittitur magiſter armorum, eius alacritati conueniens. Cuius miniſterio cum Barbaris cõfidenter eſt cõgreſſus: & cum illi per Legatos literas Imperatoris eos ad prouincias inuitantis oſtenderent, tunc ille Legatos eorum coniecit in uincula: factaq́ꝫ congreſsione uicit, ita ut etiam captum regem Conſtantio mitteret. Hac felicitate prouectus, à militibus appellatur Auguſtus. Cumq́ꝫ corona deeſſet Imperialis, unus ſigniferorũ torquem quem habebat in collo ſumens, Iuliani capiti circũpoſuit. Hoc ergo modo Iulianus Imperator eſt factus. Quæ uero poſtea geſſerit ille Philoſophus, iudicẽt audientes. In ipſo nanq́ꝫ principio non miſſa Legatione ad Conſtantium, nec animum benefactoris placans, quicquid ſibi uiſum eſſet agebat, modo Iudices immutãdo Prouinciales, modo derogando Conſtantio, & per urbes ſingulas publice relegendo ab illis Barbaris definitas epiſtolas. Quamobrem plurimi eum ſequebantur, à Conſtantio recedentes. Tunc igitur etiam figmentum Chriſtianiſmi quod habebat abiecit. Et cum circũiret diuerſas urbes aperiens templa idolis offerebat, & ſeipſum Paganorum Pontificem nominabat. Cumq́ꝫ talia gereret, inteſtinum bellum contra Conſtantiũ quæſita occaſione parabat: & quantum ad eum perfici potuit. Nõ enim ſine multo ſanguine ſtudium eius philoſophiæ poterat adimpleri, niſi deus conſiliorum iudex, alterũ ſine alterius concertatione ſuſtuliſſet. Nam cum ueniſſet Iulianus ad Thracias, nunciatum eſt mortuũ eſſe Conſtantium. Et hoc modo inteſtino bello Romanum liberatur imperium. Veniens autem Iulianus Conſtantinopolim, cogitare cœpit quemadmodũ ſibi populum complacaret, & illius fauorem decenter acquireret. Quod hac arte fecit. Bene nanq́ꝫ ſciebat Conſtantium ab omnibus populis nomen Conſubſtantialitatis amplectẽtibus odio haberi: ob quam rem ab eccleſiis uidebãtur excluſi, & epiſcopi confiſcati, inq́ꝫ exilium relegati. Simul etiam nouerat & Paganos fuiſſe contriſtatos prohibitione ſacrificiorũ, & deſiderare adipiſci tempus quo ipſorum aperirentur templa, & haberent idolis immolandi poteſtatem. Sic igitur utrunq́ꝫ populum mœroribus exulceratum à defuncto cognoſcens, & cõmuniter omnes de Eunuchorum uiolentia, & præcipuè Euſebij rapinis ingemiſcẽtes, apud omnes ſeipſum artificioſo uelamine cõmendauit: & alijs quidem fingebat, alijs autem per uanam gloriam largus erat. Omnibus tamen in communi qualis eſſet religione monſtrabat. Et primum quidem crudelitati Conſtantij circa ſubiectos derogans, & eum coram populo uniuerſo redarguens, iubet epiſcopos in exilium deportatos reuocari, & confiſcatas eorum reddi

Alemanni profligati à Iuliano, Ammi. Marcel. lib. 15

Iul. Pontifex Paganorum

Iulianus populi fauorem conatur ſibi comparare

Euſebius Eunuchus.

Iuliani uaria geſta, & ſcripta

ſubſtantias. Templa quoq; Paganorum uelociter ſuos neceſſarios pręcepit aperire. Eos autem qui fuerant ab Eunuchis oppreſsi, recipere quę male ab eis fuerant abrepta ſanciuit. Euſebium uero præſidentem Imperiali cubiculo morte damnauit, non ſolum quia multos oppreſſerat, ſed quia Gallum quoq; fratrem ſuum eius accuſatione audierat interemptum. Et corpus quidem Conſtantij regio honore ſepeliuit. Expulitq; palatio eunuchos, tonſores, & cocos Eunuchos quidem, quia eius uxor obierat, poſt quam non duxit aliam. Cocos aũt, eo quod cibis ſimplicibus uteret̃. Tonſores autẽ, unus (inquit) ſufficit multis. Scriptorũ autẽ plurimos fortunæ antiquæ reſtituẽs, reliquis ſuam mercedem ſcripturæ dari præcepit. Abſcidit quoq; etiã publicum curſum mularum & caballorum, quos publicis iuſsit utilitatibus miniſtrari. Hæc eius opera laudant pauci, plurimi uituperãt, quod remoto faſtu Palatij contemptibile uideretur Imperium. Is etiam noctu uigilans conſcribebat libros, & deſcendens in Senatu publice recitabat. Solus enim Imperatorum à Iulio Cæſare in curia ſenatus recitauit orationes. Honorabat quoq; diſciplinarum cultores, maxime philoſophantes. Quamobrem undiq; fama cõgregabat huiuſmodi uiros cõfluentes circa Palatia, qui circum amicti pallijs magis habitu q̃ magiſterio agnoſcebantur. Erantq; graues uniuerſis Chriſtianis, ſeductores uiri, & Imperatoris ſemper religioni fauentes. Habens itaq; Iulianus immodicũ uanæ gloriæ uitiũ, cunctos ante ſe principes lacerauit in libro quẽ de Cæſaribus ſcripſit. Hac ergo arrogantia motus, etiã contra Chriſtianos cõſcripſit libros. Vt ergo cocos atq; tonſores expelleret, opus philoſophi, non tamen Imperatoris fecit: ut autẽ detraheret atq; laceraret, neq; philoſophi, neq; principis fuit.

SOZOMENVS

Iulianus abluit baptiſmum

Prodigium coronatæ crucis in extis uiſæ

FERunt itaq; mox in ipſo principio Iulianum adeo aperte & impudenter negaſſe Chriſtianam fidem, ut quibuſdam ſacrificijs & inuocationibus, quas expeditiones Pagani uocant, & ſanguine immolationum, noſtrum baptiſma ſtuderet ablui, & abrenunciare eccleſiaſticę profeſsioni. Ex illo enim tempore tam ſecretè quàm publicè & in templis, licenter Pagani ſacrificia celebrabãt. Fertur uero, quod cum aliquando ſacrificaretur, oſtenſum ſit ei in uiſceribus pecoris immolati, ſignaculum crucis corona circumdatum. Quo uiſo, alios quidẽ ſacrificij miniſtros fuiſſe perterritos, reputantes uidelicet huiuſmodi religionis uirtutem, & Chriſtiani dogmatis æternitatem: eo quod corona quę circumdabat crucem, uictoriæ eſſet indicium: & quia ambitus circuli à ſuo principio nuſquã terminaret̃, ſed magis reuerteretur in ſemetipſum. Cumq; cæteri mirarent̃, princeps huius ſcientiæ cõfortauit eos, dicens proſpera & utilia ſibi indicia fuiſſe monſtrata, & quod magis ſignum dogmatis Chriſtiani coerceretur, nec ei quò uellet dilatari, liceret, termino circuli circumſepto.

THEO-

A THEODORETVS

Iulianus enim metuens Conſtantium, quod genere proximos tyrannidis formidine perimeret, Lectorum ſociatus eſt choro, & diuinos codices in eccleſia populo audiente legebat. Nam & Baſilicam martyrũ ædificauit, quam diuina prouidentia non ſuſcepit. *Iulianus lector eſt ordinatus ob metũ*

SOZOMENVS. Cap. III

CVm adhuc pueri Gallus & Iulianus in Cappadocia agerent, aiunt habuiſſe eos tunc ſtudium, ut maximam Baſilicam ad ſepulturam martyris Mamę extruerent: & inter ſe diuiſerunt opus. Cumq; ambo certarent in ædificio, ut alter alterũ ſuperaret, fertur quoddam proueniſſe miraculum: & niſi hactenus ſupereſſent, qui hæc ſe audiuiſſe ab inſpicientibus narrarẽt, uideretur forſitan incredibile. Galli nanq; pars augebatur & omnino creſcebat: Iuliani uero labores, alij quidem fodiebantur, alij terra ipſa uomente ruderibus implebantur. Aliquando depoſita fundamenta terrę copulari non poterãt, perinde ac ſi quædã uiolenta uirtus ex loco inferiore ea repercutiendo depelleret. Quæ cauſa cunctis apparebat eſſe prodigioſa. Ex illo nanq; colligebant, non eſſe uirum illum in religione Chriſtiana ſanum. *Iulianus & Gallus templum Mamæ erigendum locant.* *Prodigium*

SOZOMENVS Cap. IIII

CVm igitur ſolus tenuiſſet imperium, templaq; reſeraſſet, & alia repararet, omnem deuotionem etiam miniſtris templorum affluentius impendebat. Sæpe uero ciuibus in commune reſcripſit, ut ad Paganos accederent ritus, & eius donatione fruerentur, Chriſtianis ſe inimicum aperte deſignans, ita ut neq; uenire ad ſe eos uellet, neq; Legationes eorum ſuſciperet. Deniq; cum Perſæ mouiſſent bellum, Legationem mittentibus Niſibinis tanquam omnibus Chriſtianis, & neq; templa reſerantibus, neq; ad eorũ ſacra uenire uolentibus, interminatus eſt, non ſe auxilium præbiturum, nec Legationem quaſi pollutæ ciuitatis eſſe ſuſcepturum, neq; ad eos prius acceſſurum, niſi cognoſceret in Paganiſmum eſſe mutatos. Hoc etiam apud Palæſtinã queſtus de Cõſtantienſibus, delegauit. Hic enim locus cum eſſet Gazæ portus, & Maioma uocaretur, eſſetq; Chriſtianis plenus, à Conſtantino dignitatem meruit ciuitatis, & ex filij eius nomine Cõſtantia nuncupata eſt. Iniuſtum enim arbitratus eſt Conſtantinus, ut Paganis ſubdita uideretur eſſe Gazenſibus. Tunc ergo Iuliano regnante, litem Gazæi Conſtantienſibus intulerunt. Quo iudice reſidente, Conſtantiã rurſum eis ſubdidit, diſtantem propemodum ſtadijs uiginti. Et ex illo, ſublato priori nomine Gazæ Maritimæ uocabulo nuncupatur. Habebat enim communes Iudices atq; Duces: ſola uero iura eccleſiæ duas uidentur oſtendere ciuitates: utraq; enim ſuum epiſcopum habet & clerum. Et Vigiliæ martyrum atq; Collectarum apud eos ſeorſum fiunt, & termini utriuſq; epiſcopatus eccleſiæq; conſtituti ſunt. Quodam tempore defuncto Maiumeno Ponti- *Maioma, Conſtantia* *Conſtantienſes à Conſtantino libertate donati propter aſſumptã Chriſti religionem.* *Gaza Maritima*

B

fice,quidam Præſulum eccleſiæ Gazæorum ſtuduit utrunq; clerum ſuæ di/ A
tioni ſubmittere, phas non eſſe dicens, ut uni ciuitati duo epiſcopi præſide/
rent.Reſiſtentibus Maiomenis, delibetauit prouinciæ ſynodus,ut eis pro/
prium ordinaret epiſcopum, oportere credens eos qui ſub Cōſtantino pro
pietatis religione ciuitatis habere priuilegia meruiſſent, & Pagani Principis
iudicio hæc amiſiſſent, in ſacerdotijs & ordine eccleſiarum nequaquā dato
antiquitus honore priuari. Ea quoq; tempeſtate Cæſaream Cappadociæ
maximam ac felicisſimā ciuitatem ita uocari prohibuit, eiq; appellationem
antiquā Cæſaris abrogauit, quam à Claudio Cæſare promeruerat. Nam
Mazaca prius Mazaca uocabatur. Habebat enim odium eius antiquitus, eo quod
Templa idolorū à Chriſtianis deſtructa. omnis eius eſſet populus Chriſtianus, & templū apud ſe Iouis & patrij de/
ſtruxiſſet Apollinis. Nam cum etiam eo regnante,Fortunæ ſacellum quod
ſolum remanſerat,à Chriſtianis fuiſſet euerſum,ciuitati crudeliter erat inſe/
Theſaurus eccleſiaſticus Cæſarienſib. ademptus. ſtus: & Paganorū populos illic habitantes, ualde culpabat, qui ſemetipſos
ulti non eſſent,& quidlibet pro Fortuna ſuſtinuiſſent. Omnes uero poſſeſ/
ſiones atq; pecunias Cæſarienſium eccleſiarū cum uerberibus exquirēs, in
Clerici coguntur militare medium iuſsit afferri. Moxq; ex eis trecentas auri libras in ærario publico
collocauit.Clericos autem uniuerſos aggregari inter milites iuſſit,Duci pro
uinciæ ſeruituros: quod eſt nimis graue & uehementer iniurioſum. Popu/
lum uero Chriſtianorū cum uxoribus ac filijs inſcribi præcepit, & tanquā B
uicaneos tributa perſoluere,cum interminatione iurās, quod niſi templum
rurſus feſtinanter ædificarent,& ciuitatem ualde affligeret, & ne quidem ca
Galileos Iulianus uocat Chriſtianos. pita ſua Galilæos habere permitteret.Sic enim ſolebat uocare Chriſtianos.
Quod fortè eueniſſet,niſi fine celeri defeciſſet. Cap. V

Iulian. mitior INitio nanq; parcens Chriſtianis,clementior uiſus eſt,ſciens priores per/
ſecutores nihil pfeciſſe ad augmentū Paganiſmi,quod puniſſent Chri/
ſtianos:qui magis hinc creuerint,et facti ſint glorioſi pro uero dogmate mo
rientes. Inuidens igitur illorū gloriæ,à tormentis abſtinuit,iudicans eſſe ne/
ceſſarium,ut ſermone potius & admonitione Paganiſmum colendum po/
pulo ſuaderet,credens etiam hinc ſe monſtrare clementem. Cap. VI

FErtur enim,quum Conſtantinopoli apud Fortunā ſacrificaret urbis,
acceſsiſſe ad eum Maris epiſcopus Chalcedonis, & publice impiū &
Iulianus obiurgatur à Marete. ἄθεον, id eſt,ſine deo, apoſtatamq; uocitaſſe: illum uero ſolam ei imprope/
raſſe cæcitatem:erat enim ſenex,& propter imbecillitatem oculorum manu
alterius agebatur. Super hæc uolens etiam lacerare deum, conſuete dixit:
Maretis reſponſum Neq; Galilæus deus tuus curare te poteſt. Reſpondens uero Mares dixit:
Ego,inquit,deo meo pro cæcitate gratias ago: quia hoc ideo factum eſt, ne
te uideam pietate nudatum. Imperator autem nihil reſpondens abſceſsit.
Sic enim putabat potius roborari Paganiſmum, ſi ſe patientem ac mitem
Chriſtiano populo demonſtraſſet. Cap. VII

Hæc

A HAcc itaq; faciens,eos qui fuerant à Conſtantio fugati ptopter religio/
nem,reuocauit,& confiſcatis patrimonia ſua reſtituit. pręcipiēs popu
lo ut nullum læderent Chriſtianum,neq; nolentem ſacrificare cōpellerent:
ſponte uero accedentes ad aras,prius expiari apud dæmones,purgariq; ſo/
litis eorum ſacrificijs præparabat. Clericis autē omnia priuilegia, honores,
conſuetudinesq; ſubtraxit,& leges poſitas pro eis ſoluit,ipſosq; Curiæ tra/
didit: ſimul & à uirginibus & uiduis quæ pro penuria inter clericos aleban/
tur,iuſſit exigi ea quæ pridem à publico accepiſſe uidebātur. Conſtantinus
enim Imperator diſponens res eccleſiarum,unicuiq; ciuitati proſpexit,ut cle
rus ſufficientia emolumēta perciperet, & hoc lege firmauit: quod hactenus
mortuo Iuliano ſeruatur. Hanc exactionem aiunt ualde fuiſſe crudelem.
Auferebat enim ſubinde pecunias,& ornamenta ſacra: templaq; ſub Con
ſtantino & Conſtantio fundata deſtruebantur: datæ ad ædificia pecuniæ
rurſus exigebantur. Hac occaſione ſacerdotes, & clerici, & populus Chriſti
anus crudeliter uexabantur.

Subdola Iuliani in Chriſtianos clementia

Clericorū priuilegia & honores

Virgines & uiduæ pauperculæ ex publico alebantur

SOCRATES Cap. VIII

PEr idem tempus in Alexādrinorū maxima ciuitate cōtigit ex huiuſmo
di cauſa ſeditio. Erat locus quidā in ciuitate antiquis tēporibus deſola/
tus atq; neglectus,multaq; ſorde cōpletus: hic Pagani olim deo Mithræ ſa
B crificantes, homines immolabant: quē locū Conſtātius quaſi uacantem ec/
cleſiæ Alexandrinæ conceſſerat. Hic Georgius uolens oratoriū extruere, lo
cum repurgari faciebat. Quod dū fieret inuentū eſt illic adytū in multa pro/
funditate conſtructū, in quo Paganorū myſteria celebrabant. Erant enim
ibi caluariæ hominū plurimæ, maiorū pariter & infantiū qui perhibebant
illic extincti,ut ex eorum uiſceribus artes Magicas exercerēt. Hæc igit Chri
ſtiani reperientes in adyto Mithræ, ſtuduerunt ad irriſionē Paganorū uni/
uerſis hæc facinora reſerare, diuulgabantq; capita hominū quæ cōpererāt.
Hæc Alexandriæ Pagani uidentes, & opprobrium nō ferentes, ira ſuccen
ſi ſunt, & omne quod ad præſens inuenerūt arma iudicantes, impetu cōtra
Chriſtianos facto,multos interemerunt, alios gladijs, alios fuſtibus aut la/
pidibus,alios funib. ſtrangulantes, quoſdam etiā crucifigentes ad ſacræ cru
cis iniuriā,plurimos diuerſis uulneribus affligētes. Et ita factum eſt,ut neq;
proximis parcerēt,ſed philoſophus philoſophū percuſſit,& frater fratrem,
parentes filios: & inuicem in mutua nece graſſati ſunt. Quamobrē Chriſtia
ni eundem locum purgare quieuerunt.

Pugna inter Gētiles et Chriſtianos apud Alexandriam

Cap. IX

INterea cum Iudices denunciaſſent mortuum fuiſſe Conſtantium,& im/
perare Iulianum, ſeditionem fecit in Alexandreia populus Paganorum,
& impetu facto cōtra Georgium, uinculis eum alligauerunt. Quem paulò
poſt uenientes ad carcerē peremerunt,eiusq; cadauer imponentes camelo,
à mane uſq; ad ueſperam per totam traduxerunt ciuitatem, & circa ſerum

Georgius Alexandrinus occiditur

dici cõcremauerunt. Multi ferunt Arianorũ, quod à fautoribus Athanaſii A
id factum ſit. ſed ego reor indubitãter hoc feciſſe Gentiles, cum utiq; & que relas haberẽt aduerſus eum propter idola & templorum iniurias, prohibitionemq; ſolennitatum. Quod etiam Iulianus ſic ſe habuiſſe teſtatur per literas ad Alexãdrinos miſſas, in quibus culpat eos, pœnamq; relaxat, quaſi propter reuerentiam Serapis, quem ciuitatis conſeruatorem dicit, & Alexãdri conditoris eius, necnon Iuliani auunculi ſui, qui in Paganiſmo ſtrenuus fuit, & Chriſtianos ſupra modum oderat.

Iulianus auunculus Iuliani Aug. templa Chriſtianorum ſpoliat

Cap. x

DIcitur enim is ſtudiũ habuiſſe, ut in theſauros Imperatorios plurima & precioſa eccleſiæ Antiochenę uaſa recõderet, & clauſiſſe eccleſias, & uniuerſos clericos effugaſſe, & ſolum tunc Theodoritum ſtetiſſe presbyterum. Quẽ cum tanq; uaſorum cuſtodem cõprehẽſum crudeliter ſautiaſſet, nouiſsime gladio præcepit occidi. Qui fortiter inter uniuerſa tormẽta reſpõdit, & pro dogmatis confeſſione deuicit. Quumq; uniuerſa deo dicata uaſa & pallia collegiſſet, proijciens hæc in terram, cõtumelijs & iniurijs ut uoluit afficiens Chriſtum, ſuper ea etiã ſedit, & cumulũ auxit iniuriarum. Moxq; *Pœna* uerenda eius & loca femoribus circumpoſita feruntur eſſe percuſſa, & ad tantam peruenit putredinẽ, ut uermes procrearentur, medicis laborãtibus nec ualentibus uincere affectionem. Conficiebantur enim omnimoda precioſaq; medicamina ex pinguibus uolatilibus, ut eorũ pinguedine corrupta B
& putria mẽbra linirentur. Hoc facto, uermes ad ſuperficiem prouocabant, quia in profundo ebulientes, per uiuas ſerpebant carnes. Et donec moreretur, non fuit ab hac affectione ſecurus. Hoc itaq; claruit diuina indignatione factum, cum etiam cuſtodes Imperialium theſaurorum, & alij plurimi aduerſus eccleſias inſurgentes, inopinata & miſeranda morte defuncti ſint, quaſi ſuperna indignatione damnati.

Euſebius Nectarius Zenon

Cap. xi

HIs dictis tempus eſt ut mentionem faciamus Euſebij, Nectarij & Zenonis fratrum Chriſtianorũ, contra quos odiũ exercentes populi Gazæorum, domi celatos, & cõprehenſos, uinculiſq; traditos, atq; flagellatos: poſtea conuenientes in Theatrum, aduerſus eos clamare cœperunt, quaſi eorũ templa deſtruxiſſent, & in iniuriam Paganorum præterito tempore multa geſsiſſent. Dumq; ſe mutuo (ut uulgus ſolet) excitarent concurrentes ad carcerem, & educentes eos crudeliter occiderunt, nunc in terra pronos, nunc ſupinos trahentes, atq; percutientes, & uulneratos lignis, lapidibus, atq; fuſtibus. Audiui nanq; etiam mulieres egreſſas, & cum radijs telarum eorũ corpora uulneraſſe: & cocos publicos, alios aquam, alios feruentes ollas fudiſſe ſuper eos, alios ſubulis eorum membra perforaſſe. Cumq; *Coci publici* eos dilaceraſſent, capitaq; fregiſſent, ita ut cerebrum in terra iaceret, deduxerunt extra urbem, quo ſolebant mortua iumenta proijcere: ibiq; eorum corpora concremantes, oſſa quæ remanſerant, inter cadauera camelorũ &

A aſinorum permiſcuerunt,ne poſſent facile reperiri:quod nõ diu latuit.Quædam nanq; mulier Chriſtiana,nõ tamen de Gaza,diuino præcepto per noctem ea colligens,& in urnam recõdens,Zenoni eorum cõſobrino ſeruanda contradidit. *Zenon epiſcopus Gazæ* Deus enim per uiſionẽ mulieri reuelauit hunc uirũ: ei nanq; erat ignotus, & nuper habita perſecutione celabatur. Hoc ergo modo per mulierem reliquias eorum accepit,& interim domi ſeruabat. Quũq; is eiuſdem eccleſiæ ſuſcepiſſet epiſcopatum,imperante Theodoſio fabricata Baſilica ante ciuitatem, & altari fixo oſſa martyrum collocauit iuxta cõfeſſorem Neſtorem. *Neſtor* Qui dum in uita ſua cum iſtis ſuis proximis habitaret,cum martyribus cõprehenſus à populo, uinculis eorum flagellisq; participatus eſt. Is enim cum traheretur habens pulcherrimũ corpus,ad miſerationem perſequentes adduxit. Quem extra portas ſemiuiuũ, morti tamen proximum proiecerunt. Hunc colligentes quidam, ad Zenonem adduxerunt. Apud quem dum curaretur,defunctus eſt.

Cap XII

INter hæc autem dum Hilarionem monachum Gazęi requirerent,fugit *Hilarion* in Siciliam, ubi ligna de mõtibus colligens,& in ciuitate uẽdens, ſic uictũ quotidianum parabat. Cumq; eius illic uirtus fuiſſet patefacta per dæmones, uenit in Dalmatias: ibiq; uirtute diuina plurima miracula faciebat, ita ut etiam mare,quod quædam occupauerat loca,ſua oratione repelleret. Sed
B etiam hinc rurſus abſceſſit:quia ubi laudabatur,habitare declinabat:demutando loca cunctis eſſe ſtudebat incertus, ut opinionem ſuam crebra migratione deſtrueret. Nouiſſime uero cum nauigaret in Cyprum, uenit in Paphum:inuitatusq; ab epiſcopo Paphi,amabat locum,& circa prædiũ Charybdim nuncupatum,philoſophatus eſt:quẽ ut martyr non eſſet, fuga prohibuit. Fugiebat enim,quia præceptũ diuinum eſt, non expectare perſecutores. Nam qui in perſecutione cõprehenduntur,fortiter ferre iubentur. Gazęi itaq; & Alexandrini cõtra Chriſtianos talia geſſiſſe noſcuntur. Sed Heliopolitani & Arethuſii Syriam habitantes,ad tantam uenere crudelitatem *Heliopolitanorũ crudelitas in ſacras uirg.* (ſicut illorum tẽporum homines explanauerunt)ut ſacras uirgines inſolitas à populo uideri,publice nudatas ſtare cogerent in Theatro. Quas primo irriſerunt,poſtea totonderũt,nouiſſime per medium ſectas,porcos ut eas deuorarẽt prouocabãt. Vt ergo reor, Heliopolitas ad crudelitatem ſacrarum uirginum res illa perduxit, eo quod paterna conſuetudo qua fornicabantur eorũ uirgines antequam nuberent, prohibita uideretur. Conſtantinus enim deſtructo in ea ciuitate Veneris templo, prius apud eos conſtruxit eccleſiam, & conſuetas fornicationes lege prohibuit exerceri. Arethuſii uero *Arethuſii* Marcum ſuæ ciuitatis epiſcopum, ſenem,uita & conuerſatione reuerẽdum, *Marco epiſcopo ſuo infenſi* mirabili morte peremerunt. Hunc enim etiam prius habuerũt exoſum, eo quod Conſtantij temporibus ut Paganos ad Chriſtianiſmum adduceret, ţemplum illorum ornatiſsimum precioſiſſimumq; deſtruxiſſet. Cumq; Iulianus

lianus imperaret, motus in eum eſt, & pręcepit, ut aut ęſtimationem templi redderet, aut id rurſus ædificaret. Et cum utrūq; impoſſibile foret Chriſtianis ſimul & ſacerdoti, primo fugit ſecundum Euangelicā legem: poſtea uero cum multi propter eum periculis & neceſſitatibus ſubderentur, de fuga reuerſus eſt, & ſponte ſemetipſum populo, ut quod uellent, in ſe exercerent, *Marcus epiſc. Arethuſiorū miſere tractatur* contradidit. Qui dum laudare philoſophum debuiſſent, credentes potius contemptorem, irruentes in eum, & per ſingulas plateas trahentes, eius capillos & mēbra delacerabant uiri ſimul & fœminæ, ita ut tenuibus reſtibus eius aures abſcinderēt. Ac pueri apud magiſtros poſiti, illudebant ei, alapis cædentes, & graphijs ſine aliqua miſeratione pungētes. Quē etiam in cuniculos depoſuere fœtētes. Cumq; adhuc reſpiraret, eum melle & liquamine perungentes, & in ſportam immittentes ſuſpenderunt in aere. Fertur ergo tunc ueſpis & apibus ipſum contingentibus, & carne eius ueſcentibus dixiſſe Arethuſiis, quod ipſe quidem eſſet excelſus, illos uero uideret in humili conſtitutos, ſed poſtea etiam ipſos fore paſſuros.

THEODORETVS

Hoc igit̃ agentes, cogebāt eum ut tēplum reædificaret, aut daret impenſas. Quod dum nō faceret, putantes pauperē: uel medietatē petebant pecuniarū: nouiſsime uel paucū aliquid exigebāt. Quibus ait: Nec unū obolum pro omnibus dabo. Sic igitur ſuperati, ab eius ſuperſedere ſupplicijs. B

SOZOMENVS

Sermo fertur, quod tunc præfectus præcipue Paganus fuerit admiratus Marci conſtantiam, & ad principem ueniens quereretur, dicēs eſſe pudendum, ut in uno ſene tanta tormenta peragerentur: Et Chriſtianos cum talia paterentur, fieri glorioſos, ſe uero magis eſſe opprobrio. Marcus ergo tali eſt fine coronatus.

Cap. XIII

Theodulus Tatianus EOdem tempore Macedonius quoq;, Theodulus, & Tatianus Phryges martyrij pignora cōſecuti ſunt. Nam cum in Meroe ciuitate Phrygiæ templum aperuiſſet prouinciæ Index, & longo tempore plenum ruderibus emundaret, ingredientes iſti per noctem, idola contriuerunt. Cumq; propter hoc multi comprehenſi ad ſupplicium ducerentur, illi ſemetipſos exhibuerunt, Quos dum Iudex quaſi habita ſatisfactione delictorum, nollet occidere, populis clamantibus uario tormentorū genere caſtigauit. Nouiſſime uero in craticula ſuperpoſitos ardere præcepit. Cumq; cremarētur: *Amatius Iud.* Si aſſis, inquiunt, carnibus ô Amati delectaris (ſic enim uocabatur Iudex) altera latera ignibus obijce, ne cū comedere cœperis, carnes ſemicrudas inuenias. *Buſyris martyr* Et iſti ergo fortiſſimo certamine deuicerunt. Aiunt autem Buſyrim in Ancyra Galatiæ clariſsimam fortiſſimamq; habuiſſe confeſſionem, cum *Encratitæ* fuiſſet in hæreſi quæ uocatur τῶν ἐγκρατιτῶν, id eſt, abſtinētium. Hūc enim cum Iudex comprehendiſſet quaſi Paganis inſultantem, torquere uolebat

in pu-

A in publico, iuſsitcꝫ ut appenderetur in ligno. Tunc Buſyris extenſis cito manibus ſupra caput, nudauit latera, dicens non opus eſſe ut miniſtri appendendo ſe deponendocꝫ laborarent, quum eſſet ipſe paratus ad pœnam quam uellent exercere, & latera ſua tortoribus præpararet. Miratusꝗ eius promiſsionem Iudex, rei experimento magis obſtupuit. Nam cum unguleferreæ eius latera uehementius exararent: quamdiu Iudici placuiſſet, ſuſtinuit manus extenſas, & plagas cum alacritate ſuſcepit. Poſt hæc autem reductus in uincula quieſcebat. Porrò paulo poſt morte nuntiata Iuliani uſcꝫ ad Theodoſii principatum uixit, & in eccleſia catholica acta pœnitētia prioris hæreſeos, conuerſatus eſt. Cap. XIIII

IN illo porrò tempore ferunt uitam finiſſe martyrio Baſilium eccleſiæ Ancyranæ presbyterum, & Eupſychium Cæſarieñ. Cappadociæ ducta nuper uxore, cum adhuc quaſi ſponſus eſſe uideretur. Eupſychius enim peremptus eſt propter Fortunæ templum, quod (ſicuti iam diximus) dirutum fuerat, & in communi Cæſarieſes iras principis ſunt experti, & alij quidem morte, alij fuga mulctati ſunt. Baſilius autē ſtudioſus uir, circa dogma probatus, dum uixit Conſtantius, reſtitit Arianis. Et propterea Eudoxij decreto ab ordine eſt remotus eccleſiaſtico. Cum uero Iulianus tenuiſſet Imperium, Chriſtianos publice cōmonebat, ut proprium dogma ſeruarent, nec B Paganorum ſuperſtitione macularētur, honoresꝗ collatos à Principe pro nihilo iudicarent, temporales uticꝫ & perpetuæ damnationis autores. Propterea ergo in ſuſpicionem & odium ueniens Paganorum, quoniam publice ſacrificantes inſpiciens ſtabat, & ingemiſcens orabat atcꝫ clamabat, ne ullus Chriſtianorum huiuſmodi errore teneretur obnoxius, comprehēſus & traditus prouinciæ Iudici, multacꝫ tormenta fortiter ſuſtinens, martyrio coronatus eſt. Hæc colligēs in unum retuli, licet diuerſi anni uel dies eorum uideantur eſſe martyrij.

Baſil. Ancyr. Eupſychius Cæſarienſis

Baſilius occiditur

THEODORETVS. Cap. XV

QVæ enim idolorum ſeductionibus ſubditi tempore illo commiſerint, multa quidem ſunt & proprijs libris egentia: ſed ego ex multis pauca narrabo. In Aſcalone ſiquidem & Gaza, uirorum ſacerdotio dignorum & mulierum uirginitatis conuerſatione pollentiū, diuidentes uteros, & ordeo cumulantes expoſuerunt deuorationi porcorum. In Sebaſtia uero, quæ eſt eiuſdem prouinciæ ciuitas, Ioannis Baptiſtæ loculum aperuerūt, ignicꝫ tradiderunt oſſa, ac puluerem diſperſerunt. Porrò ſcelus quod in Phœnice cōmiſerunt, quis poterit uel dicere ſine lachrymis, uel audire? In Heliopoli eñ quæ eſt circa Libanū, erat quidam diaconus nomine Cyrillus. Is imperāte Conſtantio, ſuccenſus zelo diuino, multa idola quæ ibi adorabantur contriuit, & igni cremauit. Cuius facti memores uiri nephandi, nō ſolum peremerunt eum, ſed etiam ſecantes uentrem, ex eius iecore comederunt. Qui tamen

Martyres apud Aſcalonē & Gazam

Cyril. diaconus Hieroſol. martyr

tamen omnium inſpectorem oculum non potuerunt effugere, ſed dignas A dederunt ſua temeritate pœnas. Quicunqꝫ enim illo ſcelere participati ſunt, dentibus omnibus priuati ſunt. Sed & ipſæ linguæ pariter defluxerũt, conſumptę putredine. Perdiderunt etiam uiſum, & affectionibus ſuis uirtutem prædicauerunt omnibus pietatis. Cap. XVI

IN Emeſa uero, quæ eſt in eius cõfinio ciuitatis, Dionyſo γυνίδι, id eſt, Baccho muliebri, eccleſiam quæ deo nuper fuerat ædificata, dedicauerũt,

ἀνδρόγυνον ad deriſionem ſimulachrum illud ſtatuẽtes ἀνδρόγυνον, id eſt, quod uirum

ἄγαλμα monſtraret ac fœminam. In Doroſtolo uero inſigni Thraciæ ciuitate, Aemilianus inuictiſsimus decertator, à Capitolino uniuerſæ Thraciæ Iudice

Aemilianus martyr igni traditus eſt. Porrò Marci Arethuſii epiſcopi geſta uel paſsio, Aeſchyli & Sophoclis magniloquentia noſcitur indigere, ut digne actus illius Tragœdiæ ordine recitentur. Cap. XVII

INnumera quocꝫ alia in omni terra & mari ab impijs cõtra pios illo tempore ſunt cõmiſſa. Tunc igitur aperte deo exoſus Imperator, cõtra pietatem ponebat leges: & primũ quidẽ interdixit Galilæorũ filijs (ſic enim Saluatoris noſtri cultores nominabat) Poetarũ & Rhetorũ atqꝫ philoſophorũ legere diſciplinas. Proprijs, inquit, pennis, ſecundum prouerbium, uulnera

Prouerb. Noſtris ipſorũ pẽnis impetimur mur. Ex noſtris enim armati conſcriptionibus contra nos bella ſuſcipiunt: τοῖς οἰκείοις γάρ φησι πτεροῖς, κατὰ τὴν παροιμίαν, βαλλόμεθα. ἐκ γὰρ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων καθοπλιζόμενοι τὸν καθ' ἡμῶν ἀναδέχονται πόλεμον. B Poſt hanc aliam poſuit legem, præcipiens Galilæos expelli militijs.

SOCRATES Cap. XVIII

Athanaſius redit Alexand. IGitur Athanaſium de fuga remeantem, Alexandrinorũ populus libenter excepit. Expuleruntqꝫ eccleſiis Arianos, & Athanaſio ſceptra uenerabilia tradiderunt. Verum Ariani in domibus ignobilibus ſe colligentes, loco Georgij Lucium habuerunt. Cap. XIX

Lucifer Euſebius EA ſiquidem tempeſtate Lucifer Caralenſis, & Euſebius Vercellenſis epiſcopi, Imperatoris iuſsione ab exilio reuocantur. Vtricꝫ enim ultra Thebaidos terminos ab exilio remeantes, tractabant, quemadmodũ corruptam eccleſiæ regulã repararent. Placuit igitur ut Lucifer quidem ad Antiochiam Syriæ perueniret, Euſebius Alexandriã, ut unà cum Athanaſio facto concilio eccleſiæ dogmata roborarent. Lucifer tamen miſit in locum ſuum Diaconũ, per quem profeſſus eſt ratũ ſe habiturũ, quod eſſet concilio ordinante conſtitutũ. Ipſe aũt ueniẽs Antiochiam, fluctuantẽ inuenit eccleſiam: erat enim inter ſe turba diuiſa, & non tantũ hæreſis Ariana, quæ erat

Melitiani ſub Euzoio, diuidebat eccleſiam: ſed etiã Melitij ſequaces ſtudium habẽtes circa ſuum præſulem, à ſuis conſortibus receſſerunt. Tunc ergo Lucifer ordinans eis Paulinum epiſcopum, rurſum abſceſsit. Euſebius autem ueniens Alexandriam, cum Athanaſio concilium celebrauit. Cap. XX

Conue

A CONuenerūtq; ex diuerſis ciuitatibus epiſcopi, & de maximis neceſſarijsq; rebus habuere tractatum. Vbi etiam de ſancti ſpiritus diuinitate tractantes, eum in conſubſtantiali trinitate cōprehenderunt. Et uerbum inhumanatum non ſolum carne, ſed etiam anima declararunt: ſicut olim uiris eccleſiaſticis complacuerat. Non enim nouam religionem in eccleſiam introduxerunt, ſed quam ab initio eccleſiaſtica traditio docuit Chriſtianos. Sic enim omnes antiqui ex hoc habita huius diſputatione ſermonis ſcripturam nobis probatiſsimam reliquerunt. Nam Irenæus, & Clemens, & Apollinarius Hierapolites, & Serapio Antiochenæ præſul eccleſiæ, animatum eum qui inhumanatus eſt, in ſuis ſermonibus ſunt profeſſi. Nec non per Beryllum epiſcopum Philadelphię in Arabia cōſtitutæ facta ſynodus, ſcribens ad eundem Beryllum hæc ipſa contradidit. Sed etiam Origenes ubiq; in ſuis libris animatum nouit eum, qui eſt humanatus: proprie tamen nonus Tomus eius in Geneſim hoc ſacramentum cōgruenter exponit, ubi Adam quidem Chriſtum, Euam uero eccleſiam latius explanauit. Horum itaq; dictorum digni ſunt teſtes ſanctus Pamphilus, & qui ex eo habebat cognomen, Euſebius. Ambo namq; & cōmuniter Origenis uitam cōmendantes, & eius aduerſarijs reſiſtētes, inſignibusq; libris ſatisfactionem pro eo componentes: non primum Origenem ad hanc diſputationem ueniſſe
B dicunt, ſed myſticam eccleſiæ interpretatum fuiſſe traditionem. At illi qui Alexandriæ conuenerunt, non ſine ſubtili inueſtigatione quæſtionem de ὀσία, id eſt, ſubſtantia, & ὑποςάσις, id eſt, ſubſiſtentia reliquerunt. Oſius namq; Cordubæ Hiſpaniæ præſul (de quo iam ſermo prælatus eſt) præmiſſus ab Imperatore Conſtantino, ut flammam tunc ab Ario excitatam extingueret, etiam Sabellij Lybienſis dogma deſtruxit, de ſubſtātia & ſubſiſtentia habuit quæſtionem.

De anima Chriſti · *Beryllus* · *Synodus Philadelphina* · *Apologia pro Origene* · *Oſius Cord.* · *Sabell. Libys*

SOZOMENVS

Interea plurimi epiſcopi in Alexandria congregati cum Athanaſio & Euſebio Nicæni concilij decreta roborauerunt: & cōſubſtantialem patri ac filio ſpiritum ſanctum ſunt profeſsi, Trinitatemq; nominauerunt. Et quoniam de ſubſtantia & ſubſiſtentia quæſtio turbabat eccleſias, ſapienter decretum eſt, ut his nominibus contra Sabellianos ſolos utamur, ne uocabulorum inopia idem putetur eſſe ſubſiſtentia quod ſubſtantia.

Concil. Alex. · *Trinitas* · *Sabelliani*

SOCRATES. Cap. XXI

HAec quidem nunc ſynodus. Nos autem de ὀσία, id eſt, ſubſtantia: & ὑποςάσις, id eſt, ſubſiſtentia, ſi quid nouimus, abſurdum non eſt breuiter indicare. Igitur qui Græcanicam explanauere prudentiam, ὀσίαν, id eſt, ſubſtantiam quidem diuerſo modo definierūt, ὑποςάσεως, id eſt, ſubſiſtentiæ uero ne ſermonem quidem fecerunt ullum. Irenæus autē Grammaticus in libro, ubi uerba ſecundum ordinem elementorum colligit: etiam

Barbarum uocat hoc uerbum,necꝙ apud aliquos antiquorum uſurpatum: A
quod etiamſi alicubi ſit inuentū, non tamen hoc indicare quod nunc intelli-
gitur. Nam apud Sophoclem in Phœnicia locum inſidiarum ſignificare
ὑπόστασιν, id eſt, ſubſiſtentiam meminit. Apud Menandrum ueluti feces
quæ ex uino colligunt in dolio, ὑπόστασιν, id eſt, ſubſtātiam deſignare dicit.
Sciendum tamen, quod licet antiqui philoſophi hoc modo loquuti non fue-
rint, tamen iuniores philoſophi pro οὐσία, id eſt, ſubſtātia, ὑποστάσεως, id eſt,
ſubſiſtentiæ uocabulo ſunt uſi. Subſiſtentiæ uero definitionem diuerſis mo-
dis explanauerunt. Si ergo definitione ſubſtātia circumſcribitur, quomodo
in deo, qui non poteſt comprehendi, proprie hoc uti ſermone poterimus?

Euagrius in Vitis Patrum

Verum Euagrius in Monachico libro temere quidem & inconſiderate de deo diſputandum eſſe prohibuit. Definire uero diuinitatem modis omnibus interdicit. Ait enim rerum compoſitarum eſſe definitiones. Is itaꝙ ſic ait: Omnis, inquit, propoſitio aut genus habet quod prædicatur, aut ſpeciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidēs, aut ex his compoſitam orationem. Sed nihil in ſancta Trinitate horum quæ dicta ſunt, poterit cōprehendi: igitur quod ineffabile eſt, ratione ſilentij adoretur. Hæc quidem Euagrius. Nos autem licet facta digreſsione hæc dixiſſe uideamur, tamē tanꝙ utilem hiſtoriæ cauſam nos retuliſſe non pœnitet.

PARS LIBRI ATHANASII de ſatisfactione fugæ. Cap. XXII B

Verum Athanaſius librū de ſatisfactione fugæ olim à ſe conſcriptum tunc eis præſentibus legit: cuius partes utiles, & quæ proſint hic intexens, totū librū multorum uerſuum quærere & legere ſtudioſos admoneo. Ait enim: Ecce huiuſmodi ſunt præſumptiones impiorū hæc agētes, nec erubeſcētes. In quibus primū contra nos mala ſunt machinati, hactenus accuſant quod manus eorum paratas ad necē declinare potuerimus, & amariſſime potius ingemiſcunt, quod nos penitus extinguere nequiuerūt: & improperāt timoris cauſam, ignorātes quod dū hoc ſubmurmurāt, in ſemetipſos magis retorquēt culpā. Nam ſi fugere malum eſt, perſequi multo deterius. Hic quidē ne moriatur, abſcōdit: hic aūt perſequitur, ut occidat. Et ut fugiatur quidē, ſcriptum eſt: qui aūt quærit occidere, præuaricat legem, & magis ipſe fugiendi præbet occaſionē. Si ergo fugā improperant perſequētes, pudeat eos potius ſuipſorum. Quieſcāt inſidiari, & quieſcunt cōtinuo fugientes. Sed à malitia nō deſinunt ſua, & cōprehendere omni uirtute feſtinant, ſcientes quia fuga perſecutionē patientium, indicium eſt maximum perſequentium. Nullus enim mitē atꝙ clementē fugit aliquando, ſed magis ferocem ſimul & callidū. Omis eīm qui gemebat & uexabat à Saul, fugiebat & ueniebat ad Dauid. Sed iſti propterea eos qui abſconſi ſunt, interimere ſtudent, ne ipſorum maliciam uideantur arguere. Qui etiam in hac parte cæ-

Excuſat fugā ſuam Athan.

cantur

A cantur. Nam quanto fuga manifeſtior eſt, tanto amplius eorum inſidijs nec es exiliacꝙ cōmiſſa omnib. ſunt aperta. Nam ſiue perimāt, mors contra eos ſemper exclamat: ſiue rurſus exilia minētur, undiquacꝙ ipſi contra ſe mali memoriā deſtinare noſcuntur. Et ſi quidē ſanam haberent mētem, uiderēt ſemetipſos in his eſſe conſtrictos, ſeꝗ; in cōſilijs ſuis offendere. Sed quoniā mentē amiſerunt, propterea perſequutione decipiuntur: & quęrētes occidere, ſuam non contēplantur impietatē. Nam ſi derogant eis qui fugiunt quęrentes occidere, quid faciant cum uident Iacob fugientē Eſau fratrem ſuum, & Moyſen in Madian deſcēdiſſe propter Pharaonis timorē? Quomodo ſatisfacient fugiēti Dauid Saul, qui in domum miſit, ut interimeret eum, dū abſcōſus eſſet in ſpelunca, & mutaſſet uultum ſuum donec declinaret ab Abimelech? ob quā cauſam inimicorū euaſit inſidias. Quid dicāt iſti, qui omnia proferunt temere, uidentes maximū Heliam in oratione quidē mortuū ſuſcitaſſe, tamen abſconſum propter Achab, & fugiſſe propter inſidias Hiezabel? Tunc etiā quæſiti filij prophetarum celati ſunt latentes in ſpeluncis apud Abdiam. Sed ſi hęc tanꝗ; uetera nō legerunt, ſaltem memoriā habeant euangeliorum. Nam & diſcipuli propter metum Iudęorum receſſerūt, celantes ſemetipſos: & Paulus in Damaſco à principe gentis quæſitus, de muro in ſporta demiſſus eſt, & manus quærentis effugit. Hæc igitur de ſan-

B ctis uiris ſcriptura dicēte, quam putas excuſationē ſuæ petulantiæ poterunt inuenire? Siue ergo timorem improperent, contra ſemetipſos tanꝗ; uæſani loquuntur: ſiue cōtra uoluntatē dei hoc dicant fieri, ſcripturarum diuinarum uidentur penitus expertes. Nam in lege præceptum fuit, ut deputarentur etiam ciuitates ad fugam, ut hi qui quærebantur ad mortem, quoquo modo liberari poſſent. In nouiſsimo uero tēpore ſeculorum ueniens ipſum, quod Moſi loquutum eſt, patris Verbum, rurſus hoc dedit mandatum, dicens: *Chriſtus in Euangelio* Cum perſecuti uos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliā. Et poſt pauca dicit: Cum ergo uideritis abominationē deſolationis, quæ dicta eſt per Danielem prophetam, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montana: qui in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: qui in agro, non reuertatur tollere ueſtes ſuas. Hæc enim ſcientes ſancti, huiuſmodi habuerunt conuerſationis modum. Quæ enim tunc præcepit dominus, hæc etiam ante incarnatam ſui præſentiam in ſanctis loquutus eſt. Et hic eſt hominū terminus ad perfectionē ducēs, ut quod deus iubet, hoc faciāt. Propterea & ipſum Verbum propter nos humanatū, cum *Chriſtus* quæreretur (ſicut nos ipſi) abſcondi dignatum eſt: & iterum cum perſequutionē pateretur, fugit et inſidias declinauit. Decebat enim eum ſicuti famem & ſitim, ita etiā hoc pati, & hoc modo oſtendere ſeipſum humanatum. Ab initio ſiquidē mox ut homo factus eſt, cum eſſet paruulus ipſe per angelum mādauit Ioſeph: Surgēs ſume puerū & matrē eius, & fuge in Aegyptum.

Futurum eſt enim, ut Herodes quærat animã pueri. Mortuo quoq; He/ A
rode uidetur propter Archelaum filium eius in Nazareth fugiſſe: & quãdo
iam etiã deum ſeipſum oſtẽdebat, & manum aridam reſtituerat ſanã, Pha/
riſæi quidem egredientes concilium fecerunt aduerſus eum ut eum occide/
rent: Ieſus autem ſciens diſceſſit inde. Nam & quãdo Lazarum ſuſcitauit à
mortuis: Ab illo, inquit, die cogitauerunt ut occiderent eum. Ieſus ergo iam
non palàm ambulabat inter Iudęos, ſed abijt inde in regionem iuxta deſer
tum. Deinde ſaluatore dicẽte: Anteq; Abraham fieret, ego ſum, Iudæi qui/
dem tulerunt lapides, ut mitterent ſuper eum. Ieſus autem abſconſus eſt, &
exijt de templo. Et tranſiens per medium eorum ibat, & ita diſceſsit. Putas
hæc uidentes, magis aũt audientes, cum non uideant, quomodo ſecundum
quod ſcriptũ eſt, non debeant igne cõburi: quoniã contraria his, quæ domi/
nus facit & docet, cogitant & loquunt̃. Nam quando Ioannes martyrium
Ioannes Baptiſta ſuſtinuit, eiusq; corpus ſepeliere diſcipuli, audiẽs Ieſus, diſceſsit inde ĩ nauẽ
ad deſerti locum ſeorſum. Dominus itaq; hæc faciens, ita docebat. Sed uti/
nam iſti uel ſic erubeſcerent, & uſq; ad homines ſuam petulantiam declara/
rent, & non magis ac magis inſanientes uiderentur etiam ipſum arguere ſal
uatorem, contra eum utiq; blaſphemias meditantes. Sed neq; uæſanorum
quiſquam eos poterit ſuſtinere, cum arguantur ne Euangelia quidem ipſa
noſſe. Eſt enim occaſio noſtræ diſceſſionis & fugæ rationabilis atq; uera, B
quam in ſaluatore quidẽ Euangeliſtę poſitam memorarunt. Nos aũt etiam
in ſanctis uiris oportet talia cogitare. Nã ea quæ de ſaluatore humano mo/
do conſcripta ſunt, eadem communiter humano generi deputantur. Quæ
noſtra ſunt ille ſuſcepit, & paſſiones noſtræ infirmitatis oſtendit. Quod Io/
annes ita conſcripſit: Quærebãt ergo eum tenere, & nullus miſit in eum ma
nus, quia nondum uenerat hora eius. Nam antequam hæc ueniret, dicebat
ipſe matri: Nondum uenit hora mea. Et eis qui fratres eius appellabantur
ait: Meum tempus nondum uenit. Rurſus autem tempore paſſiõis diſcipu/
lis dicebat: Dormite iam & requieſcite: Ecce enim appropinquabit hora, &
filius hominis tradetur in manus peccatorum. Sed neq; antequam ueniret
tempus, teneri ſe paſſus eſt: neq; cum ueniſſet tempus, abſconſus eſt, ſed
etiam ſemetipſum tradidit aduerſarijs. Sic & beati martyres in perſequutio
nibus temporalibus cuſtodiebant ſemetipſos, & dum quærerentur per lati/
bula fugiebant: cum uero inuenirentur, martyrio ſe ſubdebant. Hæc de
Athanaſio retuliſſe ſufficiat. Cap. XXII

Euſebius Vercellenſis EVſebius interea Vercellenſis epiſcopus repente poſtmodum ab Ale/
xandria uenit Antiochiã, & inueniẽs Paulinũ à Lucifero cõſecratum,
plebemq; diuiſam, Melitij ſequaces miſſas facientes ſeorſum, ualde com/
motus eſt, quod factę ordinationi non uniuerſi cõſenſiſſent: reprehenditq;
apud ſemetipſum quod actum erat, & pro reuerentia Luciferi, habito ſilen/
tio di

A tio diſceſſit,promittens in conuentu epiſcoporũ,quæ geſta fuerãt emendan da,habẽs tamen curam maximã,eos unire nõ potuit. Inter hæc etiã Meliti us ab exilio redijt, inueniẽſq; ſeorſum celebrare collectas ſocios ſuos præſi/ debat eis, ſed eccleſias quidẽ obtinebat Euzoius Ariani dogmatis præſul. Porrò Paulinus unam tantũmodo paruam intra ciuitatẽ tenebat eccleſiam, ex qua cum Euzoius pro ſui reuerentia nõ eiecit. Melitius aũt extra ciuitatis portas ſolennia celebrabat. Tũc igitur hoc modo de Antiochia diſceſſit Eu/ ſebius. Verum Lucifer ſentiens non ſuſcipere Euſebium ipſius ordinationẽ, hoc putauit iniurioſum, ac uehementer iraſcebatur, & communicare decli/ nabat Euſebio. Sed etiã quæ ſynodo placuerant, per contentionem repro/ bare nitebatur. Hæc cum inter eos triſticiæ tẽpore gererentur, multos ab ec cleſia remouerunt, & denuo altera Luciferianorum hæreſis eſt exorta. Sed Lucifer irã ſuam nequaq; complere prævaluit. Erat enim cõfeſſionibus ſuis obſtrictus, dum per ſuum Diaconum promiſiſſet ratum ſe habiturũ, quod fuiſſet à concilio definitũ. Quapropter ipſe quidẽ eccleſiæ tenens fidem, in Sardiniam ad propriũ remeauit thronum. Hi uero qui prius cum eo contri ſtati fuerant, hactenus ab eccleſia ſegregantᷣ. Verum Euſebius inſtar optimi medici iter faciẽs per Orientẽ, infirmos fide recreabat, imbuens atq; docẽs prædicationibus eccleſiaſticis uniuerſos. Hinc tranſiẽs uenit in Illyricum, & B inde rurſus Italiam peragrans, hæc ipſa pronuntiabat. Cap. XXIIII

Melitius de exilio reuertitur

Luciferiani

VErum Hilarius Pictauiẽſis ſecundæ Aquitaniæ pontifex, recte fidei dogmata pridem præſeminauerat tam Italis q; Gallicanis epiſcopis, quippe cum primus ab exilio remeaſſet. Vtriq; ergo fortiter in fide labora/ uerunt. Sed Hilarius tãquam diſertus, ſuis libris ſatisfactionem de Trinita/ tis conſubſtantialitate cõſcripſit. Quibus hoc ſufficienter expoſuit, & uehe/ menter Arianorũ dogma deſtruxit. Hęc itaq; poſt breue eorum exilij tem pus celebrata noſcuntur. Cap. XXV

Hilarius Pictauorum antiſtes

EA porrò tempeſtate Macedonij ſectatores, & Eleuſii, Euſtathij, atq; Sophronij, omnes ab uno Macedonio nuncupati ſunt, conciliaq; fre/ quentia faciebant. Et cõuocantes eos qui in Seleucia ipſos ſequuti fuerant, anathematizauerunt alterius partis epiſcopos, id eſt, cõſentientes Acacio, fidemq; Ariminenſis concilij reſpuentes, ea magis quæ fuerant recitata Se/ leuciæ & Antiochiæ expoſita, firmauerunt. Qui dum requiſiti fuiſſent à qui buſdam dicentibus: Vos qui nunc Macedoniani uocamini, ſi aliud ſapitis quàm ſectatores Acacij, cur eorum hactenus tanquã eadem ſapientiũ eſtis cõmunione participati? Ita uenenoſe reſponderunt per Sophronium Pom peiopoleos Paphlagonenſem epiſcopum. Occidentales, inquit, in Conſub ſtantialitate languebant. Aetius autem per Orientem ſecundum ſubſtanti am diſſimilitudinem prædicabat: & erant utraq; praua, cum hi quidem in/ ordinate diuiſas ſubſtantias patris & filij Conſubſtantialitatis nomine co/

Macedoniani

Macedoniani heretici

pularent: ille uero à natura patris naturam filij aperte diuideret, credens ſe metipſum pie prædicare diſſimilem eſſe patri filium per ſubſtātiam. His ergo ita conſentibus, media uia nobis ueritatem pietatis habere complacuit. Hoc itaq; modo quærentibus ſatis facere nitebantur. A

SOZOMENVS Cap. XXVI

Atanaſius in exilium

IGitur imperator audiens Athanaſium in Alexandrinorum eccleſia conſtitutum, licite populo prædicare, multosq; Paganorum ad Chriſtianiſmum fuiſſe conuerſos, eum iuſſit exire de ciuitate. Quod ſi maneret, damna maxima eum ſuſtinere præcepit, occaſionē criminis in eum inueniēs, quod dum prioris principis tēpore fuiſſet fuga mulctatus, non eius iuſſione Epiſcopalem recepiſſet ſedem. Quamobrem ſecundum imperatoris præcepta cum ſe pararet ad fugam, uidens circa ſe Chriſtianorum populum lachrymantem: Habetote, inquit, filioli fiduciā: nubes eſt, & cito pertranſiet. Hoc dicto ualefecit: & degentibus illic amicis cōmendauit eccleſiam, atq; ab Alexandria ciuitate diſceſſit. Cap. XXVII

Eleuſius relegatus

INterea Cyzicenis legatione fungētibus apud principem de proprijs tebus, & Paganorum reſtitutione templorum, laudans eos propter ſacrorum curam, quæ poſtulauerant uniuerſa conceſſit. Eleuſium autē eius ciuitatis remouit epiſcopum, ueluti uaſtatorē templorum: & quia uiduarum pabula, ſacrarūq; uirginū monaſteria cōſtituerat, Paganiſq; ſuaſerat ut paternam religionē relinquentes, ad Chriſtiana dogmata ſe cōferrent. Interdixit etiā Chriſtianis peregrinis, ne uenirēt Cyzicū, credens quod religionis cauſa excitarent ſeditiones, eosq; alij eius ciuitatis Chriſtiani fouerēt. Et publici ſimul opifices artificesq; monetæ, qui in duas erant diuiſi partes, principum præcepto priorū, cum uxorib. atq; liberis Cyzicū habitare ſunt iuſſi. Hi enim ſingulis annis certā oblationē publico cōferebant: alij quidem militum chlamydes, alij uero pecunias nouas. Cum igiť modis omnibus placuiſſet Iuliano ritum cōſtituere Paganorū, uim quidē inferre, atq; tormenta populis ſacrificare nolentibus fatuum iudicauit. Sed hoc tantū modo præcepit, ut per ſingulas ciuitates numerus eorū cōſcriberetū: quos tamē nequaquā aut adorare prohibuit. Sciebat enim, quia non poſſet ulla neceſſitas ſuſpendere, quod uoluntas ſpontanea ſuggeſſiſſet. Porrò clericos & eccleſiarū præſules, à ciuitatibus ſubmouere feſtinabat: ſtudens ut eorum abſentia paulatim ſolueretur eccleſia, neq; ſacrorū miniſtri, nec qui docerent, uel qui miniſterijs participarentur, exiſterent: & per hoc longo tempore paterentur propriæ religionis obliuionem. B

Monetarij Cyzicū tranſlati à Iuliano. Hinc apparet quales nā fuerint Monetarij, quorum in Pandectis fit mentio

Cap. XXVIII

Iulianus Titū Boſtrēſem epiſcopum eijcit

BOſtrenſibus itaq; publica uoce præcepit, ut Titū ſuæ tūc ciuitatis epiſcopū procul expellerēt. Cumq; iuſſiſſet hoc, clericiſq; minaretur quaſi ipſi facerēt turbas in populo, tunc Titus libellum deſtinauit Imperatori, conteſtans eum ac dicens, quod inimica inter ſe eſſet turba Paganorum atque

Chriſtiano

A Chriſtianorum: & ſua ſuaſione Chriſtiani magis à ſeditione quieſcerent.
Quo facto, niſus eſt imperator ex huiuſmodi uerbis Tito inimicitias popu
li concitare, ſcribens Boſtrenſibus, Titum eorum accuſatorem fuiſſe, dicen-
do ipſius monitis, non ſua uoluntate populũ à ſeditione ceſſaſſe: eumq; ue-
lut hoſtem, populo ſuadebat expellere. Non enim quod iuſtum erat, aut le
gitimum iubebat agi, ſed odio religionis, uerbis quidem culpare, operibus
autem mala perficere contendebat. Quapropter per ciuitates & prouincias
Chriſtiani diffugiebant. Huius participes plurimi meorum fuere progeni- *Sozomeni*
torum. Simul & auus, qui de patre Pagano natus, ipſe cum tota domo, & *progenitores*
qui erant ex genere Alaphionis, Chriſtiani primo ſunt facti in Bethelea ui
co Gazenſium ualde populoſo, habentiq; templa antiqua: ædificiaq; pul-
cherrima, & maxime Pantheon in ciuitatis arce locatã, eminẽs ſuper omnẽ *Pantheon*
uicum. Quem locum arbitror ex uoce Syra & Græca, deorũ habitaculum
nominatum. Fertur autem his omnibus fuiſſe Chriſtianiſmi autorem Hi- *Hilarion mo-*
larionem monachum. Cum enim dæmonio uexaretur Alaphion, diu Pa- *nachus*
gani atq; Iudæi incantationibus & luſtrationibus apud eũ uſi, nihil illi pro-
deſſe potuerũt. Verum Hilarion ſolummodo Chriſti nomen inuocãs, dæ-
moniũ effugauit, cumq; in religionem Chriſtianã repente tranſpoſuit. Flo
ruit itaq; meus auus in expoſitionibus & interpretationibus ſcripturarum
B noſtrarum: quoniam erat ingenioſus, ſcientiaq; fultus, ita ut nec Arithme-
ticæ artis eſſet expers, ac propterea Aſcalonitis & Gazenſibus, & in circuitu
Chriſtianis ualde gratus, tanquã religioni neceſſarius, & ad ſoluendas du-
bitationes ſcripturæ diuinæ utilis. Primi ſiquidem iſti in eo loco eccleſias &
monaſteria conſtruxerũt, easq; honeſtate atq; hoſpitalitate peregrinorum
& indigentium pariter ornauerunt. Ex quo genere uſq; ad noſtrã ætatem
fuerunt uiri optimi, quos grandæuos iuuenis ipſe perſpexi. Cap. XXIX

IGitur Imperator iam pridem dans operam, ut Paganiſmũ in omni ſua
ditione dilataret, grauiter ferebat, uidens Chriſtianos magis approbari.
Et templa quidẽ erant aperta, ſacrificiaq; Paganorũ per ciuitates ſecundũ
uoluntatem illius procedebant. Ipſe autẽ ſollicitus erat, ne feruor ipſius ob
Chriſtianorũ multitudinem fruſtraretur. Et maxime angebatur quod mul
torum ſacerdotum ſuorũ Chriſtianas audiret eſſe uxores, & filios, atq; ſer-
uos. Conſiderans aũt Chriſtianiſmum ex uita bona & conuerſatione con-
ſiſtere, ſtuduit ubiq; templa Paganorũ conſtructione & ordine Chriſtia-
næ religionis ornare, ſedibus, atq; proceſſionibus, Paganorumq; dogmati
bus atq; monitionibus. Lectores ſuæ ſuperſtitionis inſtituit inſtar Clerico-
rum, ut & horas certas, & dies orationũ ſolenniter obſeruarent: præcipiens
pariter habere curam uirorum: atq; mulieres philoſophari ſcientes, habita-
culis peregrinorum & pauperũ, aliaq; prouidentia circa egenos exhibita,
Paganorum religionem componere, & pietatis habere nomen. Si quis au-
O 4 tem ſpon-

tem ſponte uel inuite peccaret, ſecundum traditionẽ Chriſtianorũ inſtituit, A
ut poſt pœnitentiã, mediocrem ſuſtineret correctionẽ. Præcipue uero imi/
De huiuſmodi literis extat Canon Nicæni cõcilij, Ipſi Formatas uocant
tatus dicitur notas literarũ Epiſcopalium, quibus ſolent alter alteri ſcriben/
tes cõmendare peregrinos: & quò proficiſcant, & à quibus ueniãt, modis
omnibus indicare: & ſolatia promereri, tanq̃ noti & amici ſint teſtimonio
miſsi ſignaculi. Hæc conſiderans dabat operã, ut Pagani Chriſtianorum
aſſueſcerent officijs. Sed quoniam multis incredibile eſt eum ſtudia Chri/
ſtianorũ ſequi uoluiſſe, non aliunde q̃ ex ipſius Imperatoris ſermonibus
eſt probandum. Huiuſmodi enim Arſacio pontifici Galatiæ ſcripta miſit.
Iuliani Aug. epiſt. ad Arſacium Pont.
Paganorum ritus nondum agitur ſecundum ſententiam noſtram, propter
cultores eius in negligentia poſitos. Nam deorum claritas, magnitudo atq;
ſublimitas, omni oratione, omniq; ſpe maior eſt. Sed propitij ſint noſtris
mentibus Dij propter negligentiã quam habemus, cum illorum prouiden
tia in paruo tempore tanta mutatio facta ſit, quantã ne petere quidem quiſ/
quam auſus fuiſſet. Cur ergo credimus hoc poſſe ſufficere, neq; reſpicimus
Chriſtianorũ hoſpitalitas, et officia erga mortuos
quemadmodum ſuperſtitionem Chriſtianorũ auxerit cura peregrinorũ,
& circa ſepulturas & mortuos multa officia, honeſtaq; cõuerſationis ſtudia
non uera, ſed ficta? Quas res arbitror apud nos debere ſub ueritate geri.
Non itaq; ſatis eſt te talem eſſe, ſed omnes abſolute circa Galatiã ſacerdo/
tes: quos aut deprecare, aut ratione flecte, aut certe feſtinanter à ſacerdotali B
miniſterio remoue, niſi Dijs cum cõiugibus & filijs atq; ſeruis colla ſubmi/
ſerint: non ferentes ulterius ſuos ſeruos aut filios, hoc facere cõtemnentes,
aut Galilæos impie contra deos agentes, & impietatẽ pietati præponentes.
Deinde cunctos admone, ut ſacerdos neq; ad ſpectacula procedat, neq; in
tabernis bibat, aut cuiquam arti, operibus ue turpibus aut pudendis præſit
Qui obediunt, honorentur: inobedientes expelle. Xenodochia conſtitue
per ſingulas ciuitates, ut noſtra peregrini clemẽtia perfruantur: nõ tantum
noſtri, ſed etiam extranei pecunijs indigentes. Et ut habeas unde fiat, inte/
rim decreui ſingulis annis triginta milia modiorũ tritici per uniuerſam dari
Galatiam, & ſexaginta milia ſextariorum uini. Horum quinta pars paupe
ribus templa obſeruantibus debet expendi, reliqua peregrinis egentibus
Hinc cõijcere potes q̃ officio ſi fuerint olim Chriſtiani, nõ ſolum in ſuos, ſed etiã in gẽtiles & Iudæos.
diſtribui. Turpe nanq; eſt, ut Iudæos quidem non abijciant, ſed potius nu/
triant impij Galilæi, & ſuos pariter, necnon etiam noſtros: noſtri uero no/
ſtrorum ſolatio deſerantur. Quapropter doce etiam collationes facere Pa/
ganos ad talia miniſteria, paganorumq; uicos offerre Dijs primitias fru/
gum, eosq; huiuſmodi benefactis inſtitue, docens eos hoc opus olim fuiſſe
Eumæus Homericus
noſtrorũ. Homerus enim hoc probat, introducens Eumæum talia facien/
tem. Nos ergo ne bona quidem noſtrorũ imitamur, ſed alijs permittimus
negligentia non confuſi, magis autem deorum reuerentiam reſpuentes. Si
igitur hæc te facientem ego cognouero, lætitia plenus ero. Præſides prouin

ciarum

A ciarum rarius in domũ ſuſcipe: frequenter eis ſcripta tranſmitte. Ingredientibus eis ciuitatem ſacerdotum nullus occurrat. Cumq; ad templa uenerint Deorum, intra ianuas eos nemo præcedat militũ forte aut præcedentium Officiorũ: ſed qui uoluerit, ſubſequatur. Cum ad ipſum limen templi peruenerit, priuatus exiſtat. Tu enim, ſicuti noſti, intus es Iudex. Hoc enim etiã ſacra ſanctio uidetur exigere. Obedientes igitur pro ueritate pij ſunt: reluctantes uanæ gloriæ comprobantur. Quid enim patiatur, aut quod mereatur auxilium, qui Matrem deorum propiciam habere noluerit? Qui ergo eam neglexerint, non ſolum ſine querela non erunt, ſed etiam noſtræ indignationis impetum ſuſtinebũt. Neq; enim phas eſt ut illi parcat, qui deos habuerit inimicos. Suade igitur eis, ut ſi mea uolunt frui tuitione, oẽs Matri deorum ſtudeant offerre culturam.

Præſides in templis tanquã priuati

Mater deorũ

Cap. XXX

HAec itaq; faciẽs imperator ad abolitionem Chriſtianorũ, perſuadere hoc ſubditis non potuit, & aperte uim inferre erubuit. Inter hæc ut ad Paganiſmum milites inſueſcerent, ſtuduit ad priſcum ſchema reformare ſignum illud ſublimius Romanorũ, quod Conſtantinus (ſicut prædictũ eſt) in crucis formã mutauerat. Verum in publicis imaginibus depingebat Iouem, quaſi de cœlo illi coronam & purpuram deferentem: Mercurium & Martem in ſe reſpicientes, uelut pro teſtimonio ſapientis & fortis. Et hoc

Iulianus abolet crucem in uexillo, quod Labarũ uocãt

Iupiter Mercurius Mars

B agebat imaginibus, ut ſub occaſione imperij latenter adorarentur Dij: & hoc modo ſubditi clanculũ fallerentur. Arbitrabatur enim quod ſi hoc uolentibus imponeret, poſtea quæ uellet impleret. Si uero reſpuentes agnoſceret, uenia adempta torqueret, tanquã circa Romanorũ ſolennia reluctãtes, & in rempublicã atq; ipſum imperiũ delinquentes. Pauci uero etiã pœnis ſubditi cognouerũt dolum: quia ſicut moris erat, adorare noluerant. Turba uero (ut fieri ſolet) per ignorantiam ſimpliciter imagines adorabat. Quod tamen imperatori nil profuit. Cumq; multa excogitaret quibus Paganorũ ritus extolleret, inuenit modum qui cõpluribus militibus Chriſtianis claræ uirtutis coronam dedit. Cum ueniſſet enim tempus, quo imperialia milites ſolent dona accipere (hoc enim agitur plerunq; die kalendarum Ianuariarum, & natali principum, & urbium regiarum) exquiſiuit ut eos ſimpliciter & ex priſca cõſuetudine fallere poſſet: iuſsitq; ut unuſquiſq; ad manum imperatoris accedentiũ, admonitus ab officijs, primo incenſum offerret. Erat enim ante eum poſitũ thus & ara, ſecundum antiquam Romanorum ſolennitatem. Tunc quidem alij libere ſuam fortitudinem oſtenderunt, & neq; incenſum offerre, neq; donum accipere ab imperatore ſuſtinuerũt. Alij uero occaſione legis & antiquitatis, ne mente quidem perceperunt quod commiſere peccatũ. Alij propter lucrum capti, aut timore turbati, ſeu iuſsione repentina cõcluſi, licet intellexerint, tamen Paganiſmum declinare nequiuerunt. Plurimi ſiquidẽ per ignorantiã decepti cum inter cibos (ut fieri ſolet)

Donatiuũ principum quando ſolita dari

& pocula

& pocula inuocarent inter ſe Chriſtū, reſpondens quidam dixit: Quid patimini inuocantes Chriſtum, quem paulo ante denegaſtis, cum donum ab Imperatore percipientes thus in ignem mitteretis? Cumq; hoc milites audiſſent, & quod geſſerant agnouiſſent, ſtatim exilientes per publicū currebant, atq; impetu facto proclamabant deum ſuū, & cunctis hominibus teſtabantur ſe eſſe Chriſtianos, & in eo nomine permanere: atq; per ignorantiam ſe feciſſe, & (ſi dici poſſet) ſolam manū Paganam eſſe: conſcientia uero nihil ſimul egiſſe. Cumq; ueniſſent ad Principem, proiecerūt aurum quod acceperant, & forti uoce poſcebāt, ut reciperet quod dediſſet, & illos occideret. Se enim pœnitentiā agere fatebātur, eo quod improuide eorū dextera peccaſſet: & ſtudere propter Chriſtum totum corpus pœnæ contradere.

Milites Chriſtiani reſtituunt donatiua ſua

THEODORETVS

Hæc igitur furorem mouerunt Imperatoris. Et primo quidem eorū capita iuſsit amputari. Cumq; deducerētur ad mortem, ſequente populo mirantecq; uirtutem eorū pro pietate ſuſceptam, uenerūt ad locum ubi rei puniri ſolent. Tūc ſpiculatorem rogauit ſenior omniū, ut primo cuiuſdam caput nomine Romani adhuc adoleſcentis abſcinderet: ne dum alios reſpiceret, frangeret. Cumq; ille genua fixiſſet in terra, & gladiū ſpiculator euaginaſſet, uenit repente nuntius, clamore prohibens necem. Porrò iuuenis ille ait, morte fruſtratus: Nō fuit Romanus dignus, ut Chriſti martyr appellaret. Et licet ſanguinem ſceleratus imperator fundi prohibuiſſet, ductus inuidia, non tamen eos in ciuitatibus habitare permiſit, ſed ad ultima Romanorum loca in exiliū miſit.

Romanus miles

Milites Chriſtiani in exiliū mittuntur

SOZOMENVS

Poſtea uero præcepit, ut qui ſacrificare nollent, in palatium nō intrarent, & neq; collegio, neq; foro eos, neq; arbitrio, neq; ulla dignitate, nec aliqua adminiſtratione participare iuſsit.

THEODORETVS Cap. XXXI

CVm igitur Iulianus apud Pythium Daphnæum peteret reſponſa de Parthici belli uictoria, & ille uiciniam corporis Babylæ martyris accuſaret, iuſsit eius corpus auferri. Ob quam rem cum Chriſtiani feſtiuitatem deducto corpore pſallentes agerent, & indignatiōe principis quidā Theodorus iuuenis multa paſsionū tormenta pertuliſſet, hoc quidē facto, fallax dæmon martyris gloriā auxit, ſuū uero mendaciū clarius detexit. Fulmen nanq; cœlitus miſſum, omne templū accēdit, & ipſum Pythij Apollinis ſimulacrū redegit in puluerem. Erat enim ligneum, ſed foris deauratū. Quod noctu Præfectus Orientis tūc nomine Iulianus Iuliani θεῖος, id eſt, auunculus, cognoſcens, feſtināter uenit Daphnen, uolens ſuccurrere deo, qui ibi colebat: uidēnsq; eum redactū in cinerem, νεωκόρους, id eſt, æditu os uerberibus affligebat, credens hoc ab aliquo Chriſtiano fuiſſe commiſſum. Qui licet torquerentur, tamen mentiri noluerunt, clamantes incendiū non ex infernis

Pythius Apollo incuſat Babylam ademptæ uirtutis fatidicæ

Iulianus, Iuliani Aug. auunculus

A

B

A fernis,ſed è ſupernis habuiſſe principiũ. Ad hęc etiã ruſtici uicinorũ uenientes locorũ,dixerunt ſe uidiſſe fulmen cœlitus fuiſſe delapſum. Ca. XXXII

INterea iubetur uaſa eccleſiarũ ſacra fiſci ærario deputari. Sublatiſq́ ſanuis eccleſiæ maioris,quam Conſtantinus ædificauerat,fit cunctis acceſſibile ſanctuariũ. Ingrediente ſiquidẽ Iuliano Præfecto Orientis eccleſiam, Felix Præpoſitus regalium theſaurorum pariter introiuit,& ſimul Elpidius Comes rerum priuatarũ. Aiunt enim & Felicem & Elpidium prius Chriſtianos, tunc à pietate receſsiſſe, impio Principi parere cupientes. Iulianus itaq; Præfectus impudenter contra ſacrum altare minxit. Quem cum Euzoius prohibere tentaret, eum ille percuſsit in capite. Fertur autem dixiſſe, Chriſtianorũ inuentiones cœleſtium cura non uacare. Porrò Felix uidens uaſorum ornamenta,quæ Conſtantinus & Conſtantius frequenter obtulerant: Ecce in quibus,inquit,uaſis Mariæ filio miniſtratur? Sed pro his impietatibus uæſaniſq́ præſumptionibus nõ poſt multũ pœnas exacti ſunt. Nam repente Iulianus ſæuo morbo correptus uiſceribus putrefactis interijt. Et excrementa non per meatus egeſtiuos emittebat, ſed ſceleſtum os, quod blaſphemijs miniſtrauerat, organum huius excretionis eſt factum. Aiunt autem illius uxorem fide fuiſſe clariſsimam, eamq́ dixiſſe: Decet te marite laudare ſaluatorem Chriſtum: quoniã tibi per hanc correptionem

B magnitudinẽ propriæ uirtutis oſtendit. Non enim agnoueras contra quẽ pugnare uoluiſti,niſi conſueta longanimitate hæc tibi flagella diuinitus intuliſſet. His ergo uerbis & paſsionibus imminentibus cauſam languoris cognoſcens,rogabat Imperatorẽ,ut eccleſia quibus fuerat ablata,redderetur. Sed nec illum flexit,& ipſe terminũ uitæ ſuſcepit. Porrò Felix & ipſe repente flagellũ uirtute diuina ſuſcipiens, ſanguine toto die ſimul & nocte ex ore fuſo, & uænis corporis undiq; uacuatis, omniq́ uirtute ſimul expenſa, & ipſe celeriter eſt extinctus,æternæq́ morti contraditus. Cap. XXXIII

HIs itaq; geſtis,adoleſcens quidã,ſacerdotis filius, in Paganiſmo nutritus,ea tempeſtate ad Chriſtianorũ tranſlatus eſt chorum. Erat enim tunc quædam inſignis reuerentiæ mulier, & Diaconiſſæ honore fulgebat. Hæc cum huius matre habuit amicitiam, quæ ſepius cum huius mater ad ipſam ueniret,hunc infantẽ amplectebatur,& ad cultũ Chriſtiani nominis inuitabat. Porrò matre defuncta ueniebat adoleſcens ad eam, & doctrina conſueta fruebatur. Cumq́ firmiſsime eius conſiliũ percepiſſet, interrogauit Doctricem, quo poſſet argumento, & patris ſuperſtitionẽ declinare,& prædicationẽ ueritatis adipiſci. Quæ dixit, ut patrem fugeret,& creatorem ſuum atq; illius potius ſequeretur,atq; ad aliam iret urbem, in qua latenter Imperatoris impij manus effugeret, ipſam ſe eius curã habere promittens. Ad quam adoleſcens: Reuertar, inquit, poſtea,& animã meam tibi contradam. Cum uero pauci tranſiſſent dies, Iulianus uenit ad Daphnen, celebraturus

Vaſa eccleſiarum confiſcantur.

Templũ Chriſtianorũ pphanatur.

Iulianus Præfectus Orientis.

Felix.

Ἐλπίδιος δὲ τῶν ἰδίων τῶν βασιλέως χρημάτων τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος, κόμητα δὲ πριβάτων τὸν τοιοῦτον προσαγορεύειν εἰώθασι ῥωμαῖοι.

Hæc uerba Theodoriti idcirco appoſui ut intelligas quid ſit Comes rerum priuatarũ, & qd priuata, qua dictione etiam græci utuntur, ut Iulianus Aug. ad Ecebolũ, καὶ τὰ κτήματα ταῖς ἡμετέραις προστεθῆναι πριβάταις, *De Chriſtianorũ poſſeſsionibus loquens.*

Filius ſacerdotis ethnici, ad Chriſtũ conuerſus

turus publica ſacrificia. Cum quo etiã huius pater. Erat enim ſacerdos, & ſe/ A
qui ſolitus Imperatorẽ. Cum quo erat & iſte puer, eiuſq; frater, habẽtes of/
ficiũ, ut cibos Imperatori apponerẽt. Solebãt enim ſeptem diebus in Daph
ne feſta celebrari. Primo ſiquidẽ die, cũ ſtaret iſte ante Imperatoris accubi/
tum, & epulas ſolẽniter aſperſiſſet, repletus horrore, cũ celeritate Antioche/
nam uenit ad ciuitatẽ, ad illam mirandam mulierẽ. Quo facto, ego, inquit,
nequaquã tibi de ꝓmiſsione mentitus: tu uero utriuſq; ſaluti cõſulens, pro
Melitius miſſa cõple. At illa repente ſurgens ad dei uirũ Melitiũ perduxit adoleſcen
tem: uerũ ille in ſuperiori habitaculo interim eũ habitare præcepit. Pater in/
terea filiũ requirens, & Daphnen circuibat omnẽ: & ad urbem ueniens, pla
teas cunctas perambulabat, & uicos oculis undiquaq; currentibus, & eum
inueſtigari deſiderantibus. Cumq; perueniſſet ad locũ ubi habitaculũ ſan/
ctus Melitius habebat, ſuſpiciens, uidit illũ de feneſtra proſpicientẽ. Et cur/
rens traxit ac depoſuit, atq; domũ uſq; perduxit. Primumq; eũ multis fla/
gellis afficiens: deinde calefaciens obolos, manibus ac pedibus & dorſo eius
impoſuit. Poſt hæc uinctũ in cubiculo clauſis ianuis dereliquit, & ita profe/
ctus eſt ad Daphnen. Hæc ego à uiro iam ſene, cum narraret, audiui. Qui
etiã hæc adiecit, quod ſpiritu diuino gratiaq; repletus, contriuerit omnia pa
tris idola, & eorũ infirmitati cœperit irrogare blaſphemias. Quo facto men
te percipiens quod egiſſet, formidauit præſentiã patris, rogauitq; dominũ B
Chriſtum, ut ipſi ferret auxiliũ, clauſtraq; confringeret, & ianuas aperiret:
Propter te, inquit, talia domine pertuli, & hæc agere nõ expaui. Cum hæc,
inquã, dixiſſet, ceciderunt repente clauſtra, apertæq; ſunt ianuæ. At ille rur/
ſus ad magiſtrã uenit, quæ continuo eũ induens ſchemate mulieris, & in ca
mera reſidere iubens, poſt paululũ obtulit rurſus ſancto Melitio. Qui eum
epiſcopo Cyrillo Hieroſolymitano cõtradidit, & ita uenerunt noctu in Pa/
læſtinã. Verum poſt Iuliani mortem etiã patrẽ iſte duxit ad ueritatẽ Chri/
ſtianam: quod inter alia quoq; nobis expoſuit. Cap. XXXIIII

Iulianus publicos fontes Antiochiæ & cibaria ſacrificijs ꝓphanat

INterea Iulianus contra fidei pietatem impudentius armabatur, & uultu
quidem ſe ſimulabat mitem: porrò laqueos inſtruebãt, quibus deciperet
innocentes. Et primũ quidem fontes urbis, & qui erant in Daphne, ſacrifi/
cijs uiolauit, ut unuſquiſq; aquã bibentiũ eius horrore potiretur. Quumq;
etiã in publico uenales cibos illo ſcelere compleuiſſet (aſpergebantur enim
ex eis, & panes, & carnes, & poma ſimul, & olera, & cuncta quę comedunt)
hæc uidentes qui nomen ſalutare perceperant, ingemiſcebãt quidem, atq;
mugiebant uidentes abominationem tantã. Veruntamen comedebãt, legi
obedientes apoſtoli: Omnia, inquit, quæ in macello uenduntur comedite,
nihil dijudicantes propter conſcientiam. Verum duo quidam militia clari,
erant enim Scutarij principis, in quodam conuiuio, hoc horrore uehemen/
tius ſunt accenſi, atq; admirabiliũ illorũ adoleſcentum in Babylone coru/
ſcantium

A ſcantiũ uerbis uſi ſunt, dicentes: Tradidiſti enim nos regi iniquo, qui receſſit à te ultra omnes gentes quæ ſunt in terra. Hæc quidam conuiuatorũ nunciauit Imperatori: qui repente illos ad ſe fortiſsimos uiros adducens, requirebat quid loquuti fuiſſent. At illi occaſionem fiduciæ de interrogatione ſumentes Imperatoris, laudabilemq́ ſui firmantes zelum, dixerũt hæc pietatis more nutriti: O Princeps, laudandis legibus hactenus ſeruientes, quas Conſtantinus & eius filij poſuerunt, ingemiſcimus, nunc abominatione omnia uidentes eſſe completa, & nephandis ſacrificijs cibos potusq́ uiolari: hæc & domi defleuimus, & te præſente nihilominus eiulamus. Hoc enim in tuo diſplicet nobis imperio. Hæc audiẽs ille mitis atq; philoſophus à ſuis ſimilibus nominatus, manſuetudinis quidem exhibuit uultũ, & impietatis faciem protinus enudauit, præcipiens amariſsimas eis plagas inferri. Quos etiam luce priuauit, magis autem (ut uerius eſt) illius temporis infelicitate liberauit, uictricesq́ eis coronas prouidit offerri. fingebat enim ſe in eis quaſi cauſam defendere Imperialis iniuriæ, & hæc diuulgari iuſsit inuidẽs decertatoribus ueritatis in appellatiõe martyrij pariter & honoris. Nomina fuerunt horũ Iuuentius & Maximus, quos Antiochena ciuitas tanq́ pietatis propugnatores uenerata, precioſo monumento rẽcõdidit: & uſq; ad diem hunc feſtis annalibus honorantur. Sed & plurimi nobiliũ & dignitate fulgentiũ utentes tali fiducia, coronas æquales ſunt adepti. *De his extat ſermo diui Chryſoſtomi*

B Cap. XXXV

VAlentinianus etiam qui paulò poſt ſumpſit Imperium, tunc Millenarius erat circa Palatia conſtitutus dux Lanceariorũ. Is zelum quẽ pro pietate habuit, nõ celauit. Eo nanq; tempore cum fulminandus ille Fortunæ templum ingrederetur ſaltans, & ex utraq; parte ianuarũ aſtarent miniſtri templi, qui aſperſione (ſicut ipſi dicebant) purgarent ingredientes, Valentinianus præcedens principem, aſperſionis guttã ſua uidit in chlamyde. Et indignatus, pugno percuſsit templi miniſtrũ, dicens ſe maculatũ potius quàm purgatum. Quod reſpiciens Imperator, iuſsit eum in cuſtodiam tũc redigi, & ad eremũ deſtinari. Sed ille cum annus & pauci tranſiſſent menſes, pro mercede confeſsionis recepit imperiũ. Non ſolum enim in illa uita diligentes ſe deus honorat, ſed aliquando etiã in præſenti bonorũ operum retributiones impendit, & præſentibus præmijs illic ſperata cõfirmat. *Valentinianus χιλίαρχος τῶν λογχοφόρων*

THEODORETUS Cap. XXXVI

ARtemium uero qui temporibus Conſtantij dux fuit Aegypti, quia illius temporis idola multa cõfregerat, non ſolũ facultate nudum reddidit, ſed etiã capitis ſectione mulctauit. Hæc & huiuſmodi geſsit ille manſuetus & ab iracundia remotus, ſicut ab impijs uocabatur. Adijciam ſuper hæc etiam miraculum fœminæ, quæ zelo diuino huius cõtempſit impietatem. Publia quædã fuit eo tempore nominatiſsima & precioſis uirtutibus exornata. Hæc cum nuptiale iugũ ad tempus pauliſper ſuſcepiſſet, fructum *Artemius* *Publia*

Ioãnes Antiochenus filius Publiæ dignißimũ obtulit creatori. Ioannes enim Antiochię presbyter multo tempore conſtitutus, & ſæpe apoſtolici præſulatus decreta refugiens, de terra illius fœminæ admirabilis germinauit. Hæc habens apud ſe chorum conuerſatione digna uirginitatem ſeruantium, ſemper cum eis laudabat factorem ſaluatoremq́ deũ. Tranſeunte uero Imperatore, clarius in commune pſallebant, cõtemptibilem & deridendũ iudicantes erroneũ, illaq́ maxime cantica perſonantes, quæ idolorũ uidentur traducere debilitatẽ: dicebantq́ cum Dauid: Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Et iterum: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Hæc audiens Iulianus, & uehementer accenſus, eas cum tranſiret tacere præcepit. Quæ eius legem paruipendentes, chorum maiori ordine complerunt. Rurſusq́ illo traſeunte pſallebant: Exurgat deus, & diſsipentur inimici eius. Tunc ille ſæuiens, magiſtrã chori præcepit adduci. Quam cum uideret ſenectute maceratã, nec corporis caniciem miſeratus eſt, nec animi ſtuduit honorare uirtutes: ſed quibuſdã Spatariorũ iuſsit ut eam alapis cæderent. *Ἀσηκρῆται* Quæ ueluti ſummũ honorem contumelias illas excipiens, domũ reuerſa eſt, cumq́ ſolitis melodijs ſpiritalibus notabat. Sicut autor illius Cantici malignum ſpiritũ effugauerat à Saul. Nam & Iulianus erroneos dæmones ſibimet applicans, contra donum pietatis inſaniebat. A

SOZOMENVS Cap. XXXVII B

Apollinaris Baſilius Gregorius CONtriſtabat porrò eũ non mediocriter Apollinaris Syrus, omni ſcientia inſigniter inſtructus, ſimulq́ Baſilius & Gregorius, Cappadoces, illius tẽporis Rhetores Chriſtiani, alijq́ plurimi eloquẽtes uiri. Quorũ alij quidem æmulati ſunt uerã gloriam, alij Arianæ hæreſeos habuere uæſaniã. Quamobrem arbitratus hinc amari Chriſtianos, prohibuit eos Grę corum doctrinis imbui, & eorũ lectionibus erudiri. Tunc Apollinaris cum eſſet doctus & ſimul ingenioſus, pro Homeri Poemate uerſibus Heroicis Hebraicã conſcripſit antiquitatẽ uſq́ ad imperium Saul, & uigintiquatuor libris opus omne diuiſit, unicuiq́ libro nomen literæ ponens, ſecundũ Homericam lectionem. *Apollinaris Syrus* Fecit aũt & aliud opus ſecundum Menandri fabulas, Comœdiæ ſimilitudine comparatas, imitatus etiã Euripidis Tragœdias, & Lyram Pindari. Et(ut abſolute dicam)ex diuinis ſcripturis argumenta ſumens, omnes Encyclias lectiones tẽpore paruo cõpoſuit, numero, uirtute, moribus, conſcriptione, charactere, & diſpoſitione Græcis ualde pares. Et niſi uetuſtatem homines honorarent, & quæ ſunt in uſu grata crederent, ut ego reor, æqua ueteribus Apollinaris opuſcula decreuiſſent. Fecit etiã non ignobilem ad ipſum Imperatorẽ, ſiue cõtra Paganos Philoſophos librum cui titulũ poſuit, PRO VERITATE. In quo de ſacris teſtimonijs tacens, probauit illos quidem fuiſſe deceptos, ſe aũt ſapere uera de deo. Hæc autem conſiderans Imperator, claris tũc epiſcopis ſcripſit: Legi, & reprehẽdi. Cui

reſcripſerunt

A reſcripſerũt:Ecũ legiſti,non tamen cognouiſti.Si enim cognouiſſes, nequaquam reprehendiſſes.Quidam dicũt hanc epiſtolã Præſulis eccleſiæ Cappadocenæ fuiſſe Baſilij,quod incredibile non eſt.Siue autem eius, ſiue ſit alterius,iuſtum eſt uirtutis laudare doctrinam.

SOCRATES Cap. XXXVIII

PLurimi uero non recta mente Chriſtianum habentes nomen, quippe qui pecunias & honorem præſentem felicitati ueræ fidei præponerent, ad ſacrificiorũ ſcelera deſcenderunt.Quorum unus fuit Sophiſta Conſtantinopolitanus Ecebolus. Is enim mores Imperatorum ſequens, ſub Conſtantio quidem feruentiſsimũ ſe finxit Chriſtianum, ſub Iuliano Paganus celeriter eſt effectus, & rurſus poſt Iulianũ uolebat eſſe Chriſtianus. Proſternens etenim ſemetipſum ante ianuas eccleſiæ pronum, magna uoce clamabat:Conculcate me ſal inſenſatum. *Negatores* *Ecebolus Sophiſta*

Cap. XXXIX

IGitur cum Iulianus iret ad Perſas, uolens in eis ulciſci, eo quod ſub Conſtantio Romanorũ terminos inuaſiſſent, & ſciens in prælijs euenire frequenter aduerſa,& plurimis pecunijs opus eſſe,adinuenit modum ut auferret pecunias Chriſtianorũ. Nolentibus ergo ſacrificare, pecuniã multã impoſuit,exigebanturq́ꝫ uere Chriſtiani.Singuli nanq́ꝫ eorũ pro ſua ſubſtantia offerebãt, & imperator ex iniuſta collectiõe, iniuſte factus idoneus eſt. *Chriſtiani ſpoliantur à Iuliano*

B Vbi enim non erat,illuc hanc mittebat legem:ubi erat,utebatur ipſe. Tunc ergo Pagani Chriſtianos grauiter oppreſſerunt, interdum etiã tormentis corporalibus affligebant eos. Quos Imperator audiens,Chriſtianis uidelicet adeuntibus eum,defendere contemnebat dicens: Veſtrũ eſt ut patientes mala ſuſtineatis, hoc enim eſt præceptum ueſtri dei.

SOZOMENVS Cap. XL

IGitur Imperator pugnaturus cõtra Perſas uenit Antiochiã.Cumq́ꝫ populus quereretur uenalia quidem abundare,ſed carius uendi,uolens magnitudinem ſuæ largitatis oſtendere, minora q̃ꝫ debuit precia in foro rerũ uenalium conſtituit.Et cum fugiſſent tabernarij negotiatoresq́ꝫ diuerſi, res neceſſariæ defecerunt. Antiocheni uero grauiter hoc ferentes,contumelias irrogarunt Imperatori. *Iulianus imminuit præcia rerum uenalium*

SOCRATES.

Querebantur enim aduerſus eum, facetias de illius barba proferentes: erat enim eius barba ualde promiſſa.Dicebãt ergo: Tondatur,ut ad funes eius proficiat barba. Et quoniam ſuperſtitionis ſuæ cauſa taurũ idolis frequentius immolabat,aram uel taurum in ſolido ſuo formari præcepit. Ob quam rem proſcindentes eum dicebant: Iſte taurus euertet mundum. His iniurijs prouocatus ad iram, interminatus eſt ſe Antiochenã afflicturũ ciuitatem.Quamobrem Tarſum Ciliciæ reuerti uolens,iuſsit neceſſaria præparari. A quo propoſito eum Sophiſta Libanius auocauit,ſcribẽs pro Antiochenis interceſsionis librũ,& rurſus ad Antiochenos de principis ira: quos *Iuliani & Antiochenorum contentiones.* *Symbolum in nomiſmatis.* *Libanius Sophiſta pro Antiochenſibus*

P 2 tamen

tamen libros non ædidit. Verũ Imperator reſpuens ſe operibus uindicare, A
reciprocis iniurijs iram ſuæ indignationis amouit. Librum enim aduerſus
Antiochenos fecit lepidum & ſatis urbanũ, quem Antiochicũ nominauit.
Verum contra Chriſtianos multa etiam in ea ciuitate cõmiſit. Cap. XLI

Statuã Chriſti fuſilem Iulianus deiecit

ILlud quocꝫ quod ſub Iuliano accidit, nõ ſilebo. Fuit enim ſignũ quidem
uirtutis Chriſti, & indiciũ cõtra principẽ iræ dei. Cũ enim cognouiſſet in
Cæſarea Philippi, ciuitate Phœniciæ, quã Paneada uocabãt, inſigne Chri-
ſti eſſe ſimulacrũ, quod mulier illa ſanguinis liberata profluuio cõſtituerat,
eo depoſito ſuã ibi ſtatuã collocauit. Quæ uiolento igne de cœlo cadente,
circa eius pectus diuiſa eſt, & caput cũ ceruice una parte deiectũ atcꝫ in terra
fixum: reliqua uero pars hactenus ſuperfuit, & fulminis indiciũ reſeruauit.
Statuã uero Chriſti tunc quidã Pagani trahentes cõfregerũt. Poſtea uero

Lege Euſebiũ lib. 8. cap. 4

Chriſtiani colligentes in eccleſiã recondiderũt, ubi hactenus reſeruatũ. Hoc
itacꝫ ſimulacrũ (ſicuti refert Euſebius) omniũ paſsionũ & ægritudinũ noſcitũ
eſſe medicamentũ. Iuxta quod quædã herba germinauit, cuius ſpeciem nul
lus noſtræ terræ medicus licet expertus cognouit. Cap. XLII

MIhi ſanè uidetur, quod aduenïẽte deo nullum miraculũ, nullumcꝫ be
neficiũ debeat non credi. Nã & alia plurima miracula per ciuitates &
uicos pleruncꝫ apud multos Prouinciales antiquitus tradita ſunt, habentia

Nicopolis.
Emaus

ueritatẽ: quod ſtatim monſtrabo. Eſt itacꝫ ciuitas Paleſtinæ Nicopolis no- B
mine. hanc cum adhuc uicus eſſet, Emaus ſacer Euangeliorũ liber appellat.
Quam Romani poſt uaſtationẽ Hieroſolymorũ Iudaicamcꝫ uictoriã, Ni
copolim ex euentu uticꝫ uictorię uocauerũt. Ante hanc urbem in triuio ubi

Fons apud Nicopolim morborũ depulſor

Chriſtus cum Cleopa poſt reſurrectionẽ noſcitur ambulaſſe, tanquam ad
alium uicum iturus, fons quidã eſt ſalutaris, in quo morbi hominũ abluun-
tur, & alia pariter animalia diuerſis detenta languoribus emundantũ. Quod
ut ita cõtingat, traditur ex quodam itinere uiſum eſſe Chriſtũ apud fontem
cum diſcipulis ſuis & lauiſſe pedes, ex quo aqua facta diuerſarum curatrix
paſsionum. Fertur etiã quod in Hermopoli Thebaidos, arbor quæ uocatũ
Perſeis, multorum morbos abegerit, ſi fructus, aut folium, aut pars eius cor
ticis collo ægrotantiũ ligaretur. De hac enim arbore ferũt, quod cum apud
Aegyptum Ioſeph cum Chriſto & Maria uirgine ſancta fugiſſet Herodẽ,
ueniſſetcꝫ ad Hermopolim ciuitatẽ, mox ut ingrediebatur urbem, non fe-
rens hęc arbor maximum Chriſti ſalutaris aduentum, inclinata eſt uſcꝫ ad
terrã, & eum ſuppliciter adorauit. Hæc ego de iſta arbore à multis audiens
narraui. Reor autẽ hoc ſignum fuiſſe factum ciuibus diuinæ præſentiæ: aut
certe quia ritu Paganorũ hæc arbor propter magnitudinẽ atcꝫ pulchritu-
dinem colebatur, mota eſt, nõ ferens Chriſti diuinitatẽ, dæmonibus uticꝫ
contremiſcentibus cum uiderent rerum talium deſtructorẽ (necnon omni-
bus ſimulacris Aegyptiorum ſecundum Eſaiæ prophetiã) fugatocꝫ dæmo

nio pro

A nio pro teſtimonio Chriſti uacuam remanſiſſe. Igitur apud Aegyptios & Palæſtinos geſtorum teſtimonia conſeruantur.

THEODORETVS Cap. XLIII

IGitur Iulianus etiã Iudæos contra Chriſtianos armauit. Primumq́ꝫ conuocans requiſiuit, quur cum ipſis præcipiat lex ſacrificare, nequaquã immolationibus uterent. Cumq́ꝫ reſpondiſſent, uno tantummodo loco ſibi offerre ſacrificiũ fuiſſe permiſſum, repente iuſsit deo exoſus deſtructũ reparari templum, credens infelix dominicum uerbum ſe poſſe deſtruere: cuius per hoc ueritatẽ magis oſtendit. Hæc itaqꝫ uerba Iudæi libenter accipientes, cunctis per diuerſum terrarum orbem mandauere Iudæis. Qui undiqꝫ concurrentes, pecunias ad ædificium alacriter offerebant: miniſtrauitq́ꝫ plurimum etiam Imperator, non largitatis gratia, ſed ut ueritatẽ oppugnaret. Miſitq́ꝫ pariter præſidem impiorum executorem digniſsimum præceptorum. Aiunt enim, quod ad repurgationem faciendam argenteos hamos, & cophinos, & ſcaphas habuerint. Cumq́ꝫ fodere iam cœpiſſent, ſtatuto quidem die hoc multitudo plurima faciebat: nocte uero, ſpontanea terra de ualle creſcebat. Solutis itaqꝫ prioris etiã fundamenti reliquijs, noua omnia præparabant. Cumq́ꝫ gypſi & calcis multa modiorũ milia congregaſſent, uis magna uentorum repente reſpirans, tempeſtates atqꝫ procellæ ſubito B factæ, quicquid congregatum fuerat, diſperſerunt. Adhuc autem inſanientibus eis, & nequaquã diuina lõganimitate correptis, maximus primo terræmotus eſt factus. Et quiſquis nõ fuerat myſterijs diuinis imbutus, uehementer attritus eſt. Quum uero neqꝫ hoc terrerẽtur indicio, ignis ex fundamentis quæ ſuffodiebantur egrediens: plurimos fodientium cõcremauit, aliorũ membra diſſoluit. Nocte quoqꝫ plurimis in uicina porticu dormiẽtibus, cadens ſubito cum tecto ipſa porticus, dormientes oppreſsit. Alio uero die in cœlo ſignũ ſplendens crucis ſalutaris apparuit. Sed etiã Iudæorum ueſtes crucis ſignaculo ſunt impletæ, nõ tamen ſplendenti, ſed nigro colore ſignatæ. Hæc itaqꝫ deo rebelles conſiderantes, & diuina flagella expaueſcentes, ad propria ſunt reuerſi, confitentes eſſe deum, qui ab illorum progenitoribus ligno fuerit adfixus. Quod audiens Iulianus, cum utiqꝫ caneretur ab omnibus, tanquã Pharao indurato corde non timuit.

Iulianus autor Iudæis ut templum Hieroſolymitanum reparent

Cap. XLIIII

IGitur cum Perſæ mortuum cognouiſſent Conſtantium, ſumpta fiducia uenerunt ad terminos Romanorũ denunciantes bellum. Ob quam rem collecto exercitu Iulianus miſit in Delphos, & Delum, atqꝫ Dodonen, ad percipiẽda reſponſa, an expediret ipſi bella ſuſcipere. Tunc uniuerſi uates & pugnandi fiduciam dabant, & uictoriam promittebant. Vnum uero reſponſum pro exẽplo mendacij ac ſeductionis inſerere nõ pigebit: eſt enim huiuſmodi: Nunc omnes aggredimur dij, uictoriæ trophæa referentes circa fluuium Thiren. Horum ego dux ero belligerator Mars. Νῦν πάντες

Perſæ aduerſus Romanos

ὡρμήθημεν θεοὶ, νίκης τρόπαια κομίσασθαι πὰρ θηρὶ ποταμῷ. τῶν δ᾽ ἐγὼ ἡγεμονεύσω θοῦρος πολεμόκλονος ἄρης. Horum itaq; carminum ridiculum eos conuenit diuulgare, qui ſapientem deum Muſarumq; principem Pythium uocant. Ego autem mendacium ſeductionis eius inueniens ingemiſco. Thiren nanq; fluuium Tigrim uoluit appellare, quoniam Thiris eius nomini ſimilis eſt. Is enim fluuius ex Armeniæ redundans montibus, & per Aſſyriorum arua diſcurrens, ſinum deſcendit in Perſicũ. Per hæc ergo reſponſa deceptus infelix, & uictoriã mente ſomniabat, & poſt Parthicum prælium pugnam Galilæis inferre parabat: ſic enim uocabat Chriſtianos, contumeliam nominis ſe eis inferre putans, cum magis debuiſſet eorũ conſiderare uirtutem. Non enim Socrates etiamſi Critias fuerit appellatus: & Pythagoras, Phalaris, ex mutatione nominis aliquam labem cõtraxerint: neq; Nireus, Therſites uocatus, pulchritudinem quam habebat, amiſerit. Horum nihil mente percipiens, ex hac appellatione aliquid læſionis ſe nobis putauit inferre. Et fallaci reſponſo credens, interminabatur per eccleſias dæmonum ſe ſtatuere ſimulacra. Poſt has igitur minas, ab uno uiro in Berœa debellatus eſt. Is enim nobilis erat, eiuſq; ciuitatis Curiæ præſidebat, quem zelus Chriſti reddidit clariorem. Vidẽs nanq; filium in impietatem, quæ tunc uigebat, fuiſſe demerſum, expulit ſua domo, & coram omnibus abdicauit. Qui in uicinæ ciuitatis itinere aggreſſus Imperatorem, ſuam uoluntatem & abdicationem patris aperuit. At ille quieſcere iuuenem imperauit, placandum promittens patrem. Cumq; ueniſſet in Berœam, nobiles & honoratos conuocauit ad prandium: inter quos erat & huius pater, quem cum filio in ſuo prandere iuſsit accubitu. Tunc circa medias epulas dixit ad patrem: Non mihi uidetur iuſtum uim facere uoluntati ad aliud declinanti, & animum ad alia mutare quæ non uult. Noli itaq; eſſe filio uiolentus, ſequi tua dogmata reſpuenti. Neq; enim ego tibi uim facio ut mea ſequaris, licet cogere ualde poſsim. Ille cauſam diuinæ religionis mente percipiẽs: De iſto, inquit, ó Imperator, erroneo dicis, & deo exoſo, & ueritati præponente mendacium. Tum ille rurſus manſuetudinis induens uultum: Ceſſa, inquit, detrahere. Et declinans ab eo uultum, adoleſcenti dixit: Ego tui curam habebo, quoniam patri tuo ut hoc faciat ſuadere non poſſum. Hæc itaq; non fruſtra retuli, ſed uolens oſtendere non ſolum illius admirabilis uiri fiduciam, ſed quod cõtempta Iuliani à plurimis ſit poteſtas. In Antiochia autem uir quidam optimus pædagogus adoleſcentiũ habitabat. Eratq; illic nobilis ille Sophiſta Libanius, impius, expectanſq; Iuliani uictoriam, habens præ oculis eius minas. Ergo interrogauit pædagogum, quaſi noſtram deridendo religionem: Nunc, inquit, fabri filius quid putas agit? At ille quod paulo poſt contigit, repletus gratia diuina prædixit. Reſpondit enim: O Sophiſta, creator omnium, quem tu fabri filium nominaſti, loculum Iuliano

concinnat

Margin notes: Tigris — Galilæi — A — B — Præſes Berœenſis filium ob Chriſtianiſmũ abdicat — Libanius Sophiſta

A concinnat. Poſt paucos uero dies mors illius nunciatur erronei, & in loculo poſitus aduectus eſt, minarumque tumor euacuatus. Cap. XLV

EO porrò tempore religioſiſſimus Iulianus cognomento Saba, qui angelorum incorporalium uitam corporali cõuerſatione uidebatur imitari, cuius etiam uitam conſcripſimus, prolixiores offerebat deo preces, cum illius impij minas audiſſet. Et ea hora qua ille percuſſus eſt orans, mortem eius iſte cognouit, licet pluſquam uiginti mutatiões ab eo loco uſque ad illius exercitum eſſe uiderent. Aiunt enim cum continuè ingemiſceret, & cleméti domino ſupplicaret, ſubito lachrymarũ eius fluuium reſtitiſſe, fuiſſeque alacritate repletum, & eius uultũ exhilaratum. Hanc animi perturbationẽ miniſtri reſpiciẽtes, rogauerunt ut eis cauſam repentini gaudij patefaceret. Tunc ille dixit: Ferus ſacræ uineæ deuaſtator pœnas exactus eſt uaſtationis ſuæ, iacetque mortuus, terroribus miniſque fruſtratus. Hæc cognoſcẽtes exultauerũt omnes, deoque hymnos gratificos obtulerunt. Poſtea uero à nuntijs eſt cõpertum, eundem fuiſſe diem ſimul & horam necis Iuliani, quã ille ſacratiſſimus ſenex cognouerat atque prædixerat. Cap. XLVI

Iulianus Saba

πλειόνων ἢ εἴκοσι σταθμῶν

ILlum itaque ſemper incõſulte egiſſe, mortis demonſtrauit euentus. Tranſiens enim cum exercitu fluuium qui Perſarum Romanorũque regna diuidit, repente naues incendit, non ſuadens rebus aut uerbis, ſed cogens mili-

Iul. in Perſas

B tes præliari. Porrò duces alacritate repleti, animabãt milites, & eos ſpe uaria confortabant, quam Imperator abſciderat, cum eorum reuerſionem incenſis nauibus abnegaſſet. Super hæc autẽ cum debuiſſet cibos militibus congregare, neque de proprijs finibus præcepit afferri, neque de inimicorũ abundantia iuſsit aliquid deprædari. Relinquens ergo habitabilem uiam, pergebat per ſolitudinis loca, ubi & cibo & potu milites defraudati, & duces itineris non habẽtes, ſed errantes in deſerta prouincia, ſapientiſſimi Principis cognouere imprudentiam.

SOCRATES.

Multos itaque uicos caſtraque detinẽs, iam etiã ciuitates capiebat. Cumque ueniſſet Cteſiphontẽ, in tantum obſedit regẽ, ut crebris legationibus uteretur, offerrẽs dare ſuæ patriæ partẽ, ſi ſolutus bello diſcedere poſſet. Quod ille noluit, neque ſupplicantiũ eſt miſertus: neque mente percepit, quod uincere quidem bonum eſt, ſuperuincere nimis inuidioſum: credens pręcipue magicis artibus, quas ei Maximus philoſophus exhibebat, et arbitratus Alexandri Macedonis ſe gloriã percepturũ, aut etiam maiorem. Putabat enim ſecundum Pythagoræã Platoniſque ſententiam, ex mutatione corporum Alexandri animã ſe poſſidere, aut eſſe potius in alio corpore alter Alexander. Ob hanc itaque cauſam Perſarum regis noluit preces admittere.

Iulianus obſidet regẽ Perſarum apud Cteſiphontem

Maximus

Iulianus putabat ſe alterum Alexandrum

SOZOMENVS

Quum igitur in deſerti loca primò captiuorũ habuiſſet ducatũ, poſtea

quidam ſenex ſub ſchemate proditoris ſe ei compendioſum iter oſtendere compromiſit. Cumq́ tribus diebus ambulantes ad maiorem ſolitudinem ueniſſent, illum quidem fuſtibus occiderunt, confitentē hoc ſe feciſſe pro patriæ liberatione, & libenter tormēta omnia ſuſtinere. Exercitus interea Perſarum, ex itinere fatigato exercitui Romanorum, commotus occurrit, ſeq́ ad congreſsionem prælij parauit. A

SOCRATES

Quærebantur enim Romani de principe, cur noluerit bellum cum lucri promiſsione finire. Veruntamen Perſis inſtātibus reſiſtebāt, ita ut frequenter uerterenē hoſtes in fugā. Porrò Iulianus erat præſens in equo, & exercitum confortabat, inermis quidem, ſpe felicitatis ſuæ audacior factus.

THEODORETVS. Cap. XLVII

Contra quem iaculum repente delatum, diſcurrēs per brachiū, in eius latus immerſum eſt. Ex hoc uulnere ſuſcepit finē uitæ. Quis uero iuſtiſſimum intulerit uulnus, hactenus ignoratur. Sed alij quendam inuiſibilium hoc intuliſſe ferūt: alij uero unum paſtorū Iſmahelitarum: alij militem fame & itinere fatigatū. Sed ſiue homo ſiue angelus fuerit, palàm eſt quod diuinæ iuſſioni miniſtrauit. Aiunt autē quod cum fuiſſet uulneratus, mox manum ſanguine ſuo cōpleuerit, & in aerem proiecerit, dicens: Galilæe uiciſti. Et in eo ipſo confeſſus eſt cum blaſphemia uictoriam. B

νενίκηκας γαλιλαῖε

SOCRATES.

Calliſtus aūt q inter familiares imperatoris tūc militabat, & Heroico uerſu eius cōſcripſit hiſtoriā, ait eū à dæmone uulneratū, fuiſſe defunctū. Iulianus ergo quarto Cōſulatu ſuo quē ędiderat cū Saluſtio, ſexto die Iunij mēſis, in Perſica regiōe defunctus eſt, anno tertio imperij ſui, ſeptimo uero ex quo Cæſar à Cōſtātio fuerat ordinatus, uitæ anno XXXI. Ca. XLVIII

Calliſtus

Iuliani Aug. mors

Poſt cuius mortem eius Magiæ cōpertæ ſunt. Carræ nanq́ ciuitas eſt, hactenus impietatis eius reliquias habens. Per hanc iter agēs quoniam per Edeſſam propter piæ religionis cultum tranſire noluerat, in templum quod à Paganis colitur, eſt ingreſſus. Vbi cum quędā cum ſuis conſortibus ſacrilegia celebraſſet, ianuas & clauſtra diſpoſuit, & quoſdam ibi milites obſeruare præcepit, ut intra hoc nullus accederet donec ipſe rediret. Cumq́ mortuus fuiſſet, & impio pium ſucceſſiſſet imperiū, ingrediētes in templum inuenerunt mira principis ſimulacra, eiusq́ ſapiētiam & famoſiſſimam pietatem. Viderunt enim mulierem à capillis appenſam, extenſas habentē manus, cuius uterum aperuerat, ut Perſarum uictoriā in iecore eius inſpiceret. Hoc ergo ſcelus in Carris inuentū eſt. Verum in Antiochia plurimas arcas in Palatio humanis aiunt capitib. plenas fuiſſe repertas, & innumera in puteis demerſa corpora mortuorū. In qua urbe cum eius nunciatus fuiſſet interitus, publicam cuncti habuere feſtiuitatē, & non ſolum in eccleſiis & ſepulturis

Carræ

Magica quædam portenta Carris reperta

Antiochenſiū publicum gaudium de morte Iuliani

A turis martyrum ſaltabant, ſed etiam in theatris crucis uictoriam prædicabant, illius magiæ inſultantes. Ego autem etiam clamorē fauoris corū hic ponere neceſſarium iudicaui, ut etiam apud poſteros hæc memoria reſeruetur. Communiter enim clamabant omnes: Maxime fatue, ubi ſunt tua uaticinia? Vicit deus, & Chriſtus eius. Hic ergo libri terminus eſt habendus, ne pio imperio impietatis potentia copuletur. *Hæc erant extra eccleſiam*

ELENCHVS CAPITVM LIBRI
SEPTIMI HISTORIAE ECCLESIAST.
quam Tripartitam uocant.

De Iouiani Imperatoris auſpicijs, & quemadmodum à Perſidis finibus ſit egreſſus. Caput 1
Quid Sophiſta Libanius cōtra Chriſtianos ſcripſerit, & quomodo Socrates hiſtoriographus eius dicta confutauit. Cap. 2
De rectitudine fidei Iouiani, & q͂d Athanaſius Alexandrinus ſcripſerit. Cap. 3
Quō Iouiani tēporibus orthodoxi floruerint, & hæretici ſunt oppreſſi. Cap. 4
Quod Athanaſius uenerit ad Iouianum, & ab eo decēter ſit honoratus. Cap. 5
De conſulatu & fine Iouiani. Cap. 6
De ortu principis Valentiniani, & quemadmodū fratrem Valentem ipſe fecerit
B Imperatorem. Cap. 7
De Ambroſii Mediolanenſis epiſcopatu atq; libertate loquendi. Cap. 8
Edictum Valentiniani & Valentis de conſubſtantiali Trinitate. Cap. 9
Epiſtola Illyricianorum epiſcoporum ad Orientales epiſcopos profitentiū Conſubſtantialem Trinitatem. Cap. 10
De hæreſi Audæanorum. Cap. 11
De Lampſaceno concilio. Cap. 12
Quemadmodum Valens factus fuerit Arianus. Cap. 13
Qua crudelitate Valens ſit uſus aduerſus orthodoxos. Cap. 14
De tyrannide & perditione Procopij. Cap 15
De exilio ſancti Euſebij Samoſateni Pontificis, & quod ciues eius, amore fidei, alij epiſcopo ſe ſubdere noluerint. Cap. 16
De exilio Barſæ epiſcopi. Cap. 17
Item de crudelitate Valentis quam geſſit aduerſus orthodoxos extincto Procopio. Cap. 18
De Eunomio hæreſiarcha. Cap. 19
De ſæuitia Valentis contra Conſtantinopolitanos orthodoxos. Cap. 20
De deſtructione murorum Chalcedonenſium. Cap. 21
De natiuitate Valentiniani minoris, & de immēſitate grandinis, & de ortu principis Gratiani. Cap. 22
Quomodo Ariani Macedonianos fuerint perſecuti, & illi ſe contulerint ad Liberium. Cap. 23
Libellus Macedonianorum, Liberio Romano datus epiſcopo. Cap. 24
Epiſtola Liberij & Sicilienſis concilij ad Macedonianos epiſcopos poſt pœnitentiam. Cap 25

Cur

Cur Eunomius ab Eudoxio ſegregatus ſit. Cap. 26 A
De latebris Athanaſii. Cap. 27
De cōcilio Tyanenſi,ubi literæ Liberij & Occidētaliū ſunt receptæ. Cap. 28
De Eudoxio Ariano qui fuerat Conſtantinopolitanus epiſcopus, & de perſecutione Valentis propter Euagrium orthodoxū epiſcopum. Cap. 29
Quod octuaginta orthodoxorū à Valente in naue cremati ſunt. Cap. 30
Quid Valens geſſerit in Cappadocia & Antiochia. Cap. 31
Quomodo in Edeſſa mulier cum ſuo filio currēs ad martyriū, & Præfectū & Imperatorē ſtupore facti à crudelitate remouerit. Cap. 32
De examinatione & exilio plurimorum orthodoxorum. Cap. 33
De miraculis Confeſſorum. Cap. 34
De reſponſo dæmonis, quis poſt Valentem imperaturus eſſet, & quod ob hoc Valens multos occiderit. Cap. 35
De Baſilio epiſcopo Cappadociæ,& quō exilij minas euaſerit. Cap. 36
De fine Athanaſij Alexandrini,& ſucceſſione Petri, & ſeditione contra eum facta,& quod Romam profectus ſit. Cap. 37
Qua crudelitate Lucius Alexandreiam fuerit introductus. Cap. 38
Quæ miracula geſſerint eremitæ, in exilium à Lucio deſtinati. Cap. 39
Literę Petri Alexādrini Pontificis,in quibus Lucij mala referūtur. Cap. 40

HISTORIAE ECCLESIASTICAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBER SEPTIMVS. B

SOCRATES. Cap. I

Iouinianus Aug.

Tribunus militum

Cingulum militare

MILITES igitur in maxima ſollicitudine conuenientes, omiſſa omni dilatione, altero die Iouiniano infulas Imperatoris imponunt. Erat enī uir fortis & nobilis,& illo tempore χιλίαρχος, id eſt, Millenarius, quo Iulianus electionem militibus lege propoſuit,ut aut ſacrificarent, aut militia cederent. Qui cingulum magis elegit amittere,quàm Imperatoris præceptis impijs obedire. Hunc ergo tūc Iulianus propter belli neceſsitatē inter uiros militares habebat. Qui cum uiolēter à militibus ad imperium traheretur,clamabat,dicens, nō ſe uelle Paganis hominibus imperare,cū ipſe Chriſtianus exiſteret. Cumq; uox omniū cōmuniter proclamaſſet,dicentiū,ſe quoq; Chriſtianos, ſuſcepit imperium.

THEODORETVS

Cogitabat itaq; Iouianus de cōmuni ſalute, & quomodo poſſet de medio hoſtiū illæſum exercitū liberare. Nec indiguit magno conſilio,ſed ſeminibus pietatis utiliſſimū uindemiauit fructum. Repente nanq; ſuam prouidentiā deus oſtendit, & fluctuationē eius ad portū tranquillitatis adduxit. Dum enim huius anguſtiā Perſarū rex agnouiſſet, miſſa legatione petiuit

pacem

A pacē, deinde cibaria militibus deſtinauit, & forū uenaliū eis præparari in deſerto præcepit. Celebratisq́ fœderibus, exercitum reduxit incolumem.

SOCRATES

Quæ pacta, quātum ad gloriā quidē pertinebat Romanorū, turpia erāt, ſed tēpori congruebant. Amiſſa nanq́ Syria, & tradita Perſis Niſibi Meſopotamiæ ciuitate diſceſſit. Hæc nunciata, Chriſtianos cōfortauerunt, Paganis intulerunt luctum. Porrò milites incautum Iuliani feruorē ualde culpabant, cauſamq́ damni finium Romanorū ei potius imputabāt, quod à Perſarum ueluti proditore ſeductus, naues quæ per fluuium frumenta deueherent incendiſſet, & famem militibus accerſiſſet. *Fœdus Romanorū cū Perſis*

Cap. II

TVm itaq́ Sophiſta Libanius lamentationis librum in Iulianum conſcripſit, quem Iulianum denominauit: faſcinatū ſanè laudibus illius: in quo etiam meminit librorum quos contra Chriſtianos ædiderat Iulianus. Etſi quidem laudes Imperatoris Sophiſta dixiſſet, ego quieſcerem, ueſtigia hiſtoriæ ſequens. Sed quia tanq́ callidus Rhetor mentione Iuliani librorū Chriſtianam uidetur lacerare religionem, propterea contra eum poſitis primum uerbis ipſius, pauca dicenda ſunt. Hyemis, inquit, noctes amplius Imperator extēdens, incumbendo libris, Palæſtinenſem hominem deum, deiq́ filium referentibus, præliabatur enixius, & redarguēdo præualuit, ut B riſum & quandam inanitatem oſtenderet eorum quę coluntur à talibus, In quibus laboribus ſene Tyrio ſapientior eſt inuentus. Propitius autem ſit iſte Tyrius, & placide uerba mea ſuſcipiat, tanquam à filio uictus eſt. Hæc quidem Sophiſtæ Libanij ſunt. Verum ego ſophiſtam eum optimū fuiſſe noui: quanq́ ſi non eius religionis fuiſſet, cuius Imperator erat, omnia quæ de Iuliano Chriſtiani dicunt, etiam iſte tunc diceret, & forſitan tanq́ Rhetor augeret. Nam & uiuo Cōſtantio laudes, & eo defuncto iniurias plenas criminibus eius effudit. Et ſi ſenex Porphyrius fuiſſet Imperator, libros eius Iuliani præpoſuiſſet operibus. Sed & Iulianus ſi Sophiſta fuiſſet, dixiſſet forſitan etiam ipſum malum, ſicut Ecebulum. Quia ergo ille tanquam eius ſectæ, & tanquam Sophiſta & amicus Imperatoris, quæ ei ſunt uiſa dixit, ei nos ut poſſumus obuiemus. Primum itaq́ dixit, quod libris incumberet, hyemis noctes extendens. Incumbere nanq́ ſignificat, quod intentionem habuerit, ut uituperationē conſcriberet, ſicut cēſuetudo Sophiſtis eſt. Nam olim hos libros ſcierat, ſed tunc incumbebat, & maximo prælio contendebat. Vnde palàm eſt quòd non (ſicuti Libanius putat) redarguendo præualuerit, ſed infirmitate ſuæ ueritatis æſtuabat, & quę bene illic cauteq́ ſunt poſita, tanquā detractor lacerare laborabat. Omnis enim qui reſiſtit alicui, nunc uertendo, nunc celando ueritatē, mentitur aduerſus eum contra quem litigat. Et qui infenſus alicui eſt, omnia ſicuti hoſtis nō ſolum agit, ſed etiam loqui contendit. Quod uero Iulianus atq́ Porphyrius, quē Tyrium ſenem uocat

Libanij opus de morte Iul.

Libanius uiuū Conſtantium laudauit, uituperauit mortuum

Porphyrius

uocat, detractores ambo fuerint, ſuis ipſorum ſermonibus arguũtur. Nam A Porphyrius ſummi philoſophorum Socratis uitã lacerauit in hiſtoria Philoſophica, quã ipſe conſcripſit: & talia de eo retulit, qualia ſoliti derogationibus occupari. Et hæc de illo Socrate, qui apud Græcos mirabilis caſtitate, iuſtitia alijsq; uirtutib. habebatur. Quem Plato mirabilis eorũ philoſophus, & Xenophon, alter philoſophorum θίασος, non ſolum tanquam deo amabilem honorant, ſed etiam ultra hominem ſapuiſſe pronunciãt. Porrò Iulianus æmulatus patrem, paſſionẽ propriam in Cæſaribus denudauit, & omnium ante ſe regnantium uitas carpens, ne philoſopho quidem Marco pepercit. Igitur ambo detractores fuerunt. Non opus habeo pluribus uti ſermonibus. Ego nanq; ex utrorunq; uerbis mores eorũ conijciens, hæc dixi.

Ξενοφῶν, ἀττικὴ μέλιττα ἐπονομαζόμενος, primus ſcripſit uitas philoſoph.

Quid autẽ de Iuliano Gregorius Nazanzenus retulit audiamus. Ait enim in ſecundo libro contra Paganos hæc uerba poſt alia: Hæc equidem de Iuliano alijs ipſa experimẽta tradiderunt, & aſſumpta poteſtas imperij: mihi autem eius mores comperti ſunt, cum hunc uirum Athenis clarius agnouiſſem. Venerat enim illuc, cũ frater eius Imperatori uideretur inimicus. Fuitq; aduentus eius ratio duplex: una quidem quaſi decentior, qua dicebat ſe ueniſſe ut uiſeret Hellada atq; doceretur: altera uero ſecretior & non nota plurimis, ut immolatores dæmonum & uiros fallaces inquireret, quia nõdum habebat impietatis ſuæ licentiã. Tunc igitur non fruſtra conſideraui uirum. B Non enim fortuito iſta conſpexi, ſed faciebat me cautum inconſtantia morum eius, & exceſſus uberior. Vates ſiquidem egregius eſt, qui bene conſiderat. Nullum enim ſignum in eo mihi utile uidebatur. Ceruix inflexibilis, humeri iactabiles, oculi currẽtes, huc illucq; directi, & furioſe reſpicientes. Pedes impatientes, nares ſpirantes iniurias atq; cõtemptus, ſchemata riſibilia, & hoc ipſum ſemper habentia. Riſus incõtinens, & quaſi ſubbulliens. Conſenſus & negatio ſimul, ratio nulla ratione conſiſtens, interrogatio inordinata, atq; reſponſio nulla congruentia ſibi conueniens. Sed quid per uniuerſa diſcurro? Hunc ante opera uidi, & operibus ipſis agnoui. Et ſiquidem eſſent mihi præſentes, qui tunc aderant, teſtarẽtur quòd cum hæc uidiſſem, repente dixi: O quale malum nutrit Reſpublica Romanorum? Et cum hęc prædixiſſem, optaui me inueniri debere mendacẽ. Melius enim fuerat hoc, quàm ut tantis terra ſceleribus impleretur. Nunq; arbitror talia fuiſſe prodigia, cum multa diluuia, multa incendia, multæ peſtes, & hiatus terræ prouenerint, licet homines inhumani & feroces, compoſitiq; diſsimilibus naturis fuiſſe referantur. Ob quam rem digno ſua ſuperbia fine concluſus eſt. Hęc Gregorius de Iuliano narrauit. Quia uero contra Chriſtianos multa proferentes, niſi ſunt uim facere ueritati, quædã ex ſacris literis peruertẽtes, alia permutantes, omnia tamen ſecundũ ſuam ſumentes intentionem, multi eis obuiantes iſta patefecerunt, deſtruẽtes & redarguẽtes eorum uana ſophiſmata

Gregor. Nazanzenus de Iuliano lib. 2. aduer. Gẽtil.

Depingit Iulianum Nazanzenus

A mata,& ante omnes Origenes,licet ante multa fuiſſet tempora Iuliani. Is e- *Origenes*
nim quæ uidebãtur turbare legẽtes ſacratiſsimas lectiones, obijciẽs ſibijpſi
& interpretatus ea,detractorũ ſophiſticas adinuẽtiones excluſit. Quæ ſi ſæ-
pius legiſſent Iulianus atq; Porphyrius,ea libenter accipiẽtes,in aliud forte
ſua uerba mutaſſent, & non ad blaſpheniæ ſophiſmata uerterẽtur. Quod
uero lacerare ſtuduerit Imperator, apud idiotas & ſimplices uerba faciens,
& non apud eos,qui ſcripturarũ diuinarũ obtinent ueritatem,ex his palàm
eſt:ſumens enim ea uerba, quæ diſpenſationis cauſa humanius poſita ſunt,
cum multa huiuſmodi collegiſſet exempla,hæc nouiſsime dicit:Horũ igitur
ſingula ſi nõ aliquam habent ineffabilem contemplationẽ,maxima de deo
blaſphemia ſunt plena. Hęc ergo Iulianus in tertio cõtra Chriſtianos libro *Liber Iuliani*
dixit. In libro autẽ ſuo quem de Cyniſmo ſcripſit, docens quomodo ſacras *Aug. πρὸς τ̀*
fabulas deceat fingi, dicit oportere harum ueritatẽ abſcondi. Sic enim ait: *κυνικ ἡρά-*
Amat enim natura celari,& abdita deorum ſubſtãtia nõ patit̃ nudis uerbis *κλειον, πῶς*
in aures introire pollutas. Apparet ergo per hæc Imperatorẽ ſuſpitionem *κυνιςέον.*
habuiſſe de diuinis ſcripturis, quod eſſent uerba myſtica ineffabilem quen- *Iuliani uerba*
dam modum cõtemplationis habentia. Sed indignatur quod non omnes *ex tertio lib.*
eandẽ ſententiã habuerint,& inceſſit hos qui inter Chriſtianos diuina ſim- *cõtra Chriſt.*
pliciter ſuſcipere uidentur eloquia. Non igitur oportebat eum contra ſimpli- *Iulianus re-*
B ces inſurgere,nec propter illos cõtra ſacras literas intumeſcere,neq; odio ha- *prehenditur*
bere aut auerſari quæ magis bene intellexerãt:quod nõ omnes tunc ita ſen-
tirẽt,ſicut ipſe uoluerat. Similis ergo Porphyrio factus eſt. Ille nãq; in Cæ- *Quid Por-*
ſarea Palæſtinæ à quibuſdam Chriſtianis cæſus,iram non ferens, Chriſtia- *phyrium mo-*
niſmũ deſeruit per furorem:& odio inimicorũ ſcribẽdo blaſphemias Chri- *uerit,ut aduer*
ſtianiſmo priuatus eſt:ſicut cum Euſebius Pamphili redarguit,et eius uerba *ſus Chriſtia-*
deſtruxit. Imperator autẽ apud idiotas ſuperbus inter Chriſtianos extitit, *nos ſcriberet*
ea paſſione in blaſphemias Porphyrij declinauit. Ambo ſiquidẽ ſponte de-
liquerunt,& ſcienter peccando digniſſima pœna mulctati ſunt. Cum igitur
ſophiſta Libanius uelut irridens dixiſſet,hominẽ ex Palęſtina deum & dei
filium faciunt,oblitus ſuorũ uidetur eſſe uerborũ: ad finem nanq; eius libri
Iulianũ deificauit ſic inter alia dicens: Primũ nanq; nunciũ eius mortis penè
peremerant,quod putaretur de deo mentitus. Deinde paululũ deſcendens,
ait:O dæmonũ alumne,dæmonumq; diſcipule,& dæmonum obſeruator.
Qui licet hoc aliter intelligeret,ueruntamen hæc eadẽ de Iuliano dixit, quæ
Chriſtiani approbantes affirmant. Si ergo eum laudare cogitabat,oporte-
bat eum hoc nomen effugere:nec eum deditũ dęmonibus indicare:ſicut ſer-
monẽ alium declinauit, quem cum reprehenderetur, de ſuis libris abſcidit.
Quomodo enim homo Chriſti deificetur, & quẽadmodum in aperto ho-
mo fuerit,inuiſibiliter aũt deus,& quẽadmodum utraq; ſint uera,Chriſtia-
norum ratio ſacra nouit: Pagani uero anteq̃ credant,intelligere nequeunt.

Dicit enim ſermo diuinus: Niſi credideritis, nõ intelligetis. Quapropter nõ A erubeſcunt multos homines deificando: & utinã bonis moribus inſtitutos, aut iuſtos, aut caſtos, & non potius lubricos, iniquos, & ebrioſos, id eſt, Hercules, Dionyſos, & Aſclepios, ſicuti frequẽter in ſuis libris Iulianũ iurare nõ pudet. Quorũ maſculos fœminaſq; cupidines ſi enumerare uoluero lõga

Ariſtotelis Palliũ, Corona Dionyſii

digreſſio generatur. Sed ſufficit hæc ſcire uolentibus Ariſtotelis Pallium, & Corona Dionyſii, & liber Egini multæ memoriæ, turbaq; Poetarũ, qui de talibus ſcribentes, uere ridiculum & inanitatẽ Theologiæ oſtendere Paganorũ. Quod uero proprium Paganorũ ſit, homines ſumma facilitate deificare, mõſtremus.

Attin Rhodij in deos retulerunt

Rhodijs quadã calamitate detẽtis, reſponſum eſt datum, ut Phrygium Attin ſacerdotẽ uæſanæ Phrygum celebritatis placarent. Tale nanq; reſponſum eſt: Attin placare deum magnũ, purum Adonem, bonæ uitæ, diuitiarum datorẽ, comatumq; Dionyſum. Hoc itaq; reſpõſo Attin qui amore uæſano ſemetipſum excidit, eundem Adonem Dionyſumq; nominauit.

Amphictyones de Alexandro

Cumq; Alexãder Macedonũ rex tranſiſſet in Aſiam, Amphictyones Alexandro fauentes, carmina iſta finxerunt, Iouem deorũ Conſulem, & Mineruam honora ter genitam, qui corpore mortali ſupernum abſcondis regem, quem Iupiter Heroum ſeminauit generibus adiutorem, bonæ legis lætitiæ Alexãdrum ſtatuere regem. Hæc in Pythia pronunciauit dæmon, qui cum potentib. adularetur, deificabat eos. Quid enim dicamus B

Cleomedes athleta

cum etiã Cleomedem athletã deificauerint, ita dicentes: Vltimus Heroum Cleomedes Aſtypalæus, quem ſacrificijs honorate, quia mortalis iam non eſt. Propter hoc ergo reſponſum Diogenes Cynicus & Oenomaus philoſophus Pythium reprehẽderunt Apollinẽ.

Adrianus. Antinous amaſius Adriani

Cyziceni uero tertiũdecimum deum Adrianũ appellauerunt. Sed etiã ipſe Adrianus amatum ſuum Antinoum deificauit. Et hæc ridiculam inanitatẽ non dicit eſſe Libanius? Hæc ergo à nobis propter eius detractionem, per digreſſionem dicta ſufficiant.

THEODORETVS Cap. III

Iouinianus Aug. epiſcopos exules reſtituit

IOuinianus ergo Imperator, mox ut imperij ſui terras ingreſſus eſt, primum ſcripſit legem, ut epiſcopi de exilio redirent, & eccleſias eis reddendas eſſe profeſſus eſt, qui expoſitã in Nicæa fidem inuiolabiliter ſeruaſſent.

Iouinianus Aug. ab Athanaſio cupit orthodoxã religionẽ edoceri

Scripſit etiam Athanaſio, qui præcipuus erat horum dogmatũ propugnator, petens ut ei reſcriberet perfectam diuinorum dogmatum diſciplinam. Qui eloquentiores epiſcopos cõgregans reſcripſit, rogatus ut fidem Nicææ expoſitam cuſtodiret, tanquam Apoſtolicis dogmatibus congruentem. Cuius epiſtolæ uerba ſunt hæc:

Epiſtola Athanaſij

PIISSIMO ATQVE CLEMENTISSIMO VICTORI AVGVſto Iouiano Athanaſius, & reliqui epiſcopi, conuenientes ex perſona omnium epiſcoporum Aegyptiorum, Thebaidos, & Libyę.

DECET deo amabilem principem diſcendi habere uoluntatẽ, deſideriumq;

A riumq́ cœleſtiũ. Sic enim uere & cor habes in manu dei,& imperium cum pace multis annorũ curriculis gubernabis. Volente igitur à nobis tua diſcere pietate catholicæ eccleſiæ fidem, gratias ob hoc domino referentes, curauimus ut prolatam ab omnib. patribus in Nicæa tuæ pietati inſinuaremus fidem. Hanc enim repudiantes quidam, nobis quidem frequenter inſidiati ſunt,eo quod Arianæ non conſentiremus inſaniæ. Autores uero facti ſunt hæreſis & ſchiſmatum uniuerſalis eccleſiæ. Vera ergo & pia in dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ fides eſt omnibus manifeſta, & ex diuinis literis agnita atq; lecta. In hac enim etiã ſancti martyrio cõſummati ſunt,et requieſcentes in domino nunc cõſiſtunt. Manſerat itaq; ſemper fides illæſa,niſi calliditas quorundã hæreticorum eam uiolare præſumeret. Arius enim quidam, eiusq́ ſectatores erumpere & impietatẽ aduerſus eam introducere tentauerunt,dicẽtes,ex nõ extantibus:& creaturã atq; facturã, cõuertibilemq́ eſſe filium dei. Plurimosq́ per talia ſeduxerunt, ita ut etiã qui aliquid eſſe uidebantur,blaſphemia huiuſmodi traherent. Verum ſancti patres noſtri olim conuenientes(ſicuti prædiximus)in Nicæno concilio, Arianam quidem ſectam anathematizauerunt,catholicæ uero eccleſiæ fidẽ(ſcriptura teſte)pro feſſi ſunt. Eaq; prædicatione hæreſis extincta eſt,quæ ubiq; uidebat accenſa. Hæc itaq; fides per omnes eccleſias legebatur & prædicabatur. Sed quo

B niam Arianam hæreſim quidam renouare uolentes, ipſam fidẽ à patribus in Nicæa prolatam anathematizare præſumpſerunt: aliqui uero fingunt ſe eam profiteri,ſed ipſam ueritatẽ negare noſcunt, aliter interpretantes Conſubſtantialitatẽ,& ſancto ſpiritui blaſphemantes,cum dicunt eum creaturã eſſe,atq; facturã per filium celebratam: neceſſario conſiderantes læſionem ex huiuſmodi cauſa contra populum generatã,offerre tuæ pietati confeſsionem cõcilij Nicæni curauimus,ut pia religio tua cognoſcat,cum quanta ſcrupuloſitate cõſcripta ſit:& quantum errent,qui extra eam uolunt aliquid edocere. Cognoſce deo amabilis Imperator,quoniam hæc quidem prædicatur à ſeculo, & hanc profeſſi ſunt patres in Nicæa conuenientes. In hac quoq; fide concordant omnes eccleſię in Hiſpania,& Britannia,necnõ in Gallijs, Italijs,& in Dalmatijs cõſtitutæ:in Cappadocia, Myſia, & Macedonia, & uniuerſa ſimul Hellade,ſed etiã in uniuerſa Africa,Sardinia,Cypro,Creta Pamphylia,Lycia,Iſauria,& in omni Aegypto & Libya,Ponto & Cappadocia,partibusq́ uicinis,& Orientales eccleſiæ, præter paucos Arij ſectatores. Omnium nanq; prædictorum ſententiã experimento cognouimus, literas habemus,eosq́ nouimus deo amabilis Imperator, quia cũ pauci quidam huic fidei contradicant,præiudicium facere non poterunt in toto orbe terrarum. Multo enim tẽpore ab hæreſi Ariana pulſati, nunc etiã pietati cõtentione maxima contradicunt. Vt uero hęc pietas tua cognoſcat,licet ſciat, tamen ſtuduimus fidem Nicæno concilio profeſſam ab epiſcopis trecentis

decem & octo,ſubiungere.Eſt autem hæc Nicæni concilij fides. A

Profeſſio fidei in concilio Nicæno

CREDIMVS in unum deum patrem omnipotentem, omnium uiſibiliũ,inuiſibiliumq; factorem.Et in unum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium dei,natum ex patre,unigenitum,hoc eſt,de ſubſtãtia patris,deum de deo,lumen de lumine,deum uerum de deo uero:natum,nõ factum, conſubſtantialem patri,per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo,& quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit incarnatus,humanatus, paſſus eſt, & die tertia reſurrexit. Aſcendit in cœlos, uenturus iudicare uiuos & mortuos.Et in ſpiritum ſanctum.Eos aũt qui dicunt,Erat,quando non erat:& antequam naſceretur non erat:& quia ex nõ extantibus factus eſt, aut ex altera ſubſtantia uel ſubſiſtentia dicentes eſſe, aut creatũ,aut conuertibilem,aut mutabilem filium dei,hos anathematizat ſancta catholica & apoſtolica eccleſia. In hac fide deo amabilis Imperator nos conſiſtere neceſſarium eſt, tanquam ſacra & Apoſtolica: nullaq; mouere eam ſeductione uerborum atq; contentione: quod ab initio Ariani fecerunt, ex non extantibus filium dicentes:Et,quia erat,quando non erat,& creatus,& factus,& conuertibilis eſt. Propterea (ſicuti prædiximus) & Nicæna ſynodus hæreſim anathematizauit huiuſmodi, fidem uero profeſſa eſt ueritatis. Non enim ſimpliciter ſimilem dixerunt filium patri,ne ſimpliciter ſimilis deo,deus uerus eſſe crederetur, ſed etiam conſubſtantialem ſcrĩpſerunt, quod proprium eſt geniti ueriq; filij, ex uero & naturali patre naſcentis.Sed neq; Spiritum ſanctum alienauerunt à patre & filio, ſed potius glorificauerũt eum cum patre & filio in una ſanctæ Trinitatis fide, eo quod una ſit in ſancta Trinitate diuinitas. B

Frumentorum reditus reſtituit eccleſiis Iouinianus

Has literas Imperator legens,confirmauit quam habuerat de ſacris ſcientiam & affectum: aliamq; conſcripſit legem, ut frumentorum conſuetudo redderetur eccleſiis,quam Maximus diſtribuerat Cõſtantinus, & dari prohibuerat Iulianus. Et quoniam propter illius impietatem orta fames, non ſinebat totam tunc ſummam quam Conſtantinus conſtituerat,erogari,tertiam partem Iouinianus ad præſens impendi promiſit, ita ut ceſſante fame frumenta integra præberentur.

SOCRATES. Cap. IIII

Exules epiſc. reuocat

Pudet ſacerdotes Gentiles proprij cultus

Macedoniani apud Iouinianum Aug.

EVocauit igitur Imperator à Conſtantio in exilium miſſos epiſcopos, qui nõ occurrerant Iuliani redire temporibus. Tunc autem etiam templa Paganorum omnia claudebantur,& ipſi ſacerdotes ubiq; fugiebant: indutiq; pallijs, ipſa pallia reponebant, & ad ſchema commune reuertebantur. Quieuit etiam pollutio ſanguinis,quam publice inſatiabiliter ſub Iuliano celebrauerãt.Porrò Chriſtiani non quieſcebant: Præſules enim religionum adibant crebro Principem, credentes eius obtinere ſe uoluntatem ad uerſus proprios inimicos. Et primum quidem Macedoniani libellum Principi

A cipi porrexerũt, poſtulantes ut expellerentur eccleſiis, qui diſſimilem filium prædicarent, & ipſi introducerẽtur in eas. Erant qui libellum obtulerãt, Baſilius Ancyræ, Syluanus Tarſi, Sophronius Pompeiopoleos, Paſinicus Zilenus, Leontius Comanus, Callicrates Claudiopolites, Theophilus Caſtabalenus. Horum libellum imperator accipiẽs, eos ſine reſponſo dimiſit, hoc tantũmodo dicens: Ego contentiones odi, eos autem qui ad concordiam feſtinant, diligo, pariter & honoro. Quod audientes, qui ad cõtentionẽ ſe parabant, quieuerunt. Hoc ergo pro uoto Imperatoris eſt factum. Nam tunc intentio ſectatorum Acacij reuelata eſt, & (ſicuti ſolebant) ad uota ſe Principis contulerunt. Conuenientes enim in Antiochia Syriç, habuerunt uerba cum Melitio, qui paulo ante diuiſus ab eis, Conſubſtantialitatem ita defendere uidebatur. Hoc itaq; fecerunt, quoniam eum honorari conſpiciebant, Principe tunc ibi agente. Communi ergo concilio libellum componentes, Conſubſtantialitatem profeſſi ſunt, & Nicænam roboratites fidem obtulerunt Imperatori. Cuius libelli uerba ſunt hæc: *Acaciani conueniunt apud Antiochiam*

PIISSIMO ET DEO AMABILI DOMINO NOSTRO IOVIniano, Victori, Auguſto, ſynodus præſentium epiſcoporum ex diuerſis prouincijs in Antiochena urbe conuenientium.

Quod eccleſiaſticam pacem atq; concordiam tua primũ ſtuduerit pie-
B tas celebrare, bene nouimus etiã nos deo amabilis Imperator. Quod uero uerticẽ huiuſmodi ueræ unitatis & orthodoxæ fidei bene ſumpſeris, neq; hoc ignoramus. Sed ne cum his, qui adulterant ueritatis dogma adnumeremur, tuæ pietati ſuggerimus, quoniã ſancti concilij in Nicæa olim & ab initio celebrati fidem & ſuſcepimus & tenemus. Quando etiam Conſubſtantialitatis nomen, quod aliter ſe quibuſdam habere uidetur, dicimus cautam interpretationẽ à patribus excepiſſe, quippe ſingnificantibus quod ex ſubſtãtia patris natus ſit filius: & quia ſimilis per ſubſtantiã patri eſt. Nõ enim uelut aliqua paſſio circa ineffabilem natiuitatẽ creditur. Neq; ſecundum aliquem Paganorum uſum percipĩt à Patribus ſubſtantiæ nomen dictũ, ſed ad deſtructionẽ Arianorũ, qui præſumpſerunt ex non extantibus de Chriſto aliquid impie prædicare. Quod etiã iſti, qui nunc inæqualitatẽ aſſerunt, aſperius & audacius ad uaſtandã eccleſiæ concordiã imprudentes auſi ſunt perpetrare. Quamobrẽ huic noſtræ relationi ſubiunximus exemplar fidei Niceni concilij, quam etiã decenter amplectimur. Eſt enim huiuſmodi: Credimus in unum deum patrem omnipotentẽ, & reliqua. Et ſubſcriptio: Meletius epiſcopus Antiochiæ obtulit in ſupraſcriptis cõſentiens, Euſebius Samoſatenus, Euagrius Siculus, Vranius Apamiæ, Zoilus Lariſſenus, Acacius Cæſariæ, Antipater Rhoſi, Abramius Yrimenus, Ariſtonicus Seleucobeli, Barbabentus Pergami, Vranius Meletenæ, Magnus Chalcidis, Eutychius Eleutheropoleos, Iſacius Armeniæ maioris, Titus Boſtrenſis, Pelagi- *Acacianorum epiſtola ex ſynodo Antiochena ad Iouinianum Aug.*

us Laodiceæ, Arabianus Adrenſis, Piſo Adanenus per Lamirionẽ presbyterum, Sabinianus Zeugmatis, Athanaſius Ancyræ per Orphitũ & Actium presbyteros, Irenæus Gazæ, Piſo Auguſtæ, Patricius Palti per Lamirionem presbyterum, Anatolius Berœæ, Theotimus Aramenus, Lucianus Arcenus. Hunc itaq; libellum in collectione Synodalium Sabini conſcriptum inuenimus. Verum imperator propoſitũ hoc habebat, ut blandimentis & ſuaſione uerborum diſcordantium contentiones abſcinderet, dicens, Nulli quidem ſe quomodocunq; credentium fore moleſtum: eos tamen diligere, & ualde honorare, qui principium eccleſiaſticæ unitati præberent. Quod uero hoc egerit, etiã Themiſtius Philoſophus ait in laude, quam in eius protulit Conſulatu. ubi miratꝰ Imperatorẽ, quod permiſerit unũquẽq; colere ſicut uellet, atq; deuicerit blandientium mores, quos ualde deridens, ait manifeſtare purpuram.

Sabini ſynodalia — *Themiſtij philoſophi oratio panegyrica*

SOZOMENVS

Igitur Imperator tunc etiã Secundo nomine Præfecturã gubernãti Prætorianam legẽ dedit, ut capitali ſentẽtia plecterentur, qui uel ſacram uirginẽ nuptiali thoro uiolare auderet, uel impudico aſpectu aſpiceret, ne dicam abripere forte tentaret. Quam legẽ ideo poſuit, eo quod Iuliani tẽporibus quidam huiuſmodi uirgines uxores ducere auſi fuerant.

De non ducendis ſacris uirginibus, Iouiniani lex

SOZOMENVS. Cap. V

B

INter hæc Athanaſius Alexandrinæ ſedis epiſcopus, cũ paucis ſuorũ cõmunicato cõſilio neceſſarium iudicauit, ut Chriſtianũ uideret Imperatorem. Veniensq; Antiochiã, Principem, de quibus oportebat, edocuit. Quidam aiunt, quod eũ ipſe magis euocauerit Imperator, ut quæ neceſſaria pro religione & recta fide uiderent, exponeret: diſponensq;, ut decebat, cauſas eccleſiæ de reditu cogitabat. Verum Euzoius Arianæ ſectæ Antiochenæ ciuitatis epiſcopus, ſtudebat ut Probatianus quidã eunuchus, in Alexãdrina urbe ordinaretꝰ epiſcopus. Cumq; hoc ageretꝰ, Lucius Alexandrinus à Georgio presbyter ordinatus, adijt Imperatorẽ, & maledicẽs Athanaſio, quaſi tẽporibus epiſcopatus illius fuiſſet accuſatus, & plurima exilia ſub præcedentibus ſuſtinuiſſet Imperatoribus, eſſetq; circa ſacra per eum cauſa diſcordiæ, ſupplicabat ut alius in Alexandrina ciuitate ordinaretur epiſcopus. Verum Imperator ſciens, quantæ Athanaſio inimicorũ inſidiæ factæ fuiſſent, detractiones huiuſmodi non reſpexit, ſed Lucium quidem cum multa interminatione tacere iuſsit, Probatianum uero eiuſq; ſequaces Eunuchos, autores huiuſmodi ſcelerum atq; turbarum caſtigandos eſſe præcepit. Porrò Athanaſium amicum ſibi maximum factum deſtinauit in Aegyptum, ut ſicut ei uideretur cauſas eccleſiarum populosq; diſponeret. Fertur enim, quod eum pro maxima uirtute conuerſationis ſapientiæq; laudauerit. Aiũt quidam anteq̃ ſub Conſtantio Imperatore Ariani tenerent eccleſias, ſomniumq;

Athanaſius Iouinianũ adit — *Euzoius Antiochenus* — *Lucius Alexãdrinus accuſat Athanaſium* — *Probatianus Eunuchi*

A nium uidiſſe Antonium monachum quaſi burdones altare ſacrũ calcibus euertiſſent, experrectũq́ dixiſſe: Ab adulteris & permixtis hominibus eccleſiam calcari. Quæ non fuiſſe mendacia poſterior monſtrauit euentus.

SOCRATES Cap. VI

TVnc igitur Imperator impetũ retinens hæreticorũ, diſceſsit ab Antiochia, & uenit ad Tarſum Ciliciæ, ibiq́ corpus Iuliani ſepeliuit. Et cum cuncta ſolennia funeri eius exhibuiſſet, COS. eſt deſignatus. Cumq́ Conſtantinopolim feſtinaret, uenit ad prædium nomine Dadaſtana inter Galatiam & Bithyniam, ubi philoſophus Themiſtius cum alijs Senatoribus occurrens, Conſularem recitauit orationem. Feliciter tunc agi poterant res Romanæ publicæ, & ſimul eccleſiaſticæ ſub principe benigno diſpoſitæ, niſi repentina mors talem uirũ ab hominibus abſtuliſſet. In prædicto nanq́ prædio hyemis tempore in phraxis languore cõſtrictus eſt mortuus, Conſulatu ſuo & Varroniani filij, ſeptimodecimo die Februarij menſis, qui regnauit menſibus ſeptem, uixit annis trigintatribus.

Iouinianus Iulianum Tarſi ſepelit. Dadaſtana. Themiſtius philoſophus. Iouinianus moritur. Varronianus

SOZOMENVS Cap. VII

CVmq́ in Nicæam Bithyniæ ueniſſet exercitus, Valentinianũ ordinauit Imperatorem, uirum optimũ, & apice Principali digniſsimum.

Valentinianus

SOCRATES

B Valentianus igitur ordinat̃ uiceſimoquinto die eiuſdem Februarij menſis, Pannonius genere, de Cibala ciuitate: cui tunc erat militum cura commiſſa: quoniam probatiſsime militarem nouerat diſciplinam. Fuit etiam uir magnanimus, & ſemper præſenti fortuna melior apparebat.

THEODORETVS

Is enim nõ modo fortitudine, ſed etiam prudentia, temperantia atq́ iuſtitia, & corporis magnitudine præfulgebat. Adeo enim fuit regalis pariter & urbanus, ut cum exercitus tentaſſet ei alium ſociare conſortem, ille reſponderit, quod cantatur ab omnibus: Veſtrum, inquit, fuit ô milites Imperatore non exiſtente mihi dare regimen Imperij. Verum ubi hoc ego ſuſcepi, meum iam & non ueſtrum eſt de rebus cogitare cõmunibus. Cuius uerba admirati milites, eius ſequuti ſunt uoluntatem. At ille fratrem de Pannonia uocans, quod non debuit, ſocium fecit Imperij.

Valentinianus ad milites.

SOCRATES

Poſt triginta dies auſpicij ſui.

Valens

THEODORETVS

Cui Aſiæ ſceptra contradens pariter & Aegypti, Europam ſibi diſtribuit. Et ueniens ad Heſperiam, omnem ilico docuit æquitatem, à prædicationibus pietatis incipiens.

Auxentius epiſcopus

Cap. VIII

AVxentio nanq́ defuncto, qui Mediolanenſem præſulatũ tenuerat, multisq́ fuerat cõcilijs abdicatus, euocans Epiſcopos Imperator, hu-

Obteſtatio Valentiniani Aug. ad epiſcopos, de præficiendo Mediolanenſibus epiſcopo

iuſmodi apud eos uerba loquutus eſt: Noſtis aperte, eruditi utiq; diuinis A eloquijs, qualem oporteat eſſe Pontificem, & quod non deceat eum uerbo ſolum, ſed etiam uita gubernare ſubiectos, & totius ſemetipſum imitatorem uirtutis oſtendere, teſtemq; doctrinæ conuerſationem bonam habere. Talem itaq; in Pontificali cõſtituite ſede, cui & nos qui gubernamus Imperium ſyncere noſtra capita ſubmittamus, & eius monita dum tanquã homines deliquerimus neceſſario, ueluti curantis medicamenta ſuſcipiamus. Hæc cum dixiſſet Imperator, petijt ſynodus ut magis ipſe decerneret, ſapiens & pius exiſtẽs. At ille: Supra nos eſt, inquit, talis electio. Vos enim gratia diuina potiti, & illo ſplendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc ſacerdotes egreſsi, de epiſcopali ſede tractabant. Verum ciuitatis habitatores (ut fieri aſſolet) tumultus faciebant, alij hunc, alij illum ordinare petentes. Qui enim erãt de Ariani Auxentij ſecta ſimilem ſibi fieri cõcertabant. Rurſum orthodoxi, ſui dogmatis nitebantur habere epiſcopum. Hanc ſeditionem Ambroſius, cui tunc Præſidialis fuerat cura commiſſa, ubi cognouiſſet, metuens ne quid turbæ conſurgeret, ad eccleſiam feſtinus acceſsit. At illi ceſſante ſeditione communem dederunt uocem, petentes ut paſtor gregis ordinaretur Ambroſius, qui nondum fuerat baptizatus. Hoc Imperator cognoſcens, repente iuſsit & baptizari, & tanquam dignum uirum ordinari pontificem. Nouerat enim eius rectiorem omni libra ſententiam, & B omni regula certiora ſuffragia: arbitratus etiam diuinum in eo eſſe decretum, cum in eius electione etiam pars contraria conſonaret. Is ergo ſacri baptiſmatis dono potitus, gratiã quoq; ſimul ſuſcepit epiſcopatus. Quo facto hunc hymnũ optimus Imperator ſaluatori & domino obtuliſſe fertur. his enim quæ gerebantur intererat. Gratias, inquit, ago tibi domine omnipotens & ſaluator noſter, quoniam huic uiro ego quidem commiſi corpora, tu autem animas: & meam electionem oſtendiſti tuæ iuſtitiæ conuenire. Cumq; poſt paucos dies ſanctus Ambroſius cum multa fidutia apud Imperatorem quereretur, quod male à Iudicibus ageretur, tunc Imperator ait: Hanc, inquit, παῤῥησίαν tuam pridem noui, & aperte probans nõ ſolum non reſtiti, ſed etiam in electione ordinationis tuæ ſocius ſui. Feſtina itaq; ſanare, ſicut diuina lege præcipitur, animarũ delicta noſtrarum. Hæc igitur Imperator Mediolani & dixit & fecit. Cognoſcens autẽ quoſdam in Aſia & Phrygia de diuinis dubitare dogmatibus, in Illyrico quidem præcepit ſynodum celebrari, & quæ de illis decreta atq; firmata ſunt, dubitantibus deſtinauit. Porrò qui illic cõuenerant, decreuerunt fidem expoſitam in Nicæna urbe ſeruandam. Scripſit autem & ipſe, ſociũ adhibens in ſuis literis fratrem, ut in his quæ placuerant, duraretur. Nunc ergo etiã legem ipſam ponere neceſſarium eſt, quæ aperte & eius pietatem prædicat, & Valentis tũc ſinceritatem ſine dubitatione demonſtrat.

Ambroſius Præſes tumultum cõpeſcit.

Ambroſius nondum baptizatus eligitur in epiſcopum.

Baptizatur

Fit epiſcopus

Synodus in Illyrico celebratur iuſſu Valentiniani Aug.

IMPP.

A IMPP. MAXIMI, PII, VICTORES, AVGVSTI, VAlentinianus, Valēs, & Gratianus, epiſcopis diœceſeos Aſiæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, in domino s. Cap. IX

TANTO concilio in Illyrico celebrato, & ſubtiliter habita quæſtione de ſalutari Verbo, oſtenderunt beatiſsimi Pontifices Trinitatem conſubſtantialem Patris & Filij & Spiritus ſancti. Quam nequaquā declinantes, iuxta miniſteria religionis magni regis exercēt. Hanc ergo prædicare decreuit noſtra quoq; potentia: ita tamen ut non dicant aliqui: Sequimur religionē Imperatoris hanc patriā gubernantis, & non illi potius obedientes, qui nobis ſalutis mandata cōtradidit. Euangeliū nanq; Chriſti noſtri ſic habet: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Quid ergo dicitis uos Epiſcopi & Præſules ſalutaris Verbi? Si ita ſe habet ueſtra probatio, diligētes alterutros Imperiali abuti dignitate quieſcite: & nolite perſequi eos, qui deo perfecte miniſtrant: quorum orationibus & terrena bella ſedantur, & recedentium à deo angelorū repelluntur incurſus: quiq; omnes dæmones corruptores precum aſsiduitate cōfundunt: tributa ſecundum leges inferre non reſpuunt, poteſtatiq; regiæ non reſiſtunt: ſed ſyncera uoluntate & ſuperni mandata dei cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubiugantur. Vos autem inobediētes eſſe monſtramini. Et nos quidem ſubijcimur ei, qui primus eſt
B & nouiſsimus: uos autem uobiſmet arrogatis. Nos itaq; puros noſipſos à uobis eſſe deſideramus. Et ſicut Pilatus in examinatione noſtri Chriſti, cum nollet eum perimere, cōuerſusq; ad Orientis partes & petens aquam, abluit manus ſuas dicens: Innocens ego ſum à ſanguine huius iuſti: Sic etiā noſtra maieſtas ſemper mandauit perſequutionē non fieri, neq; fluctuationes inferri, nec inuidere laborantibus in agro dominico, neq; diſpenſatores magni regis expellere: ut non ad præſens & ſub Imperio noſtro creſcere uideamini, & poſtea teſtamentū domini ſubdere paſsioni, ſicut in ſanguine Zachariæ. Sed illi poſt aduentū ſuperni regis noſtri Chriſti Ieſu diſrupti ſunt, contraditi morti cum adiutore ſuo dæmone corruptore. Hoc præcepimus in Megetio, & Ciceronio, & Damaſco, & Lampone, & Brintiſio, qui auditores fuerunt. Sed etiam ipſa uobis Acta miſimus, ut cognoſcatis ea, quæ in eximio ſunt cōcilio celebrata. His ergo literis ſubdidit etiam dogmata concilij, hæc ſummatim habentia: Profitemur ſequentes magnum orthodoxumq; concilium, cōſubſtantialem eſſe patri Filiū: & nō ſic intelligimus conſubſtantialem, ſicuti pridem quidam expoſuerunt non uero ſubſcribentes, & nunc alij illos uocantes patres, uirtutē ſermonis reſpuunt, & ſequunt eos, qui per conſubſtantialitatem ſimilitudinem ſignificatam eſſe cōſcripſerunt, eo quod nulli reliquarū creaturarum per eum factarū ſimilis ſit filius, niſi tantummodo patri. Sed qui hæc exponunt, creaturam præcipuam dei filium impie dogmatizant. Nos itaque ſapimus (ſicut etiam concilia nuper

Interpres non intellexit, uide Græcū

Romæ

Romæ & in Gallijs celebrata)unam eſſe eandemq; ſubſtantiã patris & filij A & ſpiritus ſancti,in tribus perſonis,quod eſt in tribus perfectis ſubſiſtẽtijs. Confitemur autẽ ſecundum Nicænam expoſitionẽ,& incarnatũ filium dei conſubſtantialem ex uirgine ſancta Maria, & in hominibus habitaſſe, & compleſſe diſpenſationẽ pro nobis omnem in natiuitate,& paſsione, & reſurrectione,& in cœlos aſcenſione: & iterum uenturum ut reddat nobis ſimilitudinem diuinã:à ſemetipſo,deũ exiſtentem carnigerũ, & hominẽ deiferum.His ergo quæ prædicta ſunt contraria ſapientes anathematizamus, & eos ſimul qui nõ uere anathematizãt,eum qui dixit,Antequã naſceretur non fuit filius:ſed ſcripſit,quod & anteq; opere naſceretur,uirtute erat in patre.Hoc enim & in omnibus creaturis eſt, quæ non ſemper exiſtunt, ſicuti deus. Filius enim ſemper cum patre eſt, ſempiterna natiuitate progenitus.

Hæc igitur Imperator ſummatim ſignificauit, ego uero etiam ipſas concilij literas ponendas exiſtimo.

EPISCOPI ILLYRICI, EPISCOPIS ECCLESIARVM dei, Diœceſeos Aſianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ,in domino s. Cap. X

Conuenientibus nobis in unũ, & habita maxima quæſtione de ſalutari Verbo, probauimus cõſubſtantialem eſſe patri Trinitatem patris & filij & ſpiritus ſancti.Quamobrem iuſtũ fuit uobis literas deſtinare, nõ quibuſdã B argumentationibus religionẽ Trinitatis ſcribentes,ſed in humilitate rogantes.Has noſtras literas deſtinauimus per dulciſsimũ fratrem & conſacerdotem noſtrũ Elpidium presbyterũ. In præſentibus itaq; noſtris literis quaſi illud referẽ, quod in ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti libris aſcriptum eſt, Ego quidẽ ſum Pauli,ego aũt Apollo,ego uero Cephæ.Nunquid Paulus crucifixus eſt pro uobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?Et hæc quidẽ ſufficiebant humilitati noſtræ, etiã ſi non uobis uniuerſales literas mitteremus, propter timorem tantũ,quem ibi prædicatis cunctæ ueſtræ prouinciç,à patre & filio ſpiritũ ſanctũ diuidentes. Quamobrem neceſſariũ habuimus ad uos deſtinare dominũ noſtrum & cõminiſtrum Elpidiũ à regio principatu Romanorũ has literas deferentẽ,ut ſi forte talis eſt prędicatio ueſtra,cognoſcat:qui enim cõſubſtantialem Trinitatem nõ prædicãt,anathema ſint.Etſi quis his cõmunicans inuenitur, anathema ſit. His aũt qui cõſubſtantialem prædicant trinitatem,præparata ſunt regna cœlorum. Rogamus ergo uos fratres,ut non aliud doceatis,non aliud innouetis, ſed cõſubſtantialem ſemper & ubiq; prædicantes trinitatem, poſsidebitis regnum dei.Ob hoc ſcribentes & commemorantes, has literas deſtinauimus. De epiſcopis autem conſtituendis uel comminiſtris iam conſtitutis, ſi permanſerint uſq; ad finem ſani,bene: alioquin ex ipſo presbyterio repellantur. Similiter presbyteros atq; diaconos in ſacerdotali ordine definiuimus, ut ſint irreprehenſi-

bles

A biles undiq;,& à Curia,& ab officio militari.Propterea ergo hoc noluimus pluribus uerbis ſcribere; eo quòd miſerimus unum ex omnibus dominum noſtrum, & cõminiſtrum Elpidium, ſtudioſe prædicationem ueſtram cogniturũ,an ita ſe habeat, ſicut audiuimus à domino noſtro & conſacerdote Euſtathio. Poſthac licet aliquando in errore fueritis, deponentes ueterem hominem,induimini nouo.Nam & ipſe frater & cõminiſter Elpidius docebit uos ueram prædicare fidem: quia ſancta trinitas cõſubſtantialis deo & patri & filio cum ſpiritu ſancto ſanctificata,glorificata, manifeſtata eſt: pater in filio, filius in patre, cum ſancto ſpiritu in ſecula. Hoc itaq; declarato, aperte poterimus ſanctam trinitatem confiteri conſubſtantialem eſſe ſecundum fidem olim in Nicæa expoſitam,quam patres cõfirmauerunt.Qua fide prædicata,poterimus erroneũ dæmonem declinare. Quo extincto,pacificos uoſmetipſos literis degentes in pace ſalutabimus.Scripſimus itaq; uobis,ut noueritis Arianos eſſe condemnatos nolentes confiteri ex patris ſubſtantia filium & ſpiritum ſanctũ,quorum nomina ſunt ſubiecta. Polychronius,Telemachus,Fauſtus, Aſclepiades,Amantius, Cleopater. Hæc ergo ita ſe habent, in gloria patris & filij & ſpiritus ſancti, in ſecula ſeculorum, Amen.Valere uos optamus patri & filio ſaluatori Chriſto,cum ſancto ſpiritu,multis annorum curriculis. Cap. XI

B INclytus igitur Imperator tanquam Apoſtolicis dogmatibus cum omni cura uacabat.Interea Syrus quidã & genere & lingua, Audæus nomine, illo tempore fuit dogmatũ nouorum repertor: qui pridem quidẽ malignos habere conceptus cœperat,tunc aũt cognitus eſt.Prius namq; ſtulte intelligens quod ſcriptũ eſt: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, humanam formam putauit habere diuinitatem & corporis circumiacere partes coniecit,diuinæ ſcripturæ nequaquam ſenſum perſpiciẽs, quæ ſæpe diuinis operationibus humanorum membrorũ nomina circum ponit: quandoquidem qui facile ſubtiliora intelligere nequeũt, per hæc dei prouidentiã magis agnoſcunt. Adiecit aũt huic impietati & alia his uicina. Ex ueſania nanq; Manetis aſperſus, neq; ignis, neq; tenebrarum deum aſſeruit creatorem. Sed hæc quidem, & quæcunq; his ſimilia celant Manetis ueſaniæ participes,& iſte prædicabat. Aiunt autẽ hos ab eccleſiaſtico ſeiunctos eſſe cõuentu,quando hic reperiantur quidã,qui uſuras execrandas exigant, nec deſint qui abſq; legitimis nuptijs mulieribus cohabitantes indecentem agant uitam. Atq; horum cauſa aiunt ſeorſum ſe uiuere, celantes dogmatum blaſphemiam. Eſt tamen hic prætextus arrogantiæ plenus,& Phariſaicę propago doctrinæ. Nam & illi animarũ & corporum medicum accuſabant in templo,dicentes Apoſtolis: Vt quid cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter ueſter? Et per prophetã de talibus dicit deus: Qui dicunt,mundus ſum, noli me tangere,iſti fumus erunt in furore meo, ignis

Audæus hæreticus

ignis ardens tota die. Sed horum ſtultitiam redarguere præſentis tempo- A
ris non eſt: quapropter ad narrationem reliquam procedamus. Ea tempe-
Meſſaliani ſtate Meſſalianorum, quos εὐχήτας, id eſt, Orantes appellant, hæreſis eſt
ἐνθουσιασαὶ, id eſt, afflati & diuini. exorta. Vocantur autem & alia appellatione ἐνθουσιασαὶ, id eſt, ſacrificato-
res. Hi enim cuiuſdam dæmonis operationem expectant, & hanc ſancti
Error Euchetarum ſpiritus præſentiam arbitrantur. Qui uero integro huius rei languore parti
cipantur, auerſantur operationem manuum uelut malam, ſomnoq; ſemet-
ipſos tradunt, & ſomniorum phantaſias, Prophetias appellant. Huius hæ
reſeos fuerunt principes, Dadoes, & Sabbas, & Addphius, Hermas, & Sy
meones, & alij, qui ab eccleſiaſtica quidem nequaquam communione re-
ceſſerunt, dicentes diuinum cibum nihil nec prodeſſe nec lædere, de quo do
minus dixit Chriſtus: Qui comedit carnem meam, & bibit ſanguinem me
um, uiuit in æternum. Cumq; uoluerint celare hunc languorem, etiam con-
uicti impudenter negant, & alios hæc ſapientes quæ ipſi animo retinent,
Letoius Melitenus prorſus abdicant. Letoius itaq; Præſul Melitinenſis eccleſiæ, diuino zelo
decenter ornatus, uidens eo quod hic languor multa monaſteria, magis au-
tem latronum (ut ita dixerim) ſpeluncas inuaderet, eas incendit, & lupos ab
ouibus ſegregauit. Similiter etiam Amphilochius famigeratus ille Lycao-
nenſis antiſtes, dum hæc peſtis illic creſceret, eam ualde repreſsit, & oues
qui tali contagione uexabantur, eripuit. Porrò Flauianus ubiq; laudabilis B
Præſul Antiochenus, audiẽs hos in Edeſſa degere & uenenum proprium
urbibus uicinis aſpergere, turbam monachorum deduxit Antiochiam, &
negantes eam peſtem, hoc modo redarguit: accuſatores quidem dixit calu-
mnioſos eſſe, teſtes uero mendaces. Adelphium autem ualde ſenem cum
manſuetudine uocans, & iuxta ſe ſedere præcipiens, ait: Nos ó ſenex, qui
iam magnam partem uitæ tranſiuimus, humanam quidem didicimus dili-
genter naturam, & aduerſariorum dæmoniorum machinamenta cognoui
mus, ipſo experimento gratiæ miniſtrationes edocti ſumus: iſti uero cum
ſint iuuenes, nihil horũ perfectius cognoſcentes, ſpiritalia audire uerba nõ
ferunt. Quapropter dicito mihi, quomodo creditis ſpiritum contrarium re-
Hæreſis negantiũ gratiã in baptiſmo conferri cedere, & gratiam ſancti ſpiritus aduenire? His uerbis ſenex ille delinitus,
omne uenenum quod celabat euomuit atq; dixit: Nullam quidem utilita-
tem ex ſancto baptiſmate baptizatis accedere, ſed ſolam ſtudioſam oratio-
nem inhabitantem dæmonem effugare dicebat. Inſuper unumquenq; na-
ſcentium à progenitore ſuo ſicuti naturam, ſic etiam dæmonum trahere fa-
mulatum. Et his expulſis per illam orationem ſtudioſam ſanctũ ſpiritum
aduenire, & ſenſibiliter ac uiſibiliter ſuam deſignare præſentiã, atq; corpus
paſsionibus motus cuiuslibet eripere, & animam à mala uoluntate penitus
liberare, ita ut nequaquam deinceps egeat, neq; ieiunio macerante corpus,
neq; doctrina refrenante, & progredi ordinate edocente. Non ſolum autẽ
qui hoc

A qui hoc impetrauerit, corporis, inquit, exultationibus liberatur, ſed aperte etiam futura præuidet,& ſanctam Trinitatem oculis cernit. Hūc itaq; Flauianus fœtidiſsimum fodiens fontem, & eius pocula cunctis examinanda producēs,infeliciſsimo ait ſeni: Vetuſtiſsime malorū dierū,increpauit te os tuum & non ego: labia enim tua teſtantur aduerſum te. Quumq; hic languor cunctis innotuiſſet,de Syria quidam expulſi,& ad Pamphyliam ſunt progreſsi,eamq; huiuſmodi peſte repleuerunt.

SOZOMENVS Cap. XII

Ad Valētinianum Aug. legatio epiſcoporum

IGitur Valentinianus cum ita ſaperet ſicut Nicæni patres,ſimilia profitentibus proderat,aliter uero ſapientibus nō erat importunus. Qui cum initio regni de urbe Conſtantinopolitana per Thracias properaret Romam, epiſcopi Helleſponti, Bithyniæ,& quicunq; cōſubſtantialem patrem ac filium prædicabant,Legatum miſerunt Hypatianū Heracleię Perinthi præſulem,ut dignaretur ad emendationem dogmatis intereſſe. Is cum adiſſet Imperatorem,& epiſcoporum legationem intimaſſet,reſpondens Valentinianus,ait: Mihi quidem cum unus de populo ſim, phas non eſt talia perſcrutari. Verum ſacerdotes quibus hæc cura eſt,apud ſeipſos congregentur ubi uoluerint. Cum hæc itaq; reſpondiſſet princeps,in Lampſacū conuenerunt epiſcopi. Cumq; duos tractaſſent menſes, nouiſsime decreuerūt ut ea

Synodus apud Lampſacum

B quæ Conſtantinopoli geſta fuerant ſtudio Eudoxij & Acacij, abolerent̄. Similiter autem ut irritaretur etiam expoſitio fidei, quam uelut Occidentalium epiſcoporū proferentes, quoſdam ſubſcribere in ea, ſub ea promiſsione fecerunt,ut quod fuerat conſtitutū de diſsimilis ſubſtantiæ nomine, penitus abdicarent,quod etiam ſunt mentiti. Similem uero patri filiū per ſubſtantiam aſſerebant,dicentes neceſſariā ſimilis adiectionem propter ſignificationem ſubſtantiarum. Fidem uero illam eſſe præcipiendam per omnes eccleſias, quæ Seleuciæ fuerat promulgata, & expoſita in dedicatione Antiochenæ probatur eccleſiæ. Depoſitos aūt ab eis qui diſsimilem patri filiū aſſerebant,ſedes proprias recipere decreuerunt. Si quis autem accuſare uellet,æquo hoc periculo ſanciuerunt, iudices eſſe decernentes epiſcopos recte ſapientes, & de uicinis prouincijs in eccleſia conuenientes, ubi teſtes eſſent ſingulorum qui dicerentur oppreſsi. Hæc decernentes,cum euocaſſent Eudoxium,& qui cum eo erant,locū eis pœnitentiæ tribuerunt. Quibus obedire nolentibus,quæ fuerant placita cunctis eccleſiis intimarūt. Cumq; crederēt ſtudere Eudoxiū, ut uniuerſa regalia ſuæ partis faceret,& iſtis ſine dubio derogaret, neceſſariū putauerūt ut præcurrerent,& quæ fuiſſent Lampſaci geſta,nuntiarēt. Remeantem itaq; Valentem imperatorem de Thracia,in Heracleia adierūt. Fuerat enim cum fratre ſuo digreſſus uſq; ad quendam locum. Tunc enim Eudoxius tam apud principem q̄ apud proceres præcipuus habebat̄. Adeuntibus ergo legatis à Lampſaco miſsis,iuſsit im

perator ne ſeipſos ab Eudoxio ſepararent. Qui cum reſiſterent, & de geſtis Conſtantinopolitanis apud Seleucenum concilium habitis aduerſus Eudoxium quererentur, commotus ad iram Princeps, illos quidem deputauit exilio, eccleſias autem tradi iuſsit Eudoxio. A

THEODORETVS Cap. XIII

Valens baptizatur pugnaturus contra Gothos

TEmpore quo Valens ſuſcepit Imperium, Apoſtolicis dogmatibus ornabatur. Cum uero Gothi tranſiſſent Hiſtrum, & Thraciam peragrarent, collecta militia pugnare cogitabat aduerſus eos. Cui placuit ut nō nudus ſacra gratia pugnaret, ſed ſancti baptiſmatis munitus armis. & hoc quidem bene placuit & ualde ſapienter: quod uero poſtea geſsit magnā animi mollitiem, & proditionē ſignificat ueritatis. Ea nanq; infelix paſſus eſt, quæ progenitor Adam. Coniugis enim eſt ſeductus alloquio, & muliebribus uerbis illaqueatus. Illa nanq; primitus Arianæ fallaciæ captionibus irretita etiam iſtum ſecum corruere in blaſphemiæ foueam perſuaſit: cuius ſeditionis autor fuit Eudoxius. Is enim adhuc Conſtantinopolitanæ gubernacula tenebat eccleſiæ, non regens, ſed ſuam potius mergens nauem. Tūc ergo in baptiſmatis tempore, iureiurando miſerrimū obligauit, & ut in impietate dogmatis permaneret, & undiq; contraria ſapientes expelleret. Sic itaq; ille doctrinam Apoſtolicam derelinquens, contrarias partes ſumpſit, & paulo poſt quæ iurauerat adimpleuit. B

Valens ad Arianas partes trahitur uxoris blandiloquentia

SOZOMENVS Cap. XIIII

Melitius in exilium

INterea uenit in Europam: metuebat enim ne fortè Perſæ pacta ſub Ioui niano triginta annorum facta, ſoluerent. Qui cum nihil mouerent, degebat in Antiochia. Quo tempore Melitium quidem epiſcoporum deſtinauit in exilium, Paulinum uero reueritus, illius uitæ pepercit. Eos autem qui Eudoxio communicare nolebant, eccleſiis expulit, pecunijs condemnauit, uerberibus & alijs rebus afflixit.

SOCRATES

Fertur enim etiam multos in Oronte flumine ſuffocaſſe.

THEODORETVS

Euſebius Samoſatenus. Pelagius Laodicenus

De Samoſata autem ſanctum Euſebium expulit, Pelagium admirabilem paſtorem Laodicenſiū, urbe priuauit: qui quum in iuuentute duxiſſet uxorem, in ipſo thalamo primo die nuptiarum ſponte perſuaſit, ut puritatem communi uoluptati præponeret, atq; ut charitatem fraternā adipiſceretur pro copulis nuptialibus, erudiuit.

SOCRATES Cap. XV

Procopius tyrannus

CVm hæc autem in Syria fierent, exortus eſt Conſtantinopoli tyrannus nomine Procopius: qui paruo tempore multam ſibi militiam coaceruans, deſtinabat aduerſus Imperatorem. Quod cum nuntiatum fuiſſet, conturbatus Valens paulatum ſuū impetū remoratur. Cumq; belli euentus interea

Terræmotus

A tus interea parturiret, terræmotus factus multas diruit ciuitates. Sed etiam mare terminos proprios mutauit, & in quibuſdam locis intantum influxit, ut loca quæ pridem ambulari poterant, rigarentur: ab alijs uero locis tantum receſsit, ut arida tellus inueniretur. Hoc ergo factum eſt primo duorum principum Conſulatu.

SOCRATES

Sequenti autem anno, Gratiani & Dagalaiphi Cõſulatu, bella parabantur. Cumq́ tyrannus Procopius de Conſtantinopoli digreſſus, caſtra moueret aduerſus Imperatorem, & hoc audiſſet Valens, uenit ab Antiochia, & cum eo cõgreſſus eſt circa ciuitatẽ Phrygiæ Nacoliam. Et prima quidem pugna deuictus eſt. Poſt paululum uero Procopiũ cepit, tradentibus eum Agelone Gomarioq́ militibus, quos etiam poſtea inopinatis quibuſdam ſupplicijs iuſsit expendi. Contemnens enim iuſiurandum quod eis prębuerat, ſerris diuiſos crudeliter interemit. Tyrannum uero duabus uicinis arboribus flexis, ſingulos in eis pedes eius ligari fecit, quæ dimiſſæ aerem repetentes, Procopium diuiſerunt. Et hoc modo tyrannus interijt. *Pugna inter Valentem & Procopium* *Agelon. Gomarius. Procopij ſupplicium*

THEODORETVS Cap. XVI

EVſebius interea Samoſatenus epiſcopus in Thraciam in exiliũ deportatus, Apoſtolicis laboribus deſudabat. Is enim multas eccleſias deſo- *Euſebius Samoſatenus in exilio quid egerit*
B latas paſtoribus eſſe conſpiciens, habitu militari ſumpto, τιάρᾳ caput operiens, Syriam peragrabat, & Phœnicen, pariter & Palæſtinam, presbyteros ordinans atq́ diaconos, aliaq́ eccleſiæ peragebat officia. Sicubi autem inueniret ſibi concordes epiſcopos, eos Præſules indigentibus conſtituebat eccleſiis. Quantam uero fortitudinem ſapientiamq́ monſtrarit, Imperialem ſuſcipiens iuſsionem, qua eum præcipiebat in Thracijs habitare, neceſſarium arbitror neſcientes cognoſcere. Venerat enim baiulus huius præceptionis circa ueſperam, quem Euſebius ſilentium habere, & aduentum ſuum celare iuſsit, dicens: Si cognouerit hoc turba ſacri zeli amore inflammata, te quidem interimet: ego autem pro tua morte apud deum pœnas cogar exoluere. Cum hæc dixiſſet ueſpertino conſueto miniſterio celebrato, circa ipſa ſomni primordia uni famulorum ſecretum pandens, ſolus egreſſus eſt ſenex: ſequebatur famulus, puluillum tantummodo & codicem gerens. Cumq́ ueniſſet ad Euphratis fluminis ripam, iuxta ipſos muros ciuitatis expoſitam, aſcendit in nauem, ut Zeugma nauigaret, iuſsitq́ nautis ut remigarẽt. Et facto die ille quidẽ peruenit ad Zeugmatis locum: Samoſateni uero gemitibus & lamentatione repleti ſunt. Nam cũ ille ſeruus eius proximis, quæ iuſſa fuerant, indicaſſet, & qui cum eo proficiſcerentur, & quos codices detuliſſet, ingemiſcebãt uniuerſi, paſtore uidelicet priuati. Fluuiusq́ nauigantibus atq́ ſequentibus eſt impletus. Cumq́ ueniſſent & deſideratum paſtorem cernerent, amplius eiulabant: ac ſuſpirantes funden- *Euſebius nauigat Zeugma Syriæ*

teſcꝫ lachrymarum fontes, eum retinere nitebantur, ne in lupos oues eius A
inciderent. Quem cum flectere non ualuiſſent, audierunt eo legente Apo/
ſtolicam legem, quæ aperte iubet nos Principibus & poteſtatibus eſſe ſub/
iectos. Quo facto, alij quidem ei obtulerunt aurum, alij argentum, alij ue/
ſtes, alij famulos, tanquam ad peregrinam & exteram properanti terram.
At ille pauca quædam à ualde notis accipiens, doctriniſcꝫ cunctos & ora/
tionibus armans, & pro Apoſtolicis dogmatibus pugnare præcipiens, ad
Euſebius ad Hiſtrum Hiſtrum profectus eſt. Illi uero ad urbem propriam remeantes & mutuo
ſe exhortantes, luporũ circumſpiciebant prudenter inſidias. Nunc uero nar
randus eſt horum fidei calor & puritas. Puto enim me delinquere, niſi per
Samoſateni. hanc relationem illi ſemper memorabiles habeantur. Cum ergo Arianorũ
Eunomius Arianus in Euſebij loco obtruſus participes egregio paſtore priuaſſent gregem, aliumcꝫ pro eo Eunomium
nomine feciſſent epiſcopum, nullus illic habitantium, non pauper, non di/
ues, non famulus, non opifex, non agricola, non hortulanus, non uir, non
mulier, non iuuenis, non ſenex, ad eccleſiaſticum acceſsit conſuete colle/
gium. Solus itacꝫ degebat epiſcopus, tum nullo eum necꝫ uidente, necꝫ pe
nitus appellante, licet feratur cum multa uixiſſe manſuetudine: cuius rei hoc
Eunomij Samoſateni humilitas probatur indicium. Cum enim uoluiſſent lauare, & eius famuli balnei ianu
as obſeraſſent, uolentesꝗ ingredi prohiberent, ipſe populum ante ianuas
uidens, eas aperire præcepit, & libenter ſecum omnes lauacro participari. B
Hoc idem etiam in balnei ſolio fecit. Nam cum lauanti ſibi quoſdam uide/
ret aſtare, iuſsit ut cum ipſo communiter aqua calida fruerentur, qui tacen/
tes aſtabant. At ille honoris cauſa hoc fieri putãs, uelociter aſcendens egreſ/
ſus eſt. Illi uero nequiſsimæ hæreſeos immundicia, etiam aquam iudicantes
eſſe pollutam, eam repente cuniculorum egeſtionibus tradiderunt, & aliud
fecerunt ſolium temperati. Quod ille cognoſcẽs, relicta ciuitate diſceſsit, ini
micam habitare ciuitatem, & horrorem habentem aduerſum ſe cõmunem,
Eunomius diſcedit Samoſata arbitratus eſſe ſtultum. Quo de Samoſata abeunte, Lucium pro eo aperte
lupum, & ouibus inimicum conſtituerunt. Sed oues licet deſolatæ paſtore,
tamen quæ ſunt paſtoris operabantur. Permanſerunt enim doctrinã apo/
Lucius obtruditur ſtolicam inuiolabiliter obſeruãtes. Quomodo enim etiam Lucium omnes
habuerint odio, alijs narrationibus explanabo. Adoleſcẽtes in platea ſphæ
ram alter alteri porrigentes, luſu delectabantur. Iſto autem tranſeunte, con/
tigit ut ſphæra cadens, per aſini eius tranſiret pedes: tum pueri uehementer
eiulauerunt, arbitrati ſphæram pollutione repletam. At ille hoc intelligens,
præcepit cuidam ſequentium ut expectaret, & quod gereretur, cognoſce/
Purgatio per ignem ret. Pueri uero accendentes ignem, & ſphæram iaculantes per mediã flam/
mam, hoc modo eam arbitrati ſunt expiatam. Et hoc quidem eſſe noui iu/
uenile, & conſuetudinis antiquæ reliquias. Veruntamen indicium eſt, quo
poſsit oſtendi quale odium circa Arianam uæſaniam ciuitas habuerit uni/
uerſa

A uerſa. At Lucius manſuetudine non eſt imitatus Eunomium, ſed multos
quidem ſacerdotum fecit per Iudices in exilium deportari; eos præcipue
qui uiriliter pro ſacris dogmatibus dimicabant, uſq; ad nouiſsimos Ro/
mani fines imperij, Euolcium Diaconij miniſterio functum in eremum O/ *Euolcius in*
aſim, Antiochum uero Euſebij maximi generatione decoratum (erat enim *exilium*
conſobrinus eius) & multis uirtutibus coruſcantem, necnon ſacerdotij di/
gnitate fulgentem, in Armeniæ terminos mitti ſuaſit, cuius opera pro di/
uinis dogmatibus celebrata quis explanare ſufficiat? Cum itaq; uir ſanctus *Euſebius in*
Euſebius poſt multa certamina, innumeraſq́; uictorias etiam coronã mar/ *exilium.*
tyrij ſuſcepiſſet, conuenit ſolenni modo prouinciæ ſynodus pariter & Iouia *Euſebius mar/*
nus Pergenæ tunc ciuitatis epiſcopus, qui pauco tempore Arianorum fue/ *tyrio corona/*
rat communione maculatus. Cumq́; uniuerſi Antiochum elegiſſent, auun *tus.* *Antiochus ne/*
culo proprio ſucceſſorem, & ad ſacrum perduxiſſent altare, & genua ad or/ *pos ſuccedit.*
dinationem inclinare compellerent, conuerſus & uidens Iouianum ſuo ca/ *Iouianus*
piti dexteram imponentem, manum eius repulit, dicens, non eſſe ferendam *Pergenus*
dexteram, quæ aliquando ſacramẽta blaſphemijs celebrata ſuſcepiſſet. Sed
hæc quidem non poſt multum temporis euenerunt. Tunc enim in interio/
rem eſt (ut dixi) ductus Armeniam. Qua tempeſtate uir ſanctus Euſebius
morabatur apud Hiſtrum, Celtis Thraciam deuaſtantibus & obſidenti/ *Celtæ,*
B bus ciuitates, ſicut eius ſcripta cõmemorant. *Germani*

Cap. XVII

BArſen quoq;, cuius etiamnum maxima gloria eſt, nõ ſolum in Edeſſa *Barſes Edeſſe*
quam regebat uiciniſq́; prouincijs, ſed etiã in Phœnice & Aegypto, *nus*
necnon Thebaide, quas gentes cum maximo uirtutis ſuæ ſplendore tranſie
rat, primũ quidem Valens inſulam Aradon habitare præcepit. Cumq́; co/ *Aradus*
gnouiſſet innumeros ad eum cõcurrere populos (quia cum plenus eſſet gra *inſula*
tia, uerbo ægritudines effugabat) in Oxyrynchum Aegypti urbem eum
in exiliũ deſtinauit. Cumq́; etiã illic eius gloria omnes accenderet, in quod/
dam caſtrum extremum Barbaris uicinum, cui nomen eſt Pheno, ſenex di
gnus cœleſti urbe deductus eſt. Aiunt quidam in Arado hactenus eius ex/
tare lectum eximia celebritate dignum: multi enim ægrotantiũ, cum in illo
collocantur, ſalutem fide percipiunt.

SOZOMENVS Cap. XVIII

IGitur Imperator extincto Procopio, felicitate prouectus, denuo contra *Valens pro*
Chriſtianos bella cõmouebat, omnem religionem in Ariano dogmate *Arianis*
cupiens cõcordare. Præcipue tamen eum ad furorem prouocabat ſynodus
in Lampſaco celebrata, non ſolum quia Arianorũ abdicaret epiſcopos, ſed
quod promulgationẽ fidei Ariminenſis anathematizauerat. Veniens igitᷣ
Nicomediam Bithyniæ, cõuocauit Eleuſium Cyzicenum: is enim ſectam Mace *Eleuſius*
donij magis ſequebatur, ſicut iam dixi. Et faciens concilium Arianorũ epi/ *Cyzicenus*
ſcoporum, cogebat Eleuſium ut illorum dogmati conſentiret. Qui primum

quidem negauit. Poſtea uero cum ei minaretur exilium, formidans in Aria A
num dogma conſenſit. Quo perpetrato, mox pœnitentia tractus, ueniens Cyzicum, coram omni populo de uiolentia querebatur, dicens conſenſum uiolentia non uoluntate factũ. Et quærerent ſibi alium epiſcopum hortabatur, quoniam ipſe per neceſsitatem dogma propriũ denegaſſet. Porrò Cyziceni propter amicitiam eius alij epiſcopo ſubdi noluerunt, manſeruntq́ſ
Eudoxius ſub eo, non tamen à propria hæreſi abducti ſunt. Hoc audiens Conſtantinopolitanus epiſcopus, Eunomium in Cyzico ordinauit epiſcopum, tanq̃ qui poſſet populum calliditate uerborũ ad ſuum circumuenire conſenſum.
Sacræ literæ principis. Deſcendente uero Eunomio, Sacris præceptionibus expelli iubetur Eleuſius & in ſede Eunomius collocari. Quo facto amatores Eleuſii extra urbẽ
Eunomius in Cyzicũ oratorium fabricantes, Collectas ibi faciebant. Hæc ergo de Eleuſio dicta ſufficiant. Nunc de Eunomio referendum eſt. Cap. XIX

Eunomij ſcripta EVnomius notarius fuit Aetij, qui ἄθεος, id eſt, ſine deo, uocabatur: cuius mentionem fecimus. Cum quo dum eſſet, modum eius ſophiſticũ imitatus eſt, & ſermonibus quibuſdam uacans, faciensq́ſ ſibi ſophiſmata, nõ ſentiebat, ex his inflatus, in blaſphemias ſe incidere: quippe qui dogma imitaretur Arij, & multis modis repugnaret dogmatibus ueritatis. Enimuero parum edoctus ex literis ſacris, & eas minime intelligere ualens, circa uerba frequenter occupabatur, eaq́ſ conuertens ſemper non poterat intentionis ſuæ propoſitum adimplere: ſicut ſeptem eius demonſtrant Tomi in quibus uaniſsime laborauit, quos in epiſtolam Apoſtoli ad Romanos fecit: multa enim illic uerba profundens, intentionẽ epiſtolæ non potuit inuenire. Sunt etiã alij eius ſimiles libri, quos qui legere uoluerit, eorũ contemptũ B
Cyziceni eijciunt Eunomiũ experimentis cognoſcet. Hunc igitur Eunomium Eudoxius in Cyzico fecit epiſcopum, expellere niſus Eleuſiũ. Cumq́ſ illuc ueniſſet, utens more ſolito Dialectica, quaſi peregrinũ aliquid, auditoribus inferebat. Quamobrẽ Cyzici tumultus exortus eſt, eumq́ſ urbe pepulerunt, non ferentes eius uerborum faſtum. Qui Conſtantinopolim ueniẽs, cum Eudoxio morabatur, epiſcopatu uacans. Sed ne detrahere uideamur, audi uocẽ ipſius Eunomij, quæ tentat contra deum ſophiſmatibus loqui. Sic enim ait,
Eunomij temeraria ſubtilitas Deus de ſubſtantia ſua nihil nouit amplius quàm nos. neq́ſ eſt illi magis, nobis autem agnita minus, ſed quodcunq́ſ de illa nouimus nos, hoc modis omnibus etiam ille nouit. Quod aũt rurſus ille, hoc inuenies immutabiliter in nobis. Hæc quidem aliaq́ſ ſimilia Eunomius ſophiſmata, id eſt, circũuentiones faciens, non ſentiebat occumbere. Quomodo aũt ab Arianis paulo poſt ſegregatus ſit, proprio loco narrabimus.

SOZOMENVS Cap. XX

Nouatiani apud Conſtantinopolim VExabantur enim etiam Conſtantinopoli habitantes, qui Nicænum dogma profitebantur, quos omnes Imperator expelli ciuitate præcepit, Noua-

A pit, Nouatianorum uero etiam eccleſias claudi: aliorum uero hæreticorum quod clauderet non inuenit. Pridē enim ſub Conſtantio principe probantur ablatæ. Sed etiā Agelium Nouatianorū epiſcopum eccleſiæ Conſtantinopoli cōſtitutæ, exilij deportatione damnauit. Dicebatur enim mirabiliter uiuere ſecundum eccleſiaſticas ſanctiones, cuius uita erat philoſophica, & à pecuniarū poſſeſſione ſegregata. Quod etiā cōuerſationis eius modus oſtēdebat. Vna enim tunica utebatur, & ſemper ambulabat excalciatus. Qui nō longo poſt tēpore reuocatus eſt, eccleſiasq; recepit. Cuius rei fuit autor quidam Martianus, uita ſcientiaq; admirabilis, pridē quidē in Regalibus militans: tūc aūt presbyter Nouatianus, artē Grāmaticā Imperatoris filias edocebat Anaſtaſiam atq; Caroſam. Ex quarū nominib. hactenus Anaſtaſianæ & Caroſianæ Thermæ publicæ Conſtantinopoli nuncupantur.

Agelius Nouatianorū epiſc.

Agelius reuocatur de exilio

Anaſtaſia & Caroſia filiæ Valentiniani

SOCRATES Cap. XXI

IGitur Imperator Valens Chalcedonenſis urbis contra Byzantiū poſitæ muros deſtrui iuſſit. Iurauerat enim hoc ſe facturū tyranno uicto, quod Chalcedonenſes fauore tyranni ei turpes contumelias intuliſſent, & portas clauſiſſent ciuitatis. Murus autem iuſſione deſtruebatur Imperatoris, & ſaxa ad ædificium Thermarum, quæ Conſtantianæ uocantur, Conſtantinopolim uehebantur. Inter quæ ſaxa, unum inuentum eſt, in quo reſponſum

B habebatur inſcriptum, olim quidem abſconſum, tunc uero manifeſtum. Significabat enim, quod cum proueniret aquarū abundantia ciuitati, tunc murus quidem lauacro ſeruiret, innumeræ uero Barbarorum nationes, Romanorum fines incurrentes, cum crudelia multa cōmitterent, nouiſſime etiam ipſę perirēt. Poſt aliquantum itaq; temporis euenit, ut Valens Aquęductū ædificaret, & abundantiam Cōſtantinopoli pręberet aquarum, tunc etiam Barbaræ motæ ſunt nationes. Reſponſum tamen etiam alio modo cōtigit adimpleri. Cum enim Aquæductus in ciuitatē fuiſſet inductus, Præfectus urbis tunc Clearchus Nymphæū maximū ædificauit in platea, quæ Theodoſii nunc uocatur, ubi aquæ effluentia eſt emiſſa: in quo maximā feſtiuitatem ciuitas habuit. Sed hoc reſpōſum paulopoſt eſt impletum. Porrò cum solueretur murus, Principem Conſtantinopolitani rogauerunt, ut à muri deſtructione ceſſaret. Cum quibus etiā ſupplicabant poſſeſſores Bithyniæ Nicomedięſes, atq; Nicæni. Verum Imperator furore plenus, uix quidem ſupplicantium ſuſcepit preces. Volēs tamen iuſiurandum implere, murum deſtruebat, eumq; ſubinde minoribus lapidibus rurſus ædificabat. Quod nunc etiam in quibuſdam muri partibus inuenitur, ubi maximis mirabilibusq; lapidibus, uilis nunc fabrica ſuperpoſita demonſtratur.

Valens Aug. muros Chalcedonis diruit

Therme Conſtantianæ

Epigrāma futura prædicēs

Valens aquæductū extruit

Clearchus Nymphæum ædificat

SOCRATES. Cap. XXII

HOc itaq; tempore talia gerebantur. Sciendū tamen quod bellum contra Procopium tyrannum geſtum eſt Conſulatu Gratiani & Dagalaiphi

 laiphi

laiphi,circa finem Maij menſis.Poſt paululum uero temporis eodem Conſulatu,Valentiniano principi in Occidentis partibus conſtituto, natus eſt filius nomen referens patris. Verum Gratianus ante eius fuerat natus imperium. Et ſequenti Conſulatu Lupicini & Iouiniani grandinis multitudo in Conſtantinopolitana urbe ſecundo Iunij menſis die, ſaxorum gerens ſimilitudinem uehementer effunditur. Quod multi dicebant propter motum Imperatoris accidere, qui plurimos ſacerdotũ in exilium deportauerat, Eudoxio communicare fugientes. Poſt paululum uero temporis eodem Conſulatu Valentinianus Princeps filium Gratianum Imperatorem conſtituit, uiceſimo quarto die menſis Auguſti. Sequenti uero Conſulatu Valentiniani ſecundo, & Valentis item ſecundo, terræmotus circa Bithyniam maximus Nicæam ſubuertit urbem, undecimo die menſis Octobris. Agebatur aũt annus duodecimus poſt Nicomediæ caſum. Poſt modicum uero tempus alio terræmotu multæ partes Germæ ciuitatis in Helleſponto conſtitutæ,deſtructæ ſunt. His ergo ita prouenientibus,nulla reuerentia terruit,neq; Eudoxium Arianorum epiſcopum,neq; Valentem Imperatorem. Non enim à perſecutione ceſſabant. Porrò terræmotus,turbarum eccleſiaſticarum indicium eſſe uidebatur. Cum ergo multi ſacerdotum in exilium deportarẽtur, ſoli diuina prouidentia propter eminentem ſui reuerentiã exilium non ſunt paſſi Baſilius atq; Gregorius. Quorum alter quidem Cæſareæ Cappadociæ fuit epiſcopus,Gregorius autem Nazanzenæ ciuitatis omnino uiliſſimę,quæ eſt poſita uicina Cæſareę. De Baſilio atq; Gregorio procedenti ſermone narrabimus.

Grando Conſtantinopoli — *Germa*

Cap. XXIII

CVmq; eo tempore Cõſubſtantialitatis dogma profitentes uehementer affligerentur, rurſus perſecutores cõtra Macedonianos inſurrexerunt:qui terrore magis uiolentiaq; conſtricti, per ſingulas ciuitates Legationibus fungebãtur apud alterutros,iudicantes optimum, ſi per neceſſitatem confugerent ad fratrem Imperatoris, & ad Liberium Romanæ urbis epiſcopum,cuius fidem amplectebantur potius q̃ communionem Eudoxij. Miſerũt ergo Euſtathium Sebaſtiæ,qui fuerat ſæpe depoſitus: Syluanum Tarſi Ciliciæ atq; Theophilum,mãdantes,ne declinarent fidei cauſa Liberium,ſed Romanæ cõmunicarent eccleſię,& fidem de Conſubſtantialitate roborarẽt. Itaq; cum his literis in Seleucia diſpoſitis,ad Italiã peruenerunt. Et Imperatorem quidẽ uidere non potuerunt: erat enim occupatus in Gallijs, & contra Sauromatas pugnabat. Liberio tamen epiſtolas obtulerunt, qui eos ſuſcipere nullatenus uoluit,dicẽs eos Arianos eſſe:nec ab eccleſia ſuſcipi poſſe, qui Nicænam non ſuſciperent fidem. At illi reſponderunt, per pœnitẽtiam ſe cognouiſſe ueritatem, & dudum adnegaſſe Diſſimilitudinis fidem, & ſimilem profeſſos per omnia filium patri, nihilq; differre à Conſubſtantiali per omnia ſimilem. Hæc dicentes exegit Liberius ſcriptam ſuæ

Macedoniani cõfugiunt ad Valentinianũ & Liberium — *Sauromatæ*

A ſententiæ dare profeſſionem. At illi libellum porrexerunt, in quo etiã propoſuerunt uerba fidei Nicæni concilij. Epiſtolas autem à Smyrna in Aſia conſtituta, & Piſidia Iſauriæ, atq; Pamphilia, nec non Lycia miſſas, hic propter prolixitatem non ſubſcripſi. Verba uero libelli ab Euſtathio & reliquis Liberio dati hæc eſſe noſcuntur. Cap. XXIIII

DOMINO FRATRI ET CONSACERDOTI LIBERIO, EUSTAthius, Theophilus, & Syluanus, in domino S.

Propter hæreticorum uæſanas ſuſpiciones qui non ceſſant catholicis eccleſiis ſcandala generare, ea gratia omnem occaſionem eorum perimentes, profitemur ſynodum Lampſaci celebratam, & Smyrnæ, alijsq; diuerſis locis orthodoxorum epiſcoporũ. Pro qua ſynodo legatione fungentes apud tuam paternitatem, & uniuerſos Italiæ cunctosq; Occidentis epiſcopos, literas deportamus, catholicam fidem tenere atq; ſeruare, quæ in ſancto Nicæno concilio ſub beatæ memoriæ Conſtantino à trecentis decem & octo epiſcopis cõfirmato perfecto & immobili ſtatu hactenus & in perpetuum permanebit, in qua Conſubſtantialitas ſancte pieq; definita eſt cõtra Arij prauitatem. Similiterq; nos cum prædictis eandem fidem tenuiſſe atq; tenere, & uſq; ad terminum cuſtodire manu propria profitemur, cõdemnantes Arium impiamq; doctrinam eius cum diſcipulis ipſius, eiq; ſimilia ſapi- *Libellus Macedonianorũ exhibitus Liberio Pont. Ro.*

B entibus, necnon omnem hæreſim, Sabellianos, Patripaſſianos, Marcioniſtas, Photinianos, Marcellianos, ſimul etiã Pauloſamoſatenos, eorũq; doctrinam, omnesq; his ſimilia ſapientes, & uniuerſas hæreſes ſanctæ fidei prædictæ contrarias, quæ pie catholiceq; eſt in Nicæa à ſanctis patribus explanata, anathematizantes præcipue explanationem lectam in Ariminenſi concilio, tanquam contrariam prædictæ fidei ſancti concilij in Nicæa urbe celebrati: cuius lectione prolata in urbe Thraciæ Nicæa dolo atq; periurio capti, Conſtantinopoli ſubſcripſerunt. Eſt autẽ fides noſtra & eorum pro quibus legatione fungimur, hæc: Credimus in unum deum patrem omnipotentem, omnium uiſibilium inuiſibiliumq; factorem: & in unum unigenitum deum dominum Ieſum Chriſtum filium dei, natum ex patre, hoc eſt, ex ſubſtãtia patris, deum ex deo, lumen ex lumine, deum uerum ex deo uero, natum, non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt quæ in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutẽ deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus, & reſurrexit tertio die, aſcendit ad cœlos, & uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Et in ſpiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt: Fuit, quando non fuit, & antequam naſcerẽt non fuit, & quod ex nõ exiſtentibus factus eſt, aut ex altera eſſentia uel ſubſtantia dicentes eſſe, aut conuertibilem aut mutabilem filium dei, anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

Euſtathius epiſcopus Sebaſtiæ ciuitatis, & Theophilus & Syluanus legati *Subſcriptio*

gati cōciliorum Lampſaci,Smyrnæ,& reliquorum,hanc profeſsionem ma/ A
nibus noſtris & propria uoluntate ſubſcripſimus.

Si quis aūt præter expoſitam à nobis fidem, contra nos uel eos à quibus miſſi ſumus, aliquod crimen inferre uoluerit, cum litteris ad nos tuæ ſancti/tatis ad quos probaueris orthodoxos epiſcopos mitte,& apud eos nobiſcū cauſam dicāt. Et ſi quid criminis fuerit approbatum,in autore proculdubio uindicet. Hoc itaq; libello Legatos obligans Liberius,eos in cōmunionē ſuſcepit. Quibus dans huiuſmodi literas,abire præcepit. Cap. XXV

Epiſtola Liberij Pont. Ro. DILECTISSIMIS FRATRIBVS ET CONSACERDOTIBVS, Euſtathio,Cyrillo,Hypericio, Heroni, Elpidio,Maximo,Euſebio,Eucar/pio,& Ortaſio,Neoni,Eumathio,Fauſtino,Proclo,Paſſinico, Arſenio, Se/uero,Didymioni,Britanio,Callicrati,Damabio,Aedeſio,Euſtochio,Am/broſio,Gelonio,Pardalio,Macedonio,Paulo,Marcello,Heraclio,Alexan/dro,Adolio,Martiano,Sthenelo,Ioanni,Maceri,Cariſio,Syluano,Photi/no,Autho,Antonio,Celſo,Euphranori,Mileſio,Patricio,Seueriano,Euſe bio,Eumolpio,Athanaſio,Diophanto,Minodoro,Diocli,Chryſampelo, Eugenio,Euſtathio,Callicrati,Arſenio,Eugenio, Martyrio, Hieracio, Le/ontio,Philagrio,Lucio & uniuerſis Orientalibus orthodoxis, Liberius epi/ſcopus, & Occidentales epiſcopi in domino S.

Optabile nobis pacis atq; concordiæ gaudium ueſtræ literæ attulerunt, B fidei lumine reſplendentes,fratres chariſsimi,oblatæ nobis per chariſsimos fratres & coepiſcopos,Euſtathium,Syluanum,atq; Theophilum, & maxi me quia ueſtram ſententiam ueſtroſq; ſenſus concordare & cōſonare cum mea humilitate, & Italis atq; Occidentalibus uniuerſis affirmauerunt atq; demonſtrauerunt.Et hanc eſſe cognoſcimus catholicā & apoſtolicā fidem, quæ uſq; ad Nicenū cōcilium integra immobiliſq; ſeruata eſt: & hanc ipſi retinere profeſſi ſunt, gaudioq; repleti, & omne ueſtigium ac nebulas ine/ptæ ſuſpicionis abijcentes,non ſolum ſermone eam,ſed etiam ſcriptura cur/rente profeſſi ſunt. Cuius exemplar his literis ſubdere neceſſarium iudicaui mus, ne ullam occaſionem hæreticis ad exercendas inſidias denuo relinqua mus:quibus iterum flammas propriæ maliciæ cōmouentes, incēdia diſcor/diarum conſuete reſuſcitent. Hæc inſuper ſunt profeſſi chariſſimi fratres no ſtri, Euſtathius, Syluanus, atq; Theophilus,ueſtrā charitatē ſemper hanc fidem habuiſſe,& hanc uſq; ad terminū cuſtodire, id eſt, in Nicæna urbe à trecentis decem & octo epiſcopis orthodoxis approbatam,quæ perfectam continet ueritatē, & os totius hæreticæ multitudinis obſtruit atq; diſſoluit. Non enim ſpontaneo motu, ſed nutu diuino tātorum epiſcoporum nume rus aggregatus eſt cōtra uæſaniam Arij, quanto numero beatus Abraam tanta milia fide deſtruxit. Quæ fides dum in ſubſiſtentia & nomine Con/ſubſtantialitatis continetur,uelut quoddā munitiſſimum & inexpugnabile

caſtrum

A caſtrum omnia iacula & molitiones Arianæ incredulitatis decenter euitat. Cum igitur omnes Occidentales epiſcopi in Arimino congregati, quando eos Arianorum collegit uæſania, quadã ſuaſione, aut (ut uerius dicam) mundana potẽtia, hoc quod cautius erat in fide poſitum, auferre, aut oblique denegare conati ſunt: tamẽ nihil eorum calliditas profuit. Nam penè oẽs conuenientes Arimini tunc terrore permoti atq; decepti, nunc reſipiſcentes atq; anathematizantes eos qui ibi conuenerunt, aut ſubſcribẽtes catholicæ fidei quæ in Nicæna urbe ſancita eſt, nobiſq; communicantes, feruentius contra Arij dogma eiuſq; diſcipulos inflãmantur. Cuius rei indicium etiã ipſi Legati ueſtræ ciuitatis agnoſcentes, uoſipſos in ſua ſubſcriptione iunxerunt, anathematizantes Arium, & quę ab eius ſequacibus Arimini geſta noſcuntur contra fidẽ in Nicæna urbe ſancitã. In quibus etiam uos capti periurio ſubſcripſiſtis. Vnde conſequens nobis uiſum eſt ſcribere charitati ueſtræ, & adiuuare iuſta poſcentes, maxime quia per profeſsionẽ ueſtrorum Legatorum reſipiſcentes Orientales cum Orthodoxis Occidentalibus cõcordare cognouimus, & ſignificamus, ut noueritis blaſphemos Ariminẽſes qui tũc uidebantur per ſurreptionem maculati, nunc anathematizatos, & uniuerſos ad Nicęnam reſpiraſſe fidem. Quod oportet per uos omnibus indicari, ut poſſint qui uiolenter læſi ſunt, aliquando ab hæreticis tenebris ad diuinũ B lumen catholicæ libertatis accedere. Qui poſt hanc ſynodum niſi uoluerint reſpuere uenenum perfidiæ, & blaſphemias Arij uniuerſas abijcere, eaſq; anathematizare, cognoſcũt ſe cum Ario eiuſq; diſcipulis cæteriſq; ſerpentibus ſiue Sabellianis uel Patripaſsianis, aut cuiuslibet alterius hæreſeos ſocios eſſe, & communione priuatos ab eccleſiaſtica ſynodo, quæ ad ſe filios adulterij non admittit. Deus uos incolumes cuſtodiat fratres charisſimi.

Has literas Euſtathius cæteriq; percipientes, rurſus ad Siciliã deuenerũt, ibiq; facientes ſynodum Siculorum epiſcoporũ corã ipſis Conſubſtantialitatis fidem profeſſi ſunt. Cumq; Nicænam fidem roboraſſent, cõſonas ab eis quoq; percipiẽtes epiſtolas, ad eos à quibus fuerãt deſtinati reuerſi ſunt.

Qui Liberij præcepta ſuſcipientes, legationes mittebant per ciuitates ad Præſules, & Conſubſtantialitatem fidei prædicabant, inuitantes eos ut in Tarſum Ciliciæ pariter conuenirent, ut Nicænam roborantes fidem, deinceps ſoluerent omnem contentionem. Quę fieri potuerunt, niſi Eudoxius Arianę religionis Pręſul tunc apud Imperatorem eminens ualde, prohibuiſſet. Qui amplius propter indictum iter ad Tarſum accenſus, plus illis malorum intulit. Quod uero Macedoniani per Legatos quos miſerant cõmunicantes Liberio, Nicænam confirmauerint fidem, ipſe Sabinus in collectione ſynodalium eſt atteſtatus. Cap. XXVI

CIrca hæc itaque tempora Eunomius ab Eudoxio ſeparatus, ſeorſum agebat miſſas, propterea quod cũ ſæpe rogaſſet ut ſuſciperetur præceptor

Eunomius cur ab Eudoxio ſeparatus

ceptor ipſius Aetius, Eudoxius nō exaudiſſet. Hoc aūt non ideo refutauit, quod ſectā declinaret Aetij, cum eā ſcilicet prædicaret: ſed quoniā oēs unanimes illius, cū ſectæ alterius fatebant̄. Iſta ergo cauſa fuit, ut ab Eudoxio ſepararet̄ Eunomius. Hæc igit̄ Cōſtātinopoli gerebant̄. Cap. XXVII A

Alexādriæ ſeditio, cuius autor Eudoxius DEinde Alexandriæ præceptum Præfectorū, ſtudio Eudoxij deſtinatum, cōturbauit eccleſiā. Verum Athanaſius irrationabilem furorem populi metuens, atq; timens ne malorum faciendorum ipſe cauſa eſſe uideretur, quatuor mēſibus ſeipſum in ſepulchro patris abſcondit. Cumq; propter eius abſentiam ſeditionem deſiderio ipſius populus excitaſſet, cognoſcens Imperator propter hoc Alexandriam eſſe turbatam, literis indicauit ut Athanaſius licite teneret eccleſias. Et hæc fuit cauſa ut uſq; ad Athanaſii mortem Alexandrina nō turbaretur eccleſia. Quod uero poſt eius mortem, rurſus Ariani eccleſias inuaſerint, paulo poſt narrabo.

SOZOMENVS Cap. XXVIII

Synodus apud Tyanam ILlo ſiquidem tempore celebrabatur cōcilium in Tyanis ab Euſebio epiſcopo Cæſareæ Cappadociæ, Athanaſio Ancyræ, Pelagio Laodiciæ, Zenone Tarſi, Paulo Emeſeno, Oſtreſio Melitinenſe, & Gregorio Nazanzeno, aliiſq; multis, qui uerbum Conſubſtantialitatis ſeruandum eſſe apud Antiochiam Iouiano imperante decreuerant. Releguntur ibi Liberij & Occidentalium litteræ ſacerdotum. Quamobrem gaudio repleti ſcripſerunt uniuerſis eccleſiis ut legerent decreta epiſcoporum apud Aſiam celebrata, & Liberij litteras, Italorumq;, Aphrorum, atq; Gallicanorum, nec non Siculorum. Attulerant enim horum literas Legati de Lampſacco deſtinati, ut conſiderarēt omnium numerum ipſis cōcordantiū. Plurima nanq; multitudo concilium Ariminenſe uincebat: paritercq; ſcripſerunt ut in Tarſum Cilicię cōuenirent certo die: & illi quidē hoc modo ſe inuitabant. Cūq; ſynodus pararet̄ in Tarſum, cōuenientes in Antiochia Cariç, fermè xxxiiij Aſiani pontifices ſtudium concordiæ eccleſiaſticæ collaudabant. Conſubſtantialitatis uero nomen reſpuentes, fidem in Antiochia & Seleucia prolatam roborare nitebantur, tanquam Luciani martyris exiſtentem, & multorum ſudoribus à progenitoribus ipſorum approbatam. Verum Imperator ſtudio Eudoxij ſynodum in Cilicia celebrari prohibuit. B

SOCRATES Cap. XXIX

IGitur Imperator Valens feſtinans Antiochiam, de Conſtantinopoli digreſſus, uenit in Nicomediam, et illic huiuſmodi de cauſa moratus eſt. *Eudoxius moritur* Eudoxius enim Arianę religionis, mox poſt egreſſum imperatoris defunctus eſt Conſulatu Valentiniani & Valentis tertio, cum undecim annis ſedem Conſtātinopolitanæ tenuiſſet eccleſię. Quamobrem Ariani in locum eius *Demophilus* ordinauerunt Demophilum. Verum prædicatores Conſubſtantialitatis *Euagrius* oportunum iudicantes inueniſſe ſe tempus, Euagrium quendam ſuæ fidei

conſtituerunt

A conſtituerunt epiſcopum. Quem ordinarat Euſtathius pridem Antiochenus epiſcopus, qui prius quidem à Iouiano fuerat de exilio reuocatus: tunc autem aderat in urbe Conſtantinopoli latenter degens, ut Conſubſtantialitatis prædicatores ſua præſentia roboraret. Hoc facto, ex alio rurſus initio perſecutionem Ariani mouebant. Hæc geſta cum perueniſſent ad principem, metuēs ne ſeditione ciuitas turbaretur, militarem manum à Nicomedia Conſtantinopolim deſtinauit, præcipiens ut teneretur & ordinator & ordinatus, & alius aliò mitteret in exiliū. Euſtathius igitur in Biſam Thraciæ ciuitatē mittitur, Euagrius in locum alium deſtinatur. His ita geſtis Ariani amplius efferati, uexabant uehementer orthodoxos, cædentes, contumelijs affligentes, carceribus recludentes, pecunijsq́ ſæpe ſpoliantes, & omnia contra eos facientes non ferendis modis. Quæ cum illi ferre nō poſſent, ut deprecarentur principem ueniebant, ſi quo modo mererentur uiolentias euitare. Sed hoc cogitantes ualde fruſtrati ſunt, ab iniuſto ſe arbitrati iuſtitiam promereri. Cumq́ uiri electi ex eccleſiaſtico collegio octoginta numero, quibus præerāt Vrbaſus, Theodorus, & Menedemus, in Nicomediam perueniſſent, preces obtulerunt Imperatori, uiolentiam proclamantes, & ea quæ uidebantur eſſe perpeſſi. Cap. XXX

Ariani in orthodoxos

LXXX. Legati ad principē merguntur

INdignatus igitur Imperator ad præſens celauit iram, latenter aūt Modeſto Præfecto præcepit, ut eos cōprehenſos occideret. Modus aūt mortis erat quodāmodo peregrinus: qua propter memoriæ contraditus. Metuens enim præfectus ne ſeditio naſceretur in populo, ſi eos palàm perimeret, ſimulauit ſe eos uiros in exilium deſtinare. Illis aūt ſimpliciter acquieſcētibus, iuſsit eos Præfectus mitti in nauē, uelut in exilium deuehendos, præcipiens nautis ut cum ad mare medium perueniſſent, eos demergerent, & hoc modo morerentur. Quo facto perductis eis in medium ſinum qui uocatur Aſtacenus, quod iuſſerat præfectus Imperatoris impletū eſt: & in alia ſequenti nauicula nautæ tranſeuntes concremauerunt nauem. Contigit autē uentum Subſolanū ualde flare, & ita nauis uelociter eſt accenſa. Cuius reliquiæ peruenerunt ad locum qui Acidiza nuncupatur, ubi ad plenū cum his uiris religioſis abſumptæ ſunt. Quod tamen aiunt non ſine ultione tranſiſſe. Fames nanq; repente ſecuta eſt circa Phrygias gentes, ita ut neceſsitatem haberent habitatores patriā relinquere, & ad Conſtantinopolim diuerſasq́ prouincias properare.

B

Modeſtus præfectus

Pœna

SOZOMENVS Cap. XXXI

VAlens itaq; Nicomedia relicta proficiſcebatur Antiochiam. Interea cum ueniſſet ad Cappadociam, more ſuo eius loci turbabat eccleſias, Arianis eas tradere uolens. Quod ſe ſperabat cito effecturum, eo quod pro quibuſdam inimicitijs Baſilius Euſebio, qui tunc Cæſarienſem regebat eccleſiam, uideretur infenſus, & abſcedens in Pontum cum monachis habitaret

Baſilius

taret ibi philoſophātibus. Porrò populus, & maxime nobiliū ac ſapientiū, A
Euſebium in ſuſpicione habebant, quaſi ipſe fuiſſet autor fugæ uiri philoſophi, uita uerboq; perfecti. Volebantq; eum deſerere, & apud ſeipſos miſſarum celebrare ſolennia. Sed Baſilius quidē ne turba naſceretur in populo per ſeditiones hæreticorū, agebat in Ponto ſilentium cum ſuis epiſcopis, qui ſemper aderant illi. Contigit ergo ut in Euſebium odiū populi naſceretur. Cumq; Baſilio fuiſſet nunciatum quod Valens ueniret in Cappadociam, relicto Ponto Cæſareā uenit, & pactis cum Euſebio celebratis, eccleſiā pro tēpore ſuis adhortationibus roborabat. Valens aūt cum ſuam intentionem non ualuiſſet implere, cum epiſcopis ſecum profectis tunc abſceſſit.

SOCRATES.

Igitur Imperator Valens paruipendens famis inuaſionē, uenit Antiochiam Syriæ. Cumq; ibi moraretur, nolētes Arianis cōſentire affligebat, uehementerq; τὸ ὁμοούσιον prędicatoribus imminebat. Quos cum eccleſiis penè omnium ciuitatum Orientalium expuliſſet, nō ei hoc ſuffecit, ſed etiam eos diuerſis ſupplicijs ſubdidit: multoſq; diuerſa morte contraditos interemit, plurimos etiam necabat in flumine. Cap. XXXII

Valēs apud Edeſſā ſæuit in orthodoxos

Dicendū quoq; eſt, quod in Edeſſa Meſopotamiæ geſtū eſſe dignoſcitur. In hac urbe eſt Thomæ Apoſtoli baſilica, clara ualde pariter & ornata. In qua propter loci reuerentiā Collectæ ſæpius celebrātur. Quam uolens Imperator inſpicere, & cognoſcens ſibi omnes exoſos ibidem conueni- B
re, fertur manu percuſſiſſe Præfectū, quod inde orthodoxos non expuliſſet uniuerſos Cumq; præfectus iniuriā paſſus, inuitus indignationi principis miniſtrare contenderet (non enim uolebat tot hominibus cædem inferre) latenter mandauit, ut nullus in illa Baſilica remaneret. Sed nemo reſpexit neq; conſiliū neq; terrorē eius. Omnes enim altero die ad locum orationis pariter confluxerunt. Cumq; Præfectus cum multa militū manu ad baſilicam feſtinaret, ut Imperatoris perficeret iuſſionē, quædā muliercula in paupertate degens, ſuum filium manu trahens, curſuq; ad illam Baſilicam properans, præfecti interrupit officium. Indignatus uero Præfectus, mulierem ſibi iuſsit adduci, dixitq; ad eam: O infelix mulier, quò ſic indecēter curris? At illa: Quò & alij, inquit, ire feſtinant. Tunc ille: Non audiſti quod Præfectus illic occiſurus eſt uniuerſos quoſcunq; repererit? Et mulier: Audiui, inquit, ideoq; feſtino, ut illic inueniar inter eos. Et quò hunc paruulum trahis infantem? Tunc mulier ait: Vt & iſte martyrium ſuſcipere mereatur. Hæc cum audiſſet uir ille, conſiderauit concurrentium animum. Et mox recurrēs ad principem, ſuggeſsit ei, quod eſſent omnes mortem pro ſua fide ſuſcipere parati, irrationabile dicens breui tēpore tantā multitudinē occidere. Quo dicto ab ira auocauit Imperatorem. Hoc ergo modo Edeſſeni furorem Imperatoris effugiunt.

Orthodoxi intrepidi

Cōſtantia mulieris orthodoxæ

THEO-

A THEODORETVS. Cap. XXXIII

ET hæc quidem cum Præfectus Imperatori dixiſſet, populum quidem quod expectabat, non pertulit experiri. Verum duces eorũ, id eſt, preſbyteros atq; diaconos interrogari pręceptum eſt, ut unum è duobus eligerent, aut cõmunicare Lupo, aut urbe pelli, & in quaſdã extremas partes deſtinari. Cumq́; congregaſſet uniuerſos, mitibus utebatur uerbis, perſuadere nitens ut leges ſequerentur imperatoris, indicium uæſaniæ dicens eſſe, quod tanto imperatori pauci homines repugnarẽt. Cumq́; cuncti tacerẽt, ad horum ducem Eulogium uirum ualde laudandum Præfectus ait: Cur non reſpondes his quæ dicuntur à nobis? At ille: Non, inquit, oportet nihil interrogatum reſpódere. Tunc Præfectus: Multa itaq; uerba locutus ſum, monens uos quæ ſatis expediũt. Porrò Eulogius uniuerſis hæc dicta fuiſſe reſpondit, & incongruum eſſe ut ſolus alios contemnens reſponderet. Si uero me ſolum, inquit, interrogas: meam declarabo ſententiam, Pręfectus ait: Cõmunica poſſidenti regnum. At ille pacifice & ualde benigne ait: Et mihi regni quoq; ſacerdotijq́; conſortium eſt. Tunc Præfectus irriſionem ſentiens ſæuiebat, iniurijs contra ſenem uſus, etiam hæc adiecit: Non hoc locutus ſum fulminãde, ſed quibus communicat imperator, communicare uos monui. Cumq́; dixiſſet ſenex paſtorem ſe habere, & illius nutibus obedi-

B re, octoginta eodem tempore cõprehendens deſtinauit in Thraciam: qui cum ducerentur, plurimo pariter apparatu fruebantur. Ciuitates enim occurrebant & uici, uictores athletas honorantes. Sed hoſtes armauit inuidia, ut imperatori dicerent, plurimum honorem uiris illis decretam exilij contumeliam afferre. Hæc cognoſcens imperator, iuſsit ut bini & bini ſepararentur, & alios quidem in Thracias, alios in extremam Arabiam, alios uero in Thebaidos diſperſit urbes, Aiunt enim quod etiam fratres quos natura iunxit, crudeliſsimus corpore ſepararit. Porrò Eulogium Præſulem illorum, & Protogenem, qui poſt eum fuit, in Antinoum uſq; tranſmiſit. Quorum uirtutem non patior obliuioni cõtradere. Cum enim concordem uiderent ciuitatis epiſcopum, eccleſiaſticoq́; collegio qui communicarent uiderent paucos eſſe, ad eccleſias concurrebant. De qua conſulentes cognouerunt habitatores ciuitatis eſſe Paganos, unde dolentes de eorum incredulitate lamentati ſunt: non tamen eſſe diu lugendum arbitrati ſunt, ſed omni uirtute de medicina curauerunt.

Cap. XXXIIII

SAcratiſsimus igitur Eulogius in habitaculo ſuo cõſiſtẽs, toto die totaq́; nocte omnium deprecabatur deum. Protogenes autem ualde digniſsimus, Eunomij literis eruditus, ad ſcribendũ uelociter promptus, inueniens opportunum locum, eumq́; ſibi ſegregans ad docendum, adoleſcentiũ magiſter effectus eſt, quos & ſcribere uelociter edocebat, & diuina erudiebat eloquia. Dictabat eis Dauidicas melodias: & apoſtolicæ doctrinæ cógruas

Valens Aug. cogere orthodoxos conatur apud Edeſſam

Eulogius

Modeſtus prefectus

Protogenes

Ludimagiſter factus Protog.

lectiones meditari præcipiebat. Cumq; unus adoleſcentiũ incidiſſet in morbum, uenit ad domum eius, & tenens ægroti dexteram, morbum orationibus effugauit. Hoc cognoſcentes aliorum parentes infantium, deduxerunt eum ad domos ſuas, & ægrotis auxiliari precabantur. At ille non ante ſe dixit deum ut expellerentur morbi rogaturũ, niſi prius ægroti ſacri baptiſmatis munere potirentur: quod illi cum gaudio impleuerunt. Cogebat enim eos ſalutis deſideriũ, & ſimul animæ corporisq; ſanitate fruebãtur. Si quando uero alicui ſuaſiſſet ut ſacram gratiã mereretur accipere, ducebat eum ad Eulogium, & concutiens ianuam, rogabat ut aperiret, ac ſignum Dominicũ ei qui fuerat renatus, imponeret. Cumq; ille difficilius aperiret, ne intercideret orationem, dicebat potius eſſe neceſſariam ſalutem errantium. Mirabantur igitur uniuerſi uidentes Protogenẽ talia facere, qui licet tot hominibus lumen diuinæ cognitionis impartiret, tamẽ Eulogio primatum per omnia reſeruaret, ut eos quos lucrabatur, illi magis offerret. Vnde cõijciebant multo magis uirtutem illius eminere. Cum igitur fluctuatio quieuiſſet, tranquillitate facta, remeare iuſſos deduxerunt omnes, ingemiſcentes & lachrymantes, maxime uero præſul eccleſiæ eorum, primatus affectu. Cumq; ad propria remeaſſent, ſanctus quidẽ Eulogius Barſe maximo ad uitã feliciſsimam trãſeunte, eius ſuſcepit regimen eccleſiæ. Porrò mirabilis Protogenes colere iuſſus eſt urbem Carrenſium deſolatam, & ſpinis gẽtilium plenam, quæ utiq; pluribus laboribus indigebat.

Mos initiandi Christianos

Redeunt Eulogius & Protogenes de exilio

SOCRATES Cap. XXXV

EOdem tempore dæmon quidã erroneus crudelitate Valẽtis abuſus ei perſuaſit ut ſcrutarẽt quiſnam poſt eum ſuſcepturus eſſet Imperium. Quamobrem necromãtiam fecit. Quibus artibus adimpletis, plurimos ille dæmon non quidẽ aperta, ſed obliqua ſolite reſponſa proferens interemit. Nam cum de imperio cõſuleretur, quatuor litteras demonſtrauit, θ.ε.ο.δ. dicens hoc nomẽ poſt Valentem imperij culmen accipere. Quod cum ad aures perueniſſet imperatoris, zelo ductus, multos peremit quos tyrannidem ambire iudicauit. Occidebanẽ itaq; Theodori, Theodoti, Theoduli, & quicunq; has literas in capite ſui nominis habuiſſent. Inter quos etiam Theodoſius quidã, uir fortis ex Hiſpania prouincia genus ducẽs, occiſus eſt. Hoc ergo timore plurimi ſua nomina mutauerũt, negãtes quæ prius habuiſſent cum iuramento, ut pericula declinarent.

Theodoſius

THEODORETVS Cap. XXXVI

VAlens igitur Imperator cum uniuerſas (ut ita dicam) eccleſias paſtore nudaſſet, in Cæſaream Cappadociæ uenit, cuius tunc præſul erat Baſilius, lumen totius orbis. Præmiſitq; Præfectum, præcipiens, ut aut flecteret Baſiliũ, ut dogmati cõmunicaret Eudoxij, aut hoc facere nolẽs expelleretur. Audiens enim gloriam tanti uiri, noluit ei prius inferre certamen, ne cum

Baſilius

A cum fortiter Baſilius eius iacula deuitaret, fieret cæteris clarior imago uirtutis. Huius machinamenta uelut tela araneæ facta ſunt: ſuffecerunt enim cæteris ſacerdotibus ad utilitatẽ ſui antiquæ patrum narrationes, & uelut quædam turres murũ fidei indeclinabilem ſeruauerunt. Porrò Præfectus Cæſaream ueniens, & euocans magnũ Baſilium, honorauit, & manſuetis apud eum ſermonibus uſus eſt, monens ut tempori pareret, & non tot eccleſias propter prauam dogmatũ ſubtilitatẽ uexari pateretur. Promittebat etiam imperatoriam amicitiam, multaꝗ́ beneficia propter hæc plurimis offerenda. Verum ille uir ſacratiſsimus ait, adoleſcentibus hæc uerba cõgruere: illi, inquit, & illorum ſimiles talia promiſſa reſpiciunt. Nam qui diuinis innutriti ſunt eloquijs, corrumpere de diuinis dogmatibus ne unam quidem ſyllabam patiuntur, ſed pro his (ſi cõtingat) etiam omnes mortis ſpecies amplectuntur. Amicitiã autem imperatoris magnam quidem cum pietate iudico, ſine qua perniciem potius hanc appello. Cumꝗ́ Præfectus ſæuiret in eum, ſtultumꝗ́ uocaret, ſanctus Baſilius ait: Hanc ſtultitiam ſemper habere exopto. Quem cum egredi tunc iuberet, ut quid deberet facere cogitaret, ſententiamꝗ́ ſuam altero die depromeret, fertur uir ille inclytus hoc dixiſſe, Ego quidem etiam cras ipſe regrediar, dummodo tu ſententiam nõ permutes, ſed utere minis tuis. Poſt hæc uerba Præfectus occurrens, imperatori

Præfectus ad Baſilium

B quæ dicta fuerant, & uirtutem uiri huius, animæꝗ́ fortitudinem & fiduciam nuntiauit. Tunc ergo tacens imperator ingreſſus eſt. Poſt hæc cõtigit, ut diuinitus ſibi plagas uideret immiſſas. Filius enim eius ægrotãs, circa ipſius mortis metas agebatur. Sed & coniugem diuerſæ occupauerant paſſiones. Cognoſcens ergo cauſam ſuæ triſtitiæ, uirum ſacratiſſimum quem punire minabatur, uenire ad Palatium deprecatus eſt. Duces autem præceptis imperialibus miniſtrabant. Tum itaꝗ́ magnus Baſilius ueniẽs ad Palatium, uidensꝗ́ principis filium circa mortem, ad uitam eum remeaturum eſſe pro miſit, ſi per pios uiros ſacro baptiſmate potiretur. Hæc cum dixiſſet egreſſus eſt. At ille iuriſiurandi quod baptiſmatis tempore promiſerat memor, ſecundum ſtultum errorem præſentibus Arianis filium baptizare præcepit. Quo geſto, mox infans finem uitæ ſortitus eſt. Pœnitentia uero ductus Valens, & noxiam iuriſiurandi iudicans ueritatem, in ſacrum templum ingreſſus, magni Baſilij magiſterio fretus eſt, & altari obtulit dona ſolennia. Quem intra aulæa ubi ipſe reſidebat, uenire præcipiens, multa apud eum de diuinis dogmatibus uerba locutus eſt, & docentẽ libenter audiuit. Vbi tunc aderat quidam nomine Demoſthenes ſuper Imperiales epulas cõſtitutus, qui cum doctorem mundi culparet, Barbariſmum fecit. Tum ſanctus Baſilius ſubridens: Vidimus, inquit, ſine literis Demoſthenem. Cum uero magis ille minaretur, ſanctus ait Baſilius: Tuũ eſt de pulmentarijs cogitare, non dogmata diuina decoquere. Poſt hæc imperator ita dilexit ui-

Valens imp. Baſilium acceſſit

Filius Valentis ab Arianis baptizatur

rum, ut etiam optima prædia quæ illic habebat, pauperibus qui ab eo gu- A
bernabantur offerret, ex quibus leproſis præcipue neceſſaria miniſtrantur.
Primum ergo Valentis impetum hoc modo magnus Baſilius declinauit.
Cum uero poſtea reuerſus illuc fuiſſet, priorum oblitus, quoniam à ſeducto
ribus eius uoluntas obſidebatur, rurſus eum mouebat, ut ad partes inclina-
retur hæreticas. Cui non perſuadens, legem de eius ſcribi præcepit exilio,
quam uolens manus ſuæ ſubſcriptione roborare, nullum apicem complere
ualuit: calamus enim contritus eſt. Cumq́ſ ſecundus & tertius calamus hoc
pertuliſſet, & adhuc legem impiam firmare contenderet, cõmota eſt eius de
xtra, eamq́ſ ſubito tremor inuaſit. Tunc eius animo terrore impleto, amba-
bus manibus chartã rupit. Oſtenditq́ſ prouiſor omniũ deus, quod & alios
ipſe permiſerit pati, & hunc ab inſidijs liberarit: & per ea quæ in iſto contige
re, ſignum propriæ uirtutis oſtendens, & per alia diſpenſationis fortitudinẽ
uirorum prædicans optimorum.

SOCRATES

Sciendũ uero quod cũ uiueret Athanaſius Alexãdrinus epiſcopus, diui-
na quidẽ prouidentia Alexãdriam uel Aegyptum diſtulit cõmouere, audi-
ens Athanaſium à cuncta diligi plebe, & metuens ne forte ſeditione facta
Athanaſij mors reſpublica uexaretur. Verũ Athanaſius Cõſulatu Gratiani ſecundo, & Pro-
bi, poſt crebra pro eccleſiæ ſtatu certamina hac priuatus eſt uita, cũ quadra- B
ginta & ſex annis per mulra pericula ſedẽ rexiſſet epiſcopalem.

THEODORETVS Cap. XXXVII

CVm igitur in Alexandria uictor Athanaſius poſt multa certamina in
numerasq́ſ coronas, uitæ finẽ ſuſcepiſſet, & ad laborum ſuorum præ-
Petrus Athanaſio ſuccedit mia demigraſſet, ſuſcepit Petrus uir optimus Præſulatũ, quẽ dudum ille be
atus elegerat, cunctis conſentientibus & ſacerdotibus, & nobilibus, cũctaq́ſ
plebe, & fauore ſuo propriã oſtẽdentibus uoluntatẽ. Is enim Athanaſii ſu-
dorum particeps fuit, et cum eſſet in ciuitate, & cum diuerſa latibula peragra
ret, multifariaq́ſ pericula cum eo ſuſtinuit. Quapropter cuncti ſacerdotum
concurrentes, dignũ hæredẽ Petrum Athanaſii clamauerunt. Cumq́ſ eum
Iudex Aegypti aduerſus Petrum in Pontificali ſede conſtituiſſent, repente Iudex prouinciæ, Paganorũ popu
lum cõgregãs, & pariter Iudæorũ, eccleſiæ ſepta circumdedit, Petrum exire
præcipiens, nolentemq́ſ interminatus eſt abſtrahere. Faciebat hoc Impera-
tori placere uolens, cum ei contraria ſapientes calamitati ſubmitteret. Quod
autem uerum eſt, impietatis ira completur: idolis potius placere nitebatur, &
tempeſtatem eccleſiæ claram putabat eſſe feſtiuitatẽ. Petrus itaq́ſ uir admi-
randus, inſperatum reſpiciens bellum, latenter egreſſus eſt, & conſcendens
nauem, profectus eſt Romam. Cpa. XXXVIII

TRanſactis uero diebus paucis, Euzoius ab Antiochia uenit cum Lu-
cio, & eccleſias ei contradidit: cuius etiam impietatem Samoſata noſci-
tur experta

A tur experta. Paulus autē doctrinis primū Athanaſii ſatiatus, deinde faſti/diens cibum ſibi offerri contrarium, ab eccleſiaſticis collegijs ſe ſubtraxit. Porrò Lucius armigeris utens cultoribus idolorū, alios uerberauit, alios ſu/ſpendebat, alios cogebat effugere, aliorum uero inſtar Barbarorum uaſta bat domos. Sed hæc melius uir mirabilis Petrus in ſua narrabit epiſtola. Ego tamen unum è ſceleribus Lucij prius referens, epiſtolam Petri ponam. Viri quidam in Aegypto cōuerſationem imitantes angelorum, & ciuitatis euitantes turbas, uitam agere in eremo potius elegerunt, arenoſamq; ter/ram & ſterilem frugiferam reddiderunt, fructū uidelicet deo ſuauiſsimum uirtutis eorum & optimum referentem. Cuius uitæ multi quidem uidētur eſſe autores. Sed à puero illic creuit Antonius ille celeberrimus, monachis uirtutem luctaminis ſpiritualis oſtendens. Cap. XXXIX

HVius ergo loci tunc incolas ſequaces Antonij, infelix Lucius expulit, eorumq; ſanctiſsimos Præſules, Macariū uenerabilem, aliumq; Macarium, Iſidorū, & cæteros ſpeluncis ſuis eijciens, in quandam inſulam quæ ab impijs inhabitabatur hominibus deſtinauit: quippe quæ nunquā magiſtrum ſuſceperat pietatis. Cumq; nauis ad littus inſulę perueniſſet, dæmon qui ab illis honorabatur, relinquens idolum ubi dudum habitare conſueuerat, filiam ſui ſacerdotis inuaſit, & bacchantem illuc uſq; perduxit, ubi nauis *Lucius Macarios & Iſidorum in exiliū relegat*

B aduenerat monachorū. Tunc dæmon utens lingua puellæ clamabat, ſicut in Philippis per Pythoniſſam. Audiebantq; cuncti uiri ſimul & mulieres dæmone proclamante: O potentiam ueſtram, ò miniſtri Chriſti: undiq; à uobis expellimur, è ciuitatibus atq; uicis, à montibus ſimul atq; collibus, ab eremo quæ priuata probatꝰ hominibus. Sperabamus in hac inſula commorantes, à ueſtris iaculis liberari: qua ſpe noſcimur eſſe fruſtrati. Huc uos perſecutores miſerunt, non ut uos uexarent, ſed ut nos per uos expellerent. Ecce recedimus ab hac inſula: uirtutis enim ueſtrę radijs iaculamur. Hæc dicentes & his ſimilia, puellamq; in terram proſternētes, ipſi quoq; omnino diſparuerunt. Tunc ille ſacratiſsimus chorus oratione facta ſuſcitauit puel/lam, & ſuo patri ſanā ualentemq; reſtituit. Verū illi qui miraculum conſpe/xerāt, ad ſanctorū prouoluti pedes, ſalutis uiaticū ſe percipere ſupplicabāt. Et templum quidem dæmonū deſtruxerunt: doctrinæ uero radijs illumi/nati, ſacri baptiſmatis gratia ſunt potiti. His in urbe nuntiatis, omnes po/puli congregati, Lucio detrahebant, dicentes iram ſibi imminere diuinitus, niſi ſanctorū reuerteretur chorus. Sic itaq; metuens tumultū Lucius ciuita/tis, ſacratiſsimos uiros ad ſuas ſpeluncas redire præcepit. Et hæc quidē ſunt digna quæ abominationem illius impietatis aperiant. Cap. XL *Dæmon queritur de ſanctis uiris*

VEruntamen temeritatis eius ſcelera litteræ Petri illius admirabilis edocebūt. Quarum ego prolixitatem fugiens, quæ in medio poſita ſunt, ponere non omittam.

Prouinciæ,inquit,iudex Palladius,cum eſſet religione Paganus, & ido/ A
la ſemper adoraret, contra Chriſtum ſæpius pugnare conabatur, & colli/
gens prædictum populum, impetum fecit aduerſus eccleſiam, perinde ac
ſi Barbaros ſubdere niteretur. Tunc itaq; multa crudelia geſta ſunt, quæ
ſolum dictare uolens, ipſa rei memoria dolore maximo ſum commotus, &
fluxum protuli lachrymarum, diuq; hoc potueram pati, niſi diuina ratio/
ne animum releuaſſem. In eccleſia enim, quæ Theonæ uocatur, ingreſſa
multitudo,pro uerbis honorabilibus idolorum fauoribus exultabant. Pro
ſacrarum lectione ſcripturarum turpes manuum plauſus agebantur. Infra/
ctæq; cum turpitudine uoces contra Chriſti uirgines contumelias dicunt,
quas lingua hominum proferre non patitur. Audiens enim unuſquiſq; ſa/
pientium talia,claudebat aures: & magis optabat eſſe ſurdus,ne huiuſmo/
di uerba audire cogeretur. Sed utinam uerbis peccando quieuiſſent,& non
actu uerborum turpitudinem ſuperarent. Tolerabilis nanq; detractio eſt
huiuſmodi, apud quos Chriſti ſapientiæ & doctrinæ cultus inhabitat. Hi
ſiquidem iræ uaſa ad perditionem facta, ſubſannantes & horribilem ſo/
num de naribus emittentes, & ut ita dicam, fœtorem ueluti de quodam cu/
niculo profundentes, ueſtes ſanctarum Chriſti uirginum dirumpebant,
quarum continentia formam ſanctorum imitabatur angelorum. Et ſicut
habet natura, nudas per totam circumferentes urbem, ſicuti uolebant eis B
cum turpitudine illudebant. Si quis autem eos tunc compatiendo prohi/
buiſſet, uulneribus maceratus agebatur. Væ illis cladibus. Multæ ſiquidem
uiolentia corporis ſuſtinuere corruptionem: plurimæ uirginum uectibus
in capite cæſæ, ſine uoce manſerunt: quarum etiam funera ſolenni ſepul/
turæ tradi prohibita ſunt. Multa denique corpora hactenus à parentibus
ingemiſcentibus inquiſita, reperiri non poſſunt. Sed quur parua de ma/
gnis loquor? Quur in iſtis moror, & non potius ad neceſſaria iam recurro:
in quibus bene noui, quod mirabitur quilibet nobiſcum obſtupeſcens pa/
tientiam domini,eo quod non repente uniuerſa cōcluſerit. Quæ enim nun/
quam facta ſunt, neq; per ſcripturas patrum noſtrorū diebus audita, hæc
ſuper ipſum altare impij committebant. Velut enim in ſcena turpi conſi/
ſterent,puerum quendam naturam maſculi denegantem,& utentem ueſte
fœminea,inunctis oculis & uultu ſerico colore depicto, & ut apud prophe/
tam ſcriptum eſt,idolum fœminei ſchematis ſuper ipſum altare, ubi aduen
tum ſancti ſpiritus inuocamus, circuitus huc & illuc agere, & manibus ſal/
tationem celebrare fecerunt, ridentes, nephandasq; mittentes uoces. Qui
rurſus hoc paruum iudicantes, & præterita decora quàm turpia magis exi/
ſtimantes, quendam ex ſuis turpitudine notiſsimum, ueſte genitalibusq;
nudatum, in ſede ponentes eccleſiæ concionatorem turpem contra Chri/
ſtum impudenter eleuauerunt. Pro ſacris enim uerbis, ille ſcelera profere/
bat,pro

A bat, pro honeſtis laudabat luxuriam, pro pietate impietatem, pro continentia fornicationem & adulterium, maſculorum concubitum, furtum, cibos, potum, uitæ huic utilia proclamabat. His ita geſtis, & me ab eccleſia recedente: quippe quũ illic ſtare non poſſem, ubi militum inuaſiones, ubi populus pro ſeditione redemptus largitate pecuniarum, & gentilium multitudo magnis promiſsionibus aderat: noſter quidem ſucceſſor miſſus eſt, epiſcopatum uelut mundanam comparans dignitatem quidam Lucius lupi nequitiam & actus habere feſtinans, non orthodoxorum epiſcoporum concilio, non decreto ueracium clericorum, non petitione populorum electus, ſicuti concionantur eccleſiaſticæ ſanctiones. Non quiſquam Epiſcoporum, non presbyterorum, non diaconorum, non populi multitudo, non præcedebant eum monachi hymnos decantantes ſcripturarum, ſed Euzoius erat cum eo pridem quidem damnatus cum Ario in ſancto Nicæno maximoq; concilio: nunc autem per patrocinia Antiochenſium uaſtator eccleſiæ, & Comes largitionum ac militum Dux in omni impietate notiſsimus, nomine Magnus, qui Iuliani temporibus Berytiorum incendens eccleſiam, beatæ memoriæ Iouiani temporibus ex proprijs facultatibus eam reparare coactus eſt, ita ut penè caput tunc amitteret, niſi multorum labore imperialem clementiam meruiſſet. Cõſiderare quidem hæc ueſtrum zelum, & ad uindictam excitari depoſco, quanta & qualia ſint commiſſa contra dei eccleſiam, cum talis aduerſum nos fuerit tyrannus excitatus. Is enim Lucius, qui per ueſtram religionem & omnes orthodoxos epiſcopos frequenter abdicatus eſt pro rationabilibus cauſis, nunc adſtitit ciuitati: & non ſolum ſicut blaſphemus & inſipiẽs, dicit in pſalmis: Non eſt deus uerus Chriſtus, ſed etiam in opportunitatibus eſt corruptus, atq; corrupit, gaudens in blaſphemijs contra eos, qui ſaluatorem colere comprobantur. Quum enim Paganorum ſenſibus ſit uicinus, recentem præſumit erroneus colere deum. Nam alij coram eo laudes huiuſmodi proclamabãt: Bene ueniſti epiſcope, qui filium non defendis. Alij dicebant: Te Serapis amat, & huc introduxit: ſimulacrum utiq; Paganorum nominantes. Inter hæc eodem momento prædictus Magnus impietatis eius ſocius indiuiſus, armiger amariſsimus, & miniſter crudelitatis eius collecta multitudine populorum, presbyteros atq; diaconos decem & nouem numero comprehendens, quorum quidam octogeſimum tranſcenderant annũ, tanquam captos in quodam ſcelere & Romanorum inimicos, legibus coartabat, neſciens uirtutem Chriſtianorum legis, & apoſtolorum fidem per patres traditam nobis: hæc etiam clementiſsimum principem Valentem grata habere pronuncians: Flectimini, inquit, miſerrimi, & Arianorum concordate dogmatibus. Flectimini, ignoſcet enim uobis diuinitas, licet ueræ religioni cultum exhibeatis, non ſponte, ſed uiolenter hoc facientes. Neceſsitati nanq;

Magnus, Comes ſacrarum largitionũ, militum Dux

B (margin letter beside "ſtrum zelum")

Lucius

Magnus ad orthodoxos

nanque ſatisfactio adeſt: ſpontaneam uero uoluntatem accuſatio digna ſubſequitur. Quapropter huiuſmodi rationes præ oculis habentes, prompte ſequimini, & dogmati Ariano ſubſcribite, quod nunc prædicat Lucius: bene ſcientes, quod ſi obediatis, pecunias, quæſtus, honores ab Imperatore percipietis. Reſiſtentes uero, carceres, ſupplicia, tormenta, flagella, uincula ſuſtinebitis, Pecunijs ſimul, poſſeſsionibusque priuati, & poſtea pulſi, loca crudelia inhabitare damnabimini. Sic iſte fortiſsimus ſeductor minas ſeductioni contemperans, inuitabat atque cogebat ut omnes à pia ſententia deuiarent. At illi nihil amarius exiſtimantes, quàm pietatis proditionem, huiuſmodi reſponderunt uerbis, uirtute fortique ſenſu ſeductionem minasque ſubdentes, Quieſce iam quieſce his nos terrere ſermonibus, ceſſa uerba uana proferre. Nos neque nouum, neque recentem colimus deum. Et licet inaniter furias, teque concutias ſicut uehemens uentus, in dogmatibus pietatis ad mortem uſque conſiſtimus: non impotentem, non inſipientem, non ſine ueritate aliquando fatentes deum: non aliquando quidem exiſtentem, ſicut impietas Arij temporalem prædicat Filium. Si enim creatura eſt ſecundum eius uæſaniam Filius, non exiſtens cum Patre, etiam Pater aliquando non fuit, quippe Filio non extante ſecundum eos aliquando. Si uero ſemper eſt Pater, exiſtente uidelicet ex eo uero Filio, & non ſecundum generationis fluxum (deus enim impaſsibilis eſt) quomodo non eſt inſipiens atque uæſanus, qui hoc de Filio profitetur, dicens: Erat quando non erat, per quem omnia ut ſint, per gratiam conſtituta ſunt? Noſtri ſiquidem patres (à quibus iſti cadentes, iuſte ſine Patre ſunt facti) in Nicæam uenientes, & anathematizantes Arij ſectam, cuius nunc iſte iuuenis patronus exiſtit, non alterius ſubſtantiæ, quod tu fateri nos cogis, ex natura Patris eſſe dixerunt, ſed ex eius eſſentia. Quod bene & cum pia mente intelligentes, ex plurima ſacrorum uerborum collectione conſubſtantialem eſſe profeſsi ſunt. Talia autem & his ſimilia dicentes, per multos dies coercuit, putans à pia eos ſententia poſſe mutari. Qui magis uelut in ſtadio fortiores effecti, terroremque conculcantes, & ſeipſos patrum rationibus coarmantes, ualidiorem habuerunt de pietate ſenſum, uirtutis exercitium ſua pericula iudicante. Sic igitur illis decertantibus & ſpectaculum factis, ſicut beatus ſcribit Apoſtolus, angelis & hominibus, uniuerſa ciuitas concurrebat, athletas contemplatura Chriſti, ſuaque conſtantia uerbera Iudicis & flagella ſuperantes, triumphumque pie contra Arianos per patientiam poſſidentes, quos ille utique credebat ſe uincere, & illorum impietati contradere. Cum ergo defeciſſet eos tormentis afficere, cunctis flentibus atque lugentibus, rurſus collecta incompoſita multitudine ad iudicium eos, imò magis ad damnationem circa portam fecit adduci. Et cum illic conſuete contra eos clamores emitterentur à Paganis atque Iudæis, & illi nollēt Arianorum

Orthodoxi ad Arianos

A

B

A norum impietatibus conſentire, ſententiam protulit uniuerſis ante tribunal eius ingemiſcentibus, ut ab Alexandria ſublati in Heliopolim Phœniciæ ducerentur: cuius habitatores ne nomen quidem Chriſti audire ſuſtinent, ſunt nanque Pagani. Quo facto iubens eos nauem conſcendere, ipſe ſtabat in portu, nudum gladium uibrans, & hoc modo illos terreri putans, qui bis acuto gladio hoſtiles dæmones crebrius uulnerauerant. Sic ergo dimiſit eos abſque ſumptibus, & abſque aliquo ſolatio, nauigare præcipiens mari ſpumante, & (ut ita dicam) nolente per ſuſceptionem uirorum iniquæ iuſsioni communicare. Ingemuit enim ciuitas uniuerſa, & hactenus lamentatur: & alij quidem ſuis manibus pectora percutiebant, alij uero manus & oculos tendebant ad cœlum, uiolentiam proteſtantes, & ueluti dicentes: Audi cœlum, & auribus percipe terra, quoniam iniuſta ſunt quæ geruntur. Cunctaque ſimul gemitu complebantur, & ueluti cantus quidam erat in ciuitate luctificus, currebatque fluuius lachrymarum. Cum igitur Iudex ille præcepiſſet, ut uela nauis tollerentur, tunc gemitus ingens uniuerſorum uirginum & mulierum, ſeniorum & iuuenum permixtus lachrymis eſt emiſſus. Cum illi ergo Heliopolim nauigarent, ubi diabolica ſuperſtitio celebratur, omnes in media ciuitate communiter & ſinguli ingemiſcentes, atque lugentes agebantur. Quibus tamen nec aperte licebat flere iuſsione urbis

B præfecti Palladij: erat enim & ipſe Paganus. Multi denique flentium arrepti, & in carcerem ducti, deinde caſtigati, lacerati, uerberati, nouiſsime in metalla ſunt traditi: uiri utique eccleſiæ, & propter diuinum zelum ualde pugnantes. Erant enim plurimi eorum monachi, eremum incolentes, numero uiginti tres: cum quibus paulo poſt Diacotius à dilectiſsimo fratre noſtro Damaſo, Romanæ ciuitatis epiſcopo deferens nobis conſolatorias communicationis epiſtolas, manibus poſt tergum uinctis, publice ab ipſis ſpiculatoribus ducebatur: ueluti aliquis reus inſignis, & homicidarum uerberibus coæquandus, lapidibusque ſimul & plumbo eius ceruicibus laceratis, ad mare ductus eſt: & ſicut illi ſine ſumptibus, ſine ullo ſolatio in metalli cum deportatus exilium. Cumque Iudex ille multos quoque infantium cruciaſſet, quidam eorum morientes, neque parentum, neque fratrum exequijs ſolennibus ſunt potiti. O multam inhumanitatem iudicantis, magis uero condemnantis. Qui enim propter pietatem decertarunt, homicidis comparari potuerunt, quorum utique corpora inſepulta relicta ſunt: pie laborantes eſcis beſtiarum uolatiliumque proiecti ſunt. Quique patribus necatorum naturalium conſcientia cōpati uoluerunt, uelut iniqui capite ſecti ſunt. Quæ lex Romanorum, quæ Barbarorum ſententia, quoslibet patribus condolentes punit? quando quiſpiam ueterum huiuſmodi geſsit iniquitatem? Iuſsit itaque Pharao, ut maſculi interficerentur Hebræorum, ſed inuidia & timor tunc protulit hoc præceptum. Quanto tamen illa quæ tunc geſta

ſunt

ſunt, humaniora modernis exiſtunt, quanto deſiderabiliora ad diſcretionem iniquitatis huius? Et licet malicia nequaquam ſeparētur alterutris, ſunt tamen incredibilia quæ dicuntur, inhumana, crudelia, ſæua, barbara, amara, ſine miſericordia, in quibus exultabant Ariani, choros agentes, cum uniuerſa ciuitas ingemiſceret. Non fuit enim domus, in qua non eſſet mortuus, ſicut in Exodo ſcribitur. Et cum hæc ita ſint geſta (non enim quieuerunt iniquitatis autores, ſed ad peiora prouecti) uſq; ad epiſcopos prouinciarū uenena propria diſperſa ſunt, habentes iniquitatis ſuæ ſolatiū Comitem largitionum, quem prædiximus Magnum. Alios etenim epiſcoporū Curiæ tradiderunt, alios diuerſis machinationibus affecerunt, uolentes uniuerſos impietatibus obligari, & ſecundum patrem ipſorum diabolum quærentes quem ſua rabie deuorarent. Super hæc autem undecim Aegyptiorum epiſcopos, uiros penè ab infantia uſq; ad ſenectutem eremum incolentes, uerboq; ſuperantes & actu libidinem, piamq; fidem ſine confuſione prædicantes, & dogma pietatis edocentes, multasq; uictorias de dæmonibus exercentes, & Arianam ſectam ſapientiſsima ratione denotātes, in exilium miſerunt in ciuitatem Iudæorum, nomine Diocæſaream. Et uelut infernus crudeliſsimus nunquam morte ſatiati fratrum, ſuæ ſæuitiæ memoriā relinquere uoluerunt. Nuper enim eccleſiæ catholicæ clericos, degentes in Antiochia cum fidelibus monachis, uolentesq; eorum ſcelera denotare, aures imperatorias inflammantes in Neocæſaream Ponti mittendos eſſe ſubornarunt. Qui puto propter inclementiā locorum, etiam uita priuati ſunt. Tales itaq; tempus illud tragœdias exercuit, ſilentio quidem & obliuione dignas, ſed literis memorandas ad obiurgationem eorum, qui contra unigenitum linguas ſuas exacuerunt. Hi nanq; rabie coarmati blaſphemiæ, nonſolum dominum omnium iaculari nituntur, ſed etiam contra eius famulos bellum ſine ullo fœdere ſuſceperunt.

Magnus, Comes largitionum

Vndecim epiſcopi Aegyptij in Diocæſareā relegati

ELENCHVS

A ELENCHVS CAPITVM LIBRI

OCTAVI HISTORIAE ECCLESIAST. quam Tripartitam uocant.

De conuerſatione, miraculis, & reſponſionibus, uel ſcriptis diuerſorum monachorum, necnon epiſcoporum. Caput 1
Quod Ariani Conſtantinopoli comprehendentes orthodoxos, multos in naui concremauerint. Cap. 2
Quod Valens Paganis, Iudæis, & hæreticis tribuerit poteſtatem ſuas feſtiuitates agēdi, & orthodoxos ubiq; prohibuerit, & de Flauiani Diodoriq; uirtutibus. (Cap. 3
De laudibus Aphraatæ monachi, & qua fiducia Valenti reſponderit. Cap. 4
De Iuliano monacho. Cap. 5
De Acepſema, & aliis Cap. 6
De malis, quæ ſub Valente in Alexandria & per Aegyptū geſta ſunt. Cap. 7
De Didymo & ſcriptis eius. de Gregorio Pontico, eiusq; miraculis. Cap. 8
Quod Nouatiani feſtiuitatē Paſchæ mutauerint, & de ſchiſmate inter Corneliū Romanum epiſcopū, & Nouatū facto, pro recipiendis errantibus. Cap. 9
De Damaſo & Vrſitio, qui Romæ epiſcopi pariter ordinati ſunt. Cap. 10
De fine Valentiniani maioris, & auſpiciis Valentiniani minoris: & quō Iuſtinā matrem eius Valentinianus uiua priori coniuge duxerit uxorem. Cap. 11
B Quod Themiſtius philoſophus Valentem ab orthodoxorum nece auocarit. Cap. 12
Quemadmodum ſe Gothi contulerint ad Valentem, & quomodo ad Gothos peſtis Ariana peruenerit. Cap. 13
De reuerſione Petri epiſcopi ad Alexandriam, & de eius morte, & ſucceſsione Timothei. Cap. 14
Quomodo Valens cōtra Gothos pugnando ſit deuictus, ac mortuus. Cap. 15

HISTORIAE ECCLESIASTICAE

QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBER OCTAVVS.

SOCRATES. Cap. 1

EO TEMPORE fuit Arſius Monaſterij præſul. Is delin- *Arſius*
quentes iuuenes non excōmunicabat, ſed magis ætate
prouectos. dicebat enim: Iuuenis excommunicatus ſpernit, prouectus uero uelociter excōmunicationis dolore corrigitur. Alius nomine Pior ambulans comedebat. *Pior*
Conſultus autem cur ita comederet: nō, inquit, uolo ueluti neceſſarie uti cibo, ſed tanquā extraneū aliquid agere. Pro qua re etiam ab alio rogatus ait: Vt ne dum comedo, anima uoluptatem ſentiat corporalem. Iſidorus dicebat quadrageſimū ſe annum habere, ex quo ſentiret qui- *Iſidorus*

dem mente peccatum, non tamen conſentiret uel cōcupiſcentiæ uel furori. A
Pambus Pambus autem cum ſine literis eſſet, acceſsit ad quendam ut doceretur pſalmum. Qui quum audiſſet primum uerſum triceſimioctaui pſalmi: Dixi, cuſtodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea: ſecundum uerſum non paſſus eſt audire, dicens: Si potuero opere hoc implere: hic uerſus tantummodo mihi ſufficiet. Cumq́ doctor qui ei tradiderat uerſum, culparet quur per ſex menſes ad ſe minime ueniſſet, reſpondit: Quia uerſum illum adhuc opere non impleui. Poſtea uero cum multos ſuperuixiſſet annos, à quodā noto rogatus an didiciſſet uerſum: Quadraginta & nouem, inquit, annis uix eum implere ualui. Huic itaq; quodam aurū dante ad cibaria pauperum, & dicente: numera. ille reſpondit: Quod dediſti non eget numero, ſed bono affectu. Is Pambus Athanaſio epiſcopo precante, ab eremo deſcendit in Alexandriam. Cumq́ uidiſſet ibi mulierem Theatralem, fleuit: & à præſentibus rogatus quare ploraret: Duæ, inquit, me res mouerunt: una, quæ eſt illius perditio: altera uero, quod ego non tantum ſtudeo placere deo, quantū hæc ut turpibus placere poſsit hominibus. Alter quidam dicebat: Monachus niſi operatus fuerit, uiolento iudicatur æqualis. Piteri-
Piterius us multas expoſitiones naturales adhibebat, & frequenter alijs alia requirentibus enarrabat. Per ſingulas autem explanationes orabat. Id temporis inter monachos fuerunt duo uiri deo amabiles, nomine uterq; Maca- B
Macarij duo rius: unus ex Aegypto ſuperiore, alter Alexandrinus. Ambo de multis rebus inſignes, propter abſtinentiam, conuerſationem, mores atq; miracula, quæ eorum manibus agebantur. Aegyptius itaq; Macarius tantum morborum depulit, & tantum dæmonum effugauit, ut ex eius operibus liber proprius expleatur. Erat autem reuerendus, & circa delinquentes ſeuerus. Porrò Macarius Alexandrinus cum ſimilis eſſet Aegyptio per omnia, in hoc uariabat, quod circa cōſulentes hilarior apparebat, & uultu lætifico ad
Euagrius conuerſionem iuuenes inducebat. Horum diſcipulus Euagrius philoſophiam opere rebusq́ poſſedit, prius ſermone ſolummodo philoſophatus, & in urbe Conſtantinopoli à Gregorio Nazanzeno diaconus ordinatus: deinde cum eo deſcendens in Aegyptum, & prædictos uiros inſpiciens, conuerſationem eorum æmulatus eſt: tantaq; miracula in eius manibus facta ſunt, quanta in præceptorum eius. Conſcripſitq́ libros ualde neceſſarios, quorū unus quidem μοναχικὸς inſcribitur: & eſt de Actuali. Alius cognitionalis, ſecundum quod quiſpiā cognitione fit dignus: huic capitalia ſunt quinquaginta. Alius uero Contradictorius, ex diuinis ſcripturis collectus, contra dæmones tentatores: partibus octo diuiſus eſt, ſecundum numerū octo cogitationum. Et ſexcentæ propoſitiones ad contemplationem pertinentes, quas γνωστικὰ προβλήματα, id eſt, Cognitionales propoſitiones denominauit. Inſuper & uerſuū opera duo: unū quidem ad monachos in

cœnobijs

A cœnobijs uel itineribus conſtitutos: & unum ad uirgines: quæ quàm mira, quamq́ neceſſaria ſint, legentes intelligunt. Sed opportunum eſt, ſicut arbitror, pauca eius dicta de monachis ac ſcriptura referri. Sic em̃ ait: Neceſſarium eſt enim uias inquirere recte præcedentium monachorum, & ſecundum eas exerceri. Multa enim inueniuntur ab eis dicta bene ſimul & acta. Inter quos etiam hoc ait quidam: Quod ſicca & non inæqualis diæta charitati coniuncta, cito perducit monachum ad impaſsibilem portum. Is autẽ cum uidiſſet quendam fratrem phantaſiis nocte turbari, hoc modo curauit eum, præcipiens, ut languentibus cibos ieiunans miniſtraret. Vnde interrogatus: Nihil, inquit, ſicuti miſericordia huiuſmodi paſsiões extinguit. Quidam tunc philoſophorum acceſsit ad iuſtum Antoniũ, dicens: Quomodo ſufficis, ó pater, codicum conſolatione priuatus? Ad quem Antonius: O, inquit, philoſophe, meus codex natura creaturarũ eſt, & adeſt cũ uoluero, uerbaq́ mihi relegit dei. Interrogauit me uas electionis Macarius ſenex Aegyptius, dicens. Quare mali memoriam aduerſus homines retinẽtes, memorabilem uirtutem animæ diſsipamus? Contra dæmones autem habentes mali memoriã, innoxij permanemus? Cumq́ in quæſtione huius interrogationis hæſiſſem, rogaui eum explanare ſermonem. At ille: Prima, inquit, paſsio furoris contra naturam, conſequẽs uero ſecundum naturam.

B In ipſo feruenti meridie perueni ad ſanctum partem Macarium, & ſiti uehementer accenſus, aquam ut biberem poſtulaui. At ille: Vmbra, inquit, tibi ſufficiat. multi nanq́ nunc iter agentium aut nauigantiũ etiam hac releuatione priuantur. Deinde cum apud eum uerba de abſtinẽtia exercerem, cõfide, inquit, fili: per uiginti annos neq́ pane, neq́ aqua, neq́ ſomno ſum ſatiatus. Panem nanq́ meũ in pondere comedebam, aquã uero bibebam cum menſura, parietibus autem inclinatus ſomni paululum capiebam. Cuidam monachorũ nunciata mors patris eſt: at ille nuncianti, ceſſa, inquit, & blaſphemare noli: meus enim pater immortalis exiſtit. Quidã fratrũ euangelium ſolummodo poſsidebat, quod uendẽs pauperibus erogauit, dignũ proferẽs memorandumq́ ſermonem: Ipſum, inquit, uerbũ uendidi, quod mihi ſemper dicit: Vende omnia tua & da pauperibus. Eſt quædam inſula circa Alexandreiam trans paludem Mareiæ, in qua habitabat monachus contemplantibus approbatiſsimus, qui dixit: Omnia quæ geruntur à monachis agi propter cauſas quinq́, id eſt, propter deũ, propter naturã, propter cõſuetudinem, propter neceſsitatem, propter opus manuum. Idem dicebat unam quidem naturæ eſſe uirtutem, ſed eam diuerſas ſpecies ſumere per animæ qualitates. Nam & lumen, inquit, ſolis cum ſine ſpecie ſit diuerſa feneſtris tamen per quas ingreditur, ſchema quoddam uariũ facere uidetᷣ. Alius porro monachus, propterea, inquit, abſcindo libidines, ut auferã furoris occaſiones. Noui enim furorẽ ſemper pro libidinibus litigare, mẽtem

meam turbare, ſcientiam perſequentem. Quidam ſenum dicebat: Chari- A
tas depoſitũ ciborum aut pecuniarum ſeruare nõ nouit. Idem dicebat: Ne-
ſcio me in eadem te à dæmonibus fuiſſe deceptum. Hæc igitur Euagrius in
libro ſuo Actuali cõmemorauit. In contemplatiuo aũt hæc dicit: Quatuor
uirtutes & contemplationes earum à Gregorio iuſto eſſe didicimus, pru-
dentiã, fortitudinem, temperantiã, atq; iuſtitiam. Prudentiæ quidem opus
eſſe dicebat, contemplari intellectuales ſanctasq; poteſtates abſq; ſermoni
bus, quippe quos ſapientia ſignificari contradidit. Fortitudinis autem, per-
durare in ueritate, licet quiſpiam debelletur, & non accedere ad ea quę nihil
ſunt. Temperantiæ ueto propriũ hoc eſſe reſpondit, ſuſcipere præmia agri-
colæ ſemina, & ea plantare conuenientet. Porro Iuſtitiæ opus, ut pro meri-
to ſingula cuiq; uerba reddantur: alia quidem obſcure pronuntiata, alia æ-
nigmatibus indicata, quædam uero propter utilitatem ſimpliciũ aperte di-
Baſilij Magni memoranda ſententia ſpoſita. Columna itaq; ueritatis Cappadox Baſilius ait: Humanã ſcientiã
reddit crebra meditatio & exercitatio meliorẽ: eam uero quæ gratia dei con
ceditur, iuſtitia, patientia, atq; miſericordia. Et humanã quidem etiã paſſi-
biles ſuſcipere poterũt, diuinæ impaſſibiles tantummodo ſunt capaces: qui
etiam orationis tempore proprio mentis lumine reſplendentes ſeipſos in-
ſpiciunt. Aegyptiorũ uero ſacratiſſima lux Athanaſius ait: Præcepit Moy
Athanaſii ſes menſam contra Aquilonis conſtitui partem. Quamobtem cognoſcãt B
contemplatiui, quis cõtra eos ſpiret, & omnem tentationem forti mente ſu-
ſtineant, & cum alacritate ad ſe accedentes enutriãt. Thmuiranorũ eccleſiæ
Serapionis angelus Serapion dicebat: Mens quidem ſpirituali intellectu potita, perfe-
cte purgatur. Charitas aũt curat membra furore tumentia: iniquas cõcupi-
ſcentias & influentias continentia retinet. Maximus contemplationum do
Didymi ctor Didymus ait: De prouidentia atq; iudicio apud temetipſum ſemper
exerce ſermones, & ſtudiorũ materiam memoria retine. Penè enim omnes
in his peccamus: rationemq; iudicij in corporũ differentia, in qua etiam eſt
mundus, inuenies: prouidẽtiæ uero, in modis quibus à malitia uel ignoran-
tia ad uirtutes atq; ſcientiæ culmen euehit. Hæc itaq; ex Euagrij dictis te-
tulimus. Fuit aũt & alius uir mirabilis inter monachos, cui nomen Ammo-
nius, qui adeo ſine ulla curioſitate fuit, ut cũ Athanaſio Romã ueniens, nul-
lum opus ciuitatis inſpiceret, niſi tantum uideret Petri & Pauli baſilicas. Is
Ammonius Ammonius ad epiſcopatũ tractus, atq; diffugiens, dexterã ſibi amputauit
autem, ut mutilo corpore ordinationis opus effugeret. Cumq; poſteriori
tempore etiã Euagrius à Theophilo Alexandrino pontifice ad epiſcopatũ
uocatus, nihil amputãs de corpore ſuo fugiſſet, ueniens ad Ammoniũ cum
ioco dicebat, male eum feciſſe aurem amputando, & de eo reũ exiſtere. Ad
quem Ammonius: Tu, inquit, Euagri, ignoras te puniendum quod abſci-
deris linguã: & ne tibi arrogare uidearis, nõ uteris gratia dei. Plurimi porro

eo tempore

A eo tempore digni fuerunt uiri, quorũ ſi quis uelit uerba miraculaq́ꝫ cognoſcere, & quemadmodũ illis fuerint etiã beſtiæ ſubiugatæ, librũ legat Palladij monachi, qui diſcipulus fuit Euagrij. Omnia nanq́ꝫ de iſtis ſubtiliter explanauit, in quo etiã fœminarũ imitationem cõuerſationemq́ꝫ cõmemorauit. Euagrius uero atq́ꝫ Palladius mortuo Valente paulo poſt floruerunt. *Palladius uitas monachorum ſcripſit*

SOZOMENVS

Huius temporis eſt, ut quos potero cõmemorem, qui ſunt in illo tempore inter Chriſtianos philoſophati. Quorum unus quidem in Aegypto Ioannes, cui futura & alijs incerta, deus non minus quàm antiquis Prophetis reuelauit, donumq́ꝫ dedit, ut curaret inſanabiles morbos. Is à iuuentute laudans deũ, degebat in ſolitudine, comedebatq́ꝫ herbas & radices, bibebatq́ꝫ aquam ſi cõperiſſet. Cumq́ꝫ ueniſſet ad ſenectutem, diuina iuſsione migrauit ad Thebaida, & multorũ monaſteriorum factus eſt præſul. Qui oratione tantummodo morbos & dæmones effugabat: & cum literas non didiciſſet, ad rememorandum aliquid codicibus non egebat: quia quicquid ſemel mente percepiſſet, ſub ueritate retinebat. In hac quoq́ꝫ regione philoſophabatur Ammon Tabenenſium Præſul, circiter tria milia diſcipulorum habens, Nõ minus quoq́ꝫ & Theonas: multorũ Præſides fuere monachorum: ambo operatores ſtupendarũ rerum, & diuina prouidentia prophe- *Ioannes Aegyptius* *Ammon*

B tiaq́ꝫ completi. Fertur autẽ Theonam eruditum Aegyptiarũ, Græcarum, Latinarumq́ꝫ literarũ fuiſſe, & triginta annis habuiſſe ſilentiũ. Porrò à nullo hominum uiſum iraſcentem, aut iurantem, aut mentientem, aut uanũ aliquid, aut aſperum uel infirmũ protuliſſe ſermonem. Ea tempeſtate fuerunt Copras & Hellen, necnon Helias. Copras quidem, ut aiũt, diuinũ habuit donum, ſanitatẽ conferendi depulſis morbis, & dæmones expellendi. Hellen uero à paruulo nutritus in monaſterio, plurima inſolite miracula faciebat, ita ut etiam ignem in ſinu portaret, & nequaquam eius ueſtis arderet. Verũ Helias tunc quidem non procul ab Antinoo ciuitate degebat in eremo, agens annum ætatis circiter centeſimum atq́ꝫ decimum. Antea tamen penè ſeptuaginta annis ſolus uixerat in ſolitudine: & ad hanc ætatem ieiunando & uiriliter conuerſando peruenit. Fuit etiã Apelles in Aegypto ex fabro ferrario, qui cum aliquando per noctem hoc opus exerceret, umbra dæmoniaca ueluti mulier ſpecioſa cum de caſtitate tentabat. At ille ferrum quod elaborabat, ex fornace trahens, eam percuſsit in faciem. Tunc ille ſtridens & ingemiſcens, procul effugit. Inter hos etiã Iſidorus fuit, qui undiq́ꝫ monaſteriũ muniens, curabat ut nullus egrederetur, ſed omnia neceſſaria haberet intus. Necnon Serapion circiter decem milia ſub ſe monachorum habens, quos omnes ſic educabat, ut ex proprijs ſudoribus neceſſaria compararet, & alijs miniſtraret egentibus. Dioſcorus quoq́ꝫ non amplius centum monachis præſidebat. Qui cũ presbyter eſſet ſacrificia faciẽs, omnem *Theon* *Copras* *Hellen* *Helias* *Apelles Aegyptius* *Iſidorus* *Serapion* *Dioſcorus*

A corpore nō curarent,quia etiam cum ſanum,inquit,eſſet,nihil profuit mihi. Marcum in Schyti degentem, ferunt etiam in iuuentute ualde fuiſſe manſuetū & ſapientem, memoriacꝗ ſcripturarum diuinarum ſatis idoneum, & adeo deo amabilem,ut cum ad dominicū corpus accederet,angelus ei ſacramenta præberet, cuius manuum uſcꝗ ad iuncturā brachij tantūmodo ſe dicebat inſpicere. Macario uero datum eſt,ut ſaperet ultra dęmones. Huic occaſio conuerſionis cōmiſſum homicidium fuit. Nam cum puer eſſet,& oues paſceret circa Mareiam paludem,ludens quędam coętaneum interemit, & metuens fugit in ſolitudinem. Qui cum tribus annis ſub diuo moraretur, poſtea paruum hoſpitium fecit ſibi, in quo annis uigintiquincꝗ moratus eſt. Equidem plurimi ſe eum audiſſe dicebant, gratias illi calamitati referentem, & ſalutiferum uocantem illud homicidium non ſponte commiſſum, quod ei beatitudinis cauſa extitiſſet. Apollonius autem cum per omne tempus uitæ nihil uitæ monachicæ didiciſſet, ſciens quia nec ſcribere, nec artem iam exercere poſſet propter ætatem, omnia medicamina & cibaria oportuna laborātibus ex proprijs pecunijs cōparabat,ſingulaſcꝗ ianuas monaſteriorum à matutino circumibat uſcꝗ ad horam nonam uiſitando languētes, & miniſtrando quo indigerent. Qui moriturus, alteri tradidit quod habebat, iubens ut talia uota ſeruaret. Moſes autem quum ſeruus eſſet,propter

B culpam expulſus è domo eſt: qui latrocinio deditus, homicidia multa cōmiſit. Poſtea uero conuerſus,repente huiuſmodi philoſophiæ uirtute repletus eſt. Cumcꝗ pro prioris uitæ feruore phantaſiis adhuc libidinum moueretur, multa abſtinentia domabat corpus ſuum, panem ſolummodo comedens, & multum operis efficiens. Sex autem annis per totam noctem ſtans orauit, necꝗ genibus inclinatis, necꝗ oculis ſomno clauſis. Inſuper etiam noctu circumibat cellulas monachorum, & lagenas ſingulorum aqua implebat, cum procul aut decem, aut uiginti, aut triginta ſtadijs aqua manaret. Qui licet ita domaret corpus, priorem tamen ualetudinem non amiſit. Fertur enim cum quatuor latrones eius inuaſiſſent hoſpitium, comprehendiſſe omnes atcꝗ ligaſſe, ſuiſcꝗ humeris impoſitos ad eccleſiam perduxiſſe, in uoluntate monachorum ponens, quid de illis facere uellent. Fuit ergo in ſumma philoſophia et terribilis dæmonibus,& presbyter in Schyti cōſtitutus. Vixit annis penè ſeptuagintaquincꝗ. Sub hoc igitꝰ imperio fuit Paulus de Libya in Schyti,non pauciores quingentis monachos habens. Nihil autem operabatur necꝗ percipiebat, niſi quod comederet tātum. Orabat aūt ſolummodo:& ueluti quoddā tributum habens impoſitum, trecentas orationes de uno quocꝗ die reddebat. Et ne numero fortè delinqueret,trecētos lapides deponebat, & ſingulis orationibus lapidem mittebat in ſinum. Expenſis uero lapidibus, orationes ſciebat eſſe cōpletas. Tum etiā Pachomius abbas in Schyti florebat, à iuuentute uſcꝗ ad ſenium optime conuerſatus

Marginal notes: *Marcus* — *Macarius* — *Apollonius* — *Moſes* — *Paulus Libys* — *Pachomius*

tus. Quem neqꝫ circa corporis ſanitatem, neqꝫ circa animæ paſſionem dæ- A
Stephanus monachus mon aliquando decepit. Stephanus aũt circa Mareoten habitauit, perfecte degens & integra cõtinentia. Qui circa ſexaginta annos probatiſsimus monachus fuit, & Antonio magno notiſſimus. Fuit itaqꝫ manſuetus & ſapiẽs, loquutione ſuauis & utilis, triſtantiũ conſolabatur animos, & alacritatem reuocabat, licet neceſſaria tribulatio accideret. Talis etiã erat in cladibus proprijs. Deniqꝫ quum infirmitatẽ incurabilẽ incurriſſet, & medici putria membra eius incidiſſent, ille manibus tamen operabat̃, palmarum plectẽs folia, & præſentibus perſuadens, ut de rebus huiuſmodi non dolerẽt, neqꝫ aliud cogitarent niſi de bono fine: Deus, inquit, quæ fecit, cuncta utilia ſunt. Ego autem noui huiuſmodi morbos propter peccata accidere. Et melius eſt hic pœnas ſoluere, quàm poſt mortem perpetua ſupplicia ſuſtinere. Pior autẽ
Pior quum de domo patris ad philoſophiam conuerſionis exiret, promiſit denuo nullum ſe propinquorum fore uiſurum. Poſt quinquaginta uero annos quum eius ſoror ipſum uidere uellet, & habitare in eremo cognouiſſet, non ceſſabat donec eum inſpiceret. Quam dum epiſcopus loci iam grandæuam propterea uideret affligi, ſcripſit præſulibus eremi ut Piorem mitterent. At ille, quoniam reluctari nephas eſt iuſsionibus ſeniorum, obediens, & aſſumens quendam uenit ad patriam. Quumqꝫ ad ianuam domus ſuæ acceſsiſſet, & ſuum nuntiaſſet aduentum, ueniente germana clauſis oculis B
dixit: Ecce ego ſum Pior, quantumuis aſpectu ſatiare. Tum illa gratijs actis laudauit deum. At ille oratione facta redijt ad eremum, ubi fodiẽs aquam, inuenit amaram, eaqꝫ uſus eſt uſqꝫ ad ultimum uitæ diem. Poſt cuius obitum nullus illic habitare potuit. Ego autem reor, quod per orationem, eam ad ſuos uſus fecerit dulcem, quum etiam alibi non extantem oratione meruerit elicere. Nam quum Moyſes & eius monachi puteũ aliquando foderent, & nec uenã aliquam reperirent, nec amplius fodere altitudo permitteret, medio die ſuperuenit Pior, & oratione facta deſcendit in foueam. Quumqꝫ tertio percuſsiſſet terram, mox emanauit aqua. Quum uero oratione facta diſcederet, illis eum perẽtibus ut uel ex aqua guſtaret: Ad illud,
Ammonius inquit, miſſus ſum, & propter quod ueni peractum eſt. Ammonium autem ferunt ualde eruditum, Origenis Didymiqꝫ diſcipulum à iuuentute uſqꝫ ad nouiſsimũ diem præter panem aſſum nihil aliud comediſſe. Hunc dum uoluiſſent quidam ad epiſcopatum pertrahere, nec ille poſſet eos ſermonibus auertere, abſcidit propriã aurem, dicens: Iam ne uolentem quidem me quiſquam patitur ordinari, quum eccleſiaſtica regula corpore perfectos exquirat. Proinde diſcedentibus illis, & denuo redeuntibus atqꝫ dicentibus, quod morum perfectionem potius eccleſia quàm corpus exquirat, iurauit etiam linguam ſuam abſciſſurum, ſi ei uim niterentur inferre. Quo audito,
Euagrius qui uenerant, receſſerunt. Eo porrò tempore fuit Euagrius uir eloquentiſſimus

A ſimus atq; mitiſsimus, à Gregorio epiſcopo Nazanzeno decēter eruditus,
cuius etiam fuit Archidiaconus. Ferunt enim eum aſpectu pulcherrimum,
& circa cultum ueſtitus ornatum. Quumq́; eum quidā Senator zelotypus
uxori ſuæ cognouiſſet eſſe notiſsimum, ei mortis parabat inſidias: quæ ad
effectum peruenire potuiſſent, niſi eum quædam terribilis & ſalutaris uiſio
præmonuiſſet. Vidit enim in ſomnis quaſi pro crimine fuiſſet comprehen-
ſus, ferroq́; uinctis pedibus manibusq́; ad ſupplicium duceretur. Quod
quum fieret, quidam protulit euangelium, & promiſit eum de uinculis eſſe
ſoluendum, ſi ab urbe Conſtantinopolitana diſcederet: idq́; compulit ſibi
iureiurando promitti. At ille tactis euangelijs, hoc ſe completurum promi-
ſit: & uinculis ſolutis experrectus eſt, ac ſacræ credens uiſioni pericula decli-
nauit. Tum ab urbe Conſtantinopolitana uenit in Hieroſolymā. Fuerunt
etiam in Rinocorata non peregrini, ſed prouinciales uiri philoſophiaq́; flo-
rentes. Inter quos fertur Melas epiſcopus huiuſmodi fuiſſe benignitatis. *Melas*
Quum miſſi fuiſſent qui epiſcopos reſiſtētes Ario, deportarent in exilium,
uenerunt ad huius eccleſiam. Quem cum inueniſſent ueluti ultimum mini-
ſtrum candelas eccleſiæ pręparantem, interrogauerunt ubi eſſet epiſcopus.
At ille: Ego, inquit, de uobis epiſcopo nuntiabo. Tum ex itinere fatigatos
ad epiſcopium duxit, & appoſita menſa pauit ut ualuit. Poſtea, miniſterio
B completo ciborum, dixit ſe eſſe epiſcopum. At illi mirati uirum, cauſas ape-
ruerunt: & reddita reuerentia ei, dederunt fugā. Tum ille: Non, inquit, de-
clinabo quod mei ſimiles libentiſsime ſuſceperunt, ſed uolens exilij præce-
pta ſuſcipio. Huius frater Salomon ex negotiatore cōuerſus, ad magnum *Salomon*
philoſophiæ culmen euectus eſt. Hoc tēpore Epiphanius, qui poſtea Cy- *Epiphanius*
pri fuit epiſcopus, inter eremitas maximus habebatur. Fuit etiam in Carris
Protogenes epiſcopus poſt Vitum, qui (ut ferunt) ſibi profeſſus eſt in domi- *Protogenes*
ni Epiphania reuelatum, quod uidiſſet Imperatorē Conſtantinum, quēad *Vitus*
modum ei deus futura monſtraret, & iuberet ut quod ei diceret, obediret.
Apud hos itaq; tanta abſtinentia uigebat, ut propter multa ieiunia dentes
eorum uermibus ebullirent. Alium uero quendā uſq; ad octoginta annos
panem ferunt penitus non guſtaſſe: Heliodorum plurimas inſomnes du- *Heliodorus*
xiſſe noctes, ieiunioq́; ſeptenos continuaſſe dies. Multi quoq; apud Palæ-
ſtinam & Syriam atq; Perſas fuere monachorū, quorum ſi uel nomina cō-
ſcribere quiſpiam uoluerit, multos libros implebit.

THEODORETVS Cap. II

EO uero tēpore in Conſtātinopolitana urbe cōprehendentes Ariani *Ariani ortho-*
quoſdā religionis piæ presbyteros, eosq́; mittentes in nauim inermē, *doxos exurūt*
& trahentes in pelagus, alijs uidelicet in altera naue ſequentibus, immiſſo
igne cremauerunt. Quo facto, ſancti uiri cum igne atq; mari pugnātes, no-
uiſſime ſunt abſorpti, & triumpho martyrij coronati. Cap. III

IN Antiochia uero Valens plurimo tempore cõmoratus, omnibus licen- A
Valētis Aug. impietas. Gentiles apud Antiochiam tiam dedit Gentilibus atq; Iudæis, necnon hæreticis. Nam & Gentiles ſe ſtiuitates agebant dæmonibus miniſtrãtes, & poſt Iulianũ à Iouiniano ido lolatriæ uanitates extinctas, florere rurſus iſte permiſit: & Iouis cultum atq; Dionyſii, ſacraq; Cereris iam non in occulto tanq; ſub pio Imperatore ce lebrabant, ſed per mediã plateam bacchantes ubiq; currebãt. Illis tantũmo do tunc princeps erat inimicus, qui apoſtolicam doctrinam prædicare uide bantur. & eos primũ quidẽ à ſacris baſilicis fecit expelli: quibus Iouinianus inclytus Imperator nouã dederat eccleſiam. Cumq; in monte ſacra celebra rent, hymnis laudantes deũ, & diuinis illic eloquijs perfruẽtes, licet aeris ad uerſitatem ſæpius ſuſtinerẽt, aliquando pluuijs, aliquando niuibus, aliquan do gelu, frequenter ignis ardore macerati, ne in huiuſmodi quidẽ locis laudi
Flauianus Diodorus Melitius Antiochenus bus diuinis eos frui permiſit, ſed miſsis militibus effugauit. Tunc Flauianus atq; Diodorus, ueluti quædã propugnacula, iaculis imminentibus reſiſte bant. Nam cum Melitius ipſorum paſtor ſeorſum degere cogeretur, iſti cu ram gregibus adhibebant, lupis quidẽ obijcientes propriam fortitudinem & ſapientiam ſuam, ouibus aũt curam cõgruam iugiter afferentes. De mon tanis autem locis expulſi, contra ripas uicini fluminis paſcebant oues. Non enim patiebantur ſecundum Iſraelitas captiuos in Babylone organa ſua ſu ſpendere, ſed laudabant creatorẽ & largitorem deum in omni loco domina B tionis eius. Sed neq; in hoc loco cõcilium piorum quietum eſſe permiſit ho ſtis ſeruorum Chriſti. Veruntamẽ concordia illorum mirabilium paſtoris magni diſcipulorũ ad exercitium ſanctas oues enutriens, ſpiritualia paſcua
Diodorus miniſtrabat. Et Diodorus quidem ſapiẽtiſſimus atq; fortiſsimus, uelut qui dam fluuius perſpicuus atq; torrens, oues quidem proprias irrigabat, lupo rum uero blaſphemias penitus abluebat: & generis ſui nobilitatẽ ſpernens, libẽter ſuſtinebat quamlibet pro fide calamitatem. Flauianus uir optimus,
Flauianus & ipſe, genere nobiliſsimus, honeſtatem ſolam iudicabat eſſe pietatem, & uelut puer exercitatus, maximum Diodorum quaſi quendam infinitorum certaminum ungebat athletam. Illo nanq; tempore non concionabatur in ter eccleſiaſtica collegia, ſed hoc agentibus multa ſubſidia conferebat conſi liorum, & ſcripturarum, & expoſitionum. Et doctores quidem contra Aria nas blaſphemias tendebant arcus: iſte uero uelut ex quibuſdam pharetris ſuæ mentis ſagittas congruas efferebat, & non ſolum domi, ſed etiam publi cè hæreticis reſiſtens, retia eorum facilius perrumpebat, & illorum argumen ta oſtendebat eſſe telas aranearum. Cap. IIII

Aphraates CVm his etiam laborabat Aphraates, cuius conuerſationem alio loco prodidimus. Is enim ouium ſalutem ſuæ quieti præponens, & ſpelun cam deſerens propriam, paſtorales ſudores aggreſſus eſt. Quantas uero uir tutis diuitias congregatit, nunc referre ſuperfluum eſt. Vnum tantũmodo eius

A eius debet dici,quod huic hiſtoriæ ualde congruit. A Boreæ parte fluuius currit Orontes circa palatium: à meridie uero eſt maxima porticus, undiq; turres excelſas habens.Inter palatium uero & flumē platea eſt,quæ egredientes ex urbe mittit ad ſuburbanos agros. Per hanc plateam quum tranſiſſet Aphraates, ad hoſtilia certamina properabat ut ſacris ouibus curam neceſſariam exhiberet. Hunc de palatio reſpiciens Imperator,uiliſsimo pallio uidit indutum & in longæua ſenecta celeriter properātem. Quumq; dixiſſet quidā iſtum eſſe Aphraatem, à quo ciuitas uniuerſa pēderet,dicit ei Imperator: Dic mihi quò uadis. At ille ſapienter reſpondit & cōgrue:Pro tuo, inquit,oraturus imperio. Tunc Imperator: Oportebat te domi, inquit,orare ſecundum monadicum morem. At ille ſanctiſsimus: Optime, inquit,dicis: ſi ſic quoq; permitteres, hoc me facere oportebat. Et hoc hactenus egi, quandiu Chriſti oues pace priſtina fruebantur. Quia uero tumultu maximo commouentur,& periculi onus impendet,ne captiuę teneantur,neceſſe eſt quouis diſcurrere, easq; à neceſsitate ſaluare. Sed dic mihi ſereniſsime Imperator: Si puella eſſem in cubiculo reſidens, & lanæ uacans, uideremq; paternā domum ignibus cōcremari,quid me facere deceret? ſedere intus & ardentē contemnere domum,an certe diſcurrere ubi aquam ferrem,& flammas extinguerem? credo te dicere hoc potius fuiſſe faciendum:id enim puel

Orontes flum.

Valens Aug. ad Aphraatem

B læ ſapiētis eſt opus. Hoc ergo nunc agitur Imperator. Te nanq; in paternā domū noſtrā mittente flammas, diſcurrimus ut eas uelociter extinguamus. Hæc illo dicente interminatus eſt quidem, ſed tacuit Imperator. Vnus uero cubicularius Imperatoris aſpere reſpondens uiro ſanctiſsimo huiuſmodi cladem noſcitur pertuliſſe. Is enim habebat balnei curam:quò poſt hæc uerba deſcēdens,ut Imperatori pararet ingreſſum,& mente perculſus in aquā feruentē deſcendit,ibiq; defunctus eſt. Sedebat Imperator expectās, ut eo renunciante lauaret: eoq; tardante, miſit alios uiros qui morarétur. At illi ingreſsi,uiderunt eum in ſolio feruente defunctum atq; ſolutū. Quod cum nunciatum fuiſſet Imperatori,cognouerunt uirtutem orationis Aphraatæ, non tamen ab impijs dogmatibus receſſerunt, ſed ſecundum Pharaonem induratum eſt cor eorum.

Cap. v

HAc tempeſtate Iulianus ille famigeratus ſolitudine relicta uenit Antiocheiam. Nam cum hæretici ſoliti facile ſarcire mendacia, hunc uirum ſuæ dicerent eſſe prauitatis,miſerunt ad eum lumen ueritatis Flauianus atq; Diodorus,pariter et Aphraates Acacium uirtute florentem,qui poſtea Beroeæ fuit epiſcopus, rogantes ut multis hominum milibus ſubueniret,& ad uerſariorum fallaciā redargueret, ueritatisq; dogmata confirmaret. Is ergo uir ſanctiſsimus, & ueniēdo & reuertēdo, & in ipſa maxima ciuitate, quāta miracula fecerit, in hiſtoria deo amabili à nobis cōſcripta retulimus. Quod uero totius populus ciuitatis ad collegia noſtra conuenerit, nullum ſeculum dubitare

Iulianus anachorita

dubitare confido. Res enim inopinabiles ad ſe probantur uniuerſos attrahere. Sed quod maxima miracula ille uir operatus ſit, etiam ueritatis hoſtes nequeunt denegare. Hoc enim in Alexādreia tēporibus Cōſtantij fecit magnus Antonius. Deſerens enim ſolitudinē, totas circumibat urbes, ſatisfaciens uniuerſis, quod Athanaſius doctrinæ Apoſtolicæ prædicator extaret, & hoſtes eſſent ueritatis participes Arij. Sic igitꝰ ſciebāt illi ſacratiſsimi uiri, quid tēpori unicuiq; congrueret, & quando opus eſſet frui quiete, quando neceſſarium ſolitudini præponere ciuitates.

Antonius

Cap. VI

FVit porrò illo tempore in Cyreſtenſium eremo famigeratus ille Acepſemas in cella recluſus, & ſexaginta annis neque uiſus neque locutus. Zeugmatius quoq; ille admirabilis, qui licet oculorum acie priuaretur, omnia tamen circumibat, confortās oues, lupiſq; reſiſtens. Propter quam cauſam monachicam eius cellulam concremauerunt: ſed Traianus magiſter militum fideliſsimus aliam ei extruxit, multoq; eum fouit auxilio. Hoc quoq; tēpore fuit Ephræm in Edeſſa, in Alexandreia uero Didymus. Et Ephrem Syra uſus lingua, ſpiritalis gratiæ radios emittebat. Qui licet neſciret doctrinam Græcam, multos Græcorum eruditoſq; redarguit, & totius hæreticæ prauitatis infirmitatem nudauit. Et quoniam tunc Harmonius Bardiſanæ quædam cantica componēs, & impietatem melodicæ ſuauitati permiſcens illiciebat audientes, & ad perniciem uenabatur: iſte ſumens inde harmoniam, pietatem cantilenæ permiſcuit, & audientibus ſuaue admodum & utile medicamen appoſuit: quæ cantica triumphatorum Martyrum feſtos dies etiamnum efficiunt clariores.

Acepſemas. *Zeugmatius* *Ephræm* *Armonius Bardiſanæ F.*

SOCRATES. Cap. VII

CVm igitur Imperator Valens lege præcepiſſet perſequēdos eſſe in Alexandreia & Aegypto cunctos orthodoxos, omnia uaſtabātur. Alij nanq; ad iudicia trahebantur, alij mittebantꝰ in uincula, alij uerberibus agebantur: plurimaq; ſupplicia aduerſus quietis amatores ingerebantur. Et cum hæc in Alexandreia fierent ſecundum Lucij uoluntatem, fuiſſetq; in Antiochiam reuerſus Euzoius, mox ad monaſteria per Aegyptum conſtituta proceſſerunt Magiſter militum cum multitudine armatorum, & Lucius Arianus. Cumq; plurima uiris ſanctis mala facerent, nec eos ullo modo ſuperarēt, perſuaſione Lucij patres monachorum mittuntur in exilium. Inter quos Macarius Aegyptius, & alter Alexādrinus. Quumq; ueniſſent in inſulam quandā, arreptam cuiuſdā filiam ſacerdotis à dæmone, clamantemq; ad illos uiros: Cur ueniſtis etiam hinc nos expellere? ſuis orationibus liberatam patri reſtituunt, & ad Chriſtianiſmū ſacerdotē ſimul & reliquos habitantes in inſula perduxerunt. Qui mox ſimulacra proijciēres, formam templi in eccleſiam mutauerunt. Baptizabantur enim, & officia Chriſtianiſmi cupidiſſimè docebātur. Sic igitur propter Conſubſtantialitatis fidem, uiri

Orthodoxi uexantur *Macarij duo*

A uiri admirabiles probabiliores effecti ſunt, aliosq́ʒ ſanantes firmiorem operibus oſtenderunt fidem. Cap. VIII

EO quoqʒ tēpore uirum alium fidelem produxit deus, ut per eum fidei teſtimonium perhiberet, Didymum admirabilem uirū, qui omni tunc doctrina florebat. Is cum paruus adhuc prima literarum elemēta doceretur, morbo oculorum perdidit uiſum. Cui deus pro uiſibilibus oculis intelligibiles condonauit. Nam quod per oculos doceri nō potuit, auditu uigilanti cognouit: qui cum à puero fuiſſet ingenioſus, uincebat etiam acuta cōſpiciētes. Facile nāqʒ regulas Grāmaticæ atqʒ Rhetoricæ artis didicit. Cumq́ʒ ueniſſet ad Philoſophiam, mirabiliter Dialecticam, Arithmeticam Muſicam, aliasq́ʒ Philoſophię diſciplinas didicit, animoq́ʒ recōdidit, ita ut celeriter obuiaret eis qui oculis inſpectoribus talia didiciſſent. Sed etiā Vetus nouumq́ʒ Teſtamentū adeo perfecte cognouit, ut multos ęderet libros. Qui & de Trinitate tres libros fecit, & Origenis opus de Principijs, id eſt, περὶ ἀρχῶν interpretatus, in id explanatiōes reliquit eximias. Fertur uero Antonius cum Valentis tempore propter Arianos ueniſſet in Alexādreiam, uidiſſe Didymum, eiq́ʒ dixiſſe: Non te conturbet ô Didyme, amiſſio ſenſibilium oculorum: tales enim oculi tibi deſūt, quibus & muſcę & pulices nocere poſſunt. Sed gaude potius te habere oculos, quibus etiā angeli coutuntur, per quos B uidetur deus, & eius lumen inſpicitur. *Didymus*

THEODORETUS

Didymus ab infantia priuatus oculis, Grāmaticam, Rhetoricam, Arithmeticam, Geometriam, & Aſtronomiam, & ſyllogiſmos Ariſtotelis, & eloquentiam Platonis auditu didicit, non quod hæc ueritatē erudirent, ſed quod aduerſus mendacium arma ueritatis exiſterent.

SOCRATES.

Et quoniam aliqui ex nominis ſimilitudine noſcuntur errare, neceſſarium eſt oſtendere alium eſſe Gregorium Ponticum ortum ex Cęſarea Ponti admodum uetuſtum & diſcipulum Origenis. De hoc nanqʒ Gregorio multus eſt ſermo in Athenis, & Beryto, necnon & Ponto, &(ut ita dicatur) in uniuerſo orbe terrarum. Is enim cum diſceſſiſſet ab Athenis, uenit Berytum, ibiq́ʒ iura legebat. Cumq́ʒ cognouiſſet in Cæſareia libros ſacros Origenē exponere, uenit illuc, expoſitiones magniloqui illius auditurus. A quo ueram philoſophiam eruditus, euocantibus parētibus remeauit ad patriā. Vbi primò quidem cum eſſet adhuc laicus, plurima ſigna fecit, languores curando, dæmones per epiſtolas expellendo, Paganosq́ʒ ſermonibus & operibus ſibi ſubiugando. Huius meminit & Pamphilus martyr, & Euſebius in libris quos de Origene conſcripſit. Fuit ergo Gregorius antiquus iſte, diſcipulus Origenis, & alter Nazanzenus fraterq́ʒ Baſilij. Fuitq́ʒ alius Gregorius Alexandrinus, Arianus. Cap. IX *Gregorius Pōticus diſcipulus Origenis*

V Ea tempe-

A

EA tẽpeſtate Nouatiani habitantes in Phrygia,feſtiuitatẽ Paſchæ mutauerunt.Quomodo aũt geſtum ſit dicam,primò tamẽ referens, cuius rei gratia circa Phrygum Paphlagoniorũq; gentes ſeuerius eccleſiaſtica regula conſeruet.

Nouatus preſbyter

Nouatus presbyter ſe ab eccleſiæ Romanę cõmunione ſubtraxit,quod Cornelius epiſcopus,fideles qui ſacrificauerãt tẽpore factę perſequutionis à Decio, in cõmunionẽ recepiſſet. Pro hac itaq; cauſa ſegregatus,& ad epiſcopatum à conſortibus ſuis epiſcopis euocatus,ſcribebat eccleſiis,ne eos qui dæmonibus immolauerant,ad ſacramẽta ſuſciperẽt,ſed inuitarent quidẽ ad pœnitentiã, remiſsionem uero Dei relinquerent poteſtati, cuius ſolius eſt peccata remittere. Tales epiſtolas ſuſcipientes, in unaquaq; prouincia ſecundũ proprios ſenſus reſpõſa reddebant.Cũ ergo ille mandaret non oportere ſacris intereſſe myſterijs eos qui poſt baptiſma peccatum cõmiſiſſent quod ducit ad mortẽ, quibuſdã quidẽ uidebatur amara nimis & dura huiuſmodi regula:alij uero ueluti iuſtam rectamq; ſuſcipiebant.Inter hæc mota quæſtione,uenerũt literæ Cornelij Romani præſulis, quæ remiſsionẽ peccantibus etiã poſt baptiſma promittebant.Sic ergo ambobus diuerſa ſcribẽtibus,& ex diuinis eloquijs ſua ſenſa firmantibus, ſinguli Prouincialium diuerſas ſunt ſequuti ſentẽtias.Sanantes nanq; ſanare promiſſa remiſſione, etiã reliquo tẽpore deliquerunt. Vnde gentes Phrygum caſtiores q̃ aliæ eſſe noſcuntur. Nouatus itaq; licet propter conuerſationẽ ſubti- B
liſsimam ſegregauerit ſeipſum,non tamẽ mutauit Paſchæ feſtiuitatẽ, Nam ſecundum partes Heſperias etiam iſte celebrabat. Agitur enim apud illos

Cornelius Ro. Pont.

Paſcha poſt æquinoctiũ iam olim,& ex quo Chriſtiani eſſe cœperunt.Sed iſte quidem poſtea ſub perſequutione Valeriani principis martyrio finiuit uitam. Hi uero qui ex eo nomen habuerunt, eiuſq; fuere participes, facto concilio paucorũ epiſcoporum in uico Pazeno, ubi ſunt fontes Sagarij fluminis,regulam protulerunt,ut Iudæos obſeruarent azyma faciẽtes, & cum

Nouatianorũ concilium

eis agant Paſchæ celebritatem.Poſtea tamẽ etiam Nouatianorum eccleſia propter illud concilium noſcitur eſſe diuiſa.

Cap. x

Damaſus Ro. Pont.

EO tempore cum Valentinianus Imperator nullam hæreſim perturbaret,poſt Liberium Romæ Damaſus ordinatur epiſcopus,ſimul & Vrſinus ex diacono eius eccleſiæ in Baſilica Sicinienſi latenter. Ob quam rem

Vrſinus

multis ſeditione uel Præfecti Maximini animaduerſione punitis, remoto Vrſino Damaſus permanſit epiſcopus.

THEODORETVS

Damaſus Ambroſius

Tunc itaq; apud Heſperiam Damaſus Romanus & Ambroſius Mediolanenſis ſpiritalibus iaculis feriebant hoſtes. Cum quibus etiam illi qui ad longa fuerant exilia deſtinati, literis confortabant ſuos, & aduerſarios deſtruebant. Quos diuina prouidentia gubernatores in fluctuatione præparauerat & militum ſapientiſsimos duces in prælijs.

A SOCRATES. Cap. XI

INter hæc igitur Valentinianus Imperator Heſperię,contra legatos Sauromatarũ uehemẽti furore cõmotus, eruptione uænarũ fluxu ſanguinis expirauit,poſt Conſulatum Gratiani tertiũ, & Equitrij, ſeptimodecimo die mẽſis Noueb. anno uitæ quinquageſimo quarto,imperij undecimo. Quo moriẽte Italiæ milites ſexto die poſt eius mortẽ Valentinianũ puerum eius filium ad imperij culmina prouexerunt. Cuius imperiũ frater & patruus licet inuite (quod eis ignotãtibus factũ eſſet) tamen poſtea ſuſceperunt. Hoc itaq; modo Valentinianus iunior in paternũ ſucceſſit imperiũ. Is em̃ natus eſt de Iuſtina, quã uiuẽte Seuera priore coniuge Valentinianus hoc modo duxiſſe probatur uxorem. Iuſtus Iuſtinæ pater quum eſſet Piceni Iudex, Cõſtantij tẽporibus uidit in ſomnis, quod ex dextero femore Imperialem purpurã genuiſſet. Quumq; uiſio per multos recitaret ad Cõſtantij aures uſq; peruenit. At ille conſiderans ſomnium tanq; ei Imperator ex ea naſceretur, mittens occidit Iuſtum. Cuius filia Iuſtina cum orphana remanſiſſet à patre, uirgo permanſit. Poſteriore uero tẽpore peruenit ad Seueræ notitiã, ad quam frequentius ueniebat & amabat, ita ut etiã cum ea balneis uteret. Quumq; Seuera ſecum lauãtem Iuſtinã diutius inſpexiſſet, pulchritudine uirginis obligata eſt, & dixit Imperatori, adeo eſſe ſpecioſam uirginem Iuſtinam, ut etiã ipſa licet eſſet mulier, eius tamẽ amore ſit capta. Itaq; Imperator eius ſermone concepto, Iuſtinam ducere tractabat uxorem, non tamen Seueram abijcere: ex qua Gratianus fuerat natus, quẽ paulò ante firmarat Imperatorem. Legem itaq; protulit publicè per ciuitates propoſitam, ſanciẽtem ut liceret ſi quis uellet habere duas uxores. Cumq; lex poſita haberetur, Iuſtinæ ipſe coniunctus eſt: ex qua natus eſt Valentinianus Iunior, & filiæ tres, Iuſta, Grata, & Galla: quarum duę quidẽ in uirginitate manſerunt. Gallam uero poſtea maior Theodoſius Imperator duxit uxorem, ex qua Placidia filia noſcitur ei eſſe progenita, Nam Arcadium & Honorium ex Flacilla priore coniuge habuiſſe cognoſcitur.

Legati Sauromatarum *Valẽtinianus Aug. moritur* *ſ. Gratianus & Valens* *Valentinianus iunior.* *Iuſtus Piceni Iudex* *Iuſtina* *Seuera cõiunx Valentiniani* B *Lex Valentiniani Aug. de duabus uxoribus ducendis*

SOZOMENVS. Cap. XII

INterea Valens in Antiochia Syriæ degens, Cõſubſtantialitatis cultores uehemẽter fuiſſet perſecutus, niſi cum liber Themiſtij philoſophi reuocaſſet, in quo perorauerat cum eſſe non oportere crudelem propter diſcordiam eccleſiaſticorum dogmatũ, quando etiam apud Paganos plus quàm trecentarum ſectarũ differentia uideretur, & unuſquiſq; pro dogmate proprio in ſententia diuerſa cõſiſteret. Et forte hoc deo gratũ magis eſſet, dum non facile cognoſcitur, & diuerſo modo glorificatur: ut unuſquiſq; amplius timeat, dum integritatẽ eius ſcientia uel quomodo aut qualis quantusq; ſit magis ignorat. His ergo Themiſtij ratiocinationibus aliquantulum mitior factus eſt Imperator.

Valens aduerſus orthod. *Themiſtius*

SOCRATES. Cap. XIII A

Exilia ortho-doxorum NOn tamẽ omnino ab indignatione abſtinuit,ſed pro morte infligenda ſacratiſsimis uiris decernebat exilia,donec eius impetum cauſa huiuſmodi Reipublicæ cohibuiſſet. Barbari trans Hiſtrum conſtituti,qui uo-
Gothi. cantur Gothi,ciuile bellum inter ſe duabus partibus commouerunt:uni præ-
Fridigernus. Athalaricus. erat Fridigernus, alteri Athalaricus. Cumq́ præualuiſſet Athalaricus,Fridigernus confugit ad Romanos, eorumq́ poſtulauit auxilium. Quo cognito Valens præcepit Thraciæ militibus, ut Barbaris auxilia commodarent. Hoc ſubſidio uictus Athalaricus eſt, etiam fuga uerſus. Ob hanc ergo cauſam Fridigernus uolens aliquod beneficium repenſare Valenti, cum ſuis omnibus dogma eius religionis amplexus eſt. Vnde hactenus Gothi
Vulphilas Gothicarũ literarum inuentor Ariani eſſe noſcuntur. Tum etiam Vulphilas Gothorum epiſcopus literas Gothicas adinuenit, & ſcripturas diuinas in eam conuertit linguam. Cum igitur non ſolum Fridigerni Gothos, ſed etiam Athalarici Vulphilas edoceret,tunc Athalaricus uidens religionem patriam uiolari, multos Ariano-
Martyres Arianorum rum ſupplicijs tradidit, quos Ariani martyres nunc appellant. Non uero poſt multum temporis denuo inter ſe Barbaris compacatis, à uicinis gentibus Hunorum deprędabantur. Expulſiq́ de proprijs,ad Romanorum loca cõfugiunt,ſeruire potius uolentes Imperatori. Hoc cum cognouiſſet Valens, nihil futuri prouidens, terras eis tribuit Thraciarum, arbitratus paratum ſe contra omnes Barbaros habere auxilium:ac propterea milites deinceps negligebat, & eos qui pridem contra hoſtes laborauerant cõtemnens, B
etiam à Collatoribus prouinciæ per uicos & ciuitates pro unoquoq; milite
Grauitas exactionum octuaginta ſolidos exigebat, qui dudum eorũ tributa releuarat. Hoc ergo fuit initium, ut illo tempore Romanorum Reſpublica calamitatibus ſubde-
Gothi in Ro. retur. Barbari nanq; cum Thraciam tenuiſſent, licenter Romanorum prouinciam deuaſtabant. Hæc audiens Valens,cum ab orthodoxorum exilijs non quieſceret,tunc tamen hac neceſſitate abſtinuit. Turbatus enim,ab Antiochia Conſtantinopolim uenit: unde etiam aliquantum Chriſtianorum perſequutio tunc ceſſauit.

THEODORETVS

Valẽs petit auxiliũ à fratre cõtra Gothos Interea Valens Imperator cum Gothorum gentem cõmouiſſet ad bellum apud Boſphorum, tum fatuus uires ſuæ infirmitatis agnoſcens, miſit ad fratrem,ſuppetias petens. At ille reſcripſit, religioſum non eſſe, talem uirum iuuare, qui deo rebellis exiſteret: ſed magis eſſe iuſtum ut eius ſuper-
Terẽtius, magiſter militum orthodoxus bia ſedaretur. Quod cum ille miſerrimus cognouiſſet, licet maiori neceſsitate conſtrictus, non tamen à ſua uehementia ceſſauit, ſed fuit ueritati rebellis. Terentius igitur inter hæc uictor reuerſus eſt ab Armenia, uir optimus, & pietate decenter ornatus. Tunc ei iuſsit Valens poſcere dona quæ uellet. At ille,quod decebat pium uirum cogitare, reſpondit: Petijt enim non au-

A rum, non argentum, non prædiũ, non cingulum, neq; donũ,ſed ut eis qui
pro Apoſtolica doctrina pericula ſuſtinuerant,una præberet eccleſia. At il-
le petitionẽ ex ſcripto ſuſceptã cognoſcens, quæ illic tenebant adſcripta di-
rupit, cumq; alia poſtulare præcepit. Verum ille colligens uerba precum:
Suſcipe,inquit,ô Imperator & habeto donum. Aliud uero non poſtulo. In
tentionis meæ Iudex eſt uniuerſorum Iudex. Cum ergo Valens tranſmiſſo
Boſphoro ueniſſet in Thraciam, primũ quidẽ Cõſtantinopoli cõmoratus
eſt,præparãs bellum: deinde Traianũ cũ expeditione contra Barbaros de- *Traianus, magiſter militũ*
ſtinauit. Cũq; remeaſſet ille deuictus,derogabat Valens ei molliciẽ & timo-
rem adſcribens. At ille uſus fiducia uiro fortiſſimo congruenti: Non,inquit,
Imperator ego ſum uictus,ſed tu uictoriam perdidiſti,cum deo reſiſtis,& il
lius auxilia Barbaris facis potius opportuna. Cũ enim à te impugnetur,pro
illis pugnat:& neceſſe eſt,deum ſequi uictoriam. An neſcis quos ab eccleſiis
expuleris, uel quibus eas contradideris? Hæc eadem Arantheus & Victor *Arantheus*
magiſtri militũ ſunt profeſſi,& Imperatorẽ ne tunc indignaretur admonue *Victor*
runt. Aiunt uero Iſaac monachũ habentẽ cellulam illic, cum uideret eum e- *Iſaacus monachus*
gredientẽ ad pugnã cũ clamore dixiſſe: Quo uadis Imperator qui pugnas
aduerſus deum,quẽ non habes adiutorẽ? Ipſe enim cõtra te Barbaros mo-
uit, quoniã & tu aduerſus eũ blaſphemas linguas plurimas incitaſti, & qui
B ei pſallunt ſacra,domibus expuliſti. Quieſce ergo rebellare,et ille faciet bella
ceſſare. Redde gregibus paſtores eximios, & uictoriã ſine bello percipies.
Si uero nihil horũ ſic agens pugnare cõtendis, experimento cognoſces, q̃
durum ſit contra ſtimulum calcitrare. Nã neq; reuerteris,& exercitum uehe
menter perdes. Bertraneon aũt omni uirtute clarus uniuerſæ Scythiæ Præ- *Betraneon*
ſul:habens zelo fidei cor accenſum,pro corruptione dogmatũ & iniquitati-
bus quas contra ſanctos agebat,Valentem ſæpe redarguit,clamans cum ſa
cratiſſimo Dauid: Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum,& nõ
confundebar. Qua tamen gratia Barbari Ariano ſint uiciati languore,nar- *Gothi quando Ariani facti*
rabo. Tẽpore quo tranſeuntes Hiſtrum, pacẽ cum Valente fecerunt, tunc
præſens Eudoxius ſuggeſſit imperatori,ut ei Gothi cõmunicarent. pridem *Gothi Chriſtiani*
enim diuinæ ſcientiæ radijs imbuti, Apoſtolicis dogmatibus paſcebantur.
Cõmunio,inquit,unius dogmatis firmiorẽ facit pacẽ. Hoc Valens laudans
à ducibus Gothorũ exegit,ut dogmatum quoq; concordiam retinerent. Illi
uero dicebant, paternã ſe mutare non poſſe doctrinã. Et cum illo tempore
Vulphilas eſſet eorũ epiſcopus(quem ualde ſequebãtur,eiuſq; uerba quaſi *Vulphilas Gothorũ epiſ. corrumpitur à Valente*
leges immobiles exiſtimabant)hunc uerbis,pecunijsq; flectens Eudoxius
egit,ut Barbari cõmunionẽ amplecterentur Imperatoris, ſic decipiens eos
ac dicens,certamen eſſe uerborũ,non differentiã dogmatũ. Quamobrẽ ha-
ctenus Gothi maiorẽ quidẽ patrem filio ducunt: creaturam uero filium ne-
quaquam dicere ſuſtinẽt, licet hoc aſſerentibus cõmunicare uideantur.

V 5 SOCRA

SOCRATES. Cap. XIIII A

HOc itaq; tẽpore, cũ Imperator ab Antiochia diſceſſit confortati ſunt qui ab eo perſecutionẽ patiebantũ, & maximè Alexãdrini Petro uidelicet reuerſo de Roma cũ literis Damaſi Romanæ urbis antiſtitis, cõfirmantis Conſubſtantialitatis fidẽ, & Petri epiſcopi roborantis ordinationẽ. Quo facto populus ſumpta fiducia, Lucium expulit, & reduxit Petrum. Sed Lucius Conſtantinopolim nauigauit: Petrus cum modicum uixiſſet tempus, reliquit fratrem ſuum Timotheum ſucceſſorem.

Alexandrini *Petrus moritur* *Timotheus ſuccedit*

Cap. XV

POrrò Valens Imp. cum triceſimo die Maij menſis ſexto Cõſulatu ſuo & Valẽtiniani iunioris ſecundo, Cõſtantinopolim uenisſet, inuenit populum in mœſtitia conſtitutum. Barbari nanq; per Thracias diſcurrentes, etiam Conſtantinopoleos ſuburbana uaſtabant, non exiſtente qui eis reſiſtere fortiter ualeret. Qui cum uſq; ad muros ueniſſent urbis, afflicta ciuitas murmurabat, quaſi eos Imperator illuc euocaſſet, quum nec reſiſteret, & magis bella protraheret. Circenſes ludi igitur agebantur, & illic Imperatori clamabant: Da arma, & nos pugnabimus.

Hinc accenſus Imperator, undecimo die Iunij menſis egreditur, interminatus pœnas ſe pro iniurijs cum rediret à Conſtantinopolitanis ciuibus exacturum, & quia prius uidebantur Procopio præbuiſſe auxilium: ita ut ciuitatem aratro uertere minaretur. Deduxit ciues igitur uſq; ad urbem Hadrianopolim, quæ eſt in confinio Macedoniæ. B

THEODORETVS

Et exercitu quidem præmiſſo ipſe in quodam uico uictoriam expectabat. Porrò milites Barbarorum impetum non ferentes, alij fugiebant, alij necabantur. Barbari autem uenientes ad uicum ubi Valens cognita proditione ſe celare nitebatur, immiſſo igne concremauerunt cum uico etiam pietatis inimicum.

Valens Aug. combuſtus eſt

SOCRATES.

Qui finem uitæ ſortitus eſt nono die menſis Auguſti, eodem Conſulatu, id eſt, quarto anno ducẽteſimæ octuageſimæ nonæ Olympiadis. Aiũt aliqui eum igne conſumptum cum in uicum fugiſſet, quem Barbari concremauerunt. Alij uero ferunt, quod mutato imperiali habitu ad pedeſtrium uenerit exercitum: & cum equeſtres ſe dediſſent pugnare nolentes, in congreſſione uniuerſos pedeſtres repente confoſſos: ubi dicunt ipſum quoq; ignoti uulnere fuiſſe proſtratum. Defunctus eſt anno uitæ quinquageſimo. Qui cum fratre regnauit annos tredecim, poſt fratrẽ uero tres. Taliq; ſorte defunctus eſt.

A ELENCHVS CAPITVM LIBRI NONI HISTORIAE ECCLESIAST. quam Tripartitam uocant.

Quod mortuo Valente Conſtantinopolim Barbari deuaſtarint. Caput 1
De benignitate Gratiani, & fidei rectitudine. Cap. 2
De contentione apud Antiochiam inter Paulinum & Melitium facta, & de Apollinare Laodiceno, eiusq; ſecta. Cap. 3
De Theodoſii Ducatu, quomodo à Gratiano imperatore fuerit ordinatus, & ad Orientale miſſus Imperiũ orthodoxis profuerit, & retruſerit hæreticos. Ca. 4
Quomodo Macedoniani denuo ab orthodoxis diuiſi ſint. Cap. 5
Quomodo Theodoſius imperator Theſſalonicæ baptizatus ſit. Cap. 6
Profeſsio Theodoſii de fide. Cap. 7
De Gregorio Nazianzeno Conſtantinopolim translato. Cap. 8
De Baſilica ſanctæ Anaſtaſiæ Cap. 9
Quõ Theodoſius ab eccleſia Conſtantinopolitana Arianos expulerit. Cap. 10
De Eunomij calliditate. Cap. 11
De Conſtantinopolitano concilio contra Macedonianos. Cap. 12
De ordinatione Maximi Cynici, eiusq; depoſitione, & ordinatione recta Nectarij, & de canonibus in ea ſynodo conſtitutis. Cap. 13
Epiſtola Conſtantinopolitani concilij ad Papam Damaſum & Occidentales epiſcopos. Cap. 14
Epiſtola Damaſi de damnatione Apollinaris ad Timotheum. Cap. 15
B Satura ſedis Apoſtolicæ contra diuerſas hæreſes. Cap. 16
Quod corpus Pauli Conſtantinopolitani Pontificis, de Ancyra fecerit referri Theodoſius. Cap. 17
De auſpicijs Imperatoris Arcadij. Cap. 18
Quomodo Theodoſius examinatione facta hæreticorum, omnes expulerit, & fouerit ſolos orthodoxos. Cap. 19
De ſchiſmate facto inter Orientales & Aegyptios ꝓpter Flauianũ Antiochenũ. (Cap. 20
Quomodo Iuſtina Ambroſium fuerit perſecuta, & de Gratiani nece & inuaſione Maximi. Cap. 21
De morte Timothei Alexandrini, & ordinatione Theophili. Cap. 22
De prælio Theodoſii contra Maximum atq; uictoria. Cap. 23
Quemadmodum latrocinia quæ Romæ per piſtrina fiebant Theodoſius remouerit Imperator, & de lege contra adulteras prolata mulieres. Cap. 24
Quemadmodum Amphilochius Theodoſio perſuaſerit, ut Arianorum conciliabula prohiberet. Cap. 25
De morte Paulini Antiocheni Epiſcopi, & ordinatione Euagrij, & quomodo Flauianus ſit Damaſo reconciliatus. Cap. 26
Quomodo apud Alexandriam Paganorum templa deſtructa ſint. Cap. 27
De fraudibus quas per templa ſua Pagani faciebant. Cap. 28
De caracterib. ſub crucis figura factis qui in tẽplo Serapidis ſunt inuenti. Ca. 29
De cæde quæ ſub Theodoſ[illegible] Theſſalonicæ facta eſt, & de pœnitentia eiuſdem Theodoſii, Ambroſiiq; cõſtantia. Cap. 30
De uirtutibus uxoris Theodoſii. Cap. 31
De indignatione & reconciliatione Theodoſii propter Antiochenos ſtatuam coniugis illius deponentes. Cap. 32

Quomodo Theodoſius fuerit Paganis infenſus. Cap. 33 A
Quomodo Marcellus epiſcopus Apameiæ templa deſtruxit. Cap. 34
Ob quam cauſam presbyteri ſuper pœnitentes poſiti, ſint remoti. Cap. 35
De diuiſione hæreticorum inter ſe ipſos. Cap. 36
De Sabbatio hæreſiarcha. Cap. 37
De paſcha uel diuerſitate inſtitutionū ſeu obſeruationum, quæ per diuerſas eccleſias celebrantur. Cap. 38
De Paſcha Montaniſtarum. Cap. 39
De Arianorum diuiſione. Cap. 40
De diuiſione Macedonianorum. Cap. 41
De receſſu Nili fluminis, & rurſus acceſſu. Cap. 42
Quemadmodū caput Ioannis Baptiſtæ Conſtantinopolim fuerit deportatum. (Cap. 43
Quemadmodum Flauianus Antiochenum ſolus acceperit epiſcopatum. Cap. 44
De Eugenio tyranno, & quemadmodum fuerit ſuperatus. Cap. 45
De miraculis Donati Pontificis in Berœa. Cap. 46
De Theotimo Tomitano Pontifice. Cap. 47
De Epiphanio Cyprio. Cap. 48
Quomodo Abacuc & Micheæ Prophetarum corpora oſtenſa ſint. Cap. 49
De fine Theodoſii principis. Cap. 50

HISTORIAE ECCLESIASTICAE
QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBER NONVS. B

SOCRATES. Cap. I

Barbari ſuburbia Conſtantinopolis diripiunt. Dominica Aug.

IGITVR defuncto Valente, denuo Barbari uſq; ad muros Conſtantinopoleos uenientes eius ſuburbana uaſtabāt. Quapropter ciues quæ inueniſſent arma geſtantes, hoſtibus ut poterant reſiſtebant. Vxor enim Valentis Imperatoris nomine Dominica, præmia ex ærario publico bene pugnantibus, ſecundum conſuetudinem militum miniſtrabat. Quibus etiā Saraceni tulere ſuppetias, quas eorum regina nomine Mauia Romanis fœderata miſerat.

Mauia regina Saracenorū.

THEODORETVS Cap. III

Gratianus reuocat Epiſcopos orthodoxos de exilio

PORrò Gratianus Valentiniani filius, cum pridem patre defuncto Europæ ſceptra tenuiſſet, defuncto Valente ſine ſobole, Aſiæ quoq; Libyæq; regna ſuſcepit. Moxq; pietatem quam mente perceperat, operibus demonſtrabat, initiaq; ſui regni rerum omniū domino dedicauit. Scripſit itaq; Legem, præcipiens, ut expulſi paſtores ad ſua ouilia redirent, ſacræq; baſilicæ eis redderentur, qui communionem Damaſi ſequerentur. Is enim Damaſus Romanæ urbis epiſcopus laude dignus, uir mirabilis, ſemper ordinatus, dicere facereq; pro apoſtolicis dogmatibus cūcta feſtinus, poſt Liberium

Damaſus Pont. Ro.

A berium gubernacula ſuſceperat eccleſiæ. Miſit igitur Imperator cum huiuſmodi lege etiam Saporem quendam tunc nominatiſsimum militiæ principem: & Arianæ quidem blaſphemiæ prædicatores, ueluti quaſdam beſtias diuinis ſeptis iuſsit expelli: optimis uero paſtoribus & ſacris ouilibus uniuerſa reſtitui. Hoc ergo in uniuerſis prouincijs decreuit obſeruari.

SOCRATES

Gratianus itaq; cum iuniore Valentiniano regno potitus, ab exilio reuocatis omnibus, lege ſanciuit ut unaquæq; religio licite ſacra celebraret, ſolos uero ab eccleſiis prohibuit Eunomianos, Photinianos, Manichæos. *Libertas religionis uniuſcuiuſq;*

THEODORETVS Cap. III

TVnc igitur in Antiochia, quæ præſidet Orienti, contentio huiuſmodi cauſa prouenit. Pro Apoſtolicis dogmatibus laborantes (ſicut iam dictum eſt) erant diuiſi, & alij poſt calumnias irrogatas Euſtathio Arianam abominati uæſaniam, apud ſeipſos ſacra celebrantes, Paulinum habebant antiſtitem. Alij uero poſt ordinationem Euzoij, cum Melitio cõuenientes eius doctrina fruebantur. Adhæc autem Apollinaris Laodicenus alterius partis ſibi Præſulatum aſſumpſit. Qui cum pietatis indueret uultum, & Apoſtolica ſe fingeret dogmata conſeruare, paulò poſt manifeſtus hoſtis apparuit. De diuina nanq; natura adulterinis rationibus utebatur, gradus B quoſdam generans dignitatũ, & ſacramentum diſpenſationis imperfectũ explanare præſumens, animamq; rationalem quæ corpus regit, priuatam ſalute confirmans. Si enim animã non aſſumpſit ſecundum illius rationem deus uerbum, neq; medicinã præbuit, neq; honorẽ dedit: ſed corpus quidem terrenum ab inuiſibilibus uirtutibus adoratur: anima uero ſecundum diuinã imaginem facta inferne permanſit, contumelijs induta peccati. Qui plurima ſuper hæc uæſanus aſſeruit. Aliquando etenim pariter cõfitebatur & ipſe ex ſancta uirgine aſſumptam carnem: aliquando uero eam cum deo uerbo cœlitus deſcendiſſe: aliquando eum ipſum factũ carnem, ſumpſiſſe nihil ex nobis. Aliaſq; plurimas & inanes fabulas ſacris promiſsionibus copulabat, quas in præſenti dicere ſuperfluũ iudicaui. Talia quidem ille dicens, non ſolum ſuos peſte repleuit, ſed etiam quoſdam noſtrorum fecit huiuſmodi lepra participari. Poſt modicum uero temporis cum ſuũ uiderent opprobrium & eccleſiæ claritatem, penè cuncti reuerſi ſunt, & communionem eccleſiaſticã percipere meruerunt, non tamen priorem depoſuere languorem, ſed magis complures conſtantium latenter ſauciauerunt. Ex hac ergo radice in eccleſiis germinauit, una carnis deitatiſq; natura; & ut diuinitati unigeniti paſsio copuletur: & alia, quæcũq; populis & ſacerdotibus certamina genuerũt. Sed hæc quidem poſtea facta ſunt. Tum igitur ueniente Sapore magiſtro militiæ, & oſtendente Principis legem, Paulinus quidem fatebatur ſe Damaſi eſſe participem. Promittebat etiam Apollinaris, hoc

Antiochia caput orientis

Schiſmata Chriſtianorũ

Apollinaris Laodicenus

ipſo languore celato. Sacratiſsimus uero Melitius ſub quiete degens, illorũ A certamina deuitabat. Porrò Flauianus ſapiẽtiſsimus tunc in ordine presbyterij conſtitutus, primò quidem ueniente magiſtro militũ, ita ad Paulinum loquutus eſt: Si communionem Damaſi ò amice ſectaris, oſtende nobis dogmatum tuorum aperte concordiam. Ille nanq; unã Trinitatis ſubſtantiam cõfitens, tres ſubſiſtentias prædicat in aperto: uerum tu è diuerſo ſubſiſtentias perimis Trinitatis. oſtende itaq; dogmatum cõcordiam, & ſuſcipe ſecundum legem eccleſias. Quum ergo illum his ſermonibus obiurgaſſet, conuerſus, Apollinari dixit: Admiror te amice ſic impudenter ueritati reſiſtere, cum aperte noueris, quod laudabilis Damaſus perfecte naturam noſtrã à deo uerbo dicat aſſumptã, tu uero contraria fatearis. Mentem nanq; noſtram ſalute fraudas. Si autem falſe loquimur, te forſitan accuſantes, uel nunc nouitatem à te natam denega, & Damaſi amplexus doctrinam, ſectam ſuſcipe uenerandam ueritatis. His rationibus ſapientiſsimus Flauianus illorum fiduciam ita redarguit. Porrò Melitius omnium manſuetiſsimus hominum, benigne atq; ſuauiter Paulino dixit: Quoniam & mihi harum ouium curam commiſit dominus, & tibi ſimiliter aliarum, ſuſcipe hanc ſollicitudinem, & cõmunicemus inter nos ſub dogmate pietatis. Iungamus amice greges, & ſoluamus de Præſulatu contentionem: communiter paſcentes oues, curam eis communiter exhibeamus. Si autem de ſede B certamen eſt, ego etiam hanc contentionem conabor diſſoluere. In ſede ſacrum ponatur Euangelium, & ex utraq; nos parte ſedeamus. Et ſi quidem prius ego finem uitæ ſuſcepero, ſolus eris antiſtes: ſi uero hoc tibi prius euenerit, ego rurſus gregis habebo curam. Cum hæc ergo Melitius cum omni manſuetudine protuliſſet, Paulinus acquieſcere non conſenſit. Tum magiſter militiæ, iudex utriuſq; uerborum, eccleſias Melitio tradidit. Paulinus autem aliarum ouium permanſit antiſtes. Verum Apollinaris Præſulatu nudatus eccleſiæ, nouitatem doctrinæ ſuæ aperta impudentia prædicabat, & ducem ſemetipſum oſtendit hæreſeos, & ipſe quidem in Laodicia crebro morabatur. In Antiochia uero pridem Vitalem ordinauerat, uita quidem optima decoratum, & Apoſtolicis dogmatibus innutritum, poſtea tamen hoc languore putrefactum. Porrò ſacratiſsimus Melitius Diodorum illum (cuius iam meminimus) qui ſub tempeſtate oppidò quàm aſpera eccleſiæ nauem à ſubmerſione ſeruauerat, Tarſenſium paſtorem conſtituit, eiq; Cilicum gentis curam commiſit. Apamiæ uero Pontificalem curã Ioanni dedit. Qui licet genere ac nobilitate fulgeret, tamen progenitores proprijs uirtutibus adornabat. Hunc ergo & ſermo decorabat & uita. Is itaq; tempore tempeſtatis confidelium ſuorum numerum gubernauit, cooperatorem habens laudabilem Stephanum, quem ſacratiſsimus Melitius ad alia certamina deſtinauit. Nam cum cognouiſſet Germaniciam Eudoxij

Meletius ad Paulinum

Apollinaris priuatus epiſcopatu

Vitalis

Diodorus

Ioannes

Stephanus ſodalis Ioannis.

Germanicia

A Eudoxij peſte corruptam, hunc eò tanquam ſapientiſsimum medicum deſtinauit. Erat enim omni Græcorum doctrina plenus, & diuinis dogmatibus innutritus. Quamobrem ſpe ſua fraudatus non eſt. Vſus nanq; dono ſpiritalis doctrinæ, lupos mutauit in oues. Porrò magnus Euſebius de exilio remeans Acacium ſummæ claritatis uirum in Beroea ordinauit epiſcopum, in Hierapoli Theodotum, cuius mira conuerſatio hactenus decantatur, Euſebium in Chalcide, in Cyro noſtra Iſidorũ. Aiunt uero quod etiã *κύρ̀ς πόλις cuius epiſc. fuit Theodoretus* Eulogium, qui pro Apoſtolicis dogmatibus decertarat, & in Antinò cum Protogene miſſus in exilium, Edeſſæ ordinauerit epiſcopum. Barſes enim ſacratiſsimus, iam de hac luce migrauerat. Sanctus uero Euſebius ultimũ epiſcopum Marin in ciuitate Dolicha fecit. Hæc enim parua ciuitas uæſaniam tunc obtinuerat Arianam. *Mares* Quò cum acceſsiſſet Euſebius, ut Marin uirum plurimis uirtutibus decoratum, in ſede collocaret epiſcopali, quædam *Euſebius à muliere Ariana occiditur* mulier Ariana peſte repleta, tegulã de tecto demiſit, quæ eius caput ualde contriuit. Iſq; paulo poſt ad uitã meliorem de hac luce migrauit. Qui moriens, præſentes iureiurando conſtrinxit, ut ab ea quæ hoc feciſſet, nullo modo pœnas exigerent, imitatus dominum ſuum qui de crucifigentibus ait: Pater, remitte eis: non enim ſciunt quid faciant. Simul & conſeruũ Stephanum, qui poſt multos lapidũ iactus clamabat: Domine ne eis ſtatuas hoc
B peccatum. Hoc ergo modo magnus Euſebius eſt defunctus. Et qui Thraciæ Barbaros effugit, impiorum hæreticorũ manus declinare non potuit, ſed martyrij coronam illorũ ferocitate ſuſcepit. Hæc ergo geſta ſunt poſt reuerſionem epiſcoporum. Cap. IIII

PORro Gratianus Thraciã Barbaros uaſtare cognoſcens, Italia relicta, in Pæoniam uenit. *παιονία, regio quam Pannoniam uocamus.* Ea tempeſtate Theodoſius tam propter parentum nobilitatem, quàm propter fortitudinem propriam nominatiſsimus habebatur: & ob hanc cauſam inuidia parium Iudicũ fatigatus, in Hiſpania morabatur, ubi & ortus fuerat, & nutritus. *Theodoſius in Hiſpaniam patriam ſuam ſeceſsit* Cumq; Imperator quid faceret hæſitaret, quippe cum Barbari eleuati uictoria inexpugnabiles eſſe uiderent̃, ducatu Theodoſii pugnã credidit finiri. Repente ſiquidem eum ab Hiſpanijs euocans, & magiſtrum militum eſſe denuntians, cum expeditione ad Barbaros deſtinauit. At ille fide munitus, confidenter ad Thracias eſt profectus. Quò cum ueniſſet, uidiſſetq; Barbaros, exercitum ordinauit ad pugnam. *Theodoſius Barbaros profligauit* Congreſsione uero facta, impetũ Barbari non ferentes, ſuas acies reliquerunt. Et illi quidem fugiebãt, hi uero fortiter ſequebant̃. Immenſaq; cædes tũc facta eſt Barbarorũ. Plurimis igitur interemptis, paucisq; latenter tranſeuntibus Hiſtrũ, mox Dux optimus exercitu diſperſo per uicinas urbes, uelociter redit ad principem, ita ut ipſe triumphorum ſuorũ nuntius exiſteret. Quod tamen nec ipſi Imperatori cum miraretur factũ, credibile uidebatur. Æmuli ſiquidem & fugiſſe eum dicebant, & exercitũ perdidiſſe.

At ille

At ille propter derogantes ſibi, petijt mitti qui uiderent hoſtium multitudinem peremptorũ. His uerbis Imperator flexus, miſit qui res actas inſpicerent, ſibiq́ renuntiarẽt. Porrò Dux optimus inter hæc diuinã uiſionem uidit, & ab ipſo deo aperte ſibi monſtratã. Conſpexit enim in ſomnis, quod ſanctus Melitius Antiochenæ ciuitatis Antiſtes, chlamyde ipſum ueſtiret Imperiali, & corona caput ornaret. Hæc quũ nocte uidiſſet, cuidã mane retulit clericorũ. At ille clarum eſſe ſomnium dixit, & nihil ænigmaticũ, nihil dubium cõtinere. Quumq́ pauci omnino tranſiſſent dies, qui pro uictoriæ inſpectione miſsi fuerant redierunt, peremptaq́ hoſtiũ multa milia narrauerunt. Quamobrem lætatus Princeps, Theodoſium fecit Imperatorem. A

Theodoſii omnium *Theodoſius fit Cæſar*

SOCRATES

Conſulatu Auſonij & Olibrij ſextodecimo die Ianuarij menſis.

THEODORETVS

Theodoſius epiſcopos Cõſtantinopolim conuocat

Tradita ei ſceptrorũ parte Valentis, ipſe rurſus ad Italiã redijt, & illũ ad regna collata tranſmiſit. Mox igitur ut imperiũ ſumpſit, præ omnibus de concordia eccleſię cogitauit, & uniuſcuiuſq́ præſulatus epiſcopos Conſtantinopoli cõuenire præcepit. Hæc ſola erat Ariano plena cõtagio. Nam Occidens liber ab huiuſmodi languore permanſit. Conſtantinus enim ſenior filius Conſtantini maioris, & Conſtans iunior paternam fidem integram ſeruauerũt. Rurſus Valentinianus Imperator Heſperiæ, inuiolatã cuſtodiuit fidei pietatem. Orientis aũt tractus, multipharia huiuſmodi labe repletus eſt. Arius enim Alexandrinæ presbyter ciuitatis hanc ibi genuit blaſphemiã. Poſt quẽ Euſebius, Patrophilus, & Aetius Palæſtini, & Paulinus atq́ Gregorius Phœnices, & Laodicenſis Theodotus, cumq́ his Georgius, poſt quos etiã Athanaſius & Narciſſus Cilices, & alij plurimi male iacta ſemina nutriuerunt. His igitur nequiſsimis cultoribus fuit cooperator Conſtantius atq́ Valens. Pro hac ergo ſolũmodo cauſa, Theodoſius ſuo ſubiacentes imperio Conſtantinopoli cõgregari præcepit epiſcopos. B

SOCRATES Cap. V

Macedoniani

INterea Macedoniani poſt legationem ad Liberiũ deſtinatam aliquanto tempore ſine diſcretione communicabant & ipſi ijs qui ab initio definitionem fidei Nicænæ ſuſceperãt. Cumq́ lex Principis Gratiani poteſtatem religionibus ſicuti uellent communicare præbuiſſet, denuo ſunt diuiſi: congregatiq́ in Antiochia, ſtatuerunt uocem Conſubſtantialitatis amouendam, & uenerantibus Nicænam fidem non eſſe cõmunicandum. Sed plurimi uidentes eorum uarietatem, receſſerunt ab eis & Conſubſtantialitatis ſectatoribus ſunt uniti.

SOZOMENVS Cap. VI

CVmq́ Theodoſius bello Barbaros ſuperaſſet, & illi Romanos amicos habere precarenť cauſa fœderis, acceptis obſidibus Theſſalonicã uenit

A uenit. Vbi cum in ægritudinem incurriſſet, ab Acholio eius ciuitatis epiſco- *Theod.ba-*
po baptizatus eſt, licet à progenitoribus Chriſtianũ dogma & fidem Ni- *ptizatur*
cæni concilij ſequeretur.

SOCRATES

Tum igitur baptizari cupiens propter morbum, Theſſalonicenſium in-
terrogauit epiſcopum, cuius nam fidei eſſet. Quo reſpondente, quod Aria-
na peſtis in Illyricum nõ ualuiſſet accedere, ſed inuiolatam ab initio fidem
Nicænumq; concilium ſeruarent, ille libenter eius uerba ſuſcipiens, bapti-
zatus atq; ægritudine liberatus eſt.

SOZOMENVS Cap. VII

COgitans igitur Imperator, melius eſſe pronunciare ſubiectis, cuius nã *Lex Impp. de*
eſſet fidei, ne uideretur uim facere, ſi quenquam ſubito inuitum ad cul *fide ortho-*
tum religionis impelleret, legem è Theſſalonica populo Conſtantinopoli- *doxa*
tano propoſuit. Hoc enim uiſum eſt, ut ueluti de quadam ciuitatis arce o-
mnibus ſubiectis alijsq; ciuitatibus iudicãte ſcriptura, fieret manifeſta. Cu-
ius legis uerba ſunt hæc:

IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS, ET THEO
doſius Auggg. populo urbis Conſtantinopolitanæ.

CVNCTOS populos, quos clementiæ noſtræ regit temperamentũ, in
B ea uolumus religione uerſari, quam diuinum Petrum apoſtolum tradidiſſe *Petrus.*
Romanis religio uſq; nunc ab ipſo inſinuata declarat: quamq; pontificem
Damaſum ſequi claret, & Petrum Alexandriæ epiſcopum, uirum Apoſto *Damaſus*
licæ ſanctitatis: hoc eſt, ut ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, euangeli- *P. Rom.*
camq; doctrinam, Patris & Filij & Spiritus ſancti unam deitatem, ſub pia *Petrus Alex-*
maieſtate, & ſub pia Trinitate credamus. Hanc legem ſequentes, Chriſtia *andrinus*
norum catholicorum nomen iubemus amplecti: reliquos uero dementes
uæſanosq; iudicantes, hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere, diuina pri-
mum uindictà, poſt etiam motus noſtri quem ex cœleſti arbitrio ſumpſeri
mus, ultione plectendos. Data III. Kalend. Martias, Theſſalonicæ. Gra-
tiano quintum, & Theodoſio Augg. COSS.

Hæc ſanciens paulo poſt Conſtantinopolim uenit. Cap. VIII

TVm igitur Gregorius Nazianzenus communi decreto multorum epi *Gregorius*
ſcoporum in Conſtantinopolim tranſmutatus, intra ciuitatem in par- *Nazianzenus*
uo oratorio ſacra celebrabat. Cui loco poſtea principes baſilicã maximam *Cõſtantino*
copulantes, eam uocauerant Anaſtaſiam. Cap. IX *polim aſcitus.*

QVæ ſanè non ſolum pulchritudine & magnitudine, uerumetiã aper- *Anaſtaſia.*
tiſsima apparitione Dei noſcitur illuſtrari. Illic enim diuina uirtus in
ſomnis, & aperte, plurimis & frequenter, multisq; languentibus, & in rerũ
periculis cõſtitutis ſubueniſſe dignoſcitur, ita ut crederetur ab aliquibus ſan
ctam Mariã Chriſti matrem uirginem hanc eſſe. Cum tali nanq; habitu

multis oſtenditur. Quam baſilicam ideo Anaſtaſiam uocant, ſicuti reor, eo quod dogma Nicæni cócilij in Conſtantinopoli, uelut iam mortuū, eo loco expoſitionibus Gregorij reſurrexit. Ego tamen audiui quoſdam uiros referētes, cum populus illic congregaret ad miſſas, mulierē prægnantem de ſuperiori porticu cadentem defunctam fuiſſe, tumq́ cōmuni oratione facta ſuper eam, reuixiſſe, & cum partu ſeruatam eſſe. Quamobrem ualde inopinatum Anaſtaſiæ nomen, id eſt reſurrectionis, accepit. A

SOCRATES Cap. X

Greg. Nazianzenus cupit abire Cōſtan. Theodoſius Aug. ad Demophilum Arianæ religionis antiſtitem

GRegorius itaq; uir eloquentiſsimus ac uenerādus, cognoſcēs aliquos murmurare eo quod eſſet ex alia ciuitate, adueniēte principe Cōſtantinopoli habitare declinabat. Imperator tamen cum in tali ſtatu inueniſſet eccleſias, cogitabat quemadmodum pacificaret oēs, & cunctas augeret eccleſias. Mandauit ergo repente Demophilo, qui tūc Arianæ religioni præſidebat: Si uis, inquit, credere ſecundū Nicæni dogma cócilij, uniatur populus & ſuſcipiat pacem. Cumq́ ille propoſitionem huiuſmodi refugiſſet, tūc Imperator, Si pacem, inquit, concordiamq́ declinas, fugere te etiā à ſacris baſilicis ego præcipio. Hæc audiens Demophilus, & cogitās graue eſſe potioribus reſiſtere, conuocans in eccleſiā plebem, & ſurgēs in medio cunctorum, hæc per ſe ſubiectis uerba loquutus eſt: Fratres, ſcriptū eſt in euāgelio: Si perſequuti uos fuerint, ex iſta ciuitate fugite in aliā. Quia igitur Imperator eccleſiis opus habet, ſcitote craſtina nos Collectā extra urbem celebraturos. Hæc cum dixiſſet, egreſſus eſt. Non tamen ſic intelligens Euangelij uerba, quemadmodum dicta ſunt. Illic enim præcipit, ut fugientes habitationem mundanam, Hieruſalem requirant supernā. Egreſſus ergo ciuitate ante portas, cóciliabula celebrabat. Cū quo ſimul exijt Lucius Alexandria pulſus, quia tunc Conſtantinopoli morabatur. Sic itaq; Theodoſii concordiam non ferentes, poſt quadraginta annos eccleſias, quas ui tenuerāt reliquerūt. Egreſsi de ciuitate quinto Cōſulatu Gratiani, & Theodoſii primo, menſe Nouembri. Quo facto, Nicænæ fidei ſectatores eccleſias receperūt. B

Lucius exul. Ariani relinquūt eccleſias quas xl. annis tenuerant

SOZOMENVS Cap. XI

IGitur cum Eunomius Valentis tēporibus à ſuis clericis receſsiſſet, apud ſeipſum in Bithynia morabatur uir callidus & dicendi peritus, multusq́ populus cōcurrebat ad eum: alij hominē experiri uolentes: alij audire quæ diceret. Horū fama peruenit ad Principem: Cum quo ipſe quoq; uoluit habere ſermonem: ſed Auguſta Flacilla precibus eum retinuit. Erat enim fidelisſima, & Nicęni dogmatis iura ſub integritate ſeruabat, timuitq́ ne (ut fieri ſolet) eloquio uiri callidi captus Imperator, facile in ſectam eius incideret.

Flacilla Aug.

THEODORETVS Cap. XII

INterea cū epiſcopi centū & quinquaginta fuiſſent Cōſtantinopoli congregati, præcepit Imperator ut nullus proderet quis nam eſſet maximus

illeMe-

A ille Melitius. Volebat enim ex memoria ſui ſomnij uirum illum ſibi ipſi indicari. Cum ergo omnis illa multitudo Pontificum regiam introiſſet domum, relictis omnibus ad magnum concurrit Meletiũ, & ueluti quiſpiam filius patris amator, poſt multum temporis paterna uiſione potitus, cõplectebatẽ eum, & ſimul oſculabatur oculos, labia, pectus, & caput, dextramq́ quæ ipſum in ſomnis coronauerat, inſinuauitq́ illi quam uiderat uiſionẽ. Cumq́ etiam cæteros congrue ſalutaſſet, rogauit tanquam patres, ut de rebus præſentibus cogitarent. *Theodoſius Melitiũ agnoſcit, nunquam antea uiſum à ſe niſi per inſomnium*

SOCRATES

Et ut in urbe Conſtantinopolitana ordinaretur epiſcopus. Et cum ſperaret poſſe Macedonianos uniri, etiam eorum conuocauit epiſcopos. Conuenerũt ergo de Conſubſtantialitatis fide, Timotheus Alexandrinus, Cyrillus Hieroſolymitanus, poſt pœnitentiam in Conſubſtantialitatis dogma conſentiẽs, Melitius Antiochiæ, & Acholius Theſſalonicæ, alijq́ plurimi, ita ut centũ & quinquaginta numerus cõpleretur. Macedonianis uero præerat Eleuſius Cyzici, & Lampſaci Martianus: erantq́ ſimul triginta ſex, quorũ plurimi eſſe uidebanẽ de ciuitatibus Helleſponti. Conuenerũt itaq́ Conſulatu Eucharij & Euagrij menſe Maio. Igitur Imperator & Epiſcopi partis ipſius laborabant, ut Eleuſius eiuſq́ ſequaces unirentur eccleſiæ, cõ- *Macedonianorum epiſcopi, & pertinacia*
B memorantes eis legationem, quam miſerant ad Liberium tunc Romanæ urbis epiſcopũ per Euſtathium, & quia pridem ſponte ei communicaſſent, nec eſſet ſine pudore ut ſubito bene prius placita mutarent. At illi eius monita apertaq́ conuitia paruipendentes, elegerũt ſequi potius Arianam peſtem quàm Conſubſtantialem dicere Trinitatem. Hæc fatentes de Conſtantinopoli ſunt egreſsi, & ſcribebant alteri alteris, ne quis ipſorum in Nicæni concilij dogma conſentiret. Cap. XIII

GRegorius uero, qui tunc Conſtantinopolitanam regebat eccleſiã, Nazianzum redire parabat. Pro quo cum epiſcopatus Cõſtantinopolitanæ uacaret eccleſiæ, Timotheus Alexandrinus Petri ſucceſſor, Maximũ quendam Cynicum ordinauit epiſcopũ, cum nuper totondiſſet eum. Is uero erat Apollinaris uæſania refertus. Sed non pertulerũt hoc malũ uiri ſanctiſsimi Conſtantinopoli cõgregati. Et cum Aegyptij maxime ſe pro eius ordinatione ſeparaſſent, ſacra officia cum Gregorio celebrabãt. At ille grauiter ferens rurſus factam diuiſionem, exorabat uniuerſos, ut laude dignũ uirum quærerent, quem Pontificem ordinarẽt. Tunc illi eius uerbis acquieſcentes, Nectarium generis nobilitate decoratum conſtituerunt Conſtantinopolitanæ ciuitatis epiſcopum, Maximum uero Apollinaris cõtagio laborantem, nudatum Pontificali dignitate eiecerunt. Tum etiam regulam protulerunt, Conſtantinopolitanus epiſcopus haberet honoris priuilegia poſt Pontificem Romanum, eo quod ſit noua Roma. Firmaueruntq́ rurſus *Gregorius Naziãzenus Conſtantinop. relinquit. Maximus Cynicus Nectarius*

X 2

Patriarchæ inſtituti

rurſus Nicænam fidem, & Patriarchas cõſtituerunt, diſtribuentes prouincias, ut epiſcopi uniuſcuiuſq; diœceſeos ad eccleſias non irent extraneas. Hoc enim olim propter perſecutionis tempus indifferenter agebatur. Diſtribuerunt itaq; Nectario quidem maximam ciuitatem & Thraciã. Ponticam uero diœceſim Helladio, qui poſt Baſilium fuit. Cæſaream Cappadociæ Gregorio Nyſſeno, Baſilij germano: Troilo quoq; Melitenæ, Armeniæ ius Patriarchæ dederunt. Aſianam uero diœceſim, Iconij Amphilochius eſt ſortitus. Optimus autem Antiochiæ, Piſidiæ. Aegyptum quoque Timotheo Alexandrino diſtribuerunt. Porrò eccleſiarum Orientalium gubernationem eius præſulibus commiſerunt, Pelagio Laodiceno, & Diodoro Tarſi, Antiochenæ eccleſiæ priuilegia reſeruantes, quæ tunc Melitio præſenti dederũt. Definierunt pariter, ut ſi quid in prouincia qualibet emergeret, prouinciæ concilio finiretur. In his omnibus ſuum præbuit etiam Imperator aſſenſum. A

Prouincialiũ conciliorum inſtitutio

THEODORETVS

Paruo porrò tempore tranſeunte ſanctus quidem Melitius eſt defunctus, & ab omnibus ſapientibus cum præconijs maximis eſt ſepultus.

THEODORETVS

Synodus Conſtantinopolitana

Aeſtate uero ſequente rurſus plures epiſcopi Cõſtantinopolim pro cauſis eccleſiaſticis ſunt reuerſi, ubi Occidentalium epiſcoporum ſynodicam ſuſceperunt epiſtolam, inuitantem eos Romam, ut illic maximum celebraretur concilium. Sed illi quidem profectionem quaſi nihil habituram lucri refugerunt, uerum literas miſerunt Damaſo, cæteriſq; præſulibus, quas pro clariori notitia ſubdere neceſſarium iudicaui. B

Epiſtola ſynodi Conſtantinopolitanæ miſſa Occidentalibus

DOMINIS HONORABILIBVS, ATQVE VENERANDIS fratribus & comminiſtris, Damaſo, Ambroſio, Brittonio, Valeriano, Acholio, Baſilio, & reliquis ſanctis Epiſcopis in maxima Roma collectis, ſancta ſynodus orthodoxorũ epiſcoporũ congregatorũ in maxima ciuitate Cõſtantinopoli in domino s.

VELVT ignoranti ueſtræ reuerentiæ inſinuare, atq; narrare multitudinem paſsionum ab Ariana potentia nobis ſæpius illatarum, forſitan ſuperuacuum eſt. Non enim ita negligere ueſtram credimus ſanctitatem, ut adhuc egeatis diſcere quos certum eſt condolere. Sed neq; tales nos conſtrinxere tempeſtates, ut pro ſui paruitate latere potuerint. Neq; tempus perſecutionis eſt nouum, ſed adhuc memoriam ſeruat antiquam, nõ ſolum in his qui paſsi ſunt, ſed etiam in eis, qui participes ſunt illorum, quorũ proprias indicant paſsiones. Heri enim (ut ita dicam) aut hodie exiliorum uinculis reſoluti, poſt innumeras tribulationes ad eccleſias proprias ſunt reuerſi. Aliorum uero in exilio defunctorum funera reuocata ſunt. Quidam uero etiam ab exilio remeantes, & feruenti hæreticorũ furore detenti, amariora

A rioraquàm in exilio in proprijs ſunt perpeſsi,lapidibus ab eis obruti, ſicuti beatus Stephanus. Alij diuerſis macerati ſunt ſupplicijs, adhuc ſtigmata Chriſti & uulnera in ſuo corpore circumferre noſcuntur. Pecuniarum uero diſpendia,honoris ademptiones, ſingulorumq; confiſcationes, & machinamina, iniurias atq; uincula, quis numerare ualebit per ſingula? Omnes enim tribulationes uerè ſuper nos multiplicatæ ſunt ultra numerum. Iuſte quidem, quoniam ualde peccauimus. Aut certe clemens dominus paſsionum multitudine nos uoluit exercere. Propter hæc itaq; gratias Deo referimus:qui & per tantas tribulationes ſeruos corripit ſuos, & ſecundũ multitudinem miſerationum ſuarum deduxit nos rurſus ad refrigeriũ. Nobis itaq; tempus & labor maximus neceſſarius fuit, ut emendatio ita proueniret eccleſiarũ, ut tanquam pro longa ægritudine diligentia paulatim adhibita,priſcã pietatis redderet ſanitatem. Hoc etenim putabimur modo perſecutionibus acerrimis liberari,& eccleſias longo tẽpore ab hæreticis detentas,denuo reparare. Veruntamen graues adhuc nobis ſunt lupi,qui poſtq; de caulis expulſi ſunt, ex ipſis paſcuis oues abripiunt, collectas facere cõtendentes,populos cõmouentes,& in nullo ſegnes ad eccleſiæ læſionem. Erat itaq; (ſicut diximus) neceſſarium huic operi tempus. Quia tamen fraternã circa nos charitatem miniſtrantes,ſynodum in Romana urbe dei uoluntate feciſtis:& nos illuc tanquam membra propria, literis deo amabilis Principis euocaſtis: ut quoniã tunc ad tribulationes ſoli ſumus addicti, nũc ſub Imperatorũ pia concordia non ſine nobis regnaretis, ſed etiam nos uobiſcum ſecundum Apoſtolicam uocem cõregnaremus:oratio quidem noſtra fuit,ſi eſſet poſsibile,ut omnes noſtras ſimul relinquẽtes eccleſias, deſiderio utili iungeremur, Quis enĩ nobis dabit pennas ſicut columbæ, ut uolemus & apud uos requieſcamus? Sed quoniã hoc omnino nudabat eccleſias,requie nuper inchoante,resq; nimis erat plurimis impoſsibilis,quia concurreramus in urbem Conſtantinopolitanam,cauſa literarum ad nos miſſarum à ueſtra charitate poſt Aquileienſe concilium ad deo amabilem Imperatorem Theodoſium, propter hanc ſolummodo cauſam uſq; ad Conſtantinopolim præparati, & de hac tantummodo ſynodo ferentes conſenſum Epiſcoporum, qui per prouincias permanſere: maioris uero profectionis neq; ſperauimus opus,neq; præaudiuimus omnino, antequam Conſtantinopolim ueniremus. Super hæc autem induciarum anguſto tempore faciente, neq; præparare nos ualentes ad longam profectionem, neq; uniuerſos communicatores noſtros in prouincijs poſitos commonere, & eorum conſenſum ſumere præualuimus. Quoniam igitur hæc & alia multa plurimorum aduentum prohibere uidebãtur, quod erat ſecundum, ad effectum rerum & ueſtræ circa nos charitatis oſtenſionem, hoc egimus: Reuerendiſsimos atq; chariſsimos fratres, & cõminiſtros noſtros epiſcopos,

Euſebius. Cyriacus. Priſcianus

Cyriacum,Euſebium,& Priſcianum,uſq; ad uos laborare alacriter exoran A
tes,per quos & noſtram uoluntatem pacificam,& intentionem habentem
unitatis oſtendimus, zelumq; noſtrũ quem pro ſaluberrima fide gerimus,
indicamus.nos etenim perſecutiones,ſiue tribulationes,ſiue minas Imperia
les,ſiue crudelitates Iudicum, ſiue quaslibet alias tentationes hæreticorũ, li-
benter ſuſtinuimus pro Euangelica fide,quæ in Nicæa Bithyniæ à trecẽtis
decem & octo patribus roborata dignoſcitur. Hãc enim & uobis & nobis
& omnibus, qui nõ ſubuertunt uerbum ueræ fidei,complacere cõfidimus,
quam ſcimus antiquiſsimã exiſtere,& ſequacem baptiſmatis, docentemq;
nos credere In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.Diuinitatẽ quippe
& uirtutem atq; ſubſtantiã unam Patris & Filij Spiritus ſancti credimus,
& æqualem honorem ac dignitatem & imperiũ coæternum, in tribus per-
fectiſsimis ſubſiſtentijs, ſeu tribus perfectis perſonis: ut neq; Sabellij lan-
guor habeat locum confuſione ſubſiſtentiarũ, aut peremptione proprieta-
tum:neq; Eunomianorũ & Arianorũ πνευματομάχων, id eſt,ſpiritui re-
ſiſtentium blaſphemia præualeat:ſubſtãtia uidelicet ſecundũ illos,aut natu
ra,aut diuinitate diuiſa,aut ut increatæ cõſubſtantiali & coæternę Trinitati
poſterior aliqua uel creata, uel alterius ſubſtantiæ natura detur.Inhumana
tionis uero Chriſti ſermonẽ ſine aliqua uiolatione ſeruamus,neq; ſine ani-
ma neq; ſine mente aut imperfectã carnis diſpenſationẽ ſuſcipiẽtes:ſed to- B
tum ſcientes perfectũ quidem ante ſecula exiſtere domini uerbũ, perfectũ
uero hominẽ in nouiſsimis diebus propter noſtrã ſalutẽ factũ. Igitur quæ
de fide à nobis aperte prædicantur, uelut in ſumma hæc eſſe noſcuntur: de

Tomus decretorum Antiochiæ

quibus amplius inſtrui poteritis, ſi & Tomũ in Antiochia factũ à ſynodo
ibi conſtituta,dignemini legere.Et quid anno ſuperiori in Cõſtantinopoli
ab uniuerſali ſynodo cognoſcitur eſſe prolatũ: in quibus latius fidem pro-
feſsi ſumus, & contra nouitates hæreſeon nuper exortas,anathema ex ſcri
pto protulimus. De diſpenſationibus aũt particularibus eccleſiarũ antiqua
(ſicuti noſtis)ſanctio tenuit,& definitio ſanctorũ patrum in Nicæa cõueni-
entium,ſecundum unamquamq; prouinciã:& ſi Pontifices uoluerint ut cũ
eis uicini propter utilitatẽ celebrent ordinationes.Quibus rebus cõſequen-
ter & cæteras eccleſias apud nos gubernari cognoſcite,& inſignium eccleſia

Conſtantinopolitana eccleſia recens

rum hæc approbaſſe ſacerdotes. Porrò Conſtantinopolitanæ urbis nouel
lam (ut ita dicamus)eccleſiã,uelut ex ore leonis hæreticis ſuffoſſam blaſphe
mijs abſtraximus,& per miſericordiam dei & reuerendiſsimũ & deo ama-
bilem Nectarium epiſcopum ordinauimus,coram uniuerſali concilio cum
communi cõcordia,ſub aſpectu etiam deo amabilis Imperatoris Theodo-
ſii,uniuerſiq; cleri cuncta decernente pariter ciuitate. In ſeniore autem &
uere apoſtolica eccleſia Antiochiæ Syriæ,in qua primum uenerabile Chri
ſtianorũ appellatũ eſt nomen, reuerendiſsimũ & deo amabilem epiſcopũ
Flauia-

A Flauianum de uniuerſa prouincia & orientali diœceſi concurrentes regu-
lariter ordinauerunt. omni eccleſia pariter decernente,& quaſi ſub una uoce
hunc honorante uirum. Qam ordinationem tanquam legalem ſuſcepit cō-
mune concilium. In matre uero cunctarum eccleſiarum Hieroſolymis cōſti- *Hieroſolymi tana eccleſia*
tuta,reuerendiſsimum & deo amabilem Cyrillum epiſcopum eſſe ſignifica-
mus,qui regulariter olim à prouincialibus ordinatus,plurima propter Ari-
anos diuerſis tēporibus certamina paſſus eſt. His igitur tam legaliter & ca-
nonice apud nos geſtis,etiā ueſtram reuerentiam congaudere depoſcimus,
ſpirituali intercedente dilectione, & timore dominico, per quæ humana re-
mouetur offenſio,& eccleſiarū ædificatio præponitur uniuerſis. Sic etenim
uerbo fidei cōcordāte,& Chriſtiana in nobis charitate firmata, ceſſauimus
dicere,quod reprehendebat Apoſtolus,Ego quidē ſum Pauli,ego uero A-
pollo, ego autem Cephæ, dum omnes uidelicet apparemus Chriſti,qui in
nobis diuiſus non eſt.Et ſi ſine ſchiſmate corpus eccleſiæ,deo adiuuante, ſer
uemus,cum fiducia ante domini tribunal aſtabimus. Et cōtra Arij & Aetij
Eunomijq́ue uæſaniam,nec non contra Sabellij, Photini Marcelli, Pauli Sa
moſateni & Macedonij conſcripſerunt. Similiter autem & Apollinaris no-
uitatem palàm abdicauerunt,dicētes, Inhumanationis uero domini uerbū
ſine uiolatione ſeruamus,neq́ue ſine anima,neq́ue ſine mēte,aut imperfectam
B carnis diſpenſationem ſuſcipientes.

Porrò Damaſus omni laude digniſſimus agnoſcens hanc hæreſim ex-
ortam fuiſſe,non ſolum Apollinarem, ſed etiam Timotheum diſcipulum
illius abdicauit.Et hoc orientem gubernantibus epiſcopis,literis proprijs in
dicauit,quas curauimus infra annectere. Cap. XV

QVoniam Apoſtolicæ ſedi reuerentiam debitam charitas ueſtra diſtri-
buit,uobis plurimum chariſſimi filij præſtitiſtis. Nam licet eccleſiæ, in
qua ſanctus Apoſtolus reſidens docuit, quodammodo nos gubernacula
quæ ſuſcepimus,teneamus: tamen profitemur nos honore minores eſſe,&
propterea omni modo feſtinamus, ut ad gloriam eius beatitudinis perueni
re poſſimus. Scitote igitur quod pridem Timotheum prophanum,ineruditum, Apollinaris hæretici diſcipulū, cum impio ipſius dogmate condemna
uimus, nec ultra cōcedimus eius reliquias qualibet ratione de cætero præua
lere. Si autem adhuc ille ſerpens antiquus ſemel & ſecūdo percuſſus,ad pœ
nam propriam reuiuiſcit: quiq́ue extraneus ab eccleſia eſt,mortiferis uenenis
ſuis quoſdam fidelium tentare non ceſſat, hanc tanq́ue peſtiferam declinate
corruptionem,ut uos memores Apoſtolicę fidei,quę præcipue in urbe Ni-
cæna à patribus ex ſcriptis prolata eſt, firmo gradu ſtabiles in fide & immu
tabiles perduretis: & non uaniloquia & exterminabiles quæſtiones ab iſto
audire patiamini clericos ueſtros,aut plebem. Iam enim ſemel formam de-
dimus,ut qui ſeipſum cognouerit Chriſtianū,illud ſeruet quod ab Apoſto

lis noſcitur eſſe contraditũ, dicente ſancto Paulo, Si quis uobis annunciauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Chriſtus em̃ filius dei, dominus noſter, humano generi per propriam paſſionem ſalutem pleniſſimã condonauit, ut totum hominem delictis obnoxium, peccatis omnibus liberaret. Hunc ſi quis in deitate, ſiue in humanitate minus aliquid dixerit habuiſſe, plenus ſpiritu diaboli, Gehennæ ſe ipſum filium demonſtrauit. Cur itaq; rurſus à me quæritis damnationẽ Timothei, qui & hic iudicio Apoſtolicæ ſedis, præſente quoq; Petro Alexãdrinæ ciuitatis Epiſcopo cum Apollinari ſuo doctore damnatus eſt, & in die iudicij tormenta debita & ſupplicia ſuſtinebit? Si uero quibuſdam leuioribus ille ſuadet, ueluti quandam ſpem habens, qui ueram ſpem in Chriſti confeſſione mutauit, ſciant ſe cum iſto ſimiliter perituros, cum eccleſiaſticam regulam impugnabunt. Deus uos incolumes cuſtodiat filij chariſsimi. A

Cap. XVI

Profeſſio catholicæ fidei, quam Damaſus miſit ad Paulinum

SEd etiã alia quædã in eminentiſſima Roma colligentes contra diuerſas hæreſes ſcripſerunt, quæ huic operi neceſſarium ſubdere iudicaui.

1 Quoniam poſt Nicænũ conciliũ talis error exortus eſt, ut quidã dicere prophano ore præſumãt, Sanctum ſpiritum per Filium fuiſſe factũ, anathematizamus eos, qui non cum omni prædicãt libertate cum Patre & Filio ſanctum Spiritum unius eiuſdẽq; ſubſtantiæ atq; poteſtatis exiſtere.

2 Similiter autem anathematizamus & eos, qui errorem Sabellij ſunt ſequuti, eundem dicentes Patrem eſſe, quem Filium. B

3 Anathematizamus Ariũ & Eunomiũ, qui ſimili impietate, licet uerbis diſcrepent, Filium tamen & ſpiritum ſanctum creaturã eſſe cõfirmant.

4 Anathematizamus Macedonianos, qui ex Ariana radice deriuati, non impietatem ſed uocabulum mutauerunt.

5 Anathematizamus Photinũ, qui Hebionis hæreſim renouans, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſolum ex Maria confitetur.

6 Anathematizamus etiam eos, qui duos filios eſſe profitentur: unum ante ſecula, & alium poſt carnis aſſumptionem ex uirgine.

7 Anathematizamus & hos, qui pro rationali anima cõfirmant, quod dei uerbum in humanam carnem conuerſum eſt: ipſe nanq; Filius uerbum dei, non pro rationali anima & intelligibili in ſuo corpore factus eſt, ſed noſtram, hoc eſt rationalem & intelligibilem animam ſine peccato aſſumpſit atque ſaluauit.

8 Anathematizamus & eos, qui dicunt Verbum dei productione & correptione à Patre ſeparatũ, & ſine ſubſiſtentia eum aut terminãdum eſſe blaſphemant. Eos autem qui ab eccleſiis ad alias eccleſias migrauerunt, tamdiu à noſtra communione alienos habemus, donec ad eas redeant ciuitates, in quibus primitus ordinati ſunt.

9 Si quis autem alio de loco ad locum migrante, in locum uiuẽtis ordinatus

A natus eſt, tamdiu uacet ſacerdotij dignitate, qui propriã deſeruit ciuitatem, donec ſucceſſor eius requieſcat in domino.

10 Si quis non dixerit ſemper Patrem & Filium et ſemper ſpiritum ſanctum eſſe, anathema ſit.

11 Si quis nõ dixerit Filium natum ex Patre, hoc eſt, ex eius diuina ſubſtantia, anathema ſit.

12 Si quis nõ dixerit uerum deum Filium dei, ſicut uerum Patrem eius, & omnia poſſe, & omnia noſſe, & Patri æqualem eſſe, anathema ſit.

13 Si quis dixerit, quod in carne degens Filius dei, cum eſſet in terra, in cœlis & cum Patre non fuerit, anathema ſit.

14 Si quis dixerit, quod in paſſione crucis dolorem paſſus ſit Filius dei deus, non caro cum anima, qua induta eſt forma ſerui, quam ſibi aſſumpſit, ſicut ſancta ſcriptura dixit, anathema ſit.

15 Si quis non dixerit, quod in carne, quam aſſumpſit, ſedeat in dextera Patris, in qua etiã uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos, anathema ſit.

16 Si quis non dixerit Sanctum ſpiritum ex Patre eſſe uere & proprie, ſicut & filium ex diuina ſubſtantia, & deum dei uerbum, anathema ſit.

17 Si quis non dixerit omnia poſſe Spiritum ſanctum, et omnia noſſe, & ubiq; adeſſe, ſicut & Filium & Patrem, anathema ſit.

B 18 Si quis dixerit Spiritum ſanctum facturam, aut per Filium factum, anathema ſit.

19 Si quis non dixerit omnia per Filium & per Spiritum ſanctum feciſſe Patrem, hoc eſt, uiſibilia & inuiſibilia, anathema ſit.

20 Si quis non dixerit Patris & Filij & Spiritus ſancti unam deitatem, poteſtatem, diuinitatem, uirtutem, unam gloriã, dominationẽ, imperium, unam uoluntatem & ueritatem, anathema ſit.

21 Si quis tres perſonas non dixerit ueras Patris & Filij & Spiritus ſancti æquales, ſemper uiuentes, omnia continentes, uiſibilia & inuiſibilia, omnia potentes, omnia iudicantes, omnia uiuificãtes, omnia creantes, omniaq; ſaluantes, anathema ſit.

22 Si quis non dixerit adorandum Sanctum ſpiritum ab uniuerſa creatura, ſicut & Filium atq; Patrem, anathema ſit.

23 Si quis de Patre & Filio bene ſapuerit, de ſancto autem Spiritu non recte crediderit, hæreticus eſt: quia omnes hæretici de Filio dei, & de ſancto Spiritu male ſapientes, in Iudæorum atq; Gentilium incredulitate conſiſtere conuincuntur.

24 Si quis autem diuiſerit, deum Patrem dicens, & deum Filium, & deum Spiritum ſanctum, affirmans deos dici, & non deum, propter unam deitatem ac poteſtatem, quam eſſe credimus & nouimus, Patris & Filij & Spiritus ſancti deum unum: ſubtrahens uero Filium & Spiritum ſanctum,

tanquam

tanquam ſolum opinatus patrem deum, anathema ſit. Nomen enim deorum & angelis & omnibus ſanctis à deo poſitum eſt atq; donatum. De Patre uero & Filio & Spiritu ſancto propter unam æqualemq; diuinitatem, non deorum nomina, ſed dei noſtri traditur atq; ſignificatur, ut credamus quia in Patre & Filio & Spiritu ſancto ſolummodo baptizamur, & non in Archangelorum & Angelorum nominibus, ſicut hæretici, aut ſicut Iudæi Gentilesq; inſaniunt. Hæc igitur Chriſtianorum ſalus eſt, ut credentes Trinitati, hoc eſt, Patri & Filio & Spiritui ſancto, & in eam baptizati, unam deitatem, & poteſtatem, & diuinitatem & ſubſtantiam in eum credamus. Hæc itaq; Gratiano uiuente facta ſunt. A

SOCRATES. Cap. XVII

Pauli corpus Ancyra Conſtant. relatum

INterea Theodoſius Imperator corpus epiſcopi Pauli de Ancyra tum reuocari fecit, quem Philippus Præfectus propter Macedonium iu exilium deſtinatum in Cucuſo Armeniæ fecerat ſuffocari. Quod funus cum honore maximo atq; ueneratione ſuſcipiens, in eccleſia recondidit, quæ nunc ex eius nomine noſcitur appellari, quam tunc Macedoniani tenuerant ab Arianis diuiſi, & expulſi ab Imperatore, quod eius noluiſſent ſequi fidem.

SOZOMENVS.

Melitij corpus Antiochiam

In qua baſilica plurimi neſcientes ueritatem, Paulum apoſtolum iacere credunt, & maxime mulieres ac populus. Hoc itaq; tempore etiam Melitij B reliquiæ in Antiochiam relatæ, & iuxta ſepulchrum Babylæ martyris noſcuntur eſſe reconditæ. Fertur uero quod per totã uiam iuſſu principis, miniſtrantibus cunctis ciuitatibus, cũ pſalmodia & honore debito funus eius uſq; ad Antiochiam fuerit deportatum.

SOCRATES Cap. XVIII

Arcadius Cæ.

INter hæc Theodoſius imperator filiũ ſuum Arcadium deſignauit Auguſtũ, Conſulatu Merobaudis ſecundo, & Saturnini, ſextodecimo Ian. menſis die. Non longo poſt tempore aderant utiq; totius religionis epiſcopi eodem Conſulatu, Iunio menſe. Cpa. XIX

Theodoſius laborabat pro concordia eccleſiarum

INter hæc euocans imperator Nectarium, tractabat cum eo quid fieret ut non Chriſtiani diſcordarent, ſed tota uniretur eccleſia. Dicebat autem: Oportet examinari quæſtionem eccleſias ſegregantem, ut cum diſcordia recederet, concordia eccleſias cõgregaret. Hoc audiens Nectarius, cogitabat: & euocans Agelium tunc Nouatianorum epiſcopum tanquam in fide conſortem, indicauit ei uotum imperatoris. At ille cum eſſet rebus alijs uenerandus, de dogmate non ualebat reddere rationem, ſed Lectorem ſuum Siſinnium nomine, ſtatuit qui pro ipſo deberet proferre ſermonem, uirum eloquentem & rebus expertum, optimeq; ſcientem ſacrarũ profundiſſima literarũ, ſed & Philoſophica dogmata. Is ergo dixit, quod diſputatio non ſolum ſciſmata non uniret, ſed etiam hæreſes ad contentiones maiores adduceret

A duceret, & propterea Nectario dedit tale conſilium. Bene nanque ſciebat, quod ueteres Patres principium ſubſtantiæ filio dei dare uitabant, quoniam percepiſſent eum eſſe patri coæternum. Quapropter dedit conſilium, ut diſputatiuas fugeret intentiones, & teſtimonium ex traditione ueterum adhiberet: utque Præſules hæreſeon interrogaret Imperator, an ſermonem uellent facere de antiquis eccleſiæ doctoribus, qui ante diuiſionem floruiſſent, an certe illos uelut alienos à Chriſtianiſmo reſpuerent. Et ſi quidē eos abnegarent, obijceretur eis: Ergo eos anathematizare præſumite. Et ſi hoc facere non auderent, à populo pellerentur. Quo facto apertam fore uictoriam ueritatis. Si uero de principiis non offenderentur doctoribus: Noſtrū, inquit, eſt præbere ueterum libros, per quos noſtrum dogma illorum teſtimonio roboretur. Inter hæc cum Nectarius Siſinnium dicentem libenter audiſſet, feſtinus ad palatium properauit, dixitque Principi cōſilium datum. At ille conſiderata ſententia, cauſam ſapienter inſtituebat. Deinde conuocatis hæreſiarchis, interrogauit an ſuſciperent Magiſtros eccleſiæ, qui ante tempora diuiſionis extitiſſent. Illis uero non abnegantibus, ſed tanquam præceptores honorantibus: rurſum Imperator interrogauit, an eis horum teſtimonia de Chriſtiano dogmate complacerent. Hæc audientes præſules hæreſeon atque diſputatores eorum (erant enim plurimi ad diſputationis certamina parati) in reſponſo uehementer hæſerunt. Irruit enim in omnes magna diſcordia, alijs dicētibus bonum Imperatoris eſſe propoſitum: alijs uero cogitantibus, quod nō ipſorum expediret propoſito, dum alij aliter de libris ueterum ſentire uiderentur. Et nequaquā inter ſe conſpirabant, ſed erant diuiſi, non ſolum aduerſus alias hæreſes, ſed etiam inter ſeipſos, qui pridem unius hæreſeos eſſe uidebantur. Quamobrem conſors malicia, ſicut linguæ Gigantum ueterum eſt diuiſa, & turris eorum funditus eſt ſubuerſa. Cognoſcens igitur Imperator eorum confuſionem, & quod in diſputatione ſolummodo, & non in antiquis expoſitionibus confidebant, alio properauit itinere, eisque declarauit, ut ex ſcripto unaquæque religio definitionem ſuæ fidei declararet. Tunc callidi uiri ſingularium hæreſeon ſubtiliter ſua uerba tractantes, dogma proprium conſcripſerunt. Erat enim definitus dies, quo ſinguli epiſcoporum ad palatium conuenirent. Aderant ergo Nectarius & Agelius τοῦ ὁμοουσίου fidei præſidentes, Arianorum uero Demophilus, Eunomianorum ipſe Eunomius, Macedonianorum Eleuſius Cyzici. Igitur Imperator eos qui cōuenerant & uniuſcuiuſque dogmatis ſcripta ſuſcipiens, ſeorſumque recedens orauit intente, ut ſibi cooperaretur deus ad ueritatis electionem. Deinde uniuſcuiuſque dogmatis relegens ſcripturam, alia quidem omnia tanquam diuiſionem Trinitatis introducentia culpans, repente diſrupit, & ſolum τοῦ ὁμοουσίου dogma cum laude ſuſcepit. Hæc autē occaſio fuit, ut Nouatiani bene agentes, intra ciuitatem haberent rurſus eccleſias

Conſilium Siſinnij de cōcordādis hæretic.

Diſputatores

Antiqui interpretes

Theodoſius dogma Cōſubſtantialitatis amplectitur

B

eccleſias. Admiratus nanq; princeps eorum concordiam circa fidem, lege A
præcepit, ut propria oratoria tenerent, & priuilegia ſuæ eccleſiæ atq; fidei poſſiderent. Verum aliarũ religionum Antiſtites propter diſcordiam ſuam in reprehenſionem ſui populi uenientes æſtuabant, triſtitiaq; confuſi diſcedebant. & literis conſolabantur alteri alteros, ut non cruciarentur quod plurimi deficientes ad fidem τὸ ὁμοουσίν accederent, dicentes: Multos quidem uocatos, paucos aũt electos. Quod certe tum non dicebant, cum multum populum per poteſtatem ſibiipſis aggregarent.

SOZOMENVS

Imperator interea lege ſanciuit, ut hæretici neq; eccleſias haberent, neq; de fide docerent, neq; epiſcopos aut alios ordinarent: & alios quidem è ciuitatibus expelli, alios ſine honore eſſe, neq; frui communi ciuitate permiſit. Inſuper crudeles pœnas aduerſus eos in lege conſcripſit, quas tamen executus non eſt. Huc enim ſpectabat ut per hoc concordes exiſterent, non uero ſupplicio ſubiacerent.

SOCRATES Cap. XX

Orthodoxi inquieti inter ſe SEd neq; hi qui tuebant̃ fidẽ Nicæni concilij, penitus à triſtitia uacabãt.
Nam Antiocheni eos qui in cõcilio præſentes fuerãt declinabãt. Aegy-
ptij & Arabes, & Cyprij, Flauianũ ab Antiochia expellendũ eſſe dicebant.
Palęſtini uero & Phœnices, atq; Syri, pro Flauiano laborabãt. Quarũ rerũ B
finem proprio loco narrabimus. Eo porrò tempore quo Cõſtãtinopoli de
Maximus tyr. ſynodis agebatur, talia circa Heſperiã acciderunt. Maximus de Brittanno-
rũ partibus contra Romanorũ ſurrexit imperiũ, & laboranti Gratiano con-
Alamanni tra Alamannos intulit bellum. In Italia uero puero admodũ exiſtẽte Valen-
Probus, Præf. tiniano, rerum curã Probus Exconſul atq; Pręfectus habebat. Iuſtina uero
Iuſtina Valentiniani mater cum eſſet Ariana, uiuo quidẽ marito lædere non ualuit
Ambroſius in Orthodoxos: eo mortuo & filio ualde iuuene, Mediolanũ ueniẽs, Ambro-
exilium ſio epiſcopo erat infeſta, ita ut eum mitti iuberet in exilium.

THEODORETVS

Cumq; de eccleſia iuberet̃ exire Ambroſius, ait: Ego, inquit, hoc ſponte non faciam, ne lupis ouium ſepta contradere uidear, aut blaſphemantibus deum: hic ſi placet occide: hoc loco mortem prona ſuſcipiam uolũtate.

SOZOMENVS

Cumq; populus ſingulariter diligẽs Ambroſium repugnaret, & trahen-
tibus eum ad exilium ualde reſiſteret, magis indignata Iuſtina uocauit Be-
Beniuolus niuolum tunc Quæſtorem, iubens ut uelociter proponeret legẽ, quæ fidem
Quæſtor prolatam Arimini confirmaret. Cumq; ille hoc agere declinaret (erat enim
Orthodoxus) maioribus eum cingulis inuitabat. Beniuolus autem diſcin-
gens ſe, balteum ante pedes Auguſtæ proiecit, dicens, non illum hono-
rem neque maiorem uelle ſe pro impietatis habere mercede. Cumq; ille

hoc facere

A hoc facere omnibus modis refutaſſet, inuenti ſunt alij qui nequitiæ iuſsionibus miniſtrarent.

SOCRATES. Cap. XXI

INter hæc nũciatur Gratianũ dolo tyrãni Maximi fuiſſe occiſum. Andragatius enim dux Maximi, in lectica portatus ut occideret Gratianũ, huiuſmodi opinionem miſit in uulgus, quod uxor Gratiani ſuo uiro feſtinaret occurrere in Lugduno Galliæ ciuitate fluuium trãſeunti. Gratianus autem credens coniugem re uera uenire quam nuper acceperat, non præcauit eius inſidias, & ueluti cæcus in foueam, in manus hoſtis incurrit. Cum ergo ueniſſet Gratianus ueluti ad uxoris uehiculum, ex improuiſo exiliens Andragatius, Gratianum callidus interemit. Mortuus ergo eſt Conſulatu Merobaudis & Saturnini, anno Imperij decimoquinto, uitæ uiceſimo & quarto. Hoc itaq; facto, ad præſens contra Ambroſium ira Iuſtinæ quieuit. Porrò Valentinianus, licet inuitus, tempore neceſſitatis flexus in Maximi conſenſit imperium. Tunc Probus metuens Maximi poteſtatem, ab Italia in Illyricum uenit, & in Theſſalonica Macedoniæ morabatur.

Gratianus Cæſar, quo pacto cæſus

Andragatius trucidarius

THEODORETVS

Cumq; audiſſet Maximus quæ contra Ambroſium rurſus magniloquum prædicatorem ueritatis agerentur, ſcripſit Valentiniano, ut bellum B quod agebatur contra eccleſias, ſolueretur, monens ut paternam non amitteret pietatem: adiecitq; etiã minas belli: & niſi quieſceret, uerba operibus adimpleret. Quamobrem ſumens exercitum, uenit Mediolanum, ubi tum ille degebat. Porrò Valentinianus cognoſcens eius inuaſionem, fugit in Illyricum, experimento cognoſcens quę mala matris cõſilio ſuſtineret. Porrò Theodoſius audiens quæ à Iuſtina fuerant geſta, & à tyranno ſcripta, fugienti Valentiniano reſcripſit, nõ eſſe mirandum ſi imperatori quidem terror, Tyranno uero poteſtas accreſceret, cum imperator pietati rebellis extitiſſet, Tyrannus autem ei auxilia cõmodaret: & propterea ille quidem fugeret nudus, iſte uero armaretur aduerſus nudum.

Maximus tyrannus pro orthodoxis

Theodoſius ad Valentinianum

SOCRATES

Tum igitur Theodoſius Imperator in maxima ſollicitudine conſtitutus, contra Tyrannum parabat exercitum, metuens ne quid etiam contra iuniorem Valentinianum inſidiæ tyranni præualerent. Ea tẽpeſtate etiam Legatio Perſarum aderat, pacem petens. Quo tempore filius quoq; Honorius ei natus eſt de uxore Placilla, Conſulatu Richomeri & Clearchi, nono die Septembris menſis: quo Conſulatu Agelius quoq; Nouatianorum epiſcopus eſt defunctus. Cap. XXII

Theodoſius aduerſus Maximum

Honor. Theodoſii filius

SEquenti uero Conſulatu Arcadij Auguſti primo, & Baudonis, defuncto Timotheo Alexandrinæ ciuitatis epiſcopo, Theophilus ſuſcepit Præſulatum. Poſt annum uero Demophilo Arianorum Antiſtite morien-

Timotheus Alexã. moritur, Theophilus ſuccedit

 te, Ariani

Marinus *Dorotheus*

te, Ariani Marinũ quendã epiſcopũ ſibiipſis ordinauerunt, qui tamen non diu uixit, ſub quo diuiſa eſt Ariana religio. Quo moriente Dorotheum ab Antiochia Syriæ deducentes habuerunt pontificem. A

Cap. XXIII

PORrò Imperator contra Maximum feſtinans, Conſtantinopoli imperatorem filium reliquit Arcadium. Cumq́ꝫ Theſſalonicã ueniſſet, inuenit Valentiniani Iudices in maxima triſtitia cõſtitutos, quod tyrannũ uelut imperatorem ex neceſſitatis cauſa ſuſcepiſſent. Theodoſius aũt aperte quidem nec refutabat nec admittebat Legationẽ Maximi. Non tamen patiebatur ſub tyranno poſitũ imperiũ Romanorũ. Sumens ergo omnẽ exercitum, Mediolanũ tendebat, ubi erat etiam Maximus.

Theodoſius Mediolanum uenit

Interea Ariani Conſtantinopoli poſiti, diuerſas opiniones in populo ſeminãtes, dicebant & exercitum imperatorẽ amiſiſſe, & ipſum Tyranni ducibus ſubiugatum, aliaq́ꝫ multa quæ ſolent inimici uoto malitiæ iactare, ita ut crebro hæc audientes, nõ opinionem, ſed uera iam crederent. His ſermonibus Arianorũ populus inflammatus, ad enormem quãdam exarſit audaciam, domumq́ꝫ Nectarij epiſcopi concremauit, Conſulatu Theodoſii ſecundo & Cynegij.

Ariani domũ Nectarij incendunt

Verum imperator Theodoſius dum tyrannũ aggrederetur, cognoſcentes Maximi milites præſentiam inſtructionis imperialis & ſignorum eius aduentum, ne famę quidem ipſius impetũ ſuſtinere ualuerunt, ſed apprehẽdentes Tyrannum, uinctum ei protinus obtulerunt. Qui eorum Cõſulatu peremptus eſt ſeptimo & uiceſimo die Auguſti menſis. B

Maximi tyranni mors

Andragatius autem qui peremerat Gratianum, in uicinum fluuium ſeipſum proijciens expirauit.

Andragatius trucidarius ſe in aquam præcipitat

Tunc igitũ Valentinianus & Theodoſius, peracta uictoria, uenere Romam. Erat enim cũ eis pariter & Honorius ualde puer. Quem poſt uictoriã cõtra Maximũ habitam, ab urbe Conſtantinopolitana Theodoſius euocauerat. Cumq́ꝫ in Romana urbe morarentur, feſtiuitates pro uictoria celebrantes, tunc ſuam bonitatem circa Symmachum Exconſulem Theodoſius oſtendit.

Epinicia Valẽtiniani et Theodoſii Augg.

Is enim Symmachus inter Senatores præcipuus habebatur, eratq́ꝫ Romanæ eloquentiæ eruditione admirabilis, cuius multi quoq́ꝫ reperiuntur libri. Scripſerat autẽ Maximi laudẽ, eamq́ꝫ recitarat: unde poſtea reus maieſtatis eſſe uidebatur. Quamobrem mortẽ metuens, confugit in eccleſiam.

Symmachus reus leſæ maieſtatis ad eccleſiam confugit

Verum imperator cum eſſet perfecte Chriſtianus, & non ſolum ſuæ fidei ſacerdotes honoraret, ſed etiã Nouatianos, qui proxime ipſius fidei decreta ſeruarent, Leontio tunc epiſcopo Romano, eccleſiæ Nouatianorum roganti beneficium conferens, Symmachum abſoluit à crimine. Cumq́ꝫ ueniam Symmachus meruiſſet, ἀπολογητικὸν, id eſt, ſatis factionalem librum ad Theodoſium imperatorem conſcripſit.

SOCRATES Cap. XXIIII

THeodoſius igitur Imperator in Romana urbe poſitus, multũ profuit ciuitati, alia inſtituendo, alia utiliter auferendo. Duas tamen res dignas

confuſione

A confuſione prohibuit. Erāt iam olim in urbe Romana domus ingenti magnitudine extructæ, in quib. panis fiebat qui uniuerſæ ciuitati miniſtrabat. Harū mancipes, tēpore procedēte piſtrina publica latrocinia eſſe fecerūt. Cum enim eſſent molæ in locis ſubterraneis conſtitutæ, per ſingula latera earum domorū tabernas inſtituentes, meretrices in eis proſtare faciebāt, ut per eas plurimos deciperent, alios qui pro pane ueniebāt, alios qui illuc pro libidinis turpitudine feſtinabāt. Arte nancp mechanica in molam de taberna cadebāt. Et hoc accidebat maxime peregrinis. Vnde fiebat ut multi uſcp ad ſenectā laborantes, inde non permitterentur exire, exiſtimantibus eorū propinquis eos eſſe defunctos. In huiuſmodi laqueum quidā miles Theodoſii imperatoris incidit. Cumcp fuiſſet clauſus ad molam, nec dimitteretur exire, euaginato gladio prohibentes occidit. At illi terrore correpti, militem dimiſerunt. Hæc ubi cognouiſſet Imperator, non ſolū mancipes ſupplicijs affecit, ſed & ipſa piſtrina funditus eſſe deſtruenda præcepit. Aliam rurſus abrogauit huiuſmodi rem. Siqua mulier in adulterio capta fuiſſet, nō emendabatur, ſed potius ad augmentum peccandi cōtradebatur. Includentes enim eam in anguſto proſtibulo, & admittentes qui cum ea fornicarentur, hora qua turpitudine miſcebatur, tintinabula percutiebant, ut eo ſono illius iniuria fieret manifeſta. Hæc audiens Imperator, permanere non paſſus eſt,

Romæ piſtrinum ſubterraneū, in quo peregrini uelut in carcerē per dolum abripiebantur

Romæ adulterarum pœna ſublata

B ſed ipſa pſtibula deſtrui iuſſit, alijſcp pœnis adulteratā ſanciuit affligi. His actis relicto Valentiniano Romæ, ipſe cum Honorio Conſtantinopolim redit, Conſulatu Daciani & Symmachi, die decimo menſis Nouemb.

THEODORETVS. Cap. XXV

Amphiloch. ad Theodoſiū

REuertēte porrò Theodoſio ab Heſperijs partibus, uenit ad eum Amphilochius uir admirandus (cuius ſæpe meminimus) ſupplicans ut Arianorum cōcilia de ſingulis ciuitatibus prohiberet. Verū Imperator crudelem iudicans eſſe petitionē, contempſit eum. Porrò ſapientiſſimus Amphilochius eo quidem tēpore tacuit, ſed cauſæ remedium memorabile parauit. Poſt aliquot nancp dies ingreſſus Palatium, uidēſcp filium Arcadium iam imperatorem adſtare patri, Theodoſium ſolenniter ſalutauit, filium uero non ei exhibita ſalutatione deſeruit. Verum Imperator credens oblitū Amphilochium, inuitauit ut eum oſcularetur. At ille: Sufficit, inquit, ei proprius honor. Tunc Imperator contriſtatus, ſuam iniuriam filio factam contumeliam iudicauit. Porro ſapientiſſimus Amphilochius conſilium ſuæ intentionis aperuit, & cum clamore dixit: Vides Imperator quemadmodum filio tuo contumeliam non pateris irrogari: crede ergo etiam omnium deum ſic abominari eos qui ipſius unigenitum filium blaſphemare contendunt, & uelut ingratos circa ſaluatorem, & benefactorem habere ſemper odio. Hoc intelligēs Imperator, & geſta ſimul dictacp miratus, legem ſtatim protulit, ut hæreticorum concilia prohiberentur.

Oſcula ueterū

SOCRATES. Cap. XXVI A

Paulinus Flauianus Euagrius

CIrca hæc tēpora in Antiochia Syriæ, Paulino epiſcopo moriēte plebs eius declinabat omni modo Flauianū Et propter hoc Euagrium ordinauerunt ſuæ partis epiſcopum. Quo in breui tēpore mortuo, alter quidem in eius loco factus iam non eſt: Flauiano utiq; renitente. Verum hi qui declinabant Flauianū propter iuriſiurandi præuaricationē, ſcorſum ſolennia celebrabāt. Porrò Flauianus omni uirtute curabat, ut eos ſibiipſi aggregaret.

Damaſus Pontifex Rom. Theophilus Alexand.

Quod Paulo poſt hoc modo cognoſcitur eueniſſe. Cum Damaſus Romanus Pont. & Theophilus Alexandrinus indignarētur circa Flauianum, nō ſolum propter periurium, ſed etiam quod ipſe fuiſſet occaſio, ut populus fidelium diſcordaret, poſtea Theophilus à Flauiano rogatus miſit Iſidorum presbyterum, ut ſuccenſentē Damaſum Flauiano cōciliaret epiſcopo, dicēs utilem fore populi concordiā, ſi culpa iam facta Flauiano remitteretur. Hoc itaq; modo cōmunione reddita Flauiano, Antiochenus populus paulatim cōcordiam reparauit. Ariani uero ab eccleſiis pulſi, in ſuburbanis Antiochenis Collectas agebant. Inter hæc aūt mortuo Cyrillo Hieroſolymorum epiſcopo, Ioannes in eius ſede ſuccedit.

Cyrilli mors

Cap. XXVII

EO porrò tempore etiam in Alexandreia huiuſmodi ſeditio generata eſt. Præceperat imperator, ut opera Theophili in Alexandreia Paganorum templa deſtruerentur. Theophilus poteſtate percepta, ſtuduit paganorum deſtruere myſteria, & templum quidem Mithræ purgauit, Serapidis uero ſubuertit. Verum Mithræ ſacra ubi homicidia perpetrabant, publicè patefecit. Serapidis autē & aliorum riſu plena monſtrauit, iubens per mediam plateam portari uerenda, quę Pagani cum maximo honore uenerabantur. Hæc Pagani uidentes, maxime Philoſophi, iniuriam ferre nequiuerunt. Vno nanq; impetu contra Chriſtianos facto, neces innumeras perpetrarunt: reſiſtentibusq; Chriſtianis clades hæc uſq; ad immenſum bellum proceſsit. Mortui deniq; ſunt in ea congreſsione Paganorum pauci, Chriſtianorum uero plurimi: ex utraq; parte innumeri uulnerati. Porrò Pagani metu principis poſtquam cæde fuerant ſatiati, per loca ſingula celabantur, multi quoq; etiā de ciuitate fugerunt. Inter quos Helladius Ammoniusq; Grāmatici, apud quos ego ualde puer Conſtantinopoli legi. Et Helladius quidē ſacerdos Iouis eſſe dicebatur, Ammonius uero Simiæ. His ita geſtis, Theophilo in deſtructione tēplorum auxilia ſubminiſtrabant Præfectus Alexandreiæ & dux ordinis militaris. Idola autem idoleiorum conflabantur ad faciendas ollas, & ad Alexandrinæ eccleſiæ diuerſos uſus, cui ab imperatore donati fuerant Dii ad expenſas egentium. Cum igitur Theophilus omnes cōtriuiſſet Deos, unum tantummodo reliquit Simiæ ſimulachrum, iubens id publicè proponi atq; ſeruari, ne ſequenti tempore Pagani negarent tales ſe adoraſſe deos. Quam rem noui ego grauiter tuliſſe

Templa Gentilium deſtru. (margin, at "norum templa deſtruerentur … paga B")

φάλλος

Helladius & Ammonius Grammatici preceptores Socratis Conſtātinopolitani hiſtorici

Theodoſius idola Alexandrina donauit Chriſtianis, in uſus pauperū

A Ammonium Grammaticum,dicẽtem Paganos nihil tam graue perpeſſos,
niſi quod non cõflatum eſt & ipſum, ſed pro deriſione unum illud idolum
ſeruaretur. Helladius autẽ gloriabatur,dicens quod in congreſsione,Chri/
ſtianorum nouem ipſe peremiſſet.

SOZOMENVS.

Igitur imperator audiens quæ Alexandreiæ fuerant perpetrata, beatifi/
cauit quidem Chriſtianos, martyrum eis palmas attribuens, eo quod pro
dogmate tanta pericula pertuliſſent. Paganis aũt ueniam dedit,ut eis Chri/
ſtianiſmum facile ſuaderet. Iuſsit ut templa funditus, quæ fuerant cædis cau *Cuſtodes Se-*
ſa,deſtruerentur. Cuius literæ cum publice lectæ fuiſſent, & Chriſtiani Pa/ *rapidis fuge-*
ganos impeterent,terrore ducti cuſtodes Serapidis,fugerunt: & ex illo tem *runt*
pore Chriſtiani ea loca tenuiſſe noſcuntur. Olympius autem philoſophus *Olymp. Phil.*
(ſicut audiui non ante multum tẽporis)luceſcente die quo hoc uenit,audiuit
quendam in templo Serapidis, alleluia pſallentem. Cumq́ꝫ ianuis clauſis
adhuc quietis tempore nullum ibi cõſpiceret,ſed tantummodo uocem pſal/
lentis audiret,cognouit ſigno quod eſſet futurum,& latẽter egreſſus,inuen/
ta naue diſceſsit.

THEODORETVS Cap. XXVIII

THeophilus igitur Alexandrinam urbem idolorum errore purgauit,&
B non ſolum à fundamentis templa ſubuertit, ſed etiam fallaciam ſacer/
dotum his qui ſeducebantur aperuit. Erant enim ſimulachra ærea ligneaq́ꝫ *Impoſturæ*
intus uacua,& dorſum copulatum ad parietes habentia: ubi quædam fora *Gentilium*
mina relinquebant,& per adyta aſcendentes & intrãtes in ſimulachra, quæ
uolebant per eorum ora loquebantur, & hoc modo ſeducebantur iugiter
audientes. In Serapidis autem aſcendens templum, uidit ſimulacrum quod
magnitudine ſua terrebat cõſpicientes. Ferebatur etiam ſermo fallax, quod
ſi quis ad illud accederet,mox terra cõmoueretur, & peſtis cunctos inuade/
ret. Sed hæc uerba fabulis anilibus plena eſſe cõfidens,magnitudinem con *Serapis deij/*
tempſit uelut exanimem,iuſsitq́ꝫ cuidam habenti ſecurim, ut Serapim forti *citur*
percuſsione cõcideret. Cumq́ꝫ cecidiſſet,clamauerunt omnes, propter illam
ſenilem fabulam ſibi formidantes. Porrò Serapis neq́ꝫ doluit,nempe ligne
us: neq́ꝫ uocem emiſit, uelut exanimis. Cum uero eius abſtuliſſent caput,
greges ſoricum inde procurrerunt. Erat enim nidus ſoricum, Aegyptio/
rum deus. Tunc eum per partes incidentes igne concremauerunt, caput
autem per totam traxerunt urbem.

SOCRATES Cap. XXIX *ἱερογλυ/*

CVmq́ꝫ templum Serapis ſpoliaretur, inuentæ ſunt literæ in lapidibus *φικά*
ſculptæ, quæ apud Aegyptios uocantur ſacræ, habebãtq́ꝫ ipſi chara/
cteres figuram crucis. Hoc Chriſtiani uidentes atq́ꝫ Pagani,ſinguli eorum
hoc ſignum religioni propriæ deputabant. Chriſtiani dicebãt ſignum eſſe

ſalutiferæ paſsionis Chriſti, Pagani uero aliquam cõmunionem Chriſto A & Serapidi per hoc ſignum aſſerebant. Interpretes aũt ſignum crucis inſinuare dicebant uitã ſuperuenturam. Quam ob cauſam Chriſtiani ad ſummum faſtigium ſunt euecti. Cumq́ per alias literas, quę apud eos ſacræ dicuntur, indicaretur finem habiturũ Serapidis templum, quando character crucis apparuiſſet, qui uitã ſuperuenturã ſine dubio declararet, longe plurimi ad Chriſtianiſmum feſtinabant, & peccata confitentes, baptizabantur. Sed ego non arbitror ſacerdotes Aegyptiorũ aduentum præſciſſe Chriſti, & crucis ſignaculũ deſignaſſe. Nam ſi ſacramentũ aduentus domini à ſeculis & à generationibus fuit abſconditũ, ſicut dicit Apoſtolus, & latuit principem nequitiæ diabolum, multo magis famulos eius ſacerdotes Aegyptiorũ. Sed diuina prouidentia hoc præſtruxit, ut in literarum fieret quæſtione, quod etiam in Apoſtolo Paulo monſtratum eſt. Nam & ille ſancto ſpiritu ditatus, multos Athenienſium adduxit ad fidẽ, quando ea quæ in ara erant ſcripta, ſenſu propriæ narrationis expoſuit. Niſi forte quis dicat, quod etiã in ſacerdotibus Aegyptiorum operatus fuerit deus, ſicut in Balaam & in Caipha: etenim & illi quoq́ prophetaſſe referuntur.

THEODORETVS Cap. XXX

NOn eſt facile hominibus, uniuerſas uitare hoſtis inſidias. Nam ubi quiſpiam libidinis effugerit paſſionem, incurrit in auaritiã. Qua declinata, inuidiæ fouea paratur. Hanc ſi tranſcendat, uitiũ furoris incurrit. Atq́ B alios plurimos ponit laqueos inimicus, quo capere poſſit incautos. Et corporis quidẽ paſsiones habet facile miniſtrãtes, ut animã poſſit occidere. Sola autem mens eius qui uigilarit, diuinis uacando uictoriã reportat, machinationum imperium diſſoluens. Humana itaq́ natura participatus Theodoſius Imperator, habuit paſsionum quoq́ cõmunionem, iuſtoq́ furori immenſam permiſcens crudelitatẽ, iniuſtã operatus eſt paſsionẽ. Quam rem narrare neceſſariũ eſt & pro utilitate legentiũ, & pro memorabili uirtutum opinione. Theſſalonica ciuitas eſt grandis & populoſa, in qua cũ fuiſſet orta ſeditio, quidam iudicum lapidati ſunt atq́ trucidati. Hinc indignatus Theodoſius, iracundiæ non refrenauit impetum, ſed iuſſit iniuſtos gladios ſuper omnes euaginari, & unà cum nocentibus innocẽtes interimi. Septem milia etenim hominũ (ſicut fertur) occiſa ſunt, non præcedente iudicio, ſed tanquã in meſsibus omnes ſimul occiſi ſunt. Huiuſmodi cladẽ plenã ualde gemitibus, audiens Ambroſius, cum princeps Mediolanũ ueniſſet, & ſolenniter in ſacrũ uoluiſſet intrare templũ, occurrit foris ad ianuas, & ingredientem his ſermonibus à ſacri liminis inceſſu prohibuit: Neſcis imperator perpetratæ à te cædis quanta ſit magnitudo, neq́ poſt cauſam tanti furoris mens tua molem præſumptionis agnoſcit, ſed forte recognitionem peccati prohibet poteſtas imperij. Decet tamen ut uincat ratio poteſtatem. Scienda quippe

Magiſtratus Imperiales occiſi apud Theſſalonicam.

VII hominũ milia occiſa Theſſalonicæ iuſſu Theod.

A da quippe natura eſt, eiuſcꝫ mortalitas atcꝫ reſolutio, & puluis progenitorum ex quo facti, & in quem redigendi ſumus, & non flore purpureo confidentem infirmitates operti corporis ignorare. Coæqualium hominũ princeps es ó imperator, & conſeruorũ. Vnus enim eſt omnium dominus, rex omniũ & creator. Quibus igitur oculis aſpicies cõmunis domini templum? quibus calcabis pedibus ſanctũ illius pauimentum? quomodo manus extendes, de quibus adhuc ſanguis ſtillat iniuſtus? quomodo huiuſmodi manibus ſuſcipies ſanctum domini corpus? qua temeritate ore tuo poculum ſanguinis precioſi percipies, quando furore uerborum tuorum tantus iniuſte eſt ſanguis effuſus? Recede igitur recede, nec altero peccato priora crimina augere contendas. Suſcipe uinculum, quo te omnium dominus nunc ligat: eſt enim medicina maxima ſanitatis. His ſermonibus imperator obediens (erat enim diuinis eruditionibus innutritus, & aperte ſciens quæ ſint propria ſacerdotum, quæ regum) gemens & flens ad Regalia reuerſus eſt. Cumcꝫ octo menſium continuorum tranſiſſet tempus, propinquauit Natiuitatis Saluatoris noſtri feſtiuitas. Imperator autem lamentationibus aſſiduis in palatio reſidens, continuas lachrymas inceſſabiliter expendebat. Ingreſſus itacꝫ Ruffinus tunc Magiſter, & ſingularem apud principem habens loquendi libertatem, & uidens principem in lamentatione proſtratũ,

Olim Eucharistia dabatur laicis in manus

Excõmunicatur Theodoſius

Pœnitet

B acceſsit ut lachrymarũ cauſam inquireret. At ille amariſsime ingemiſcens, & uehementius lachrymas fundens: Tu, inquit, Ruffine ludis, & mea mala non ſentis. Ego autem lamentor & gemo calamitatem meã: quia ſeruis quidem & mendicantibus aperta ſunt templa dei, & proprium dominum ingredientes licite exorant, mihi uero ingreſſus ad eum non eſt. Inſuper etiam cœli ſunt mihi clauſi. Hæc dicẽs, uerba ſingula ſingultibus interrumpebat. Ruffinus uero: Currã, inquit, ſi tibi placet, pontificicꝫ precibus perſuadebo ut ſoluatur uinculum quod illigauit. Ait imperator: Non ſuadebis Ambroſio. Noui ego decretum illius eſſe iuſtum, necꝫ reuerebitur imperialem potentiam, ut legem præuaricetur diuinam. Cumcꝫ Ruffinus uerbis plurimis uteretur, & promitteret Ambroſium eſſe flectendum, imperator eum proficiſci cum feſtinatione præcepit. Ipſe uero ſpe data paulo poſt eſt ſequutus, credens Ruffini promiſsionibus. Porrò uir mirandus Ambroſius mox ut uidit Ruffinum, ait: impudentiam canum imitatus es ó Ruffine, tantæ uidelicet cædis autor exiſtens, pudorem ex fronte detergens, nec erubeſcis, nec metuis contra imaginem latrare diuinam. Cumcꝫ Ruffinus ſupplicaret, & imperatorem diceret eſſe uenturum, ſuperno zelo accenſus Ambroſius ait: Ego uero, inquit, Ruffine prædico, quod eum ingredi ſacra limina prohibebo: ſi uero imperiũ in tyrannidem mutabit, necem libenter & ego ſuſcipiam. Hæc & alia plurima Ruffinus audiens, nunciauit imperatori uotum antiſtitis, monens ne de palatio forte procederet.

Ambroſius ad Ruffinum

At imperator hæc in media iam platea cognoſcens, pergã, inquit, & iuſtas ſuſcipiam contumelias. Cumq; ad ſacra limina perueniſſet, in ſanctam quidem baſilicam non intrauit, ſed ueniens ad Antiſtitem, & inueniẽs eum in Salutatorio reſidentẽ, ſupplicabat ut ipſius uincula reſolueret. At ille tyrannicam dicebat eius eſſe præſentiam, & contra deum inſanire Theodoſium, eiusq; calcare leges. Verum imperator: Non, inquit, inſurgo aduerſum eccleſiaſticas ſanctiones, nec inique ingredi limina ſacra contendo, ſed te ſoluere mea uincula depoſco, & communis domini pro me exorare clementiam, nec mihi ianuam claudi, quam cunctis pœnitentiam agentibus dominus noſter aperuerit. Tum Antiſtes: Quam, inquit, pœnitentiam oſtendiſti poſt tãta ſcelera? Quibus medicaminibus incurabilia uulnera plagasq; curaſti? At imperator, Tuũ, inquit, opus eſt & docere, & medicamina temperare: meum uero oblata ſuſcipere. Tum ſanctus Ambroſius: Quoniam furori, inquit, tuum iudicium commiſiſti, & non ratio protulit ſententiã, ſed protinus iracundia, ſcribe legem quæ decreta furoris euacuet, ut triginta diebus ſententia necis atq; proſcriptionis in litteris tantummodo maneat, & iudicium rationis expectet: quibus tranſactis diebus ira uidelicet iam ceſſante, ratio cauſam iudicans, apud ſeipſam quæ cognouerit ſub ueritate diſponat. In his enim diebus cognoſcetur, an iuſta ſit quam protuleris an iniuſta ſententia. Et ſi quidem ratio probauerit, iniuſta quæ ſunt prolata abolebit: ſi uero iuſta, firmabit. Dierũ uero numerus ad hæc examinanda ſufficiet. Hanc admonitionem imperator animo lubenti ſuſcipiens, & optimã eſſe confidens, legem conſcribi repente præcepit, & propriæ manus literis confirmauit. Quo facto uinculum eius ſoluit Ambroſius. Quæ lex hactenus obſeruatur. Eſt enim huiuſmodi.

Theodoſius ad Ambroſiũ — *Ambroſius ad Theodoſiũ*

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS, ET THEOdoſius Auggg. Flauiano Præfecto Prætorio Illyrici.

Lex de dilatione uindictæ

Si uindicari in aliquos ſeuerius cõtra noſtrã conſuetudinẽ pro cauſæ intuitu iuſſerimus, nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnã, aut excipere ſententiam, ſed per dies triginta ſuper ſtatu eorũ ſors & fortuna ſuſpenſa ſit. Reos ſanè accipiat uinciatq; cuſtodia, & excubijs ſolertibus uigilanter obſeruet.

Theodoſius in templo

Sic igitur ſacratiſsimus imperator ingredi limina tentans, non ſtans domino ſupplicauit, neq; genua flexit, ſed pronus in pauimẽto iacens, Dauidicam proclamauit uocem: Adhæſit pauimento anima mea, uiuifica me ſecundum uerbum tuũ. Manibus aũt capillos euellens, frontemq; percutiẽs, & pauimento lachrymarũ guttas aſpergens, ueniam impetrare poſcebat. Cumq; tẽpus accederet quo munus ad altare ſolebat offerre, ſurgens cum lachrymis eſt ingreſſus. Cũ uero obtuliſſet, ſicut ſolitus erat, intra cancellos ſtetit. Rurſus aũt Ambroſius nõ quieuit, ſed differentiã locorũ edocuit. Et primo quidẽ interrogauit, quid ibidẽ expectaret: Imperatore dicente, expe

ctare

A ctare ſe ſacrorũ perceptionem myſteriorũ, per Archidiaconũ remandauit: O Imperator, interiora loca tantũ ſacerdotibus ſunt collata, quæ cæteri nec ingredi, nec cõtingere permittuntur. Egredere igitur, & hanc expectationẽ cũ cæteris habe cõmunẽ. Purpura nanq; imperatores, nõ ſacerdotes facit. Tum fideliſsimus imperator etiã hanc traditionẽ animo lubenti ſuſcipiẽs, remandauit: Non temeritatis cauſa intra cancellos manſi, ſed in Conſtantinopolitana urbe hanc conſuetudinem eſſe cognoui. Vnde ago gratias pro huiuſmodi medicina. Tali ergo tantaq; & præſul & imperator uirtute clarebant. Ego ſanè utriuſq; opus admiror, illius libertatẽ, huius aũt obedientiam: illius zeli feruorem, huius fidei puritatem. Porrò regulas pietatis quas à magno ſacerdote percepit, etiã reuerſus in Conſtantinopolitana urbe ſeruauit. Nam cum feſtiuitatis tempore ad eccleſiã proceſsiſſet, oblatis ad altare muneribus, mox egreſſus eſt. Cumq; Nectarius tũ pręſul eccleſiæ rogaſſet, cur intus ſtare noluiſſet, mandauit princeps: Vix, inquit, potui diſcere quæ differẽtia ſit imperatoris & ſacerdotis, uix enim inueni ueritatis magiſtrum. Ambroſiũ nanq; ſolum noui digne uocari pontificem. Tantum itaq; profuit increpatio à uiro uirtutibus florente profecta. Cap. XXXI

HAbebat igitur imperator & aliam utilitatis occaſionem, per quam de bonis operibus triumpharet. Coniunx enim eius de diuinis legibus B eum ſæpius admonebat, ſeipſam tamen perfecte prius erudiẽs. Nõ enim regni faſtigijs eleuata eſt, ſed potius diuino amore ſuccẽſa. Beneficij nanq; magnitudo maiorem ei amorem benefactoris excitabat. Repente ergo ut uenit ad purpuram, claudorum atq; debilium maximam habebat curam, non ſeruis, non alijs miniſtris utens, ſed per ſeipſam agens, & ad eorum habitacula ueniens, & unicuiq; quod opus haberet præbens. Sic etiã per eccleſiarũ Xenodochia diſcurrens, ſuis manibus miniſtrabat infirmis, ollas eorum tergens, ius guſtans, offerens coclearia, panem frangens, ciboſq; miniſtrans, calices abluens, & alia cuncta faciens, quæ ſeruis & ancillis mos eſt ſolenniter operari. Illis autẽ qui ei tales res nitebantur prohibere, dicebat: Aurum diſtribuere opus imperij eſt: ego autẽ pro ipſo imperio hoc opus offero, bona mihi omnia conferenti. Nam uiro ſuo ſæpe dicebat: Oportet te ſemper marite cogitare, quid pridem fueris, quid modo ſis. Hæc ſi ſemper cogitaueris, ingratus benefactori non eris: ſed imperiũ quod ſuſcepiſti, legitime gubernabis, & harũ rerum placabis autorem. His ergo ſermonibus ſemper uſa uelut optimam quandam utilitatem, uirtutiſq; abundantiam cõiugi ſuo alioqui ad optima propenſo offerebat. Cap. XXXII

Xenodochia eccleſiarum

HAec uero ante maritum defuncta eſt. Poſt aliquantum uero tempus mortis eius aliquid tale accidit, quod maximum amorem quem habuit erga eam imperator, oſtendit. Coactus ſiquidem Theodoſius plurimorum continuatione bellorum, quandam exactionem nouam impoſuit ciuitatibus

Seditio Antiochiæ

ciuitatibus. Antiochena uero ciuitas nouũ uectigal ferre non potuit: ſed ui- A
dens populus ſuſpendi eos à quibus fuerat exacta pecunia, cum alia egit (ut
uulgus ſolet) occaſionẽ ſeditionis inueniens, tum deijcientes æneã ſtatuam
Placilla laudatiſsimę Placillæ (ſic enim Auguſta fuerat uocata) etiã diu per omnem
traxere ciuitatem. Hæc ubi imperator cognouiſſet, ægerrime quidem tulit,
uidelicet ut æquum erat, ac priuilegia ciuitati ademit, urbiq; uicinæ primatũ tribuit,
Laodiciæ putans hoc illis maximo dolori futurum. Inuidebat enim iam olim Antio-
chiæ Laodicia. Poſt hæc autem & incendium & deuaſtationem minabat,
& in uici formam ſe urbem redacturum. Porrò magiſtratus ipſi quoſdam
in ipſo facinore comprehenſos ſupplicijs affecerant, priuſquam de hac tra-
gœdia Auguſtus fuiſſet certior redditus. Hæc autẽ omnia imperator qui-
dem præcipiebat, non tamen fiebant, prohibente id lege quã proferri fece-
rat Ambroſius. Cum igitur ueniſſent qui ferebant minas imperatoris, Al-
lebichus Magiſter militum, & Cæſarius Magiſter, erant omnes ſub formi
dine cõſtituti. Porrò uiri eremũ habitantes, uirtutis propugnatores, multi
ſancti & optimi uiri, plurima monita ſimul & preces eis qui à principe miſſi
fuerant offerebant. Macedonius autem uir ſanctus, nihil huius uitæ ſciens,
ſed etiã diuinorum librorũ penitus expers, in ſummitatibus habitans mon
tium, diu, noctuq; ſaluatori omnium puras offerens preces, non imperato-
ris indignatione permotus, non iudicum ab eo miſſorum, in media ciuitate B
utriuſq; chlamydem apprehendens, ab equis ſuis ut deſcenderent impera
bat. At illi ſeniculum pannis obſitum uiliſsimis intuentes, primũ indignati
ſunt. Cum uero quidam obſequia exhibentium, uirtutem uiri illius indi-
caſſent, repente ab equis deſilientes, & genua tenentes, eius ueniam ſupplici
Macedonius ter implorabant. At ille ſapientia diuina repletus, hæc eis uerba loquutus
ad Legatos eſt: O amici, dicite imperatori: Non es imperator ſolummodo, ſed etiã ho-
Theod. mo. Noli itaq; reſpicere ſolum imperium, ſed conſidera quoq; naturam.
Nam cum ſis homo, eiuſdem naturæ hominibus cognoſceris imperare, &
ſecundum imaginem diuinam atq; ſimilitudinem hominum creata natu-
ra eſt. Noli igitur crudeliter atq; ſæuiſsime dei imaginem occidere. Iritas
enim creatorem cum illius punis imaginem. Illud quoq; conſidera, quod
tu ipſe tantum propter æream contriſtaris imaginem. Quantum uero dif-
ferat inanimata res ab animata uiuenti atq; rationali, cunctis ſenſum ha-
bentibus eſt apertum. Inſuper etiam illud conſideret, nobis quidem facile
eſſe pro una imagine complures æreas reparare, at illi omnino difficile uel
unum capillum reſtituere peremptorum. Hæc audientes illi, principiq; re-
ferentes, flammam iracundiæ penitus extinxerunt. Qui pro terroribus ſa-
tisfactionem reſcripſit, & cauſam indignationis aperuit. Non, inquit, opor-
tebat me peccante, mulierem omni fauore digniſsimam, poſt mortem tan-
tam cõtumeliam ſuſtinere. Aduerſum me nanq; furorem indignantes de-
cebat

A cebat armare. Adiecit etiam, quod doleret & ingemiſceret, eo quod audiſſet quoſdam à Iudæis peremptos. Cap. XXXIII

FIdeliſsimus igitur Imperator, tunc contra errorem Paganorum ſuum tranſtulit ſtudium, legesq́ conſcripſit, præcipiens idolorũ templa ſubuerti. Cõſtantinus enim maximus omni fauore laudandus, qui primus pietate ornauit imperiũ, dæmonibus quidem ſacrificare omnibus interdixit, non tamen eorum templa deſtruxit, ſed inacceſſa eſſe præcepit. Cuius filij paterna ueſtigia ſunt ſequuti. Iulianus autẽ renouauit impietatem, & flammam ueteris ſeductionis reaccendit. Porrò Iouianus Imperio aſſumpto, rurſus immolationes prohibuit idolorum. Valentinianus autem maior, huiuſmodi legibus uſus gubernauit Europam. Porrò Valens omnibus quidẽ alijs conceſsit, ut religiones ſuas colerent ſicut uellent, eos ſolos impugnãs, qui Apoſtolica dogmata propugnabant. Omni ſiquidem tempore eius imperij, ad aras ignis accendebatur, & libamina atq; ſacrificia idolis offerebantur. Sed & publicas feſtiuitates per plateas agebant, & Orgia Dionyſii celebrabãt, & cum ſcutis currebant, canes euiſcerantes, furentes atq; bacchantes, & agentes omnia quæ nequitiam proprij doctoris inſinuãt. Hæc omnia Theodoſius inueniens fideliſsimus Imperator, radicitus euulſit, & obliuioni contradidit. Cap. XXXIIII

Prohibitus idolorum cultus per Theodoſium

B PRimus igitur aliorũ Marcellus epiſcopus lege principis pro armis uſus propriȩ ciuitatis templa deſtruxit, de fiducia diuina, non de hominum uirtute præſumens. Quod opus dignum memoria narrare non prȩtermittam. Defuncto Ioanne Apameiȩ ciuitatis epiſcopo, Marcellus uir ſanctiſsimus ordinatus eſt, feruens ſpiritu ſecundum Apoſtolum. Inter hæc uenit Præfectus orientis Apamiam, duos χιλιάρχων cum ſubiectis habens. Quo facto, populus militari timore perterritus eſt. Vbi cum eſſet templum Iouis ualde inſigne, & ornamentis plurimis uariatũ, id Præfectus deſtruere nitebatur. Videns aũt forte admodum ædificium ac robuſtũ, impoſsibile iudicauit hominibus, lapidũ iuncturas & cõmiſſiones poſſe diſſoluere. Erãt enim ingẽtes & inter ſe inligati, inſuper & ferro plumboq; cõiuncti. Porrò Marcellus puſillanimitatem Præfecti uidens, cũ quidem miſit ad alias ciuitates: ipſe uero ſupplicabat deo ut templi deſtruendi præberet ſucceſſum. Inter hæc uenit quidam ſuapte ſponte diluculo, non ſtructor, nõ lapidum ſector, neq; alterius cuiuſquam peritus artis, ſed lapides ferre & ligna in humeris conſuetus. Is ergo accedens promiſit facile templum eſſe ſoluendum: duorum autem mercedem poſcebat artificum. Cumq; hoc ſanctus pontifex promiſiſſet, hoc ille machinatus eſt. Cohærebat enim templo in altitudine conſtituto ex quatuor lateribus porticus: erantq́ columnæ ingentes, & altitudinem templo habentes æqualem. Singularum uero circulus columnarum erat ſedecim cubitorum. Porrò natura lapidis duriſsima

Templum Iouis apud Apamiam.

erat

erat,quæ non facile quibuslibet ferramentorũ generibus rumperetur. Harum itaqꝫ tres per circuitum ſuffodiens, & ſub earum baſibus fortia ligna ſupponens,immiſit ignem. Quo facto, non poterat ligna naturaliter ignis accendere. Dæmon etenim quidam teterrimus apparuit, qui flammam ſecundum uires ſuas prohibebat operari. Cumqꝫ frequenter hoc facerent,& molitionem ſuam explere nõ poſſent, nuntiauerunt hoc pontifici meridie dormienti. At ille repente ad eccleſiam concurrens, & aquã in uaſculo portari præcipiens,aquã poſuit ſub altari. Ipſe uero in pauimento poſita fronte clementi domino ſupplicabat, ne amplius tyrannidem dæmoni ullam permitteret, ſed ut infirmitatem illius denudaret, & ſignum propriæ uirtutis oſtenderet, ne magis ex hoc infidelibus exultationis occaſio naſceretur. Hæc cum dixiſſet, facto ſignaculo crucis in aqua, quendam diaconũ ſuum Equitium, fide & zelo munitum, ſumere iuſsit aquam, & celociter currere & cum fide aſpergere,ignemqꝫ ſupponere. Quod cum fuiſſet factum, dæmon effugit non ferens aquæ uirtutem. Ignis autem uelut oleum habuit illius aquæ naturam,comprehenſaqꝫ ſunt ligna,& repente conſumpta. Columnæ uero ſuffulturæ ſubſidio nudatæ, & ipſæ ceciderunt,& alias duodecim unà traxerũt. Tum latus quod cohærebat templo, uiolentia ruinæ detractum eſt. Sonus autẽ totam concutiens ciuitatem, cunctos fecit illuc concurrere. Et cum inimici dæmonis aperte cognouiſſent fugã, in diuinas laudes ora ſoluebant. Sic uero & alia templa ſacratiſsimus pontifex ille deſtruxit. Qui & uictoribus ſcribebat martyribus, & reſcripta ſuſcipiebat, & nouiſsime etiam ipſe martyrio coronatus eſt.

Equitius

SOCRATES Cap. XXXV

Poſt ſchiſmata Nouatianorum, inſtituti ſunt qui pœnitentibus præeſſent presbyteri

HOc porrò tempore placuit, ut presbyteri qui erant ſuper pœnitentes conſtituti,remouerentur propter huiuſmodi cauſam. Ex quo Nouatiani ab eccleſia ſunt diuiſi,cum his qui deliquerant ſub perſecutionibus imperatoris Decij cõmunicare nolentes,ex illo epiſcopi pro eccleſiaſtica regula presbyterum ſuper Pœnitentes eſſe conſtituerunt.

SOZOMENVS

Confeſsio

Quoniam omnino non peccare, diuinum & ultra humanam naturam eſſe cognoſcitur, peccantibus aũt & pœnitentiam agentibus,& ueniã deus dari præcepit: qui uero confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt:propterea uiſum eſt antiquis pontificibus, ut uelut in Theatro ſub teſtimonio eccleſiaſtici populi delicta pandantur. Et ad hanc rem presbyterum bonæ conuerſationis,ſeruantemqꝫ ſecretum, ac ſapientem uirũ ſtatuerunt:ad quem accedentes hi,qui deliquerant, delicta propria fatebanẽ. At ille ſecundum uniuſcuiuſqꝫ culpam indicebat & mulctam. Quod etiam hactenus diligenter in Occidentalibus ſeruatur eccleſiis, & maxime apud Romam,ubi etiam locus eſt certus pœnitentium:Stant enim rei,& uelut in lamentationi-

A mentationibus conſtituti. Quum enim ſacra celebratio fuerit adimpleta, illi communionem non percipientes, cum gemitu & lamentatione ſeipſos in terram proſternunt. Ad quos cócurrens epiſcopus, & ipſe cum lachrymis & gemitu ſpirituali proſternitur, & omnis eccleſiæ plebs fletibus inundat. Poſt hoc autem prior ſurgit epiſcopus, & eleuat iacentes è terra. Tum competenter pro pœnitétibus facta oratione, dimittit omnes. At illi afflictionibus ſponte uacantes, aut ieiunijs, aut abſtinentia lauacri, aut ſuſpenſione ciborum aut alijs rebus quæ iubentur, expectant commune tempus quod decernit epiſcopus. Conſtituto uero tempore uelut quoddam debitum ex ſoluentes, afflictione de peccato curati, cum populo cómunione participantur. Hæc ergo antiquitus Romani Pontifices uſq; ad noſtrum conſeruarunt tempus. Porrò Cóſtantinopoli presbyter ſuper pœnitentes fuit uſq; ad illud tempus, quo quædam mulier nobiliſsima, cum peccata ſua fuiſſet confeſſa, & ei à presbytero fuiſſet præceptum ut ieiunaret, & deo operibus ſupplicaret: cum hoc obſeruaret, crebrius in eccleſia cum Diacono ſe concubuiſſe cófeſſa eſt. Hoc cum populus cognouiſſet, ſæuiebat in ſacerdotes, quaſi per eos facta fuiſſet iniuria eccleſiæ. Tum Nectarius epiſcopus remouit Diaconum ſceleratum, & quibuſdam ſuadentibus ut ſingulos ad communicandum iudicio conſcientiæ ſuæ relinqueret, etiam presbyterum ne-
B quaquam ſuper pœnitentes eſſe præcepit. Et ex illo antiquitatis conſuetudo ſublata eſt, cum (ut arbitror) minora peccata pro pudore cóſeſsionis, & ſubtilitate examinantium patrarentur.

Publicæ pœnitentiæ modus apud ueteres

Confeſsio abrogata Conſtantinop.

SOCRATES Cap. XXXVI

DIgnum uero iudicio nó tacere quæ apud alios geſta ſunt, id eſt, apud Arianos, Nouatianos, Macedonianos, & Eunomianos. Eccleſia nanq; diuiſa erat, & apud ſeipſos ſinguli congregabantur. Quemadmodú uero & pro quibus cauſis diuiſi ſint, ſermone procedente narrabimus. Hoc autem ſciendum eſt, quod Imperator Theodoſius nullum horú perſequebatur præter Eunomium, qui Cóſtantinopoli collectas in domo faciebat, & cóſcriptos à ſe libros recitabat, ita ut eius doctrina multi corrumperent. Pro qua cauſa cum mulctauit exilio, nullumq; alium fatigauit, neq; ſibi cómunicare compulit, ſed ſingulos per loca propria Collectas celebrare permiſit & cultú tenere Chriſtianiſmi ſicut præcipere potuit. Et alios quidem permiſit extra ciuitatem Oratoria fabricare: Nouatianis aút concordibus ſuæ fidei, intra urbem eccleſias habere conceſsit. De quibus pauca dicenda ſunt. Quadraginta annis Agelius præſul fuit à temporibus Conſtantini uſq; ad annum ſextum Theodoſii. Qui cum uicinus eſſet morti, Siſinnium presbyterum ordinauit epiſcopum, uirum eloquentiſſimum, & à Maximo philoſopho unà cum Iuliano imperatore literis eruditú. Cumq; populus Nouatianorum culparet ordinationem, quod non Martianum potius ordinaſſet

Schiſmata hæreticorum

Eunomius in exilium

Nouatiani

dinaſſet, per quē ſub Valente Nouatiani ſine perſecutione manſiſſent: tum A
Martianus Agelius populi uolens placare triſtitiam, etiam Martianum ordinauit epiſcopum. Et cum melius habuiſſet, in eccleſiam proceſsit, & ſermonem fecit: dicens: Martianum habetis poſt me, poſt Martianũ uero Siſinnium. Poſt paucos itaq; dies defunctus eſt. Sub epiſcopatu uero Martiani etiã eorum eccleſia ex huiuſmodi cauſa diuiſa eſt. Cap. XXXVII

Sabbatius SAbbatius quidã ex Iudæo factus Chriſtianus, & à Martiano ad presbyteratus honorem prouectus, nihilominus ſectæ Iudaicæ ſeruiebat, cum quo ſcelere ambiebat epiſcopatum. Aſſumens ergo ſui deſiderij conſcios duos presbyteros, Theoctiſtum & Macarium, nouitatem feſtiuitatis Paſchalis ſub Valente imperatore conſtitutam in uico Phrygiæ Pazo, defendere nitebatur. Et primum quidem quaſi pro eccleſiæ integritate cuſtodienda, dicebat non eſſe dignos quoſdam participatione ſacramentorum. Procedenti uero tempore manifeſtatus eſt, cũ Collectas proprias celebra-
Martianus ret. Inter hæc Martianus cognoſcẽs illius errorem, & ordinationis ſuæ culpam, quia uanæ gloriæ homines presbyteros ordinauerat, cũ gemitu dicebat, Melius fuiſſe ſuper ſpinas ponere manus ſuas, quàm Sabbatium ordinaſſe presbyterum. Proinde ſynodum in Sangario Bithyniæ Nouatiano-
Nouatianorũ ſynodus apud Sangarium rum fecit epiſcopum: Quò congregati euocauerunt eos, ut coram ſynodo cauſas diſſenſionis ſuæ proponerent. Cumq; Sabbatius diſcordiam feſti- B
uitatis Paſchalis ſuam diceret eſſe triſtitiam, & oportere ſecundum Iudæorum obſeruationem eam celebrari, ſicut in Pazo fuiſſet conſtitutum: exiſti-
Sabbatius iudaizat mantes epiſcopi quod propter ambitum Sabbatius talia faceret, iuſiurandum ei impoſuerunt, ut nunquam peteret epiſcopatum. Quo iurante regulam de Paſchæ feſtiuitate protulerunt, qua ſingulis liceret cum uellent celebrare Paſcha, nec propter diſcordiam feſtiuitatis diuiderent eccleſiam, cum antiqui & apoſtolis proximi, licet diſcordantes de tali feſtiuitate, communicarint tamen inter ſe, & Nouatiani in regia urbe Roma conſtituti, nunquam fuerint ſequuti Iudæos, ſed ſemper poſt æquinoctium celebrarint Paſcha. Cum hæc ab eis tunc fuiſſet regula definita, Sabbatius iuramentis obſtrictus, ſi quando paſchalis feſtiuitas diſcordaret, ille apud ſeipſum prius ieiunabat, & noctu ſolennem die paſchę in ſabbato celebrabat, & rurſus cum omnibus in eccleſia conueniebat, & myſterijs fruebatur. Hoc ergo multis annis faciens, latere non potuit. Quapropter quidam ſimplicium, & maxime Phrygum & Galatarum ex hac re iuſtificari credentes imitabãtur eum, & paſcha cum illo celebrabant. Sed Sabbatius poſtea etiam ſeorſim Collectas faciebat, paruiq; pendens iuſiurandum, ſuorum ſequacium ordinatur epiſcopus. Cap. XXXVIII

SEd mihi non uidetur huiuſmodi uiros de feſtiuitate paſchæ rationabiliter contendiſſe, neq; iſtos qui nunc ſequũtur Iudæos. Non enim mente

perceperunt

A perceperunt Iudaiſmo in Chriſtianiſmum mutato, illa ſubtilia & figurati-
ua legis Moſaicæ ceſſaſſe: quod hinc apparet. Vt Iudaizet enim nulla gens
Chriſtiana accepit legem: è diuerſo autem etiã Apoſtolus contradixit non
ſolum circumciſionem prohibens, ſed etiam de feſtiuitatibus contentiones
abijciendas monens. Scribẽs enim ad Galatas ait: Dicite mihi, qui ſub lege *Sententia So-*
uultis eſſe, legem non audiſtis? Et hinc pauca loquens, ſeruum oſtendit po- *cratis Cõſtan*
pulum Iudæorum, & in libertatem uocatos qui accedunt ad Chriſtũ. Mo- *tinopolitani*
net etiam nullatenus obſeruãdos dies, & menſes, & annos. Coloſſenſibus *de feſtis Chri*
autem ſcribens, magna uoce clamabat, umbram fuiſſe obſeruationes anti- *ſtianorum*
quas. Quapropter, inquit, nullus uos iudicet in cibo aut potu, aut in parte fe- *diebus*
ſtiuitatis, aut initio menſis, aut ſabbato, quæ ſunt umbra futuri. Et ad He-
bræos idem Apoſtolus dicit: Mutato enim ſacerdotio, neceſſario legis mu-
tatio fuit. Igitur nec Apoſtolus, nec euangelia accedentibus ad prædicatio-
nem iugũ ſeruitutis impoſuerunt, ſed feſtiuitatẽ paſchæ & alias celebritates
honorandas eſſe dixerũt. Itaq; quoniã amant homines huiuſmodi celebri
tates, eo quod in eis à laboribus quieſcunt, ſinguli per prouincias ſicuti uo-
luerunt memoriam ſalutaris paſsionis antiquitus ex quadam cõſuetudine
celebrabant. Non enim hoc ſaluator aut noſtri Apoſtoli lege prædicaue- *Paſsiõis Chri*
runt, nec pœnam, aut ſupplicium, aut maledictũ, ſicut lex Moſaica Iudæis, *ſti dies feſtus*
B nobis euangelia aut apoſtoli ſunt minati; ſed ſolũmodo in derogationem
Iudæorum, quod in feſtiuitatibus homicidium commiſerint, in tempore
Azymorum Saluatorem paſſum in euangelijs eſt relatũ. Mens nanq; fuit *Apoſtolorũ*
apoſtolorum non de diebus ſancire feſtiuitatum, ſed conuerſationem re- *propoſitum*
ctam & dei prædicare culturã. Mihi ergo uidetur, quod ſicut multa alia per
prouincias ad conſuetudinem uenerant, ſic & paſchæ feſtiuitas tradita ſit,
eo quod nullus apoſtolorum aliquid hinc ſanxiſſet. Nam plurimi circa mi-
norem Aſiam antiquitus quartumdecimum diem obſeruauere, non reſpi-
cientes Sabbati diem. Et quanquam hoc facerent, non tamen ſegregaban-
tur ab illis qui aliter celebrabant, donec Romanę eccleſiæ Victor epiſcopus
excommunicationem Quartodecimanis miſiſſet in Aſiam. Quo facto Ire- *Irenæus.*
næus Lugdunenſis Gallicanus epiſcopus Victorem epiſtola ſua culpauit, *Polycarpus*
dicens, etiam ueteres ita celebraſſe: & quod Polycarpus Smyrnæ ciuitatis
epiſcopus, qui poſtea ſub Gordiano principe martyrio coronatus eſt, Ani-
ceto epiſcopo Romano communicauerit, nihil diſcernens de paſchali feſti-
uitate, cum ipſe Quartodecimanus eſſet: ſicut Euſebius in quinto eccleſiaſti
cæ hiſtoriæ libro docet. Quidã igitur (ſicuti dixi) in Aſia minore quartum-
decimum obſeruabant diem. Quidam uero etiam circa Orientales partes
Sabbatum cuſtodiebant, diſſonabant aũt circa menſem. Nam alij Iudæos
licet integritatem non ſeruarent, ſequendos eſſe in ſacra feſtiuitate dicebãt.
Alij uero poſt æquinoctium celebrabant, declinantes ſequi Iudæos, & di-

centes, quod dum ſol eſſet in Ariete, paſcha celebrari deberet. Secundum A Antiochenos aūt Xanthico menſe, ſecundum Romanos Aprili. Et hoc faciendum non ſequendo recentiores Iudæos, qui per omnia errare noſcuntur, ſed magis antiquos & Ioſephum. Sic enim ille in tertio Antiquitatis libro ſcripſit. His itaq; contendentibus omnes Occidentales uſq; ad Oceanum, poſt æquinoctium ex antiqua traditione paſcha celebraſſe comperimus, nec aliquando habuiſſe diſcordiam. Non enim (ſicuti quidam dicunt) celebratum ſub Conſtantino conciliū, feſtiuitatem paſchæ mutauit. Nam ipſe Conſtantinus diſcordantibus ſcribens, monet ut iſti cum pauci eſſent, imitarentur plures. Cuius epiſtolæ partem ponere nō omiſi. Sic enim poſt

Conſtātinus Aug. de Paſcha alia dixit: Eſt enim ordo decorus, quem oēs eccleſiæ in uniuerſo orbe apud Occidentem & meridiem & Arcton poſitę ſeruare noſcuntur, necnon etiā quidam Orientalium. Quapropter in præſenti bene ſe habere omnes exiſtimauerūt, & ego ipſe ueſtræ quoq; ſapientiæ placere promiſi, ut quod in Romana ciuitate, Italia, Aphrica, & uniuerſa Aegypto, Hiſpania, Gallijs, Britannijs, Libya, tota Hellade, Aſiana diœceſi, Ponto & Cilicia libenter ſub una concordia cuſtoditur, hoc etiā ſapientia ueſtra ſuſcipiat, cōſiderantes non ſolum multitudinem prædictorū locorum & eccleſiarum numerū: ſed etiam quia hoc maxime debetis omnes cōmuniter celebrare, quod ratio ſubtilis uidetur exigere, nullam cum Iudæorum periurio habere cōmu- B

Quartodecimani nionem. Talia quidem Conſtantinus. Sed aiunt Quartodecimanis hanc obſeruationem Ioannem apoſtolum tradidiſſe. Alij uero Petrum & Paulum Apoſtolos Romanis & Occidentalibus dicunt paſchæ tradidiſſe ſolennitatem. Sed nullus ſcriptam probationem horum habere dinoſcitur. Quod uero ex conſuetudine quadam per prouincias celebretur paſcha, hinc exiſtimo, quod nulla regio eaſdem uideatur ſeruare ſolennitates. Nā cum unius ſint fidei plurimi, tamen diſſonant circa paſchæ legitima. Vnde pauca dicenda ſunt. Nam in ipſis ieiunijs, aliter apud alios inuenimus ob-

Ieiuniorum diuerſitas ſeruari. Romani enim tres ante paſcha ſeptimanas, præter Sabbatum & dominicam, ſub cōtinuatione ieiunant. Illyrici uero & tota Hellas, Alexan-

Quadrageſima dria quoque ante ſex ſeptimanas ieiunant. Eaq; ieiunia Quadrageſimam uocant. Alij uero ante ſeptem paſchæ ſeptimanas ieiuniorum facere noſcuntur initia, & tres tantummodo ſeptimanas: hoc eſt, quinis diebus per intermiſsionem aliarum duarum ſeptimanarum ieiunantes, nihilominus

Ieiuniorum diuerſitas Quadrageſimā uocant. Vnde miror, cum numerum ipſum non habeant, quomodo Quadrageſimam uocent. Sed etiam ciborū abſtinentiam non ſimilem habent: nam alij omnino ab animatis abſtinent: alij ex animantibus piſces ſolummodo comedunt: quidam cum piſcibus ueſcuntur & uolatilibus, dicentes, hæc ſecundum Moſen ex aqua habere ſubſtantiam. Alij uero etiam caulibus & ouis abſtinere noſcūtur: quidam ſicco tantummodo

pane

A pane ueſcuntur:alij neqꝫ hoc:alij uſqꝫ ad nonam ieiunantes horam, ſine di
ſcretione ciborum reficiuntur, & innumeræ conſuetudines apud diuerſos
inueniuntur. Et quia lectio nulla ex hoc inuenitur antiqua, puto Apoſto-
los, ſingulorum hoc reliquiſſe ſententiæ, ut unuſquiſqꝫ operetur non timo-
re, non neceſsitate, quod bonum eſt. Sed etiam circa celebritatem Collecta- *Sabbatis olim*
rum quædam diuerſitas inuenitur. Nam cum per eccleſias uniuerſo terra- *ſacrificaba-*
rum orbe conſtitutas die Sabbatorum per ſingulas hebdomadas ſacrifi- *tur*
cia celebrentur, hoc in Alexandria & in Roma, quadam priſca traditione
non faciunt. Aegyptij uero Alexandriæ uicini, & Thebaidos habitatores
Sabbato quidem Collectas agunt, ſed non ſicut moris eſt, ſacramenta per-
cipiunt: nam poſtquam fuerint epulati, & cibis omnibus adimpleti, circa ue
ſperam oblatione facta communicant. Rurſus autem in Alexandria, quar *Oblatio*
ta & ſexta feria ſcripturæ leguntur, caſqꝫ doctores interpretãtur, & omnia
fiunt præter ſolennem oblationis morem. Origenes enim plurima in his *Origenei*
diebus uidetur edocuiſſe. Qui quum ſapiens eſſet magiſter, & cõſideraret,
quod impoſsibilitas Moſaicæ legis ad litteram eſſet infirma, rationem pa-
ſchæ ad modum cõtemplationis euexit, unum paſcha ſolummodo uerum
fieri dicens, quod ſaluator celebrauit aduerſus contrarias poteſtates, dum
crucem ſuſciperet, & hoc trophæo uteretur contra diabolum. In eadem A-
B lexandreia Lectores & pſalmi pronunciatores indifferenter fiunt ſiue cate-
chumeni, ſiue iam Chriſtiani, cum omnes eccleſiæ iam fideles in his ordini
bus habere uideantur. Ego quoqꝫ cognoui in Theſſalia conſuetudinem
aliam: cum quidam clericus ante clericatum legitime duxiſſet uxorem, quia
cum ea mixtus fuiſſet, abdicatus eſt: cum in Oriente cuncti ſpontanea uo-
luntate, & non aliqua neceſsitate etiam epiſcopi ſeipſos abſtineant. Plurimi
enim eorum etiam epiſcopatus tempore ex legitima uxore filios habuerũt.
Hoc quoqꝫ in Theſſalia ſeruari cognoui, quod apud eos in diebus paſchæ
tantummodo baptizatur. Quapropter plurimi ſine baptiſmate moriũtur.
In Antiochia uero Syriæ altare non ad Orientem eccleſiæ, ſed magis ad
Occidentem habent. In Hellade, Hieroſolymis, & Theſſalia, ad tempus
ueſpertinum orationes ſimiles Nouatianis Conſtantinopoli degentibus
agũt. In Cæſaria Cappadociæ & Cypro, die ſabbati & dominico, circa ue *Exponũt ſcri*
ſperam cum lucernarijs epiſcopi atqꝫ presbyteri ſcripturas interpretantur. *pturas ad lu-*
In Alexandria presbyter non facit ſermonem. Et hæc res initium accepit, *cernam*
ex quo Arius eccleſiam conturbauit. Romæ ſabbata uniuerſa ieiunant. In
Cæſaria Cappadociæ, eos qui poſt baptiſma delinquunt, à communio- *Sabbati ie-*
ne ſuſpendunt, ſicut Nouatiani & Macedoniani in Helleſponto faciunt, *iunium*
& in Aſia Quartodecimani. Nouatiani circa Phrygiam binubos non reci
piunt. Conſtantinopoli uero neqꝫ aperte recipiunt, neqꝫ palàm remouere
noſcuntur. In Occidentalibus uero partibus aperte recipiunt.

SOZOMENVS Cap. XXXIX A

Montani MOntani porrò,quos Phrygas nominant,peregrinam quandam ad inuentionem introducentes, ſecundum eam paſcha celebrant. Culpant enim eos,qui curſum lunæ requirunt, & dicunt ſolares tantummodo circulos ſequendos. Et menſes quidem ſingulos eſſe dierum triginta definiunt,& inchoare primũ ab æquinoctio uernali,quod eſt ſecundũ Romanos octauo kalend. Aprilis. Tum,inquit,duo luminaria facta ſunt, quibus tempora & anni manifeſtantur. Et hoc indicari eo quod luna per octo annos cum ſole concurrat, & ambo ijdem nouũ habeant menſem. Eo quod octo annorum curſus lunę compleatur,& tanquam principium ſit primi menſis reputant prædictũ diem in ſcripturis quartumdecimũ, & hunc eſſe dicunt *Quartuſdecimus dies* octauo Idus Aprilis, ſecundum quam ſemper celebrant Paſcha, ſi contingat etiam cõcurrere reſurrectionis,id eſt,Dominicum diem: alioqui Dominica ſuperueniente celebrant. ſcriptum eſt enim,inquiunt, à quartadecima uſq; ad uiceſimamprimam eſſe celebrandam.

SOZOMENVS

Alleluia Romę Apud Romanos in unoquoq; anno ſemel pſallunt Alleluia primo die paſchæ,ita ut Romani uelut pro iuramento habeant,ut hunc hymnum audire mereantur. In qua eccleſia neq; epiſcopus, neq; alter quiſquam coram populo docet. Apud Alexandrinos hoc præter communem morem eſt, B quod cum leguntur Euangelia,non ſurgit epiſcopus: quod apud alios nuſquam fieri noui, ubi ſolus archidiaconus hanc lectionem legit: in alijs locis diaconi:in multis uero eccleſiis ſacerdotes ſoli: Conſtantinopoli primo die reſurrectionis Dominicæ Pontifex.

SOCRATES Cap. XL

Arianorum ſchiſmata ACciderũt porrò etiam apud Arianos diuiſiones propter huiuſmodi cauſam, Singulæ uidelicet eorum contentiones ad ineptos eos perduxere ſermones. Cum enim in eorũ eccleſia credatur deus pater eſſe filij uerbi,ex hoc apud eos quæſtio proceſsit, an poſsibile ſit ut etiam antequã exiſteret filius, deus pater uocari potuerit: quoniam dei uerbum non ex patre naturaliter,ſed ex non exiſtentibus ſubſtitiſſe credebant. Circa primũ itaq; capitulum errantes, rite de puro nomine in certamen illicitum irruerunt. Dorotheus etenim ab Antiochia euocatus ab eis,dicebat nõ poſſe patrem eſſe,neq; uocari filio nõ ſubſiſtente. Porrò Marinus, quem à Thracia ante Dorotheum uocauerant,occaſionem inueniens opportunam (Dorotheo enim erat aduerſus)reſpondit ſermonem de hac quæſtione contrarium. Et propterea ſunt inter eos factæ diuiſiones. Diuiſiq; propter hoc uerbũ, ſeorſum ſinguli ſolennia celebrabant. Alij enim ſequebantur Dorotheũ,alij uero Marinũ,dicentes uidelicet patrem ſemper eſſe patrem,etiam filio non extante. Vocabantur uero iſti Pſathyriani,eo quod quidam Theoctiſtus,

Syrus

A Syrus genere ψαθυροπώλης, hanc propoſitionem ualde defenderet. Hos quoq; ſecutus eſt Selenas Gothorũ epiſcopus. Verũ iſti quoq; paulo poſt ſeparati ſunt, cum Marinus cum Agapio diſcordiam habuiſſet, quem ipſe epiſcopum fecerat Epheſi. Cæterũ iſti non propter religionem, ſed propter præſulatũ inimicitias inter ſe bellaq; geſſerunt. Gothi nanq; defendebant Agapiũ. Quãobrem plurimi clericorum eorum uanã gloriã fugientes, ad fidem Conſubſtãtialitatis utiliter acceſſerunt, Ariani uero uigintiquinq; annis diuiſi ſunt inter ſe, poſtea ſub imperio Theodoſii iunioris Conſulatu Plintæ ab hæreſi Pſathyrianorum tecedẽtes, uniti ſunt, ueluti lege decernẽtes nunq; capituli propter quod diuiſi fuerant meminiſſe. Sed hoc Cõſtantinopoli geſtum eſt. Verũ in aliјs ciuitatibus ſub diuiſione manſerunt. Hæc de Arianis. Verum nec Eunomiani ſine diuiſione manſerunt. Nam & ipſe Eunomius dudum ab Eudoxio, qui eum Cyzici ordinauerat epiſcopũ, ſegtegatus eſt, occaſione accepta, eo quod Aetium doctorẽ eius expulſum ſuſcipere noluiſſet. Reliqui uero ab eo per ſchiſmeta diuerſa partiti ſunt. Prius itaq; Theophronius quidã Cappadox ab Eunomio uerſare cõtentiones edoctus, & aliquid de Ariſtotelis Categoriјs & περὶ ἑρμηνείας intelligens, fecit libros, quos De exetcitio mentis attitulauit. Is ergo cum offendiſſet cõſectatores ſuos, tanquam recedens ab eis, expulſus eſt, et ſeorſum colligens,
B ſui nominis hæreſim reliquit. In Conſtantinopoli uero quidam Eutychius ex tepidiſſima quæſtione ab Eunomianis diuiſus, hactenus collectas ſeorſum facit, uocanturq; horum aliј Eunomiotheophroniani, aliј uero Eunomioeutychiani. Veruntamen iſti baptiſma corruperunt. Non enim in trinitate, ſed in Chriſti morte baptizant. Cap. XLI

Pſathyriani *Agapius* *Eunomianorũ ſchiſmata* *Theophronius*

FActa eſt igitur quodam tempore etiam inter Macedonianos diuiſio, cum Eutropius presbiter ſeorſum colligetet, & nequaquam ei Carterius conſentiret. Fuerunt forſitan & aliæ diuiſiones hæreſeon, ſed ego tanquam Conſtantinopolitanus atq; hic nutritus quæ mihi clariora uiſa ſunt, ea narrate curaui.

SOZOMENVS Cap. XLII

EA porrò tempeſtate dicunt Aegypti fluuium circa primum aſcenſum aquæ poſt tergũ receſsiſſe. Quo facto Aegyptiј ſæuiebant, eo quod non ſineretur flumini ſacrificia ſolennia celebrare. Iudex aũt ſeditionẽ perſpiciens concitari, nuntiauit id imperatori. Verum imperator melius iudicauit diuinæ fidei ſeruire, quàm pocula Nili & ſacrilegia præponere pietati: Nunquam, inquit, currat ille fluuius, ſi magicis artibus & fluxu ſanguinis undæ polluendæ ſunt ſacri Paradiſi. Hoc acto, paulo poſt ita ubertim Nilus effuſus eſt, ut etiam altius quàm ſolebat, fluctus ſpatgeret. Cumq; ſolitas compleſſet menſuras, & adhuc in altitudinem extolleretur, in terrorem nimium Aegyptiј ſunt redacti, metuẽtes ne Alexandteiam & Lybiæ

Nilus retrocedens *Nilus exũdãs*

partes forte deſtrueret. Tum uero ferunt Paganos Alexandrinos in Theatro clamaſſe, quod uelut ſenex & delirus euanuiſſet Nilus. Quamobrem plurimi Aegyptiorum derogantes paternæ religioni, ad Chriſtianiſmi iura conuerſi ſunt. A

Cap. XLIII

Caput Ioãnis Baptiſtæ

EO tempore dicitur delatum Conſtantinopolim Ioannis Baptiſtæ caput, quod Herodias petijt ab Herode Tetrarcha. Fertur enim inuentum caput à monachis Macedonianis, qui primum quidem Hieroſolymis habitabãt, poſtea uero in Ciliciam migrauerunt. Quum enim ante hoc imperium Mardonius maior domus imperialis nũtiaſſet hoc imperatori, præcepit Valens, caput ſacrum Cõſtãtinopolim deportari. Qua iuſsione miſſi, & imponẽtes uehiculo deportabant. Quumq; ueniſſet ad locum qui uocatur Pantichium (eſt enim circa Chalcedonem) nequaquam poterat trahi uehiculum, licet multis plagis iumenta affligerentur. Et cum hoc nonum uideretur uniuerſis, & ipſi ſimul imperatori, ſacrum hoc caput recondiderunt in uico appellato Coſilai. Erat enim poſſeſsio ipſa Mardonij. Illo quidem tempore aut deo aut ipſo propheta monente in hunc locum uſq; perductũ eſt. Cumq; poſtea Theodoſius Imperator has Baptiſtæ reliquias uoluiſſet auferre, ſolam referunt extitiſſe matronam uirginẽ ſacram, quæ eius cuſtodiam capitis exhibebat. Cui cum ſæpius Imperator uiolenter, ſed cum lachrymis ſupplicaret, ut eum permitteret ſua uota cõplere: hæc putans quod ſicut tempore Valentis, etiam tunc non pateretur ulterius Baptiſta portari, ceſſit. At Imperator amplectens ſua purpura thecam in qua caput Baptiſtæ iacebat, eamq; portans uenit, & ante ciuitatem Conſtantinopolitanam recondidit ad ſeptimum miliarium: ibiq; magnam & pulcherrimam deo ædificauit eccleſiam: crebroq; deprecatus eſt matronã, promiſitq; dona gratiſsima ſi reconciliari uellet. Nec paſſa eſt: erat enim Macedoniana hæreſi corrupta, licet presbyter Vincentius conſectator eius, qui prophetæ ſepulchrũ æqualiter obſeruabat, conuerſus fuiſſet, & catholicę cõmunicaſſet eccleſiæ. Ferunt enim quod coniurationẽ habeant Macedoniani, nunquam ſe à ſua ſecta recedere. Verum is presbiter dum ageretur de translatione ſacri capitis, apud ſe definiuit, quod ſi ſequeretur baptiſta imperatorem, & ipſe communicaret ei. Quo facto, conuerſus eſt.

Mardonius

B

Macedonianorũ pertinacia

THEODORETVS Cap. XLIIII

Flauianus Melitij ſucceſſor

IGitur in Antiochia Melitij maximi ſucceſsionem Flauianus accepit, qui cum Diodoro plurima pro ouibus certamina paſſus eſt. Voluerat enim Paulinus eccleſiæ ſuſcipere præſulatũ, ſed pontificum reſtitit chorus, dicens non oportere eum qui Melitij conſilium non recepiſſet, poſt illius mortem in eius ſede conſiſtere, ſed eum potius qui plurimum laboribus effulſerat, & pro ouium cura pericula ſuſtinuerat. Hoc factum Romanos & Aegyptios fecit infeſtos Orientalibus. Sed neq; morte Paulini inimicitiæ ſunt deſtructæ. Nam

A ctæ. Nam & poſt illum cum Euagrius eius accepiſſet ſedē, perſtiterunt Flauiano uehementer infenſi, licet Euagrius præter eccleſiaſticā regulam fuerit ordinatus. Solus em̄ Paulinus eum inſtituerat, plurimas regulas præuaricatus eccleſiaſticas. Nō enim præcipiunt ut per ſe quilibet ordinare poſſit, ſed conuocare uniuerſos prouinciæ ſacerdotes, & præter tres pontifices ordinationē fieri penitus interdicunt. Veruntamen nihil horum reſpicientes, Euagrij ſunt amplexi cōmunionē, & aduerſus Flauianum aures principis cōmouerunt. Qui frequenter impulſus, deduxit eum ad urbem Conſtantinopolim, & Romā proficiſci præcepit. Porrò Flauianus excuſatione hyemis, promiſsione facta quod tēpore opportuno proficiſceretur Romam, tum eſt reuerſus ad propria. Cumq́ Romani Pontifices, nō ſolum mirabilis Damaſus, ſed etiam poſt eum Siricius & Anaſtaſius apud imperatorem uehemēter inſtarent, dicentes, quod tyrannos quidem proprios debellaret: qui uero Chriſti reſiſterent legibus, eos fineret impunitos, rurſus eum euocans, Romam proficiſci cogebat. Tunc Flauianus ſapientiſsimus digna libertate uſus ait: Siquidē fidem meam ô Imperator quaſi non rectam accuſant quidam, aut uitam dicunt ſacerdotio non eſſe dignam, etiam ipſos accuſatores habere iudices non refuto, eorumq́ ſententiam lubenter accipiam. Si uero de ſede & præſulatu cōtendunt, nec litigabo, nec hæc uolentibus habere reſiſtam: ſed abſcedam, & ab iſta præminētia abſtinebo. Da igitur Antiochenam ſedē cuicunq́ uolueris imperator. Hanc eius fortitudinē ſapientiamq́ mitatus princeps, redire ad patriam, & cōmiſſam ſibi regere præcepit eccleſiam. Poſt aliquantum tēporis Romam denuo ueniēs imperator, eaſdem ab epiſcopis patiebatur querelas, quaſi Flauiani tyrannidē premere noluiſſet. At ille ſpeciem tyrannidis eos effari præcepit, dicens ſe eſſe Flauianum. Illis uero dicentibus quod non poſſent cum imperatore contendere, monuit ut deinceps eccleſiæ concordiam haberent, deponerentq́ certamen, & ſtultas contentiones extinguerēt. Paulinus, inquit, olim eſt mortuus: Euagrius contra regulas ordinatus: Orientales autem eccleſiæ præſulatum Flauiano deferentes, & Aſia, Pontus & Thracia, eius communioni coniunctæ ſunt: Omnis Illyrias illum nouit per Orientem epiſcopis præſidere. His flexi monitionibus Heſperiæ ſacerdotes ſoluturos ſe inimicitias promiſerunt, & Legatos mittēdos ab eo ſe ſuſcepturos. Hoc cognoſcēs ſacratiſsimus Flauianus, miſit Romā quoſdam laude dignos epiſcopos, & Antiochenos presbyteros atq́ diaconos, quibus præerat Acacius Beroeæ in omni terra pelagoq́ cantatus. Is cum alijs Romam ueniens, longamq́ ſanās odij paſſionem, poſt decē & ſeptem annos eccleſiis reſtituit pacem. Quod cognoſcentes Aegyptij, inimicitias extinguentes, concordiam ſunt amplexi. Tum igitẽ eccleſiæ Romanæ Innocentius ſucceſſor Anaſtaſii præſidebat, uir prudentia & intellectu decenter ornatus, Alexandrinæ uero Theophilus.

Damaſus *Siricius* *Anaſtaſius* *Flauianus ad imp.* B *Innocentius Pont. Rom.* *Theophilus Alexandrinus*

Socrates

SOCRATES Cap. XLV A

Eugenius ex ludimagiſtro tyrannus

RESpublica autem eo tempore ex huiuſmodi cauſa turbabatur. in Occidentis partibus Grammaticus quidam nomine Eugenius, literarũ Latinarum Doctor relinquens Scholas ſuas,in palatio militabat. Eratqꝫ Imperatoris ἀντιγραφεύς,& propter eloquentiã à multis honorabatur. Tum ergo(ut fertur) non mediocriter cogitans, cooperatorem aſſumpſit Arbogaſten de minoribus Gallijs ortum, militaris ordinis Ducẽ, uirum ſæuum & ad cædes paratum. Quo facto declinauit ad tyrannidẽ. Igitur uterqꝫ contra Imperatorem Valentinianum necem machinabãtur, Cubicularios corrumpentes eunuchos. At illi dormientem principem ſuffocarunt. Hoc Eugenius repente cognoſcens, Imperio potitur Heſperiæ, agebatqꝫ quod tyranno poterat conuenire. Hæc audiens Theodoſius Imperator, rurſus ſollicitudinibus obſtrictus, ſecunda certamina poſt Maximũ preparabat. Congregansqꝫ militarem uirtutem, & Honorium filium deſignans Imperatorem Conſulatu ſuo & Habundantij, decimo die Ianuarij mẽſis, denuo ad partes Heſperias magno ſtudio feſtinabat.

Arbogaſtes

Honorius fit Ceſar

SOZOMENVS.

Ioãnes monachus futurorũ preſcius

Interea euentũ belli cõſiderans miſit in Thebaida ad Ioannẽ monachum tunc preſciẽtia clarũ. Ad quẽ deſtinauit Eutropiũ eunuchũ ſibi fidiſſimũ, ut aut eum(ſi uellet uenire)deduceret, aut nolentẽ de euentu belli interrogaret. B At ille Ioannẽ quidẽ deducere nõ præualuit, ſed mandatũ retulit eius, quod bello uinceret, & perimeret tyrannũ & poſt uictoriã in Italia moreretur.

SOCRATES.

Gotbi cum Theodoſio

Relictis ergo Theodoſius ambobus filijs in urbe Cõſtantinopoli cum proficiſceretur contra Eugenium bellaturus, plurimi trans Hiſtrum Barbari ſunt ſequuti, cum eo pugnaturi contra tyrannum. Paruoqꝫ tempore cum manu maxima uenit ad Gallias. Illic enim parabat bellum, ubi iam multa milia habebat exercitus.

THEODORETVS

Theodoſii inſomnium

Cum igitur in quodam monte oratorium inueniſſet, ibi noctu domino ſupplicabat, & circa gallicantum ſopore compreſſus, uidit in ſomnis quaſi iaceret in campo, & adſtabant ſibi duo quidam uiri in ueſtibus albis & equis candidiſſimis reſidentes, eumqꝫ iubẽtes habere fiduciam, & diluculo armare milites ad uictoriam: dicebantqꝫ ſe pro auxilio deſtinatos. Quorum alter Ioannem Euangeliſtã, alter ſe Philippum dicebat apoſtolum. Hac uiſione comperta, nequaquã ab oratione ceſſauit, ſed lachrimas uberiores effudit. Quæ uiſio etiam cuidam militi reuelata eſt, & per diuerſos peruenit ad principem. At ille: Non propter me, inquit, hæc iſte uidit, ſed ne quis crederet quod finxerim quod ego uidi. Ideoqꝫ etiam iſti monſtratũ eſt, nam primo mihi dominus hoc communis oſtendit.

Socrates

A SOCRATES

Fuit ergo congreſſio circa fluuiũ uocabulo Frigidum. Igitur in parte qua Romani contra Romanos confligebant, bellũ erat ęquale. Vnde uero Barbari auxiliatores Imperatoris erant, pars Eugenij potior eſſe uidebatur. Imperator autem uidens Barbaros perire, in maximam ueniens ęſtuationem, proſtrauit ſeipſum in terram, adiutorem inuocans deum, & petitione fruſtratus non eſt. Quidam enim Bacurius magiſter militum eius, repente ſic confortatus eſt, ut cum primis ducibus cõcurreret ad eam partem qua Barbari premebantur. Quo facto dirupit acies, & in fugã mox uertit inimicos. Fitq; denuo ea hora miraculum: uentus enim uehementiſſimus inſpirans, emiſſa iacula ab Eugenij partibus cõtra eos denuo reuocabat, & à partibus Imperatoris ad hoſtes cum magna fortitudine deferebat. Tantũ ualuit Imperatoris oratio. Hoc itaq; modo pugna finita, Tyrannus accurrens ad pedes Imperatoris, orabat ut promereretur ſalutẽ. Qui circa pedes eius à militibus capite ſectus eſt. Hæc geſta ſunt ſeptimodecimo die Septemb. mẽſis, Conſulatu Arcadij tertio, & Honorij ſecundo. Arbogaſtes autẽ tantorum cauſa malorum, poſt duos cõgreſſionis dies, fuga elapſus, cum cognouiſſet quod uiuere non poſſet, proprio gladio ſe peremit.

Conflictus · *Bacurius magiſter militum* · *Eugenius ſupplex Theod.* · *Arbogaſtes ſe ipſum iugulat*

SOZOMENVS Cap. XLVI

B EA tempeſtate plurimi inter epiſcopos effulgebant, ſicut Donatus Euryampi. De quo cum prouinciales miracula multa teſtentur, maximũ tamen eſt quod de dracone geſſit. Is enim circa pontẽ in uia publica iacens, cibum habebat oues, capras, equos, boues, & homines abripiens deuorabat. Ad quam beſtiam Donatus ſine gladio, ſine aliquo iaculo ueniẽs, cum illa leuaſſet caput quaſi uoratura uirum, tunc ille uexillum crucis ante faciem eius digito deſignans in aere, in os eius exſpuit. Beſtia uero ſputum mox ore ſuo ſuſcipiens expirauit. Quam (ſicut audiui) octo paria boum in uicinũ campum traxerunt. Et miſſo igne combuſta eſt, ne aerem fœtore corrumperet. Huius Donati ſepultura inſignis eſt, ubi oratorium ex eius nomine uocatur, habens fontem aquatum, quem ipſe fertur orationibus inueniſſe. Nam cum eſſet locus inaquoſus, & illuc ex itinere aliquando ueniſſet, aiunt quod fatigatis illis qui cum eo erant, orauerit, & mox aquę inundatio prorupit, & ex illo hactenus permaneat.

Donatus Euryampius

Cap. XLVII

EO tẽpore Tomitanam & Scythiæ eccleſiã Theotimus gubernabat, uir in philoſophia nutritus, cuius uirtutẽ diligentes Barbari trans Hiſtrum habitantes, deum Romanorũ eſſe prædicabant. Diuinarũ ſiquidem in eo rerum experimẽta ſæpius perceperunt. Nam cum quodã tẽpore iter faceret, illius terræ Barbari occurrerunt ei. Et cũ hi qui erant circa eum terrore turbarent, quaſi cõtinuo morituri, ex equo deſcendens orauit. Porrò Barbari neq; eũ neq; ſequaces eius, nec equos de quibus deſcenderãt uidentes,

Theotimus Tomitanorũ epiſcopus

transierunt

Scythæ tranſierunt. Cũ igitur crebro tranſeũtes Scythas naturaliter feroces,epulis muneribusq; manſuefaceret, quidã Barbarorũ arbitratus eum eſſe locuple tẽ,cœpit inſidiari ut eũ caperet,alligaret & traheret.Cũ hoc iam paraſſet,& dexterã ad hoc haberet, ut eũ iactu illaquearet, manus in aere mox ligata, & Barbarus ille inuiſibilibus uinculis eſt obſtrictus. Tũc alijs pro eo rogan tibus,ſupplicauit deo Theotimus ut Barbarus ſolueretur. Cap. XLVIII A

Epiphanius Cypri epiſc. EO quoq; tempore fuit Epiphanius Cypriorum epiſcopus, ad cuius ſe pulchrum hactenus dæmones expelluntur. Is enim cum ſubſtantiam propriam,neceſſitatẽ ſuſtinentibus erogaſſet,& multis quoq; offerentibus ei pecunias manu largiſſima diſpenſaret,contigit ut pecunijs deficientibus œconomus eccleſiæ murmuraret. Quo facto, aſſiſtens quidam in domo in qua habitabat œconomus,ſacculum multarum pecuniarum dedit, & ita di ſparuit,ut nec qui dediſſet,nec qui miſiſſet cognoſceretur. Quod factum o/ mnes diuinum eſſe iudicauerunt.Aliud quoq; eius libet referre miraculum. Quidam pauperes ſtudentes Epiphanium arte deludere ut ſibi aliquid da/ ret: cum iter ageret, unus eorum ſupinum ſe proſtrauit in terrã, alter ſtabat quaſi mortuum deflens, nec habens unde eum ſepelire potuiſſet. Epipha/ nius autem ſuperueniẽs,orauit ut ſub quiete dormiret.Et ſepulturæ neceſſa/ ria præbuit,ſimulq; conſulatus eſt flentem:dicens:Quieſce fili à lachrymis. Non enim fletu reſuſcitari poterit. Eſt enim ineuitabile quod euenit. Cũq; B diſceſſiſſet Epiphanius, cœpit ille pulſare ſocium ut reſurgeret.Et cum hoc ſemel & ſecundo feciſſet,dicẽs:Surge,ut hodie de tuis laboribus epulemur: & ille penitus non ſentiret,cognoſcens uere mortuũ, cucurrit ad Epiphani/ um flens,& petens ut ſuum ſocium ſuſcitaret. At ille conſolatus eſt, ne gra/ uiter ferret quod eueniſſet. Non tamen defunctum denuo ſuſcitauit. Hoc enim credo prouide factum,ut non facile dei miniſtri deludantur. Eo tem/ *Aeas Zeno* pore fuit Aeas & Zeno in Palæſtinæ Gaza philoſophãtes. Et Aeas fertur cum pulcherrimã duxiſſet uxorem, ter cum ipſa ſolum concubuiſſe, & tres filios genuiſſe, poſtea uitam monachicã apprime eſſe ſectatus. Zeno uero epiſcopus ferme annorum centum habens ætatem, nunquam ſolennibus minor fuit aut quieuit officijs. Cap. XLIX

Abacuc et Michee prophetarũ corpora reperta NOn ſolũ aũt religionẽ hæc tunc nobilitabant,ſed etiã Abacuc & Mi cheæ prophetarũ corpora(ſicuti audiui) hoc tẽpore ſunt oſteſa reuela tione diuina,cũ Zebenus tunc Eleutheropolitanã gubernaret eccleſiã in ui/ co qui prius uocabat Ceila, in Berethaſia prædio quod diſtat ab urbe fer/ mè ſtadijs decẽ. Circa hunc locum ſepultura Micheæ fuit,quam neſcientes quid dicerẽt prouinciales,õ fidelẽ memoriã uocitabant. Cap. L

Theodoſius ægrotat IGitur Theodoſius Imperator poſt laborẽ publicum corpore fatigatus, & ſperans ſe eo morbo non moriturum, potius de re publica cogitabat, conſiderans quæ ſoleant hominibus accidere,Imperatore moriente.Filium

itaq;

A itaq; Honorium de Conſtantinopoli uelociter euocauit, ordinare uolens partes Heſperias. Cumq; filius Mediolanum ueniſſet, ex ægritudine rele/uatus, Circum de uictoria celebrabat. Et ante prandium quidem ſpectacu/lum quaſi ſanus exhibuit. Poſt prandium repente prægrauatus ad ſpecta/culum uenire non potuit, filium tamen Ludis adeſſe præcepit. Superuenien te uero nocte defunctus eſt, Conſulatu Olibrij & Probini, ſeptimodecimo die Ianuarij menſis, anno primo ducenteſimæ nonageſimæ quartæ Olym piadis. Vixit autem Imperator Theodoſius annos ſexaginta, ex quibus ſe/decim imperauit.

ELENCHVS CAPITVM LIBRI NONI HISTORIAE ECCLESIAST. quam Tripartitam uocant.

De ſucceſſione Arcadij & Honorij. Caput 1
Quo modo Honorius ludum gladiatorium remouerit. Cap. 2
De morte Nectarij Conſtantinop. & ordinatione actibusq; Ioannis. Cap. 3
Quomodo Eutropius Præpoſitus Imperatoris fuerit interemptus. Ca. 4
De conuerſione Celticorum per Ioannem. Cap. 5
De Gaina magiſtro militum, eiusq; rebellione. Cap. 6
B De quæſtione inter Aegyptios monachos exorta, An deus corporeus ſit, an in/corporeus. Cap. 7
Quomodo hymni nocturni à Ioanne ſint incepti. Cap. 8
Quod epiſcopo Ignatio angelorũ deum laudantiũ uiſio ſit oſtenſa. Cap. 9
De inimicis Ioannis. Cap. 10
Quomodo Epiphanius Cyprius Ioanni fuerit inimicus. Cap. 11
Quomodo Ioannes acceperit Epiphanium. Cap. 12
Cur Auguſta grauius, & per quos Ioanni facta ſit inimica, & quomodo in exili/um fuerit deportatus. Cap. 13
Quomodo ſit reuerſus, & denuo à calumniatoribus impetitus. Cap. 14
Qualiter Ioannes tractauerit Auguſtam. Cap. 15
De inſidijs quæ Ioanni fiebant. Cap. 16
De ſecunda depoſitione Ioannis, & de ſchiſmate facto propter eũ. Cap. 17
De exilio & morte Ioannis. Cap. 18
Quomodo Illyricum & Occidens propter Ioannem ab Orientalibus ſe ſuſpen/derint epiſcopis. Cap. 19
De ordinatione Arſacij Conſtantinopolitani, & eius odio propter Ioannem. Cap. 20
De Eutropio lectore propter Ioannem in carcerem coniecto. Cap. 21
De morte Arſacij & ordinatione Pontificis Attici. Cap. 22
De ſucceſsione diuerſorum patriarcharum. Cap. 23
De concuſſionibus quas Barbari reipublicæ inferebant. Cap. 24
Quomodo Alexander Antiochenus epiſcopus diſcordantem populum ad uni/tatem reuocarit eccleſiæ. Cap. 25
Quomodo corpus Ioannis Conſtantinopolim fuerit reuocatũ. Cap. 26

De laudibus Theodoſii minoris. Cap. 27 A
De miraculis contra Perſas geſtis. Cap. 28
De ſucceſsione Pontificum. Cap. 29
De uirtutibus Abdæ apud Perſas epiſcopi. Cap. 30
De Hormiſda apud Perſas nobiliſsimo confeſſore. Cap. 31
De Sanne apud Perſas confeſſore. Cap. 32
De Beniamin Perſico Diacono, eiuſcꝑ martyrio. Cap. 33
De Theodoro Antiocheno epiſcopo, & Theodoro Mopſueſtiate Pontifice. Cap. 34
De fine Imperatoris Arcadij. Cap. 35

HISTORIAE ECCLESIASTICAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBER DECIMVS.

SOCRATES. Cap. I

Epiſcopi Apoſtolicarum eccleſiarum

DEFVNCTO Theodoſio, in Imperium filij ſucceſſerunt, Arcadius in Oriente, Honorius aũt in Occidente. Hoc tempore in Romana Damaſus præſidebat eccleſia, in Alexandria Theophilus, Hieroſolymis Ioannes, Flauianus Antiochenam tenebat ſedem, Conſtantinopolitanamcꝑ Nectarius. Igitur circa octauũ diem Nouembris menſis eodem Conſulatu, corpus Theodoſii delatum cum ſolenni honore ab Arcadio filio ſepulturæ contraditur. Poſt paucos uero dies, id eſt, uiceſimoſeptimo eiuſdem menſis die, etiam exercitus qui cum Imperatore Theodoſio fuerat contra tyrannum, reuerſus eſt. Et cum Imperator Arcadius ſecundum cõſuetudinem ad portas occurriſſet exercitui redeunti, tunc milites Ruffinum Præfectũ Imperatoris peremerunt. Erat enim ſuſpectus quaſi tyrannidẽ poſſet aſſumere. Dicebatur aũt Hunos ipſe in Romanorũ prouincias euocaſſe, qui tunc Armeniã & partes Orientis ualde uaſtabant. B

Ruffinus præfectus occiſus

Huni

THEODORETVS. Cap. II

Telemachus
Monomachiæ ſublatæ

HOnorius itacꝑ ſuſcipiens Occidẽtis imperiũ, monomachias, quæ iam olim Romæ celebrabantur, huiuſmodi de cauſa remouit. Quidã Telemachus cõuerſationis monaſticæ, hac de cauſa ab Oriente uenit Romam. Cumcꝑ nephandum illud ſpectaculum ageretur, etiam ipſe intrauit in ſtadium, & deſcendens nitebatur pugnantes inter ſe gladijs, ſeparare. Cumcꝑ ſpectatores aduerſus eum ſæuirent, & in effuſione ſanguinis graſſarentur, prouiſorem pacis lapidibus occiderunt. Hoc ubi cognouiſſet mirabilis Imperator, illum quidem inter uictores martyres numerauit, nephandum uero ſpectaculum prorſus ſuſtulit.

A SOCRATES. Cap. III

CVm uero modicum tempus tranſiſſet, etiam Nectarius Conſtantino- Nectarij Con-
politanus epiſcopus defunctus eſt, Conſulatu Cæſarij & Attici, ſepti ſtan. epiſ. mors
mo & uiceſimo die Septemb. menſis. Mox ergo ſtudia generant, in epiſco
patum alijs alium ordinare cupiẽtibus. Nouiſſime uero placuit, ut ab Anti-
ochia Ioannes euocaretur, eccleſiæ presbyter. Erat enim eius doctrinę fama Ioannes Chry
mirabilis. Intra modicũ ergo tẽpus cõmuni decreto omnium clericorum & ſoſtomus
laicorum Imperator Arcadius euocauit eum. Et propter dignitatẽ ordinis
cum adeſſent ex Imperiali iuſsione plurimi epiſcopi, etiã Theophilus uenit Theophilus
Alexandrinus, qui ſtudebat quidẽ Ioannem detrahere, & Iſidorum ſuum Io. Chryſoſt.
presbyterũ ordinare. Diligebat enim eum, quod aliquando ſuſtinuiſſet pro parũ fauens
ipſo tale periculũ. Cum Imperator Theodoſius aduerſus Maximũ tyran-
num decertaret, Theophilus per Iſidorum xenia miſit imperatori, & dupli- Iſidorus
ces miſit epiſtolas, mãdans ut alteras literas nõ uincenti daret: porrò uicto
ri & munera & alteras porrigeret literas. Has cũ Iſidorus portaſſet, Romã
ueniens uictoriã expectabat. Sed non diu latuit. Quidam enim lector rapi Mira Theophi
ens epiſtolas, demonſtrauit Imperatori. Quamobrẽ Iſidorus terrore corre- li uafricies
ptus, in Alexandreiam fugit, celare uolens quod fuerat ei mandatum. Ob
quam cauſam Iſidorum Theophilus diligebat. Verum palatij iudices præ-
B poſuere Ioannẽ. Cumq́ multi Theophilum accuſarent, libellum aduerſus
eum pro diuerſis cauſis præſentibus epiſcopis obtulerunt. Tunc Prępoſitus
Palatij Eutropius nomine, ſumens accuſationes ſcriptas oſtendit Theophi-
lo, dicens, aut ordina Ioannem, aut accuſationes uenient ad examen. Hinc
perterritus Theophilus, Ioannem ordinauit epiſcopum, qui ſuſcepit epiſco
patum ſextodecimo die Feb. menſis, Conſulatu Honorij Imperatoris, &
Eutychiani Pręfecti. Quod uero Ioannes uir fuerit omnino pręclarus, ex li
bris quos reliquit, cognoſcitur. Cuius uitam, genus, conuerſationem, & quẽ
admodum ſit depoſitus, & poſt mortem magis honoratus, exponã. Ioan-
nes itaq́ fuit Antiochenus, filius Secundi & Anthuſæ nobilium perſona-
rũ, diſcipulus Sophiſtæ Libanij, & auditor Andragatij philoſophi. Cũq́
ſe ad aduocationẽ præpararet, cõſiderãs moleſtias litigantiũ, iniuſtumq́ ui
tæ propoſitum, potius elegit quietẽ. Et hoc fecit æmulatus Euagrium, quo- Io. Chryſoſt.
niam & ille quum eiſdẽ ſtudijs eſſet uſus, quietã magis ſequutus eſt uitam. amplectitur ui
Mox ergo mutato cultu pariter & inceſſu, diuinis lectionibus incumbebat, tã Chriſtianã
& frequentius ad ſanctam concurrebat eccleſiam. Hæc agens perſuaſit etiã Theodorus
Theodoro & Maximo qui fuerant cõdiſcipuli ipſius apud Sophiſtam Li- Maximus
banium, ut pompoſam relinquerent uitam, & ſimplicem ſequerentur. Quo
rum Theodorus poſtea epiſcopus Mopſueſtienſis ordinatur eccleſiæ, Ma-
ximus autem Seleuciæ Iſauriæ. Tum itaq́ iſti fiebant diſcipuli in lectione
diuina Diodori atq́ Carterij, qui eo tẽpore ſacris monaſterijs præſidebãt.

Sed Diodorus poſtea Tarſi ordinatus epiſcopus, multos conſcripſit libros ſacras ad literã intuens ſcripturas. Porrò Ioannem degentẽ cum Baſilio qui tunc à Melitio factus erat diaconus, & poſtea Cæſareiæ Cappadociæ Præſule cõſtituto, Zeno epiſcopus à Hieroſolymis reuertẽs, Lectorẽ in eccleſia Antiochena conſtituit. In quo adhuc officio poſitus librum ædidit cõtra Iudæos. Poſt modicum uero tẽpus etiam Diaconatum à Melitio promerens, De ſacerdotio alium fecit librum, aliosq́ plurimos explanauit. Poſtea uero Melitio in Conſtantinopolitana urbe defuncto, recedens Ioannes à Melitianis, & neq́ Paulino cõmunicans, tribus annis continuè ſub quiete degebat. Mortuo uero Paulino, ab Euagrio eius ſucceſſore presbyter ordinatur. Ante epiſcopatũ itaq́ hoc modo cõuerſatus eſt. Fuit enim uir (ut aiunt) propter zelum caſtitatis ſeuerior, & amplius q̃ habebat à iuuentute ſua, furori magis q̃ reuerentiæ ſe præbebat, & propter uitæ rectitudinẽ incautus proſpicere de futuris. Propter ſimplicitatẽ uero, oris libertate profuſus, apud colloquentes non mediocriter utebat̃. Docendo præcipuus erat, utilis ad corrigendos audientium mores. In confabulatione uero arrogans à neſcientib. putabatur. Cum ergo talis moribus eſſet, epiſcopatu ſuſcepto, maiori faſtu quàm debuerat utebatur, clericorũ ſuorum corrigere uitam uolens. Mox igitur in ipſo initio quum clericis aſper uideretur eccleſiæ, erat plurimis exoſus, & ueluti furioſum uniuerſi declinabant. Cõpellebat enim eum ut uelut omnes offenderet Serapio diaconus eius, qui aliquãdo præſentibus clericis hunc protulit magna uoce ſermonẽ: Nunquã poteris, ò epiſcope, hos corrigere, niſi uno baculo percuſſeris uniuerſos. Quo dicto maiora contra eum odia cõcitata ſunt. Non poſt multum uero tẽporis plurimos clericorum pro diuerſis exemit cauſis. At illi conſpirantes aduerſus eum, etiã derogationib. apud populum utebantur: quarum rerum faciebant maximã fidẽ, eo quod nec ullum ſecum comedere pateretur, nec ipſe ad alium inuitatus accederet. Dicunt enim quidã, propterea noluiſſe eum cum quoquam comedere, eo quod turpiter manducaret, eſcasq́ perciperet. Alij uero propter excellentẽ ciborum abſtinentiam hoc eum facere prædicabant.

Io. Chryſoſt. fit lector in eccleſia Antioc.

Fit presbyter

Liber elinguæ Chryſoſtomus

Emendatio cleri

Serapio diaconus Chryſoſt.

Sacerdotes aduerſus Chryſoſtomum conſpirant

A

B

SOZOMENVS.

Ego tamen, quodã uiro ueraci referente, audiui quod propter abſtinentiam capite & ſtomacho ſæpe dolebat, & ideo prandiorũ epulas euitabat.

SOCRATES.

Porrò populus propter ſermones quos in eccleſia faciebat, diligebat eũ, paruipendens accuſatorũ uoces. Quales uero ſint eius libri, nõ oportet nũc dici: quoniã legẽtib. poterũt indicari. Igiẽ cũ clero tantũmodo eſſet exoſus, machinationes cõtra eũ non omnino ualuerunt. Cum uero etiam plurimos Procerũ obiurgare cœpiſſet, tunc inuidia cõtra eũ maior accẽſa eſt. Et plurima quidẽ dicebañt, multa quoq́ faciebant audientibus fidẽ. Cap. IIII

Eius

A Eius derogationibus dedit argumentū homilia cōtra Eutropium tunc prolata. Eutropius enī Eunuchus Præpoſitus Imperatoris, & habēs Conſulis dignitatem,uolens in quoſdam qui ad ecclesiam confugerant, animaduertere,operam dedit ut ab Imperatoribus lex poneretur, iubens ut nullus ad ecclesias confugeret,immo qui dudum cōfugerant, traherentur. Sed dei ſequutum eſt repente iudicium.Erat ergo propoſita lex.Poſt paucos uero dies cum ipſe Eutropius offendiſſet Imperatorē,inter refugas erat apud ecclesiā.Epiſcopus uero Eutropio ſub altari iacente,nimioq́ percuſſo timore,reſidens ſuper ambonem,ubi ſolebat prius facere conſuete ſermonem,homiliam increpatoriā fecit aduerſus eum. Vnde plurimos magis offendebat,eo quod hominem in infelicitate poſitum,non ſolum non miſeraretur,ſed etiam ne obiurgare quidem deſiſteret. Igitur Eutropij tunc Cōſulatus dignitatem habētis,propter quædam crimina caput Imperator iuſsit amputari,& ex ordine Conſulū eius nomē penitus aboleri. Quamobrem Theodori ſolummodo,qui cum eo Conſul fuit,nomē adſcriptum eſt.Pro diuerſis igitur cauſis multos ſæpius libere obiurgabat,& plurimis erat exoſus.Vnde Theophilus Alexandrinæ ciuitatis epiſcopus,mox poſt ordinationem cauſas eius deiectionis quæſiuit,& quibuſdam præſentibus ei latenter obloquebatur,multis etiam lōge poſitis ſcribebat. Cōtriſtabatur enim

B non ſolum propter libertatem illam,ſed quod etiam Iſidorū presbyterum ſuum epiſcopum Conſtantinopoleos ordinare non ualuiſſet.

Eutropius Eunuchus Præpoſitus cubiculi

Io. Chryſoſtomus declamat publice in Eutropium

THEODORETVS.

Sacerdotibus igitur Ioannes epiſcopus ſupplicabat,ut ſecundum eccleſiaſticas uiuerent ſanctiones,quas quicūq́ præuaricari præſumerēt,eos ad templum prohibebat accedere.Dicebat enim,quod nec deberent frui honore ſacerdotij,qui eorum uitam contemnerent imitari.Non ſolum autem prouidentiā urbis Conſtantinopoleos habebat,ſed etiam totius Thraciȩ, quæ ſex Præfecturis eſt diuiſa,& Aſiæ totius quæ ab undecim Prȩſidibus regitur.His legibus ornabat etiam Ponticam regionē,quæ totidem Iudicibus gubernari dinoſcitur. Cumq́ cognouiſſet in Phœnice adhuc dæmonibus ſacrificia miniſtrari,electos monachos & Imperialibus ſanctiōibus coarmatos aduerſus cultores deſtinauit idolorū, dans pecunias templorū deſtructoribus erogādas,nō ex ærario publico,ſed quas à fidelíſsimis mulieribus oblatas liberaliter excipiebat ſic ab ipſo perſuaſis. Cap. v

Io. Chryſoſtomus cleri reformator

Pontus

Phœnicia

Idens uero etiam cohortem Celticam Arianis retibus illaqueatā,& cogitans de eorum capienda ſalute, cōſilium huiuſmodi uenationis inuenit.Eiuſdem nanq́ linguæ presbyteros,diaconos,atq́ Lectores fecit, & unam eis eccleſiam dedit.Qua occaſione multos eorum cepit,cū & ipſe frequenter illuc iret,& per interpretem Celticum diuinas lectiōes exponeret.Hæc ergo intra ciuitatem crebro faciens,& plurimos eius gentis Aria-

De Celtis loquitur, hoc eſt Germanis qui apud Honorium militabant

Scythe norum ad Apoſtolica dogmata reuocauit. Apud Scythas autem quidam A erant deſiderium ſalutis habentes, quò non poterant peruenire. Quod Ioannes cognoſcens, quæſiuit uiros Apoſtolico zelo feruentes, eosq́ miſit, & deſiderãtibus ſalutis gratiam miniſtrauit. Ego autem etiam literas eius legi ad Leontium Ancyræ Præſulem, quibus indicauit Scythas fuiſſe cõuerſos

Aduerſus Marcioniſtas in noſtra prouincia. Et cognoſcẽs in quibuſdã uicis Marcionis creuiſſe languorem, ſcripſit eius loci paſtoribus, ut eos pellerent. Inſuper etiã Principis pro hac cauſa proferri petijt ſanctionem. Quod igitur eccleſiarum curam in animo habuerit, ſecundũ diuinũ Apoſtolum, ſatis hæc docuerint. Licet autem etiam aliunde illius libertatem intelligere. Cap. VI

Gainas magiſter militum Celta GAinas quidam genere Celticus, cõſilio barbarus, ſtudio tyrannico uehementer elatus, eo tempore cum eſſet magiſter militum, multos ſuæ gentis, multos etiam Romanorũ ſub ſuo magiſterio habens, terrorem plurimis, etiã ipſi Principi meditatione tyrannidis inferebat. Eratq́ Arianus. Is ergo rogauit Imperatorẽ, ut intra ciuitatem ei unam daret eccleſiam. At ille eum ſe placare promiſit. Tum euocans Ioannem, eiq́ potentiã illius meditatamq́ tyrannidem dicens, petebat ut data eccleſia, eius refrenaret intentionem. At ille uirtute fortiſsimus: Noli, inquit, ô Imperator hæc promittere, neq́ ſanctum canibus dare. Nõ enim potero deo benedicentes expellere, & ſanctum templum blaſphemantibus iniuſte contradere. Neq́ hunc B

Io. Chryſoſtomus aduerſus Gainam Barbarũ metuas Imperator, ſed ambos nos iube uocari, & ſub ſilentio inter nos quę dicunẽ audi. Ego nanq́ linguam illius ſic frenabo, ut nõ pręſumat petere quæ dari non expedit. Hoc audiens Imperator gauiſus eſt, & utrũq́ altero die uocauit. Tunc Gainas petitionẽ ſuam poſcebat, Ioannes contradicebat, dicens: Non licet Imperatori pietatẽ cuſtodienti, aliquid contra mandata diuina tentare. Cumq́ reſpõderet ille, quod oratorium & ipſe habere deberet, Ioãnes ait: Vbiq́ tibi diuina domus aperta eſt, & nullus te uetat orare. At ille: ego, inquit, alterius ſectæ ſum, & cum meis unũ tẽplum habere depoſco. Multos enim pro Romana re publica labores aſſumpſi, et non debeo in mea petitione contẽni. Cui Ioannes: Plurima, inquit, pręmia, & quæ tranſcendunt tua certamina percepiſti, magiſter militũ factus, Conſulari toga inſuper exornatus. Et oportet te conſiderare quis pridem fueris, & qualis modo conſpiciaris, & quæ priſca paupertas, & quæ præſens ſubſtantia. Quibus ueſtibus uſus fueris anteq́ Hiſtrum tranſiſſes, & quibus nunc utaris. Cõſidera igitur paucos labores maxima tibi præmia cõtuliſſe, & circa honorantem te non ſis ingratus. His ſermonibus tãtus ille doctor obſtruxit os Gainæ, cumq́ compulit ut taceret.

SOZOMENVS

Igitur cum Gainas adipiſci deſideraret Imperium, qui pridẽ de ſua fide apud beatam martyrẽ Euphemiam in Chalcedone Imperatori Arcadio promiſiſſet

A promiſiſſet,diuerſa conſilia reuoluebat, & in ſua intẽtione ſemper inſtabat. Cum〈que〉 per diem nihil in urbe Cõſtantinopolitana agere potuiſſet,machinatus eſt ut noctu Barbaros mitteret qui palatium concremarent. Tunc uero aperte mõſtratum eſt,quomodo deus cuſtodiat ciuitatẽ. Miſſis enim ab eo Barbaris ad incendiũ at〈que〉 prędas,angelorũ turba apparuit armatorum ingentia corpora habentiũ. Illi uero putãtes eſſe milites,abſceſſerunt. Cũ〈que〉 hoc Gainæ fuiſſet nunciatum,incredibile uiſum eſt. Nouerat enim omnem exercitum per ciuitates conſtitutum. Quapropter denuo ſequenti nocte alios deſtinauit. Cum〈que〉 idem ei renunciatum fuiſſet (denuo enim angeli eandem uiſionẽ Barbaris oſtendebant) nouiſſime ipſe egreſſus cum multitudine, miraculi ſumpſit experimentum arbitratus reuera, quod per diem quidem lateret exercitus,noctu uero pro eius cuſtodia poneretur. Et ita cum intra urbem nihil poſſet implere,egreſſus ad Thraciam, aperte hoſtilem mõſtrauit intentionem. *Gainas conatur incendere Palatium Conſtantinop.*

THEODORETVS

Cum igitur aliquantum tranſiſſet tempus, diu meditatam tyrannidem Gainas patefecit. Collecto nan〈que〉 exercitu,per Thracias uniuerſa uaſtabat. Hoc cognoſcentes & iudices & populi, terrebantur: & ne〈que〉 repugnare illi quiſquam audebat,ne〈que〉 apud eum Legatione fungi,dum aſperitatem Bar- *Gainæ aperta Tyrannis*

B barică formidarent. Tum ergo alios oẽs tan〈que〉 metuentes relinquẽtes, Ioanni uiro ſanctiſsimo onus Legationis impoſuerunt. At ille ne〈que〉 illius inſultatiõis memor, ne〈que〉 inimicitiarũ quę hinc exortę uidebanť,alacriter eſt profectus ad Thraciã. At ille cognoſcẽs Legatũ eius〈que〉 fiduciã pro pietate animo ſe aſſumptã,occurrit ei longo itinere,eius dextrã ſuis oculis circũpoſuit: inſuper etiam ſuos filios ſacra eius genua oſculari præcepit. Huius ergo uirtutis Ioannes fuit,ut etiã ualde terribiles humiliari cogeret,& timere. *Io. Chryſoſt. legatus ad Gainam* *Oſcula genuũ*

SOCRATES Cap. VII

EA tempeſtate quæſtio mota fuerat: An deus corporeus eſſet,& hominis haberet figurã, an certe incorporeus & à figura humana omnino alienus. Ex qua quęſtione contentiones & certamina plurima ſurrexerunt, alijs hoc affirmãtibus,aliud alijs. Maxime tamẽ ſimplices inter monachos corporeũ & humanæ formæ deum eſſe iudicabant. Plurimi uero reprobantes illos deum incorporeum eſſe dicebãt, & à forma corporea ſegregatum. Cum quibus Theophilus quo〈que〉 Alexandrinus conſonabat epiſcopus, ita ut in eccleſia coram populo contra eos qui humanæ formæ deum aſſeuerabant,contenderet,& deum incorporeũ ſuo dogmate definiret. Hæc cognoſcentes Aegyptiorũ monachi,uenerunt Alexandreiã,& ſeditionem contra Theophilum uelut impium excitarunt,ita ut eum occidere niterentur. Hoc ille cognoſcẽs, cogitauit quemadmodum euitaret mortem. Quos ſub blandimento ſuſcipiens,hæc eis loquutus eſt: Sic,inquit, uos uideo ſicut dei uul- *An deus corporeus* *Theophilus Alexandrinus* *Monachi Aegyptij*

tum. Hoc dicto monachos à ſuo impetu reuocauit. At illi: Si uere inquiũt, A
dicis, quod dei uultus eſt ſicut & noſter, anathematiza libros Origenis. Ex
ipſis enim quidã aduerſant̃ opinioni noſtræ. Si uero hoc non feceris, quæ
impiorũ & deo rebelliũ ſunt, à nobis ſine dubio ſuſtinebis. Ego, inqt Theo
philus, quę uobis placẽt faciã: nolite in me ſæuire. Nã & ego inimicus ſum
librorũ Origenis, & culpo ſuſcipiẽtes. Sic ergo monachos declinauit: & for
ſitan ideo hæc quæſtio hactenus eſt ablata. Poſt hæc huiuſmodi res acci
Dioſcorus dit. Aegypti monaſterijs quatuor uenerabiles pręſidebãt uiri, Dioſcorus,
Ammonius Ammonius, Euſebius, Euthymius, germani, qui pro corporis magnitudi
Euſebius ne Lõgi uocabant̃, ſermone uitaq; fulgẽtes, & propterea apud Alexandri
Euthymius nos egregij. Sed & Theophilus eos honorabat epiſcopus. Quaõbrẽ Dio
Dioſcorus Hermopoleos ſcorũ uiolenter tractũ Hermopoleos fecit epiſcopũ: duos autẽ eorũ rogauit
epiſcopus ut habitarẽt cũ eo, & uix ut epiſcopus imperauit, factos clericos, eccleſiæ œ
conomos inſtituit. Cũq; illi æſtuarẽt quod minus propoſitum ſuæ cõuerſa
tiõis implerẽt, & procedenti tẽpore uiderẽt animas ſuas lædi, cũ epiſcopus
pecuniã haberet multam, & multũ auri congregãdi ſtudiũ, repudiabãt eſſe
cũ eo, & deſerri potius habitaculũ diligebãt. Cũq; ille neſciẽs eorũ uolunta
tem, ſibi eos adeſſe depoſceret: poſtea uidẽs quod eis potius ipſe diſpliceret,
Theophili ani iratus interminabat̃ eis. At illi hoc paruipẽdentes abſcedunt. Porrò Theo
mus elatus & philus cũ animo feruẽs eſſet, niſus eſt ut uiros illos qua poſſet arte uexaret. B
doloſus Et fratrem interim eorum Dioſcorum habebat exoſum. Contriſtabatur
enim quod eos turba diligeret & coleret monachorũ, & ſciebat quod eis ali
ter nocere nõ poſſet, niſi monachos debellaret. Expertus erat quoq;, quod
crebro cũ eis habito ſermone, faterent̃ incorporeũ eſſe deũ, & nõ humanæ
formę, ne fortè neceſsitate humanæ formæ, humana quoq; paſsio ſeque
ret̃. Et cũ ſic Theophilus ſaperet, tamẽ ut ſe uindicaret, quod bene prius prę
dicauerat immutauit. Mittẽs enim in eremũ, plurimos monachorum ſim
plicium & ſpiritali exercitatione carentium eſt uenatus, dicens nõ oportere
ſequi Dioſcorum, neq; fratres eius dicentes, incorporeum eſſe deum. Deus
enim ſecundum diuinam ſcripturam & oculos habet, & aures, & manus, &
pedes, ſicut & homines. Dioſcorus autem, eiuſq; ſequaces, ſequentes Ori
genem dogma blaſphemum introducunt, quaſi deus nec oculos, nec aures
nec manus habeat, neq; pedes. Hac ſeductiõe monachorum plurimi ſunt
decepti, & ſeditio feruentiſsima monachorũ ſuſcitatur. Sed exercitati uiri
ſeducti non ſunt, ſimplices autem ardore fidei repente cõtra fratres inſur
gunt. Et facta ſeditione alteri alteros impetebant. Theophili ſequaces Ori
geniſtas & impios appellabãt fratres. Iſti uero ſequaces Theophili Huma
niformianos uocabant, Ob quam rem orta immani ſeditione, Theophi
lus cum armatorũ multitudine uenit in Nitriam contra Dioſcorum eiuſq;
fratres. At illi uix fuga ualuerunt declinare pericula. Cap. VIII

Cum

A CVm hæc in Aegypto fierent, Ioannes Conſtantinopolitanus doctrina florebat,& apud cunctos fauorabilis habebatur. Auxitq́ primus in nocturnis hymnis orationes ob huiuſmodi cauſam. Ariani (ſicuti dictũ eſt)extra ciuitatem collectas agebant.Sabbato autem atq́ Dominica intra portas & porticus cõgregati, hymnos & antiphonas ex Ariano dogmate cõpoſitas decantabant. Et hoc maxima noctis parte faciẽtes, diluculo cum ipſis antiphonis per mediam ciuitatem egreſsi portã, ad ſuam eccleſiã concurrebant. Cumq́ hoc crebro quaſi ad uituperationem orthodoxorũ facere non ceſſarent, frequenter enim etiam hoc cantabant: Vbi ſunt qui dicũt tria uirtute unum? Tum Ioannes metuẽs ne ſimplices huiuſmodi cantibus traherentur, inſtituit ſuum populum, ut & ipſi nocturnis occuparentur hymnis,ut & illorum obſcuraretur opus,& fidelium profeſsio firmaretur.Studium ergo Ioannis ualde utile, cum turba periculisq́ finitũ eſt. Nam cum clariores hymni homouſianorũ noctu apparerent (fecerat enim etiam cruces argenteas,quæ cum argenteis cereis portabantur, expenſas ad hæc Eudoxia Auguſta prębente)tum Ariani zelo tracti, uſq́ ad cædem inſurgũt. Vna ergo nocte,facta cõgreſsione,lapide in fronte percuſſus eſt Briſon eunuchus Auguſtæ,qui ad hymnos exercendos fuerat deputatus.Sed etiam quidam ex populo utriuſq́ partis extincti ſunt. In his motus Imperator,

Io. Chryſoſtomus orationes addit hymnis nocturnis.
Ariani Sabbato & Dominica
Homouſiani
Briſon eunuchus Auguſtæ

B prohibuit Arianos hymnos publicè decantare. Cap. IX

DIcendum aũt eſt unde ſumpſerit initiũ, ut in eccleſia Antiphonæ decantentur. Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius poſt Apoſtolũ Petrum epiſcopus,qui etiam cum ipſis uixerat Apoſtolis, uidit angelorũ uiſionem, quomodo per Antiphonas ſanctę Trinitati dicerent hymnos. Iſq́ modũ uiſionis Antiochenæ tradidiſſe probat̃ eccleſiæ: & ex hoc ad cunctas tranſiuit eccleſias. SOZOMENVS Cap. X

Antiphonarum origo

FErtur uero quod inter alia Ioannes etiam propter Seuerianum Gabalenſem epiſcopum,odiũ Auguſtæ ſibi conflauerit. Is enim Seuerianus & Antiochus Ptolemaidos,ambo eloquentiſsimi erant,& corã eccleſia docere inſtructi. Veniens ergo prius Antiochus Conſtantinopolim eloquentia promotus, atq́ pecunijs ditatus, in ſuam reuerſus eſt ciuitatem. Quem æmulatus Seuerianus poſtea uenit,uidens quod Ioannes frequenter in eccleſia ſermone facto mirabilis apparebat.Eratq́ honorabilis apud multos proceres,& apud ipſum Imperatorem pariter & Auguſtam.Itaq́ cum Ioannes profectus fuiſſet in Aſiam,huic commendauit eccleſiam. Credebat enim eius blandimentis, quod ſe reuera diligeret. At ille magis ſe auditoribus commendabat. Quod cum Ioannes audiſſet,Serapione nunciante, æmulari cœpit.Reuerſoq́ ab Aſia Ioanne contigit tranſeunte Seueriano,ut ſtudio non aſſurgeret Serapio. At ille exaſperatus clamauit: Si Serapio clericus mortuus fuerit, Chriſtus inhumanatus non eſt. Ob hanc rem accuſatus à

Ioan. Chryſoſtomus quo pacto odium Auguſtæ ſibi conflarit

Seuerianus pulſus Conſtãtinopoli tus à Serapione uelut iniurioſus & in deum blaſphemus, ciuitate pulſus A eſt à Ioanne. Quod Auguſta cognoſcens per familiares Seueriani, mox eum à Chalcedone fecit reuocari. Porrò Ioannes multis rogantibus, eum uidere refugiebat, donec in Apoſtolorum eccleſia in eius genibus poneret Auguſta Theodoſium filium ſuum, ſupplicans & ſæpe adiurans, ut Seuerianum ipſius reconciliaret affectui.

SOCRATES

Interea monachi ab eremo Conſtantinopolim ueniunt cum Dioſcoro & fratribus, cum quibus Iſidorus qui Theophilo amiciſsimus pridem, ob *Petrus Archipreſbyter Alexandrinus* huiuſmodi cauſam poſtea fuerat inimicus. Petrus quidam archipresbyter Alexandrinæ fuit eccleſiæ. Hunc Theophilus ab eccleſia ex odio proiecit, culpans eum quaſi mulierem quandam Manichæam, non prius abrenunciantem hæreſim, in cõmunionem ſacrã ſuſcepiſſet. Cumq́ Petrus diceret ſe eã iuſſu Theophili ſuſcepiſſe, illo negante, Iſidori teſtimoniũ Petrus implorabat, quod hoc actũ non ignoraſſet epiſcopus. Eo tempore Iſidorus Romæ agebat, à Theophilo miſſus ad Damaſum, ut ei Flauianum Antio*Iſidorus pulſus Alexãdria* chiæ reconciliaret epiſcopũ. Verũ reuerſus Iſidorus Petri reſponſionem ueram eſſe firmauit, dicens quod mulier Manichæa cũ epiſcopi fuiſſet iuſsione ſuſcepta. Hinc accenſus Theophilus, ambos expulit ab eccleſia. Ob hãc ergo cauſam Iſidorus cum Dioſcoro & reliquis Cõſtantinopolim uenit, ut B Principi & Ioanni eius facta narraret. Hæc Ioannes cognoſcẽs, honorabat *Olim Chriſtiani primum ſimul orabant, deinde ſtatim Eucharistiam ſumebant* principio uiros, eorumq́ fruebatur orationibus, Cõmunione uero ſacra cũ eis ante cauſæ cognitionẽ participare non noluit. His ita geſtis, peruenit ad Theophilum ſermo falſus, tanquã Ioannes illis cõmunicaſſet, ut eis ferret auxilium. Parabatq́ ut nõ ſolum de Dioſcoro & Iſidoro ſeſe ulciſceretur, ſed etiam Ioannem epiſcopatu deponeret. Miſit ergo ad ſingularum epiſcopos ciuitatum epiſtolas, celans intentionem ſuam, culpãs tamen Origenis libros. Deinde Epiphanium Cypri fecit amicum, cum prius eius fuiſſet inimicus, tanq́ de deo minus bene ſaperet, eumq́ formam hominis habere iudicaret. Tunc ergo quaſi ex pœnitentia, eius ſe profeſſus eſt ſequi ſectam, egitq́ ut ſynodus epiſcoporũ Cypri celebraretur, ut libri damnarentur Origenis. Porrò Epiphanius propter nimiam ſui reuerẽtiam atq́ ſimplicitatem circumuentus, conſtituta ſynodo lectionem librorum Origenis *Theophili ſub dola uafricies* interdixit. Miſitq́ literas ad Ioannem, monens ut ab Origeniana lectione abſtineret: & ſynodo congregata quæ placuerant, etiã ipſe firmaret. Theophilus igitur famigeratum illum Epiphaniũ circumueniens, & cognoſcens ſua uota proficere, etiam ipſe collectis epiſcopis libros damnauit Origenis, qui penè ante ducentos defunctus erat annos: non quod huiuſmodi haberet intentionem, ſed ſtudens Dioſcoro eiuſq́ nocere ſequacibus. Ioannes autem paruipendens quæ ab Epiphanio & Theophilo fuerant nunciata,

in doctrina

A In doctrina eccleſiaſtica laborabat, & in ea quidem florebat, Nihil tamen de his, quæ contra eum cogitabantur ſæpe, curabat. Cumq́ Theophilus iam manifeſte ſtudere uideretur, ut Ioannem epiſcopatu deponeret: tunc etiam inimici Ioãnis Theophilum ſunt ſequuti:& multi clerici, multi proceres palatij tempus inuenientes opportunum, nitebãtur ut ſynodus Conſtantinopoli fieret contra Ioannem. Et hoc tam per epiſtolas ſibijpſis, q̃ per uerba mandabant. Auxit igitur odium Ioanni cauſa Seueriani & Antiochi epiſcoporum quæ ſupra relata eſt. *Io. Chryſoſt.* Cap. XI

POſt paucum uero tempus epiſcopus Epiphanius Conſtantinopolim uenit,portans damnationem librorum Origenis.Quibus nõ quidem ipſum Origenem excõmunicatum decreuerant,ſed libris tantummodo de rogauerant. Egreſſus ergo ad Baſilicam ſancti Ioannis miliario ab urbe ſeptimo conſtitutã: & collecta ibidem celebrata, ordinatoq́ diacono rurſus uenit in ciuitatem. & inuitationem quidem Ioannis declinauit cauſa Theophili:in priore uero manſione habitare magis elegit. Et uocans tunc præſentes epiſcopos, damnationem librorũ Origenis legebat eis. Et quidam habentes Epiphanij reuerentiam ſubſcribebant, plurimi autem hoc facere recuſabant. Quorum fuit etiam Theotimus Scythiæ præſul,qui ita reſpondit:Ego,inquit,ó Epiphani, neq́ ei qui pridem bene requieuit iniurias inferro,neq́ rem blaſphemam tentare pręſumo,damnans ea quæ priores noſtri reſpuere noluerũt. Proinde neq́ malam doctrinam in libris Origenis eſſe conſpicio. Tunc proferens libros Origenis legit, & eccleſiaſticas expoſitiones oſtendit, ac poſtea procedens dicebat: Qui his contumelias inferunt, neſciunt ſe ipſos.Hæc ergo Theotimus uitæ rectitudine nobiliſsimus Epiphanio reſpondiſſe fertur:Sed quoniam detractores plurimi ſubrepentes,uelut blaſphemum reſpuunt Origenem,pauca de his dicere non uidetur abſurdum. Viles homines, & qui per ſeipſos nequeunt apparere, uituperando meliorem eſſe ſe aliquid conantur oſtendere. Hoc paſſus eſt primo Methodius,Lyciæ Olympi ciuitatis epiſcopus,deinde Euſtathius pauci præſul temporis,& poſt eum Apollinaris,nouiſsime Theophilus.Iſti de rogabant Origeni,& alij ob aliam cauſam ad accuſationem eius acceſſerũt. Methodius igitur cum multum derogáſſet primum Origeni, poſtea uelut ex pœnitentia miratus uirum, in dialogo quẽ attitulauit Xenonem, ſic ait: Sed quid amplius ego de illorum querimonijs factis contra Origenem loquar?Quũ enim culpant eum pro quibus putant cauſis,& nihil quaſi male credentem de ſancta Trinitate reperiunt, oſtenduntur in eo magis pietatis & rectitudinis teſtimonia perhibere. Athanaſius autem defenſor Nicæni concilij, libris proprijs contra Arianos uoce clara teſtem ſuæ fidei hunc uirum uocat,illius libros cõiungens ſuis,& hæc dicens: Mirabilis,inquit,& laborioſiſsimus Origenes hoc de filio dei nobis teſtimoniũ perhibens ait, coæternum

Epiphanius Cyprius Conſtantinopolim

B *Memoranda ſententia Theotimi*

Methodius in Xenone de Origene

Athanaſii teſtimonium de Origene

coæternum eum aſſeuerans patri. Ignorant igitur ſeipſos derogatores Origenis, etiam laudatorem eius Athanaſium blaſphemantes. Hæc de Origene dicta ſufficiant. Nunc ſequamur hiſtoriam. A Cap. XII

Io. Chryſoſt. non conſentit in damnationem Origeniſ coru librorū. *Epiphanius Origenis libros dānat & Dioſcorum*

IOannes igitur Conſtantinopoleos indignatus non eſt, quod præter regulas in ipſius eccleſia ordinationem feciſſet Epiphanius, ſed tamen rogabat ut inter epiſcopos cum eo maneret. At ille nec manere ſe cum eo nec orare reſpondit, niſi Dioſcorum & qui cum eo erāt, urbe depelleret, & ipſe in librorū Origenis damnatione ſubſcriberet. Ioanne hæc facere differente & dicente, non oportere ante catholicam cognitionem aliquid facere petulanter: ad hoc cōſilium ab inimicis Ioannis Epiphanius inſtigatur. Quum eſſet in Apoſtolorum eccleſia celebranda collectio, procedere faciunt Epiphanium, & coram omni populo Origenis damnare libros & adiudicare Dioſcorum eiuſq́ ſequaces, ſimul quoq́ derogare Ioanni uelut eorum defenſori. Hæc Ioanni nunciantur. Altero uero die quū iam ueniſſet Epiphanius ad eccleſiam, hæc per Serapionem uerba mandauit: Contra regulas multa geſſiſti ô Epiphani, Primum quidem, quod ordinationem feciſti in eccleſia ſub meo iure conſtituta: deinde quia me non iubente, in ea, autoritate propria ſacra celebraſti. Rurſus quod inuitatus excuſaſti, & nunc denuo in teipſum confidis. Quapropter obſerua ne turbatio naſcatur in populo, & huius rei periculum ipſe ſuſcipias. Hæc quum audiſſet Epiphanius ab eccleſia formidans abſceſſit. Quumq́ reuerſurus eſſet ad Cyprum, ferunt quidam hæc eum mandaſſe Ioanni: Spero quod non morieris epiſcopus. At ille remandauit: Spero te ad tuam patriam non rediturum. Hæc utrum uerè dicta ſint, neſcio: ambo tamen hunc habuere finem. Nam nec Epiphanius uiuus peruenit ad Cyprum, ſed in naui defunctus eſt, & Ioannes paulo poſt ab epiſcopatu depoſitus eſt. B Cap. XIII

Io. Chryſoſt. ad Epiphaniū *Epiphanius ſubducit ſe*

Io. Chryſoſt. aduerſus Eudoxiam Aug.

CVmq́ Epiphanius diſceſſiſſet, perlatum fuit ad Ioannem, quod Eudoxia Auguſta eum contra Ioannē armaſſet: & hinc accenſus, linguę ubertate ſermonem fecit ad populum cunctarum mulierum uituperatione plenum. Hunc ſermonem populus omnis arripuit quaſi cōtra Auguſtam prolatus eſſet, & ita peruenit ad aures Imperatoris. Quod Auguſta cognoſcens, uelut iniuriam ſuam narrauit Imperatori, dicens illius magis eſſe contumeliam quæ ipſius uxori fieret. Quamobrem factum eſt ut Theophilus contra eum per quā uelociter ſynodum celebraret. Quod etiā Seuerianus ſimul agebat: erat eñ adhuc inimicus. Inter hæc Theophilus uenit, multos ſimul epiſcoporū mouens. Confluebāt igitur plurimi Ioānis inimici. Aderant etiā quos ab epiſcopatu remouetat. Omnes ergo concorditer in Chalcedone conuenerunt, ubi tunc erat epiſcopus Cyrinus multa contra Ioannem loquens, impium cum ſuperbumq́ uocās. Epiſcopi uero delectabantur talibus. Porrò Maruthas Meſopotamenus epiſcopus, inuitus Cyrini calcauit

Concilium in Chalcedone contra Ioan. Chryſoſt. *Cyrinus*

A calcauit tunc pedem. At ille dolore conſtrictus Conſtantinopolim cum epiſcopis tranſire non potuit: alij uero ſunt tranſuecti.

SOZOMENVS

Poſtea uero cum dolore laboraret eius crus continue, eſt abſciſum: quia putredo penè omne corpus eius inuaſerat, & in pedem alium iam ſerpebat. Is ergo poſt paululum temporis eſt defunctus.

SOCRATES

Theophilo aũt ab Alexandria uenięti nullus occurrit, nec ſolẽni honore potitus eſt. Erat enim apertiſsimus inimicus. Sed Alexãdrini nautæ, qui tũc uenerant cũ frumentis, occurrentes eum fauorabiliter ſuſceperunt Cumq; ueniſſet Cõſtãtinopolim, refutauit in eccleſiã introire, ſed in una domo Auguſtarũ, uocabulo Placidiana tunc habitauit. Hinc ergo cœperunt cõtra Ioannẽ mouere cauſas: & non iam de libris Origenis mentio ferebatᷓ, ſed has accuſationes illicitas excitabant. His ita præparatis, cõuenientes epiſcopi in ſuburbano Chalcedonenſi, quod Rufini nomine uocitatᷓ, ubi eſt in honore Petri & Pauli apoſtolorũ baſilica conſtituta, euocauerunt Ioannẽ ſatisfacturum pro quibus accuſabatur: iuſſeruntq; ut cũ eo uenirent Serapion, & Tigrius eunuchus presbyter, & Paulus lector. Iſti enim ſimul accuſabãtur. Cumq; Ioãnes euocantes uelut inimicos refugeret, uniuerſalem ſynodum B fieri proclamauit. At illi nihil morati quater eum euocauerunt. Qui cum noluiſſet occurrere, ſed ſynodũ fieri proclamaret, dãnauerunt eum, in nullo culpantes, niſi quod uocatus noluiſſet obedire. Cumq; hoc fuiſſet circa ueſperam nunciatũ, populus ad ſeditionẽ maximam excitatus eſt: & noctu cõcurrentes, eum trahi ab eccleſia non ſinebant, ſed clamabant, ut apud maius cõcilium de eo agitaretur examen. Porro iuſsio Principis urgebat, uelociter eũ eijci, & in exiliũ deportari. Hoc cognoſcẽs Ioãnes tertio dãnationis die circa meridiẽ ſeipſũ populo ignorante cõtradidit. Cogitabat em̃ ne ulla propter ipſum ſeditio naſcereᷓt. Et ille quidem in exiliũ ducebatᷓ. In populo aũt ſeditio enormis eſt orta, ita ut etiam multi inimicorũ eius miſericordia moueren tur, dicentes eum calumniã paſſum, quem paulo ante deſiderabant uidere depoſitum. Quamobrem clamabant oẽs contra Principem atq; concilium ſacerdotum, & maxime contra Theophilum. Non enim eius machinatio iam poterat latere, quę multis quidẽ indicijs apparebat, maxime quod Dioſcoro eiuſq; fratribus mox poſt Ioannis deiectionẽ cõmunicauerat. Tum igitur etiam Seuerianus in eccleſia docens Ioanni derogabat, dicens: Et ſi in nullo alio uituperandus Ioannes eſt, eius tamen ſuperbia crimẽ eſt ad damnationem ſufficiens. Omnia nanq; peccata remittuntur hominibus, ſuperbis autem deus reſiſtit, ſicut ſanctæ ſcripturæ docent. Cap. XIIII

Domus Placidiæ Auguſtæ

Accuſatur Chryſoſtomus

Cõdemnatur

Mittitur in exilium

Seuerianus de Io. Chryſoſt.

ORta igitur immenſa ſeditione, populo diſcurrẽte, et ad ipſa regalia proclamante, Auguſta permota rogauit Imperatorẽ, ut eum reuerti præ

Seditio Conſtantinopoli

ciperet. Miſſo igitur tunc eunucho Breſone etiã neceſſitas Ioanni inuito, ut A
in ciuitatẽ ingrederetur, impoſita eſt. Cum uero rediſſet, cum multo eius ho
nore ad eccleſiam plebs occurrit. Et mox ut Ioannes ingreſſus eſt, rogabãt
ut in epiſcopali ſede reſideret, & populo orationem pacis impẽderet. Quod
cum refutaret atq; diceret, quod hoc oporteret iudicio fieri ſynodali, & eos
qui damnauerant, ſuam ſententiam reuocare, accẽdebantur omnes eum ui-
dere in loco proprio reſidentem, & uerba doctoris audire. Qui licet diu tar-
daret, prævaluit tamen populus & eum in ſede reſidere epiſcopali coegit, &
conſuete orationem præbere pacis. Coactus etiam ſermonem fecit ad po-
pulum. Hæc cauſa aliam præbuit inimicis occaſionem. Et primum quidem
de Heraclidæ ordinatione contra eum mouere dicebatur Theophilus quæ
Heraclides à Chryſoſtomo ordinatus, accuſatur ſtionem ut Ioannem huius rei occaſione deponeret. Verum Heraclides nõ
aderat, iudicabatur autem ueluti præſens quaſi quoſdam iniuſte cæcidiſſet,
catenisq; uinctos miſiſſet in pompam Epheſi per mediã ciuitatem. Cũq;
pars Ioannis diceret auditorium debere iuſte conſtitui, Alexandrini con-
Seditio tendebant ut Heraclidis accuſatores ſuſciperentur. Hinc ergo ſeditio & cæ
des inter Conſtantinopolitanum populum & Alexandrinum uehemens
eſt exorta. Ob quã rem plurimi uulnerati, pauci etiam mortui ſunt. Hæc ui
Theophilus recurrit Alexandriam dens Theophilus, repente diffugit Alexandriam. Quod etiam alij fecerũt
epiſcopi, præter paucos, qui perſonam Ioannis amplectebantur. His ita B
geſtis, reprehenſibilis Theophilus eſt inuẽtus. Cuius auxit inuidiam, quod
rurſus Origenis libris incumberet. Qui cum à quodam fuiſſet interroga-
tus, quomodo ea quæ damnauerat rurſus amplecteretur, ita reſpondit: Ori
genis libri ſimiles ſunt prato floribus uniuerſis pleno: quicquid ergo in eis
bonũ inuenero, hoc decerpo. Si quid uero mihi ſpinoſum occurrerit, hoc
quaſi pungat, omitto. Hæc ergo Theophilus ait, non conſiderans Salomo-
nis Sapientiſsimi uerba dicẽtis, quod uerba ſapientum ſicut aculei ſunt. Ob
hanc ergo cauſam apud oẽs Theophilus reprehenſibilis uidebatur. Porrò
Dioſcorus Hermopoleos epiſcopus paulo poſt fugam Theophili mortu-
us eſt, clareq; ſepultus in baſilica apud ilicem conſtituta. Vbi propter Ioan
nem ſynodus fuerat celebrata.

THEODORETVS.

Locus exilij Chryſoſtomi Miſſus ergo tunc Ioannes in exilium, apud oſtium habitabat Ponti,
quod uocatur Hieron. Quumq; per noctem terræmotus ciuitatem regiam
inuaſiſſet, legati mane mittebantur ad eum, rogantes ut uelociter reuerte-
retur ad ciuitatem, & orationibus ſuis pericula remoueret. Sed et alij poſt il-
los, & rurſus alij deſtinati ſunt, ita ut Legatis Boſphorus repleretur. Quod
quum fideliſsimus populus cognouiſſet, fluctus Propontidos nauibus eſt
Occurrunt Chryſoſtomo opertus. Omnes enim occurrerunt cereos & lampades accendentes pro re-
uerſione paſtoris.

Sozo-

A SOZOMENVS.

Interea cum Theophilus nauigio Hierapolim aduenißet, mortuo eius ciuitatis epiſcopo, Nilammonem monachum elegerunt ciues. At ille cum crebro refugeret ei Theophilus ſuadebat, ne ſacerdotium refutaret. Tum ille promiſit, dicens: Cras quod domino placet, implebitur. Altero uero die uenientes ad cellam eius cogebant eum. Tum Nilammon, prius, inquit, oremus. Quod quum Theophilus laudaſſet, ſimul orabat. Nilammon autẽ repente finem uitæ cum illa oratione ſuſcepit. *Nilammon*

SOCRATES Cap. XV

IOannes itaq; doctrinis occupabatur, ordinauitq; Serapionẽ Heracliæ Thracenſis epiſcopum. Vnde contra eum maius odium excitatur. Nam paulo poſt hæc contigiſſe noſcuntur. Auguſtæ Eudoxiæ ſtatua argẽtea cõſtituta eſt in columna Porphyretica chlamide circumamicta: eratq; poſita nec proxime nec longe ab eccleſia Sophia, quam plateæ tantummodo diuidebat iter. Illic ergo conſuete Ludus publicus occurrebat. Porrò Ioannes iniuriam hoc arbitratus eſſe eccleſiæ, conſueta fiducia rurſus ſuam armauit linguã. Et cum oporteret principes ſupplicationis uerbo deflectere, ut à tali ludo recederetur, hoc non fecit, ſed impetu ſuæ uſus eloquentiæ, iubentes fieri talia obiurgabat. Auguſta uero rurſus ad ſuam hæc trahebat iniuriam, B & denuo pręparabat, ut aduerſus eum ſynodus celebraretur epiſcoporum. Hoc ſentiens Ioannes, illam notiſſimam in eccleſia protulit homiliam, cuius initium eſt: Rurſus Herodias inſanit, rurſusq; turbatur: denuo ſaltat, denuo caput Ioannis in diſco concupiſcit accipere. Quod factum amplius ad iram accendit Auguſtam. *Serapion* *Statua Eudoxie Aug.* *Ludus circa ſtatuã Aug.*

SOZOMENVS Cap. XVI

INterea quidam homo comprehenſus eſt, qui Ioãnem uolebat occidere, traditusq; ad ſupplicium Præfecto, à Ioanne ne perimeretur ereptus eſt. Poſtea uero Elpidij presbyteri ſeruus, curſu in epiſcopum irruens, cum interimere nitebaẽt. Et dum à quodã teneretur, & ipſum repente percuſſit, ſimul & alium adſtantẽ, & tertiũ. Tum clamore facto, & multis conuenientibus plurimos interemit, nouiſſime tentus & traditus eſt. Ex illo tẽpore Ioannẽ populus cuſtodiebat, diu noctuq; eius circumſidentes domum. *Subornati trucidarij, qui Chryſoſtomũ occiderent*

SOCRATES. Cap. XVII

PAulo poſt aderant epiſcopi, Leontius Ancyræ Galatiæ, Ammonius Laodiciæ, Breſon Thraciæ Philippenſis, Acacius Berœæ Syrię, & alij quidã. His pręſentibus accuſatores priores denuo mouebanẽt. Ioãnes itaq; confidebat in talibus, rogans ut accuſatio decenter flagitaretur. Cumq; ſuperueniſſet feſtiuitas Natalis Saluatoris, Imperator ſolenniter ad eccleſiam non uenit: ſed mandauit Ioanni, quod ei nõ communicaret niſi criminibus prius exueretur. Cumq; pro ſecuritate Ioannis accuſatores eius ualde terre- *Alterã ſynodus propter Chryſoſt.*

rentur,præſentes epiſcopi nihil aliud requirebant,niſi quod poſt depoſitio-nẽ nõ decreto cõcilij reſediſſet in ſede.Cũq; ille reſpõderet,quod ſexaginta quinq; epiſcopi cõmunicantes ei decreuiſſent, Leontius et alij reclamabãt dicentes:Sed plurimi te ô Ioãnes depoſuerunt.Cũq; denuo Ioannes hanc regulam non orthodoxorũ eccleſię,ſed eſſe firmaret Arianorũ:nam in Antiochia congregati in dãnatione fidei de Cõſubſtantialitate prolatæ, odio Athanaſii hanc regulam protulerunt:Tum illi non recta ſatisfactione condemnauerunt eum,non intelligentes quod dum hac regula uterẽtur,Athanaſium quoq; deponerent.Hæc acta ſunt circa feſtiuitatẽ Paſchæ.Mandauitq; imperator Ioanni,non ſe poſſe ad eccleſiã uenire, quod eum duo concilia condemnaſſent.Vacabat ergo Ioannes, & nequaquã in eccleſiã deſcendebat.Moxq; omnes ei fauentes ab eccleſia recedentes, Paſcha quidem in Thermis quæ Conſtantinianæ uocantˀ,celebrauerunt. Cum quibus plurimi epiſcoporũ,presbyterorum,& ſacri ordinis clericorũ commoti ſunt, collectiones ſeorſum per loca diuerſa celebrantes: unde etiam Ioannitæ uocati ſunt.Porro Ioãnes duobus menſibus nuſq; proceſsit,donec Princeps eum duci iuberet in exilium.Et ille quidem tractus ab eccleſia,ducebatˀ.Quidam uero Ioannitarũ eo die eccleſiam incenderunt. Qua ardente flans uentus etiam baſilicam Senatus pariter comprehendit. Quod actũ eſt uiceſimo Ianuarij menſis,Conſulatu Honorij ſexto & Ariſthenis.Ob quã rem Optatus Præfectus urbis cum Paganus eſſet, odio Chriſtianorum plurimos Ioannitarum diuerſis tormentorum generibus laniauit. A B

Ioãnitæ uocati, qui erant à parte Ioannis Chryſoſtomi

THEODORETVS. Cap. XVIII

Chryo ſt. ubi exularit, Cucuſos

IOannes igitur nõ ſolũ è ciuitate pulſus eſt,ſed etiã in quoddã exiguũ oppidũ atq; deſertũ Armeniæ Cucuſon deſtinatus eſt. Inde rurſus ad Pityuntẽ ubi fines ſunt Ponti imperijq; Romani,quæ loca crudelibus Barbaris ſunt uicina. Sed clemẽs dñs nõ permiſit uictorẽ athletam per loca talia diu morari.

SOZOMENVS

Innocẽtius Ro. Põ. pro Chryſoſtomo

Inter hęc Innocentius Romanus antiſtes audiens de Ioanne,& moleſte ferens,uolensq; generale celebrari conciliũ,ſcripſit Ioanni et clero Conſtantinopoleos quod non oporteret Ioanni ſucceſſorẽ dari, nec eius clerum alij parere pontifici,quas prolixitatis cauſa nõ trãſtuli. Aiunt uero Ioannẽ cum in exilium duceretur per uiſionẽ cognouiſſe diem quo moriturus eſſet,oſtẽſum ſibi à Baſilico martyre in Comanis: ubi cum eſſet itinere fatigatus,dolorem capitis non ferens & ardorem ſolis,uitam languore finiuit:

Chryſoſtomus moritur

SOCRATES

Quartodecimo die Sept.menſis,Conſulatu Honorij ſeptimo, & Theodoſii ſecundo.

THEODORETVS Cap. XIX

HVius igitur iniuſtitiæ cauſas abominati ſunt præcipue Europæ Pontifices: ab eorum nanq; ſe ſuſpenderunt communione:pariter omnes

A Illyrici eius partis effecti ſunt. Oriẽtales autem plurimi quidem iniuſtitiam declinauerunt, corpus tamen eccleſiæ diuidere noluerunt. Verum mortuo illo omnium doctore terrarum, non prius occidentales epiſcopi Aegyptiorum & Orientalium, Boſphorenſium atq; Thracenſium ſunt amplexi cõmunionem, ꝙ illius ſacratiſsimi uiri nomen inter prædeceſſores poneretur epiſcopos. Et Arſacium quidẽ, qui poſt eum ordinatus eſt, ne alloquio quidem dignati ſunt. Atticum uero Arſacij ſucceſſorem, legationẽ crebro mittentem, & pacis pignora poſtulantem, in διπτύχοις ſcripto Ioannis nomine, poſtea ſuſceperunt.

SOCRATES Cap. XX

TRanſactis itaq; diebus paucis, Arſacius Cõſtantinopoleos ordinatur epiſcopus, Nectarij frater, ualde longæuus, & pluſquã octuaginta annos habens, qui manſuetiſſime admodum regebat epiſcopatum. *Arſacius Cõſtantinopolit. epiſcopus*

SOZOMENVS

Cuius opinioni derogauit poſtea, quod cum Ioannis fautoribus agebatur. Nam cum Arſacio cõmunicare nollent, nec orationem habere commu nem, ſed (ſicuti dictum eſt) ſeorſum per loca ſecreta ultima ciuitatis, ſacra celebrarent, hæc illæ renunciauit Imperatori. Cumq; iuſſiſſet ut eos manu militari turbaret, lapidibus atq; fuſtibus populum conuertit in fugam. Nobi
B liores autem & magis propenſos in amorem Ioannis coniecit in carcerem. Porrò milites (ut fieri ſolet) accepta licentia, prædam circa mulierum ornamenta faciebant, zonas aureas, dextralia, monilia, lauatoria, anulos, diademata, & cũ ipſis auribus earũ auferentes inaures. Ob quam rem turba maxima & gemitus in ciuitate prouenit. Nec ſic tamen illi affectum depoſuere Ioannis: uerum publice plurimi conuenire, nec in platea, nec in balneo præſumebant. Quibuſdam etiam erat domi quoq; manere periculoſum, ita ut ciuitatem declinarent. Multi ſiquidem uiri, plurimæq; mulieres nobili genere procreatæ, uirginitate atq; uirtute uitæ laudabiles fugerunt. *Chryſoſtomianorum domus diripiuntur*

SOCRATES

Eo tempore etiã grando uehemẽs Conſtantinopoli & circa eius ſuburbana deſcẽdit. Quod factũ eſt Cõſulatu eodẽ Honorij ſexto, & Ariſtęneti, die triceſimo Septembris menſis, quod dicebant dei ira factum, eo quod ſine iudicio Ioãnes fuiſſet cõdẽnatus. Quibus uerbis cremẽtũ dedit mors Auguſtę cõtinuo ſubſequuta. Quarto nãq; die poſt grãdinẽ eſt defuncta. *Grando Conſtantinopoli*

SOZOMENVS

Tum uero Cyrinus Chalcedonenſis epiſcopus, qui Ioannem crebro lacerauerat, ſecto pede defunctus eſt.

SOCRATES.

Alij tamen dicebant, Ioannẽ hoc iuſte perpeſſum, eo quod multas eccleſias Nouatianorũ, Quartodecimanorũ, & aliorũ tuliſſet hæreticorũ. *Chryſoſtomus Nouatianis fauit*

SOZOMENVS. Cap. XXI A

Eutropius lector in carcere EO tempore quidam lector Eutropius eſt detētus, quaſi & ipſe in eccleſiam miſiſſet ignem. Qui cum multa fuiſſet tormenta perpeſſus, coniectus in carcerem, paulo poſt eſt defunctus. Quid autē de eo contigerit exiſtimo eſſe memorandum. Quidam uidit in ſomnijs adſtitiſſe altari uirum pulchritudine & magnitudine decoratū, quaſi in honore martyris Stephani conſiſtentem, & quaſi cogitantem eo quod boni uiri nuſquam inuenirētur, atq; totam ſe circumire ciuitatem, & niſi Eutropium nullum penitus inueniſſe. Cumq; is qui uiderat, experrectus fuiſſet, ſomnium retulit fidelibus uiris. Deinde requirens eos qui à Præfecto cōprehenſi fuerant, & uerberibus macerati, inuenit Eutropium, eiq; retulit uiſionem. At ille flens, orationem ſibi dari ab eo qui uiderat, implorauit. Cumq; diuerſos Præfectus torqueret, nec perſonas incendij reperiret, etiam mulieres quaſdam tenens ſuadebat ut epiſcopi cōmunionem amplecterentur Arſacij: & multæ quidem declinauerunt. Olympias autem iniuſtum credēs malitijs ſatis facere dixit: Adijce mihi calumniatores: & uiolentiam maiorē impone: mihi uero phas non eſt cōmunicare, & ea facere, quæ pijs non licet perpetrare. Quam cum nequiſſet flectere Præfectus ut cōmunicaret Arſacio, iū dimiſſam & paulo poſt tentam, multo nudauit auro, hoc modo credens ipſius frangi conſtantiam. Eo tempore Tigrius presbyter ueſte nudatus, & dorſo cæſus, ita tenſus eſt, ut pedum eius ac manus articuli ſoluerentur. B

Chryſoſtomiani torquentur propter factū incendium

Olympias

Tigrius

SOCRATES. Cap. XXII

Arſacius moritur ARſacius itaq; cum modicum uixiſſet tempus, defunctus eſt, Conſulatu ſequenti Stilliconis ſecūdo, & Anthemij, undecimo die Nouem. menſis. Quo mortuo, de epiſcopatu Conſtantinopolitano magna cœpit eſſe cōtentio. Et propterea cū quatuor uacaſſent menſes, ſequenti Cōſulatu Arcadij ſexto, & Probi, Atticus ordinatur epiſcopus, genere Armenius, habitu monachus, à iuuentute ſua naturali ſapientia decoratus.

Atticus ſuccedit

SOZOMENVS Cap. XXIII

Siricius Anaſtaſius Innocentius Ro. Pon. INterea cum Siricius quinque annis Romanorum rexiſſet epiſcopatum, Anaſtaſius ei ſucceſſit. Poſt quem Innocentius Pōtificatus iura ſuſcepit. Defunctus quoq; eſt etiam Flauianus, non conſentiens in damnationem Ioannis. Flauiano moriente, Porphyrius Antiochenum ſuſcepit epiſcopatum. Et quoniam plurimi contra Ioannem conſenſerant, propterea in Conſtantinopolitana urbe multa diuiſio facta eſt, ita ut miſſas apud ſe ipſos plurimi celebrarent, & ſcandala prouenirēt: quoniam propter gratiam Arſacij atq; Porphyrij, nec non Theophili Alexandrinę ciuitatis epiſcopi, pridem ſtudio Procerum poſita lex fuerat, iubens omnes in eccleſiam conuenire, & qui non communicarent, procul expelli.

Flauianus Antiochenus

Porphyrius ſuccedit

Cap. XXIIII

Eo tem

A EO tempore cum diſcordia ſacerdotum,etiam Reſpublica magnis con/ cuſſionibus turbabatur.Huni nanq; tranſeuntes Hiſtrum, Thraciam deuaſtabant.Iſauriæ quoq; latrones maxima multitudine cōgregata uſq; ad Carenos & Phœniciam uenientes, urbes & uicos in medio poſitos po/ pulati ſunt.Per idem tempus Stilicō magiſter armorum erat apud Hono/ rium magna præditus poteſtate, habebatq; ſub ſe Romanorum plurimos atq; gentilium.Qui contractis inimicitijs cum Arcadij ducibus, cogitabat congredi contra eos.Tunc ergo agens cum Honorio Alaricum regem Go thorum fecit ordinari magiſtrum militum,& acceſſit aduerſus Illyricū, eiq; Iouium Præfectum conſtituit,ut arma contra Romanos attolleret, ac pro/ uinciales Honorij ſubderet ditioni.Et cum Alaricus Barbaros ſub ſe conſti tutos & per Dalmatias habitātes cōgregaſſet, uenit ad Epirum ubi multo tempore commoratus,reuerſus eſt in Italiam : quia cum diſcedere uoluiſſet Honorij literis eſt detentus,ſicut confeſſus eſt.

Huni in Thraciam

Latrones Iſauriæ

Stilicon

Alaricus rex Gothorum

THEODORETVS. Cap. XXV

EA tempeſtate Cyrillus Theophili conſobrinus,Alexandrinum ſuſce/ pit epiſcopatum. Hieroſolymorum eccleſiæ præſidebat Ioānes uir mi rabilis ſucceſſor Cyrilli.Antiochiæ autem Alexander,uir ſermone doctus, & uirtutem oſtendens magnis operibus.Is enim Porphyrio ſuccedens,qui

B poſt Flauianum fuerat ordinatus,multa reliquit monumēta clemētiæ. Fla/ uianus equidem ſapientiæ ſubtilitate florebat.Porrò ſacratiſsimus Alexan/ der conuerſatione ſummoq; philoſophiæ eloquio,& plurima donorum co pia abundabat.Is nanq; etiam partem Euſtathij (quam pridem Paulinus flectere non potuit, nec poſt illum Euagrius) precibus uſus reliquo corpori copulauit:egitq; feſtiuitatem,cuius ſimilem nemo potuit aliquando uidere. Nam quum omnes fideles ſumpſiſſet ſacerdotes ſimul & populum , uenit ad locum , ubi Euſtathiani congregabantur . Apprehendenſq; pſallentes & unum canticum ſub quadam congruentia prædicantes,à porta ultima ci uitatis uſq; ad maiorē eccleſiā totam plateā compleuit hominibus, & oſten dit fluuium rationalem,inſtar fluminis decurrentis.Hæc Iudæi uidentes & Ariani,& paruæ reliquiæ Paganorum,ingemuerunt, uidentes alios fluuios in mare eccleſiæ concurrentes.Is ergo Pontifex,Ioannis magni uocabulum eccleſiaſticis διπτύχοις primus inſeruit. Cap. XXVI

Cyrillus Alexandrinus

Ioānes Hieroſolymitanus

Alexander Euſtathianos unit orthodoxis

Io. Chryſoſt. reliquiæ Conſtantinopolim delatæ

HVius doctoris reliquiæ ſequenti tempore in regiam deuectæ ſunt ciui tatē.Rurſumq; fideliſsimus populus per pelagus quaſi per terrā cur/ rens,undas Boſphori lampadibus & cæreis obuelauit . Hunc ergo theſau/ rum in illa ciuitate recōdidit Imperator.Qui ſui aui & uocabulū ſortitus eſt, & pietatē ſeruat inuiolabilem.Is in eius loculum defigens oculos atq; fron/ tem,pro Arcadio & Eudoxia genitoribus ſupplicauit , ut ignoranter delin quentibus ueniā condonaret.Pridem enim mortui ſunt eius parentes hunc

orphanũ relinquẽtes. Sed patrum & progenitorũ deus, experientiã pupilli eum ſentire non pertulit. Nam & pie nutriri fecit, & ſine concuſſionis metu cuſtodiuit eius imperium, atq; tyrannorũ conſilia refrenauit. Ca. XXVII A

IS enim beneficiorũ ſemper memor honorabat beneficij largitorẽ, habebatq; participes hymnorũ ſorores ſeruantes cõuerſatione uirginitatẽ, & delitias maximas iudicantes ſacrorum meditationes eloquiorũ, theſaurũ inauferibilem exiſtimantes manus egentium. Verum ipſe Princeps multis etiam alijs adornatẽ, maxime uero clementia, manſuetudine, animi tranquillitate nunquã recipiens tempeſtatẽ fide uera atq; probabili. Cuius indicium nos conuenit oſtendere manifeſtum. Quidã uir conuerſationis quidẽ monachicæ, ſed aſperior conſilio, adijt Imperatorem pro quadã cauſa rogans. Cum hoc crebro feciſſet, nec ea quæ poſtulauerat impetraſſet, eum ab eccleſiaſtica cõmunione prohibuit, & impoſito ei uinculo, diſceſſit. Verũ fideliſſimus imperator ad palatiũ reuerſus, tẽpore prandij præſentibus cõuiuis ait, non ſe ſumpturũ cibum, niſi prius eius uinculum ſolueretur. Ob quam rem miſit ad ciuitatis epiſcopũ, rogans ut iuberet ei qui ligauerat, ut ipſius uincula ſolueret. Cumq; dixiſſet epiſcopus, non debere à quolibet obligationẽ recipi, & mandaſſet quod ſolutus eſſet: ille tamen eius nõ ſuſcepit ſolutionem, donec qui ligauerat multo labore requiſitus ei cõmunionẽ quam prohibuerat, reddidiſſet. Idolorum igitur templa quæ fuerant derelicta, à fundamentis dirui fecit, ut poſteri ne ueſtigium quidẽ erroris priſtini reperirent. Hunc enim ſenſum etiam in ſua lege conſcripſit. Quando igitur Roilas dux Scythiæ tranſiuit Hiſtrum, & cum innumero exercitu uehemẽter Thracias populatus eſt, ipſamq; regiam ciuitatẽ obſidere ſe & ſubuertere minabatur, ſupernis iaculis atq; fulminibus eum maieſtas diuina percutiens, & ipſum & omnem ſimul concremauit exercitum. B

Theodoſii iunioris laus

Templa Gẽtiliũ à fundamẽtis euerſa.

Roilas Scytharũ Nomadum dux fulmine profligatus cũ exercitu

Cap. XXVIII

TAle aliquid à domino eius conſolatore etiã Perſico prelio geſtum eſt. Nam cum illi Romanos uacare cognouiſſent, & ciuitates in cõfinio cõſtitutas debellarent, paciſq; pacta tranſcẽderent uaſtatis finibus, nemo ferebat auxilium. Imperator nanq; de pace præſumens, duces & milites ad alia bella miſerat. Tunc ergo imbre uehementiſſimo, & grandine demiſſa, ulterius eos deus accedere non permiſit, eorumq; ligauit curſum, ita ut uiginti diebus totidem ambulare ſtadia non ualerent. Duces uero uenientes congregarunt exercitũ, & in priori bello obſidentes urbem Imperatoris uocabulo nominatã, ridiculos oſtendit. Cum eñ pluſq; triginta diebus Gororanes rex, prædictam undiq; obſideret ciuitatẽ, & multa machinamenta conſtrueret, & turres contra muros ciuitatis excelſas ædificaret, ſolus Eunomius ſacratiſsimus eius ciuitatis epiſcopus reſtitit, & impetũ moliminis eorũ machinaſq; deſtruxit. Et licet duces noſtri hoſtibus bellando ceſſiſſent, & obſeſſi ciues reſiſtere nõ auderent, iſte ſolus pugnando à uaſtatione preſeruauit ciuitatem

Perſæ contra Theodoſium iuniorem

Gororanes

Eunomius epiſcopus

A uitatē. Vnus itaq; partis hoſtilis uir dum conſuete blaſphemaret,& Rapſa-
cis atq; Sennacherib uerba profunderet,& cum uęſania minaretur,ſacrum
ſe concrematurum tēplum: ille uir ſanctiſsimus nō ferens huius inſaniam,
iuſſit baliſtam poni iuxta propugnaculum,quæ apoſtoli Thomæ habebat
uocabulum:& maximo in eam lapide coaptato,in nomine, inquit, eius qui
eſt blaſphematus, lapidē tenſo arcu dimittite. Tū lapis emiſſus ueniēs uſq;
ad faciem nephandiſſime blaſphemantis,uultum eius ualde corrupit,caput
contriuit,cerebrūq; in terrā diſperſit. Hoc cum Dux exercitus cognouiſſet,
qui ſe ciuitatem capturum eſſe minabatur ſiluit, & rebus ipſis uictum ſe eſſe
profeſſus eſt:& metuens quæſiuit pacem. Sic ergo rex omniū fideliſſimum
hunc principem conſeruauit, cum & iſte ſeruitutem profiteatur,& compe-
tens offerat domino miniſterium. Cap. XXIX

INter hęc Innocētio optimo Romanę urbis antiſtiti ſucceſſit Bonifacius, *Bonifacius*
Bonifacio Zoſimus, Zoſimo Cœleſtinus. Hieroſolymis uero poſt Io- *Zoſimus* *Cœleſtinus*
annem Praylius ſuſcepit eccleſiæ pręſulatum. Verum in Antiochia poſt ſa- *Praylius*
crum Alexandrum Theodotus caſtitatis ſpeculum, eccleſiæ pontifex ordi- *Theodotus*
natur manſuetudine & puritate conuerſationis ornatus. Is enim cohortem *Apollinariſtæ*
Apollinaris aliis ouibus miſcuit,rogans eos ut unirentur ouili. Ea quidem *uniti orthod.*
tempeſtate Iſdigerdes Perſarum rex contra eccleſias huiuſmodi de cauſa
B bella commouit. Cap. XXX

ABdas quidā erat epiſcopus plurimis uirtutibus adornatus. Is non me- *Abdas epiſc.*
diocriter uſus zelo diuino, ϖυρεῖον, id eſt, focum eorum ſeu Veſtam *Perſarum ϖυ-*
deſtruxit. Πυρεῖα nanq; illi uocant templa,in quibus ignem ſeruant: deum *ρεῖον deſtru-*
enim arbitrantur ignem. Hoc cum rex cognouiſſet à Magis, euocauit Ab- *xit*
dam: & primo quidem manſuete culpauit factum, præcipiens ut ϖυρεῖον
rurſus ædificaret. Illo reſiſtente,& hoc nequaquam facere cōfirmante, uni-
uerſas ſe rex deſtructurum interminatur eccleſias: cuius interminationem
completio ſubſecuta eſt. Nam prius illum uirum occidi pręcipiens, deſtrui
quoq; eccleſias imperauit. Ego ſanè deſtructionem τοῦ ϖυρείου non reor op-
portune commiſſam: neq; enim ſanctus apoſtolus cum ueniſſet Athenas,
& ciuitatem repletam idolis conſpexiſſet, aras ab illis honoratas deſtruxit,
ſed ratione ignorantiam redarguit,& ueritatis iura monſtrauit. Quod uero
deſtructū templum reædificare noluerit, ſed necem magis elegerit, ualde
admiror, & plurimis eum honorandum coronis exiſtimo. Tale eſt enim
ignem adorare, quale eius ædificare templum. Hinc ergo ſumens tempe- *Perſequutio*
ſtas initium ſçuiſſime atque ferociter circa pietatis alumnos intumuit, & tri- *Chriſtianorū*
ginta iugiter annis fluctuatio dura permanſit, à Magis ueluti quibuſdam *apud Perſas*
procellis agitata. Magos enim appellant Perſæ eos, qui elementa deificant.
Quorum fabulas in alia conſcriptione monſtrauimus, in qua horum inter-
rogationibus dignas ſolutiones obtulimus. Gororanes itaq; filius Iſdeger-
dis, poſt

dis,poſt patris mortem cum Imperio etiam contra Chriſtianã pietatẽ bella ſuſcepit. Quas enim tormentorũ ſpecies, & ſuppliciorum adinuentiones pijs intulerit, non eſt facile nunc narrare. Aliorũ nanq; manus excoriauerunt, aliorum dorſa,aliorum capita,à fronte inchoantes uſq; ad ceruices nuda cute reliquerunt. Alios ſectis per medium calamis, nudos operientes & ipſas ſectiones calamorũ carnibus aptantes, à capite uſq; ad pedes funibus ſtringentes,poſtea calamos ex eorum membris uiolenter trahebant, ut acutæ ſectiones calamorum cum traherent eorum carnes ſecarent,& tormentũ amariſſimi doloris inferrent. Deinde fodiẽtes lacus, & eos undiq; obturantes,ſoricum maiorum greges in eos immiſerunt,eisq; pabulum athletas dederunt,impie ligantes manus eorum & pedes,ne poſſent à ſe beſtias remouere. Sed & alia tormenta ſęuiora ualde exercuerunt habentes doctorem ueritatis inimicum: Sed non potuerunt athletarũ deuincere fortitudinem. Sponte nanq; currebant,ut occaſione huius mortis incorruptibilis uitæ dona perciperent. Duorum tamen aut trium faciam mentionem,ut per hos reliquorum fortitudo monſtretur. A

Cap. XXXI

Hormiſdes Perſa

HOrmiſdes quidam ualde nobilis apud Perſas erat,qui patrem Præfectum habuerat. Hunc cum rex cognouiſſet eſſe Chriſtianum,deduci fecit & imperauit ut ſalutarem negaret deum. At ille: Nec iuſtum,inquit,nec utile præcipis imperator. Nam qui docetur ut deum omnium facile cõtemnat ac neget, faciIime quoq; ſpernit imperatorem, cum & ipſe ſit particeps naturæ mortalitatis. Et ſi ſummo ſupplicio dignus eſt, qui tua ſceptra contempſerit Imperator,multiplicibus tormentis ſubdendus eſt,qui cunctorũ negauerit creatorem. At Imperator cum debuiſſet mirari prudentiam, fortiſsimum diuitijs & dignitate nudauit athletam, iuſsitq; ut nudus traheret camelos exercitus. Quumq; plurimi tranſiſſent dies, reſpiciens de ſuperioribus Imperator,uidit illum eminentiſsimum uirum ſolis radijs inflãmatum, & pulueris ſqualore repletum, patriæq; nobilitatis memor, eum ad ſe iuſsit adduci, & lineis ueſtibus operiri. Deinde putans quod tã præcedenti afflictione, quàm ex iſta dementia molliretur,uel nunc inquit,illa obſtinatione exutus,nega filium fabri. At ille dei zelo repletus, dirupit ueſtẽ & proiecit, dicens: Si propter hoc me putas à pietate recedere,habe donum cum impietate,quam poſſides. Hanc eius fortitudinem contemplatus, nudum eum è ſuo expulit imperio. B

Cap. XXXII

Sannes

SAnnen quoq; mille famulorum dominum,reſiſtentem ſibi, & negare creatorem omnium nolentem, requirens quiſnam ſeruorum eius eſſet ſæuiſſimus,illi aliorum ſeruorum tradidit dominatũ. Cui ipſum quoq; dominum ſeruire pręcepit,ſimul & eius uxorem, per hoc putans propugnatorem ſe flectere ueritatis. Sed ſpe ſua deceptus eſt. Habebat enim ille domũ in petra conſtructam.

Cap. XXXIII

Beniamin

A Beniamin etiam diaconum comprehendens,clauſit in carcere. Cumq; duo tranſiſſent anni,ſuperuenit Legatus Romanorum pro alijs cauſis acturus. Et cum hæc cognouiſſet, poſtulauit à rege ut dimitteretur Diaconus. Porrò rex iuſſit ut promitteret Beniamin quod nulli Magorũ doctrinam Chriſtianam prædicare tentaret, & dimitteretur exire. Tum Legatus quidem cuſtodire Beniamin quæ rex præceperat compromiſit. Beniamin autem audiens monita Legati: Impoſſibile eſt, inquit, non me participare lumen alijs,quod ipſe percepi. Quanto enim ſupplicio dignus ſit qui talentum abſconderit,ſacra euangeliorum teſtatur hiſtoria. Sed rex horum tum nihil cognoſcens,iuſsit eum abſolui à uinculis. At ille prædicare nullatenus ceſſabat: & capiens eos qui ignorantiæ caligine tenebãtur,intelligibili luci iugiter offerebat. Dumq; tranſiſſet annus,regi geſta illius nunciantur. Tum deductũ ad ſe,negare iuſſit quẽ adorabat deum uerum. Ille quęſiuit à rege, dicens: Quo dignus honore eſt, qui ſuum derelinquens regnum, inuadere ſtuduerit alienum? Quumq; dixiſſet rex: Morte ultimoq; ſupplicio: Sapiẽtiſſimus ille reſpondit: Quid ergo non iuſte patiatur homo, qui factorem mundiq; creatorem,nutritorem,ac ſaluatorem deſerens,unum cõſeruorum ſuorum deificare uoluerit, & debitũ illi cultum iſti magis obtulerit? His ſermonibus rex accẽſus,uiginti calamos acui,& totidem unguibus digitorum
B eius manuum atq; pedum præcepit infigi. Cumq; hoc ſupplicium ab eo deridert conſpiceret,alium rurſus calamum acutũ in eius femur unde humana origo deſcẽdit,iuſsit immitti. Cumq; crebro ejceretur & rurſus induceret, ineffabiles ei dolores excitabat. Poſt hoc uero ſuppliciũ impius atq; ferox uirgam grandem ſpinis undiq; plenam, per eius meatum iuſsit induci, & hoc modo ſpiritum fortiſsimus decertator emiſit. Sed & alia multa ab illis impijs ſunt tentata. Nec tamen mirandum,quod illorum ferocitatem & impietatem longanimiter deus omnium patiatur, quando ante imperium maximi Conſtantini quicunq; fuerunt Romanorum imperatores,contra ueritatis miniſtros uehemẽter inſanierint. Diocletianus nanq; paſsionis ſalutaris die in omni imperio Romanorũ,deſtruxit eccleſias. Sed nouẽ tranſactis annis iſtę quidem denuo refloruerunt,& multiplicem magnitudinem ſuſceperunt. Ille uero poſt rabiem ſuæ impietatis extinctus eſt. Nam & bella huiuſmodi futura dominus prędixit, & eccleſiæ uictoriam prędicauit. Nos tamen ipſę quoq; res edocent,quod magis nobis utilia ſunt bella quàm pax: quia pax delicatos nos facit, remiſſos & timidos: porrò bellum & mentem acuit,& præſentia quaſi tranſeuntia contemnere perſuadet. Sed hæc quidẽ etiam in alijs operibus crebro diximus.

Diocletianus in die paſsionis domini, omnes eccleſias Chriſtianorũ euertit

Cap. XXXIIII

EO autem tẽpore quo ſacratiſsimus Theodotus Antiochenam regebat eccleſiam, Theodotus μόψυ ἑστίας quidem epiſcopus, ſed totius doctor eccleſiæ,cum contra uniuerſam cohortem hæreticorum fortiter pugnaſſet

Theodorus Mopſueſtiates epiſcopus

gnaſſet, finem uitæ ſortitus eſt. Is enim Diodori quidem magni doctrina A
potitus eſt. Ioannis uero ſacratiſſimi fuit ſocius atq; cooperator. Communi
ter enim Diodori pocula ſpiritalia ſunt adepti: qui ſex & triginta annis man
ſit in præſulatu, & contra Arij Eunomijq; acies fortiſsime præliatus eſt, inſi/
diasq; latronis Apollinaris extinxit, optimaq; paſcua diuinis ouibus præ/
Polychronius parauit. Cuius frater Polychronius Apamienſium rexit eccleſiã, & gratia ſer
monis, & claritate uitæ ornatus.

SOCRATES. Cap. XXXV

Arcadij Aug. mors NOn multo poſt tẽpore quàm Ioãnes defunctus eſt, moritur & Arca/
dius Imperator, uir mitis & quietus. Et circa finem uitæ pro huiuſmo/
di cauſa uenerabilis exiſtimabatur. In urbe Cõſtantinopoli domus eſt ma/
xima, habens cognomen καρύας, id eſt, nucis. Eſt enim in eius domus ueſti
Acacius martyr bulo arbor nucis, in qua ſermo eſt fuiſſe appenſum martyrem Acacium &
defunctum. Ob quam rem etiam Oratorium illic eſt ædificatũ. Hunc Ar/
cadius uidere uolens, ad orationem uenit, uotoq; cõpleto reuertebatur. Pro
inde cuncti circa Oratorium habitantes, uolentes imperatorẽ uidere accur/
rebant. & alij quidem extra domum proceſſerant, ut melius aſpectum prin
cipis & ordinem uiderent obſequij, alij uero ſequebantur. Cumq; omnes
cum mulieribus atq; filijs ſimul & mancipijs extra domũ fuiſſent egreſsi, re
Domus τ̃ καρύας, apud Conſtantinopolim corruit pente maxima domus Oratorio cohærẽs, ſubito tota corruit, clamorq; cũ B
admiratione ſequutus eſt qđ oratio principis tot homines à ruinæ imminẽ
tis periculo liberaſſet. Arcadius itaq; relicto annorũ octo filio Theodoſio
(de quo iam cõplura ſunt narrata) defunctus eſt, Conſulatu Baſsi & Philip
pi, primo die Maij mẽſis, anno ſecũdo ducenteſimæ nonageſimæ ſeptimæ
Olympiadis. Is ergo cum patre quidẽ Theodoſio tredecim regnauit annis,
poſt mortẽ uero patris quatuordecim. Vixit annis triginta & uno.

ELENCHVS CAPITVM LIBRI
VNDECIMI HISTORIAE ECCLESIAST.
quam Tripartitam uocant.

Quod Theodoſii iunioris imperiũ Praefectus regebat Anthemius. Caput 1
De Attico epiſcopo, eiuſq; moribus. Cap. 2
De Theodoſio epiſcopo Synnadæ, & quemadmodum illic Macedoniani con/
uerſi ſint. Cap. 3
Quomodo Iudæus paralyticus per baptiſmum ſit curatus. Cap. 4
De Sabbatio hæreſiarcha, eiuſq; ſequacibus. Cap. 5
De morte Theodoreti Arianorum epiſcopi, & ordinatione Barbæ, & quæ ſub
eo ſint geſta. Cap. 6
De ordinatione Cyrilli Alexandrini Pontificis. Cap. 7
Quõ apud Perſas per Maruthã epiſcopũ ſit Chriſtianiſmus dilatatus. Cap. 8
Quemadmo

A Quemadmodum Italiam uaſtarit Alaricus. Cap. 9
De Cœleſtino Romano pontifice,& quomodo Nouatianos fuerit inſequutus, & de Sabbatio. Cap. 10
De ſeditione & nece Chriſtianorum quæ per Iudæos apud Alexandreiam acciderunt. Cap. 11
De Hypatia philoſopha quō in Alexandreia fuerit interempta. Cap. 12
Quomodo Iudæi temeritatis ſuæ pœnas exoluerint. Cap. 13
De Iudæo qui cum ſępe baptizaretur,aqua fontis abſceſsit. Cap. 14
Quomodo Iſdigerdes rex Perſarum Chriſtianos fuerit perſequutus,& à Romanis deuictus. Cap. 15
Quō Acacius epiſcopus Amidæ,captiuos redemerit à Romanis militibus,uenditis uaſis eccleſiæ,& refectos cum ſumptibus ad propria deſtinarit. Cap. 16
De Eudocia uxore Theodoſii,& de laudibus ipſius Theodoſii. Cap. 17
Quomodo Ioannes Tyrannus in Occidente fuerit ſuperatus. Cap. 18

HISTORIAE ECCLESIASTICAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBER VNDECIMVS.

SOCRATES. Cap. 1

B ARCADIO Imperatore defuncto, Honorius quidem eius frater regebat Heſperias, Orientales autē Prouinciæ ſub ditione manebāt Theodoſii Iunioris, cum eſſet annorū octo, Anthemio Præfecto omnia diſponente. Erat enim iſte nepos Philippi, qui Paulum epiſcopum ſub Conſtantio ab eccleſia expulerat,& Macedonium introduxerat. Is muro maximo urbem Conſtantinopolim circumdedit. Qui uir ſapientiſsimus inter illius tēporis homines & putabatur & erat, & nihil inconſulte faciebat, ſed cum multorum cōſilio quæ erāt agenda tractabat,& maxime Sophiſtæ Troilo ſe credebat. *Honorius Aug.* *Anthemius Præfectus* *Troilus Sophiſta*

Cap. 11

IMperatore porrò octauū annū agēte, iam tribus annis Atticus habebat epiſcopatū,uir clarus et eruditus,uenerabilis atq; prudēs. Vnde etiā eccleſias ſub eo magnū ſumere cōtigit incrementū. Nō eīm ſolis propriæ fidei perſonis munificus erat, ſed etiā hæreticis miraculū ſuæ ſapientiæ demonſtrabat,quos uexare quidē nolebat. Cum uero eos terrere tentaſſet, denuo māſuetudinē oſtēdebat. Et inter hæc nō negligebat eloquētiā. Laborabat enim circa ueterū lectiones,noctu eis incūbens. Quapropter non eum mouebant Philoſophicæ aut Sophiſticæ lectiones. Erat enim & confabulantibus gratus,et cum triſtibus mœſtus,& abſolute(ſecundū apoſtolū)omnib. omnia factus eſt. Primo quidē cum presbyter eſſet,libros faciebat,& meditatos coram eccleſia recitabat. Poſtea uero etiā fiduciā cum labore ſortitus, *Atticus Conſtantinop.*

Cc ſub ocu

ſub oculos doctrinam laudabilem proferebat. Non tamē tales erant eius ſermones, ut etiā ab auditoribus ſcripturæ traderentur. Quæ uero eius temporibus memoranda acciderint narrabo. A

Cap. III

Theodoſius Synnadenſis perſecutor Macedonian.

IN Synnada Pacatianæ Phrygiæ ciuitate, Theodoſius quidā erat epiſcopus, & Macedonianos cū illic plures eſſent, inſequebatur, & non ſolū eos è ciuitate, ſed etiā ab agris nimia crudelitate pellebat, cum Orthodoxorum eccleſia perſequutiones inferre nō ſoleat. Quod ille non zelo rectę fidei, ſed pro pecuniarū amore faciebat. Cōtra quos, uniuerſos tam clericos ꝙ iudices prouinciales armabat, & præcipue Agapitū eorū turbabat epiſcopum. Cumqꝫ iudices prouinciæ ad inferenda tormenta, ſibi ſufficere nō putaret, Conſtantinopolim eſt profectus, ut Præfectorum auxilia mereretur. Ibiqꝫ poſito Theodoſio propter huiuſmodi cauſam Agapitus Macedonianorum epiſcopus ad meliorem ſe contulit partē: habitoqꝫ tractatu cum omni clero, & euocans totum populum ſibi ſubiacentē, ſuaſit eis, ut Conſubſtantialitatis ſuſciperent fidē. Hoc facto, repente cum maxima multitudine, imò cum omni (ut ita dixerim) ciuitate ad Orthodoxorū eccleſiā uenit, & oratione facta, ſedē in qua Theodoſius præſidere ſolebat obtinuit. Tū uniens populum, & deinceps fidē Conſubſtantialitatis docēs eccleſiā tenuit Synnadēſem. His ita geſtis, nō poſt multū tēporis Theodoſius cum Præfectianorum uenit auxilio, & nihil ſciens horū quæ fuerant geſta, ad eccleſiā propērauit. Ex qua ab omnib. expulſus, rurſus Cōſtantinopolim remeauit, & apud epiſcopum Atticū quæ fuerant cōtra eum geſta depoſuit, queādmodū iniuſte epiſcopatu fuiſſet expulſus. Atticus aūt cognoſcēs utilem cauſam eccleſię accidiſſe, Theodoſium quidē uerbo conſolatus eſt, ut patienter ferret. Præponens aūt cauſis perſonalibus generalē utilitatē ſcripſit Agapito, ut teneret epiſcopatum, nihilqꝫ de inimicitijs Theodoſii cogitaret. B

Agapitus τὸν ὁμοούσιον amplectitur et fit epiſc. Synnad.

Theodoſius epiſc. non recipitur à ſuis

Cap. IIII

HOc igitur unum eſt retū utiliū, quæ Attici temporibus in eccleſia acciderunt. Sed neqꝫ miraculorū aut ſanitatū hiſdefuit cauſa temporibus. Quidam nanqꝫ Iudæus cum paralyticus eſſet, plurimis annis in lecto iacebat. Cumqꝫ omnis medicina ei fuiſſet adhibita, & cunctorū Iudæorū nihil oratio præualeret: nouiſsime ad baptiſmatis Chriſtiani gratiam confugit, huic ſoli ueritatis medicamini ſe cōmittens. Hoc uelociter epiſcopo Attico nunciatur. Quem catechumenū factū, & ſpem Chriſti promittens, deportari cum lecto præcepit ad baptiſmū. Verū Iudæus paralyticus baptiſmum uera fide ſuſcipiens, cum de fonte fuiſſet leuatus, ſtatim morbo caruit, & deinceps ſanus fuit. Hanc igitur curam uirtus Chriſti etiam noſtris temporibus demonſtrauit. Qua ex cauſa plurimi Paganorum credentes baptizati ſunt. Iudæos autem licet ſigna quærentes, hæc tamen non prouocauerunt ad fidem. His ita apud Chriſtianos geſtis, plurimi paruipendentes, in ſua nequitia permanſerunt. Et nō ſolum Iudæi tantis prodigijs repugnabant,

Iudæus paralyticus ſanitati reſtitutus

ſed

A ſed etiam ſequaces eorum ſimilia ſapuiſſe conuicti ſunt.

Cap v

Sabbatius — *Ξηρόλοφος*

SAbbatius itaq; (cuius ante fecimus mẽtionem) nolens in ſuo ordine manere presbyteratus, deſiderabat epiſcopatum. Iiſdemq́; temporibus receſſit ab eccleſia Nouatianorum, occaſionem habẽs quaſi propter obſeruationem Paſchæ Iudaici. Faciebatq́; collectas contra Siſinnium ſuum epiſcopum in loco ciuitatis qui ξηρόλοφος appellat̃ in Arcadij foro. Illic enim rem cõmiſit ualde periculoſam. Die nanq; feſtiuitatis in euangelica lectione, ubi ſcriptum eſt: Erat enim Paſcha Iudæorũ, uerba quæ nuſquam ſcripta neq; audita ſunt auſus eſt adijcere, id eſt: Maledictus qui præter azyma celebrauerit Paſcha. Hoc auditum manauit in populum, & ſimplices decepti Nouatianorũ laicorum conuenerunt ad illum. Quod tamen malum nõ remanſit inultum, ſed in finem peſsimũ eius falſitas eſt conuerſa. Paulo poſt enim cum ad quandam feſtiuitatẽ multi concurrerẽt, ut uigilias ſolite celebrarẽt, formido ſubito dæmoniaca irruit ſuper eos, quaſi Siſinnius eorũ epiſcopus ueniret cum maxima multitudine. Factaq́; turba uidelicet noctu, & in anguſtiæ loco comperti ſemetipſos contriuerunt, ita ut ultra ſeptuaginta homines morerentur. Hoc factũ plurimos à Sabbatianorum ſecta prohibuit: quidam uero in eius ruſticitate manſerunt.

Sabbatiani

Cap. VI

Dorotheus Arianorũ epi.

EO tempore Dorotheus Arianorum Præſul, quẽ ex Antiochia Con-
B ſtantinopolim tranſtulerãt, cum centum & nouẽdecim uixiſſet annos defunctus eſt, Conſulatu Honorij ſeptimo, & Theodoſii ſecũdo, ſexto die Nouemb. menſis. Poſt quẽ Arianæ ſuperſtitionis Barbas ordinatur epiſcopus. Sub hoc itaq; Barba, per duos presbyteros eloquentiſsimos Arianorum religio floruit, quorũ alter Timotheus, alter Georgius dicebatur. Sed Georgius doctrina Helladica eruditus erat, Timotheus ſacris literis incumbebat. Et Georgius quidẽ ſemper Ariſtotelẽ & Platonẽ habebat in manibus, Timotheus Origenẽ, ita ut etiã lingua Hebraica loqueretur. Timotheus pridem Pſatyrianorũ fuerat hęreſeos, Georgiũ Barbas presbyterum ordinauit. Timotheũ itaq; ego ipſe uidi, & cognoui quẽadmodũ interrogantibus fuerit reſpondere paratus, ſoluens obſcuriſsimas quæſtiones, quæ in diuinis inueniuntur eloquijs, teſtem uocans ueraciſsimũ Origenem. Mihi tamen uidetur admirabile, quomodo tales uiri in Arianorum lege manſerint, quorũ unus quidem Platonem ſemper habebat in manibus, alter ſpirabat iugiter Origenem: cum nuſq; Plato ſecundam uel tertiam cauſam (ſicuti ipſe nominare ſolet) initium ſubſiſtentiæ aſſerat percepiſſe, & Origenes coæternum ubiq; fateatur filium patri. Qui licet in ſua ſententia manſerint, religionẽ tamen Arianam perduxerunt latenter ad meliora. Multas nanq; Arij blaſphemias doctrinis proprijs expulerunt.

Barbas Arianorũ epiſc. — *Timotheus Georgius Ariani* — *Origenes ueraciſsimus teſtis*

Cap. VII

Theophilus Alexandrinus moritur

INter hęc defuncto Theophilo morbo Lethargico, Conſulatu Honorij nono, & Theodoſii quinto, facta contentione propter epiſcopatum

Cyrillus succedit inter Timotheū & Cyrillū, die tertio mortis Theophili Cyrill⁹ ordinat̃ epiſcopus, & maiori faſtu ꝗ̃ Theophilus tenebat epiſcopatū. Qui mox epiſcopatus ſui principio Nouatianorū claudēs eccleſias, oĩa uaſa eorū ſacra abſtulit, epiſcopūq́ eorū Theopompū rebus quas habebat oīb. ſpoliauit. *Nouatiani ſpoliantur per Cyrillum* A

VIII

Maruthas epiſcopus ad Perſas Legatus mittitur EO tēpore apud Perſas eſt Chriſtianiſmus dilatatus. Inter Romanos enim & Perſas ſemper propter diuerſas cauſas mittuntur. Legationes. Tū ergo caſus attulit, ut Maruthas Meſopotamenus epiſcopus (cuius dudū meminimus) à Romanorum imperatore ad Perſarum deſtinaretur regem. Qui multā reuerentiā apud Maruthā inueniēs, eum decenter honorabat, & tanquā diuinū reſpiciebat uirum. Hoc factū mordebat Magos, metuentes ne regem Chriſtianum fieri ſuaderet. Nam cū dolore capitis multo tempore torqueret̃, Magis eum curare nō ualentibus, Maruthas orationibus fecit incolumem: ob hanc ergo cauſam moliti ſunt quandā Magi fallaciam. *Magorum dolus* Et quoniā Perſæ ignem colunt, cōſueuitq́ rex in quadam domo ignem ardentem perpetuo ſuppliciter adorare: magi ſub terra hominem quendā abſcondentes tēpore quo rex ſolebat adorare, cum talia clamare fecerunt: Mitte foras regē: impie enim egit, quod ſacerdotē Chriſtianorū iudicat eſſe uenerandū. Hęc audiens Iſdigerdes Perſarum rex, licet reuerentiam haberet, tamē Maruthā abijcere cogitabat. Porrò Maruthas uere deo uenerabilis homo, uacabat orationibus, per quas inuenit dolum Magicis artibus fabricatum. Veniēsq́ ad regē: Noli, inquit, illudi rex, ſed ingreſſus cum audieris uocem, fodi iube, & doli cauſas inuenies. Nō enim ignis loquitur, ſed hominum molimina huiuſmodi eſſe noſcuntur. Hoc dicto flexus eſt Perſarum rex: & rurſus ingreſſus ubi ignis inextinguibilis ſeruabatur, cū audiſſet uocem, iuſsit fodi locū. Tum qui mittebat quaſi diuinā uocem, inuētus arguit̃. *Iſdigerdes Perſarum rex incipit fauere Chriſtianis* Iratus itaq́ rex, Magorū genus uſq́ ad decimā iuſsit imminui portionem. Hoc facto, Maruthæ dixit ut tēpla quæ uellet ædificaret. Ex hoc apud Perſas ſumpſit Chriſtianiſmus incrementū. Tum igitur Maruthas à PerſisCōſtantinopolim remeauit. Et non longo poſt tēpore rurſum deſtinatus eſt. Iterumq́ Magi machinabantur ne eum ſuſciperet rex. Feceruntq́ fœtorem quendā in loco unde Rex tranſire ſolebat, & quaſi à Chriſtianis id factum fuiſſet derogabant. Cumq́ Rex ſuſpectos iam habens Magos, hoc cum ſtudio requiſiſſet, denuo ab eis concinnatum eſſe cognouit. Quamobrem plurimos eorum ſupplicijs tradidit. Maruthā uero potiori honore coluit, & Romanos ualde dilexit, eorumq́ amplexus eſt pacē. Qui penè Chriſtianus fieri potuit, cum aliud miraculum per Marutham & Ablatem Perſidos epiſcopū proueniſſet. Ambo nanq́ moleſtū dæmonem à regis filio propulerunt, orationibus uacantes atq́ ieiunijs. Poſt hæc Iſdigerde defuncto antequam fieret Chriſtianus, ad eius filium peruenit imperium. Cuius tempore inter Perſas atq́ Romanos pacta ſoluta ſunt. B

Cap. IX

Per

A PEr idem tempus Innocẽtius, primus Romæ Nouatianos perſequi cœpit, multasq́ eorũ abſtulit eccleſias. Quo tempore Roma eſt à Barbaris deprædata. Alaricus enim quidã Barbarus ditioni Romanorũ & Theodoſii imperatoris ſubiectus, atq; cõtra Eugenium tyrannũ auxilia largitus, & propterea Romanis dignitatibus honoratus, felicitatem ſuã non ferens, imperare quidem non elegit, ſed diſcedens ab urbe Conſtantinopolitana, uenit ad partes Heſperias. Cumq́ ueniſſet in Illyricũ, omnia ſubuertebat, & tranſiens Theſſaliam, habita congreſsione circa fluuium Pinũ apud Nicopolim Epiri, penè tria milia uirorũ eius Theſſali peremerunt. Poſthæc autem quicquid eis occurreret deſtruẽtes, nouiſsime Romam uenerũt. Quam uaſtantes, plurima quidem miraculorũ eius igne concremauerunt, pecunias autẽ abripuerunt, multosq́ Senatorij ordinis diuerſis ſubdidere ſupplicijs. Deridentesq́ Romanorũ regnum, imperatorem fecerũt quendã nomine Attalum, quem uno die tanquã imperatorẽ fecerunt procedere, altero uero ſerui ſchemate miniſtrare. Hæc cum egiſſet Alaricus, repente in fugã conuerſus eſt, fama procedente quod Theodoſius Imperator contra eum miſiſſet exercitum, quæ fama non fuit ficta, ſed uera: nam exercitus ueniebat. Fertur itaq;, cũ Alaricus proficiſceretur Romã, uir quidam uenerabilis, conuerſatione monachus, eũ monuiſſe, ne mala talia facere tentaret, neq; cædi-
B bus gauderet aut ſanguine. At ille: Non (inquit) ego uolens Romam proficiſcor, ſed quidã quotidie mihi moleſtus eſt, torquẽs & dicens: Perge, & Romam deſtrue ciuitatẽ. Hæc etiam de his dicta ſufficiant. Cap. X

Innocentius Pont. Ro. aduerſus Nouatianos

Alaricus Romam uenit

INter hæc Cœleſtinus Romæ ordinatur epiſcopus, qui etiã Nouatianorum abſtraxit eccleſias, & eorũ epiſcopum nomine Ruſticulũ, in occulto coegit celebrare Collectas. Vſq; ad illud nanq; tempus plurimas Nouatiani habebant eccleſias. Porrò Conſtantinopoli non talia pertulerũt, ſed cum eos diligerent, etiã intra urbem eos Collectas facere permiſerunt. Mortuo uero Siſinnio Nouatianorũ epiſcopo, Chryſantus ad epiſcopatũ trahebatur, uir multis Romanorũ dignitatibus honoratus. Quo fugiente, Sabbatius ſe tempus opportunũ ad epiſcopatũ inueniſſe credẽs, fecit quoſdã ignobiles ſibi manus imponere, iuſiurandum quod prębuerat paruipendẽs. Cuius mores cum populus abhorruiſſet, Chryſantum per loca omnia requirebant. Quẽ inuenientes in Bithynia, inuitũ ſacerdotium ſuſcipere coegerũt. Qui nihil percipiebat de eccleſia, niſi Dominico die duos panes. Cap. XI

Cœleſtinus Pont. Ro.

Nouatiani Romæ in occulto

Chryſanthus

Sabbatius

EA porrò tẽpeſtate Iudæorum genus ab Alexandreia eſt huiuſmodi de cauſa eiectum. Alexandrinorũ populus pluſquã aliæ generationes ſeditionibus deditus eſt: qui ſi occaſionẽ acceperit, intolerãda mala committit. Nam citra ſanguinem non ceſſat à lite. Contigit itaq; tunc ut inter ſe contentiones haberẽt, non propter neceſſariam cauſam, ſed propter ſtudium Pantomimorũ. quia enim is qui die Sabbatorũ ſaltabat plurimũ habebat

Alexandrini ſeditioſi

Chriſtiani dabant operam ſpectaculis apud Alexandriam

Horeſtes Præfectus Alexandrinus

Hierax ludimagiſter

populum Iudæorũ,dum uacantes non auditioni Legis,ſed Theatris occu- A
patentur,ea dies litigioſa extitit inter partes.Cumq; hoc aliquatenus fuiſſet
ab Alexandreiæ Præfecto correctũ,nihilominus manſere Iudæi partis al-
terius inimici.Et cum eſſent ſemper Chriſtianis infenſi, cõtra Pantominos
eorum amplius pugnabãt. Tunc igitur Horeſtes Præfectus Alexandreiæ
feſtiuitatem quandã quam Politiam uocant, in Theatro celebrabat, ubi &
aderant quidam fautorum Cyrilli,diſpoſitiones Præfecti uolentes cogno-
ſcere. Inter quos,quidam nomine Hierax doctor puerilium literarũ, & Cy
rilli feruentiſsimus auditor,ac ſolitus plauſus in eius expoſitiõibus excitare.
Hunc itaq; Hieracem cum uidiſſet in Theatro Iudæorum turba,clamabat
aduerſus eum,quod propter nil aliud ueniſſet,niſi ut in Theatro ſeditiones
inter populos excitaret. Verum Horeſtes pridem habens odium cõtra Cy
rilli ſuperbiam, arreptũ Hieracem publicè fecit in Theatro agi uerberibus.
Hoc Cyrillus cognoſcens,conuocatis primoribus Iudæorum (ut decebat)
admonuit ne contra Chriſtianos ſeditiones ulterius excitarẽt. Porrò turba
Iudæorum hoc paruipẽdens,maiora contra Chriſtianos tractauit molimi
na. Dantes itaq; ſibiipſis ſignũ,ut anulum factũ ex palma,omnes haberent
in digito,contra Chriſtianos hoc modo pugnauerunt.Fecerũt enim quoſ-
dam de ſuis una nocte per omnes ciuitatis decurrere regiones, clamantes,
Alexandrinã ardere eccleſiam. Ob quam rem Chriſtiani undiq; concurre B

Iudæi Chriſtianos occidunt

bant,ut eccleſiæ flammas extinguerẽt.Porro Iudæi ignotãtes interimebãt,
ſeipſos per ſignum anuli agnoſcentes,ac parcentes ſibi mutuo.Facto autem
die latere nequiuerunt. Ob hãc rem permotus Cyrillus,cum maxima mul
titudine irruit in ſynagogas Iudæorum,& illas quidem abſtulit,Iudæos au-
tem expulit ciuitate,eorũq; ſubſtantiam diripere populo imperauit.Hoc er

Iudæi pulſi Alexandria

Adamantius medicus

go modo Iudæi à temporibus Alexandri Macedonis illam habitantes ur-
bem nunc nudi prorſus expulſi ſunt,& per ſingula loca diſperſi. Adaman-
tius uero medicinæ Sophiſta,Conſtantinopolim ueniens,& Chriſtianũ ſe
fore promittens,poſtea reuerſus eſt in Alexandreiam. Igitur Alexandreiæ
Præfectus Horeſtes ualde triſtabatur,eo quod populoſam urbem ita deſo
latam repente conſpiceret. Vnde etiam principi retulit quod acciderat. Sed
& Cyrillus ſcelera Iudæorum imperatori non tacuit,& Horeſtis amicitiam
cogẽte populo poſtulauit.Cumq; Præfectus amicitiæ uerba refutaret, euã
gelia obtulit ei Cyrillus.Et cum nec ſic eius corda ſubigerentur, hæc denuo
acciderunt.Monachorum quidam in mõte Nitria cõſtituti,fautores Theo-

Monachi Aegyptij pro Cyrillo aduerſus Præfectum

phili,ex illo quo contra Dioſcorũ iniuſte fuerat coarmatus, etiam pro Cy-
rillo libenter prælia ſuſceperunt.Relictiſq; monaſterijs uiri penè quingẽti
uenientes ad ciuitatem,procedentem in carpento Præfectum, immolatorẽ
idolorum Paganumq; inclamabãt.At ille putãs immiſsiõe Cyrilli factum,
clamare cœpit: Chriſtianus ſum,& ab Attico Cõſtantinopoli baptizatus.

A Illis hæc uerba cõtemnentibus, Ammonius quidam eorũ, Præfectum lapide percuſsit in capite. Qui repente repletus eſt ſanguine, & recedẽtibus Officijs, atq; lapidum impetum declinantibus, cum paucis remanſit. Inter hęc populus concurrebat, ut præfecti uindicaret iniuriã. Detentumq; Ammonium tandiu uerberibus caſtigauit, donec traderet morti. Non multo poſt hæc nunciantur imperatori. Corpus autem Ammonij ſumens Cyrillus, in quadã eccleſia ſepeliuit, eiq; aliud nomen impoſuit, ut nõ pro ſua culpa, ſed pro Chriſto mortuus crederetur, cui laudes uelut martyrib. offerebat. Sed qui uere nouerant quod dignas ſuſcepiſſet pro ſuo ſcelere pœnas, Cyrillum ualde culpabant. Sed neq; in hoc ſolummodo Cyrilli & Horeſtis aduerſitas conquieuit, quando poſt hæc aliud eſt exortum.

Horeſtes Præfectus lapide petitus

Ammonius occiditur à populo

Cap. XII

ERat in Alexandreia quædam mulier Hypatia nomine, filia Theonis philoſophi, adeo erudita, ut ſupra philoſophos eius tẽporis emineret, & in Platonicã ſcholam à Plotino uenientem, ſuſciperet ipſa ſucceſsionem, atq; omnes Philoſophicas lectiones exponeret. Quapropter omnes currebant ad eam propter honeſtã doctrinæ fiduciam. Veniebat uero etiam ad Iudices, nec habebat ullam uerecundiam, pudice permixta uiris, quum eam cuncti pro ipſius caſtitate uenerarentur. Tum ergo inuidia contra hanc fœminam eſt accenſa. Quũ enim crebro proficiſceretur ad Horeſtem, eccleſia-
B ſticus populus motus aduerſus eam eſt, tanquã ipſa illũ ab amicitia prohiberet epiſcopi. Quamobrem conſpirantes uiri, acerrimo furore commoti, quorum dux erat quidam Petrus Lector, obſeruauerunt mulierem ad propria redeuntem, eamq; de uehiculo deponentes, ad eccleſiam quæ uocatur Cæſaris traxerunt, & ueſtibus exutam lapidibus peremerunt. Quã poſtea membratim dilacerantes, in loco qui dicitur Cinarus igne concremauerũt. Hæc res non mediocrem inuidiam Cyrillo & Alexandrinæ cõcitauit eccleſiæ. Alienę nanq; ſunt à Chriſtianis cædes & pugnæ. Hæc igitur acta ſunt quarto anno epiſcopatus Cyrilli, Conſulatu Honotij decimo, & Theodoſii ſexto, menſe Martio, ieiunijs exiſtentibus.

Hypatia

De hac uide Suidam

Chriſtiani Hypatiã occidũt

Cap. XIII

POſt modicũ uero tẽpus Iudæi rurſus illicite contra Chriſtianos agentes, puniti ſunt in loco qui dicitur Meſtar, poſito inter Chalcidẽ, & Ancyram Syriæ. Hic itaq; Iudæi conſueta quędã ludicra celebrantes, per ebrietatem accenſi, inter alia Chriſtianis ipſiq; Chriſto derogare cœperunt, illudentes cruci, & ſpem in eo qui eſt crucifixus habentibus. Comprehendentes enim infantulum Chriſtianũ, alligatum cruci ſuſpenderunt. Et primum quidem deludebant & irridebant eum: poſtea uero correpti uęſania, ipſum infantulum uerberibus peremerunt. Ob hoc ergo dira congreſsio inter eos atq; Chriſtianos exorta eſt. Quod cum princeps cognouiſſet prouinciarũ iudicibus mandatũ eſt, ut huiuſmodi quærerentur autores & punirẽtur. Et hoc modo dignam ultionem ſuæ malitiæ receperunt.

Iudæi in Chriſtianos

Cap. XIIII

Iudæus ſæpe baptizatus. Ieiunium ante baptiſmum. EA porrò tempeſtate Iudæus quidã ſeductor,ficto Chriſtianiſmo crebro baptizatur,& hac arte pecunias cõgregat. Cumq́ multis hæreſibus illuſiſſet Arianorũ atq́ Macedonianorum,poſtremo ad eccleſiã uenit orthodoxorũ.Cui cum tẽpus ieiuniorũ fuiſſet impoſitũ,multisq́ adhuc diebus occuparetur,cœpit feſtinare ut quaſi in feruenti ſtudio baptiſmatis dona perciperet.Præparabať baptiſma,& ueſtis conueniens baptizato.Cũq́ fons fuiſſet impletus,deducitur Iudæus ad baptizandum.Tum dei quædã inuiſibilis uirtus aquã diſparere præcepit. Cumq́ præſentes non cogitantes dei uirtutem,aquam per cuniculum proprium defluxiſſe ſuſpicarentur, diligenter undiq́ clauſum rurſus impleuerunt fontem.Denuo deducto Iudæo aqua diſparuit.Tum ſacerdos: Quid mali, inquit, feciſti ò homo? An certe neſciens baptiſmo iam potitus es? Ob hanc rem cum diuerſi concurrerent,quidam Iudæum agnouit,quem baptizatum ab Attico epiſcopo ipſe ſuſceperat,& hoc modo illius fraus uniuerſis apparuit. A

Cap. XV

Bararanes rex Perſarum. INterea defuncto Iſdeger de rege Perſarum, eius filius Bararanes ei ſucceſsit. Hic inſtigatus à Magis, crudelibus torquebat ſupplicijs Chriſtianos. Cumq́ Chriſtiani apud Perſas opprimerentur,cõfugiunt ad Romanos,eorum petentes auxilium.Quod Atticus epiſcopus libenter accipiens, eosq́ quantum erat poſsibile fouens, quæ geſta fuerant Theodoſio nunciauit imperatori.Eo quoque tempore etiam alia cauſa acciderat, quæ Romanos Perſis faciebat infeſtos: Quoniam Perſæ aurifoſſores quos à Romanis ad mercedem acceperant, reddere contemnebant: & quod onera negociatorum Romanorum uiolenter abſtuliſſent.Cum illa ergo ingratitudine, etiam Chriſtianorum ad Romanos confugientium eſt adiecta. Mox ergo Perſarum rex Legatos mittit, repetens fugientes. Porrò Romani nequaquam ad ſe confugientes reddere uoluerunt,non ſolum ſupplices liberare ſtudentes, ſed pro Chriſtianiſmo libenter omnia ſuſtinere.Quam obrem pugnare quàm perituros Chriſtianos tradere, potius elegerunt. Solutis igitur propter hoc pactis, bellum crudele commiſſum eſt.De quo abſurdum non eſt pauca narrare.Romanorum igitur imperator miſit exercitum,cui præfuit militiæ magiſter Ardaburus. Is enim Perſicam regionem per Armeniæ fines ingrediens, unam eius prouinciam Azamenſem ualde uaſtauit, cui cum plurimo exercitu Narſeus dux Parthorum regis occurrit.Factaq́ congreſsione deuictus eſt. Quo facto cogitauit Meſopotamiam Romanorum prouinciam ſine cuſtodia conſiſtentẽ inuadere, & hoc modo de Romanis ulciſci.Sed Romanorum ducem, Narſei cõſilium latere non potuit.Deprædatus enim Azazenam uelociter regionẽ,& ipſe in Meſopotamiã uenit.Et ideo Narſeus licet ingentem haberet exercitum,Romanorum terras introire non potuit,ſed ueniens ad Niſibin Perſarũ ciuitatem in confinio conſtitutam,Ardaburo mandauit ut diem & locũ ſtatueret præliorum B

Ardaburus

A liorum. At ille uenientibus: Nunciate, inquit, Narſeo, quod nō quando tu
uolueris, Romanorū pugnabunt imperatores. Verum imperator deo ſoli
ſpem cōmittens deſtinauit exercitum. Et quod fideliter deo ſupplicans, re/
pēte impetrauerit auxilium, hinc datur cognoſci. Cum enim Conſtantino/
poli pro euentu bellorū æſtuatio magna conſurgeret, angeli dei iter agenti/
bus per Bithyniam ad urbem Conſtantinopolim, ſe demonſtrauerunt, iu/
bentes ut confiderent & orarent, & deo crederent quod Romanos uictoria
ſequeretur, dicentes ſe mediatores belli miſſos à deo. Hoc auditum, non ſo/
lum ciuitatem, ſed etiam milites confortauit. Cumq́ ad Meſopotamiā bel/
lum fuiſſet de Armeniæ regiōe translatū, Romani Perſas Niſibi clauſos for
titer obſidebant, ligneas turres facientes aduerſus eos, easq́ contra muros
applicantes, & plurimos de muris contra ſe pugnantium perimentes. Por/
rò Barabanes Perſarum rex, audiens Azazenam regionem ab eis fuiſſe ua
ſtatam, & eos qui in Niſibi clauſi uidebantur obſeſſos, ſeipſum cum magno
exercitu præparauit ut occurreret. Miratusq́ Romanorum uirtutem, Sar/ *Sarraceni*
racenorum auxilia poſtulauit. Quorum tunc erat rex Alamundarus uir for *pro Perſis*
tis & præliator: qui cum multa milia Sarracenorum haberet, Perſarum regi
uictoriam promittebat, ſeq́ ei Antiochiam Syriæ traditurum: ſed non con
tigit quod putauit. Deus enim omnibus Sarracenis quendam enormem
B metum latenter iniecit, ita ut putarent ſibijpſis Romanos inſiſtere. Turba/
tiq́ nec habētes quo fugerent, in fluuium Euphraten ſeipſos armati proij/
ciebant, ubi pluſquam centum milia uirorum necata atq́ conſumpta ſunt.
Cum hæc ita eueniſſent, Niſibin obſidentes cum audirent Perſarum re/
gem plurimos elephantos adducere, perterriti cuncta quidem obſidionis
machinamenta concremauerunt, & ad propria loca reuerſi ſunt. Quæ uero
congreſsiones poſtea acciderint, & quomodo Ariobindas alter Romano/ *Ariobindas*
rum magiſter militum, fortiſsimum Perſarum monomachum interemerit:
Aut quomodo Ardaburus ſeptem fortiſsimos Perſarum duces inſidijs ca *Ardaburus*
ptos occiderit: uel quomodo Beatianus alter dux Romanorum reliquos *Beatianus*
Sarracenos extinxerit, prætereundum eſt, ne uidear multum à propoſita
relatione digreſſus. Quæ tūc igitur gerebantur, uelociter imperatori Theo/
doſio nunciata ſunt. Quomodo autem hæc cito cognouerit, indicare non pi
get. Inuenit quendam uirum animi corporisque habitu fortiſsimum no/
mine Palladium, qui tanta uelocitate ueredos agebat, ut tribus diebus per/ *Palladius*
ueniret ad terminos Romanorum atque Perſarum, & rurſus totidem re/ *curſor*
mearet ad Conſtantinopolim ciuitatem. Is uero etiam alios Romani impe
rij terminos uelociter tranſibat. De quo quidam eloquētiſsimus ſic ait: Iſte
uir cum ſit lata Romana reſpublica, eam paruam ſua uelocitate demon/
ſtrat. Quem etiam Perſarum rex ſæpius admiratus eſt. Romanorum igi/
tur Imperator licet uideret aperte ſibi collatam à deo uictoriam proueniſ/
ſe, ta

ſe,tamen pacem non diſsimulauit expetere, miſitq́ꝫ Helionem uirũ pruden- A tem et honoratũ,ut cum Perſis de pace loqueretur. Qui cum ueniſſet in Meſopotamiam,ubi erant foſſæ Romanorum,miſit pro pace petenda Legatũ quendam Maximum,uirum eloquentiſsimum,Ardaburi militiæ magiſtri conſiliariũ: qui pro pace ueniens ad Perſarum regem miſſum ſe non ab Imperatore, ſed à ducibus aſſerebat, dicens, quod hoc bellũ pro ſui contẽptu ne perueniſſet quidẽ ad principẽ. Cumq́ꝫ Perſa paratus eſſet ut Legati uerba ſuſciperet, quod fame ipſius laboraret exercitus, ueniens Numerus,qui apud ipſos immortalium appellatᷓ (eſt enim decem milium uirorum ualde fortiſsimorũ)nõ prius dixerunt pacẽ cum Romanis eſſe faciendã,q́ꝫ ipſi eos ſine cuſtodia conſtitutos inuaderẽt. Quibus uerbis perſuaſum eſt regi,ut à pace abſtineret. Tum Legatũ quidẽ clauſum ſeruari fecit, & miſit Numerũ Immortalium ut pugnaret cõtra Romanos. Qui uenientes in duas acies diuiſi,medios habuere Romanos. Porrò Romani unam Perſarũ uidentes aciem,contra eam ſe præparabãt,aliam non uidebant: quæ paulatim acceſſit ad pugnã. Quumq́ꝫ ergo iam congreſſio penè eſſet in opere,dei prouidentia ex quodam colle exercitus alter apparuit Romanorũ cum duce Procopio. Qui cum uideret ſocios in periculo,inſtabat à dorſo Perſarum. Tum in medio concluſi qui circumdederant primo Romanos, in momento ab eis extincti ſunt. Quo facto,Romani ad alios qui erant in ſubſidijs poſiti concur- B rerunt,eosq́ꝫ fortiter iaculati ſunt. Sic igitur qui immortales appellabantur, omnes mortales apparuerũt,pœnas exigente Chriſto de gente Perſarum, eo quod plurimos eius famulos occidiſſent. Porrò rex Perſarum infortunij ſui cauſam cognoſcens, ſimulabat ſe neſcire quod geſtum eſſet, Suſcepitq́ꝫ Legationem,dicens Legato Romanorum: Non bello cedens pacem amplector,ſed tibi præſtare uolens, quod omnium Romanorum te ſapiẽtiſsimũ eſſe cognoſcam. Et hoc modo bellum propter Chriſtianos exortũ de Parthorum regione ceſſauit. Contigit autem Conſulatu Honorij tertiodecimo & Theodoſii decimo.

Helion ab imperatore mittitur ad Perſas, tractaturus de pace

Numerus immortalium

Procopius dux

Romani uincunt Perſas

Numerus immortaliũ morti traditur

Cap. XVI

TVm uero Acacium Amidæ ciuitatis epiſcopum facinus optimũ reddidit clariorem. Cum enim Romani milites captiuos Perſarum de Azazena regione uaſtata, reddere regi Parthorũ nullo modo uellent,captiui fame conſumebantur, cum eſſent circa ſeptem milia: quod Perſarum regẽ nõ mediocriter contriſtabat. Tum igitur Acacius conuocans clericos ſibi ſubiectos: Viri,inquit,fratres,deus noſter nec diſcis nec calicib. opus habet: nam neq́ꝫ comedit,neq́ꝫ bibit. Et quia multa uaſa aurea & argentea,eccleſia noſtra ex oblatione Chriſtianorũ habet, cõuenit ex his liberari exercitũ captiuorum ,egentibusq́ꝫ cibos offerri. Hæc & his ſimilia cum dixiſſet, cõflauit uaſa,& militibus dedit preciũ captiuorũ. Quos cũ recreaſſet cibis,datis ſumptibus ad regẽ propriũ deſtinauit. Ad hoc mirabile opus Acacij Perſarũ

rex

A rex magis obſtupuit, quod & bello Romani, & beneficijs ſe uiciſſent. Aiunt enim, quod etiam deſiderium habuerit Perſarum rex ut uideret Acacium, ſed hoc Theodoſius prohibuerit imperator. Cap. XVII

OB uictoriam uero auxilio dei collatam, Romanorum plurimi pollentes eloquentia, conſcribebant laudes imperatoris. Cuius uxor Heroico metro poemata multa confecit. Erat enim eloquens filia Leontij Sophiſtæ Athenienſis, à patre omnibus lectionibus erudita. Quam cum imperator ducturus eſſet uxorem, Chriſtianam Atticus fecit epiſcopus, & in baptiſmate cum prius uocaretur Athenais, Eudociæ nomen impoſuit. Multi ergo (ſicuti dixi) uolentes innoteſcere, alij ſuam facundiam demonſtrare, præconia imperatoria conſcripſerunt. Ego uero nec innoteſcere cupiens, nec facundiam ſermonis oſtendere, cum ueritate imperatoris bona memorare ſtudebo, quod ſit damnoſum ſi taceantur. Primum itaq; regaliter natus atq; nutritus, nihil habuit tepidum, ſed adeo fuit ſapiens, ut inter confabulanteis experimentū omnium crederetur habere cauſarum. Perdurabat in frigore, ſimiliter & in æſtu. Plerunq; ieiunabat, & maxime quarta feria & ſexta ſtudio Chriſtianiſmi, nec aliud q̄ monaſterium Regalia uidebantur. Ipſe nanq; mane ad ſuas ſorores proficiſcens, diuinas dicebat laudes. Quamobrem etiā ſacras literas ſine codice recitabat. Loquentibus epiſco-

B pis uelut olim ſacerdos factus, ex diuina lectione reſpondebat. Congregabatq; ſacros codices, & quoſcunq; illorū interpretes ſeu expoſitores cōſcripſiſſe uidebantur, pluſquā Ptolemæus ſtuduerat Philadelphus. Patientia atq; clementia uniuerſis hominibus eminebat. Nam Iulianus imperator licet philoſophus diceretur, non tamen Antiochenſium tulit iniuriā, ſed maxima Theodoro tormenta indignatus impoſuit. Porrò Theodoſius multū gaudens ſyllogiſmis Ariſtotelis, philoſophiā exercebat operibus, iram, triſtitiam, libidinemq; deuincens, & in nullo ſe ulciſci deſiderans. Cum igitur à quodam familiariū interrogaretur, cur nullum ſe lædētium morti ſubijceret: Vtinam, inquit, eſſet mihi poſſibile ad uitam etiam mortuos reuocare. Quem cum alius pro ea cauſa interrogaret: Non eſt, inquit, magnū, neq; difficile hominē mori, quia neq; deo ſoli ſemel mortuum ex pœnitentia ſuſcitare. Adeo enim fuit clemens, ut ſi quando quiſpiā dignū aliquid morte committeret, ne uſq; ad ciuitatis quidē portas moriturus perueniret, ſed ex eius clementia continuo reuocatio ſequeretur. Cum quodam tempore ipſe in Amphitheatro Conſtantinopoleos ſpectaret, cœpit clamare populus: Crudeli beſtiæ artifex πραβόλος pugnet. At ille: neſcitis, inquit, quod cō ſueuimus nos ſpectare clementer? Tanta uero pietate præcelluit, ut omnes quidem deo conſecratos honoraret, præcipue tamen quos audiebat uenerãda actione pollere. Fertur autem, quod cum Conſtātinopoli epiſcopus Chebronenſis fuiſſet mortuus, ſagum eius ualde ſordidum quæſierit, eoq; circum-

Panegyrici in laudem Theodoſii iunioris

Athenais Eudocia

Theodoſius iunior

circũamictus ſit,credens ſe aliquid ex defuncti ſanctitate promereri. Cũ aliquando aeris tẽpeſtas eſſet,& ille Circũ propter populũ expectaret, pleno Circo tẽpeſtas uehemẽtius agebatur multo imbre diffuſo. Cumq; hoc fieret,ſuã uoluntatẽ imperator aperuit,fecitq; per præconẽ clamari,quod melius eſſet ſpectaculum cõtemnere, & oẽs rogare deum, ut illęſi ab imminẽte tempeſtate ſeruarẽtur. Quo dicto cuncti deo magno gaudio ſupplicantes, hymnos concorditer offerebant, & tota ciuitas uelut una pſallebat eccleſia. In medio aũt horum imperator exiſtens priuato cultu properabat. Nec ſpe ſua fruſtratus eſt. Repente nanq; aer ad ſerenitatem diuina clementia reuocatus, annũ præbuit frugibus uniuerſis uberrimum. Si quando bella mouerentur,ſecundum Dauid confugiebat ad deum,ſciens eum præliorum autorem,inimicos orationibus ſuperabat. A

Cap. XVIII

POſt modicum itaq; tempus Perſici belli defuncto imperatore Honorio, Conſulatu Aſclepiodoti & Mariani Auguſto menſe, quomodo Ioannẽ tyrannum deo ſe committens ſuperauit,enarrabo. Sicut enim tunc ſub Moyſe Hebræis cõtigit rubrum tranſire mare, talia etiam eius ducibus euenerunt,cum eos mitteret contra tyrannum. Defuncto ſiquidem (ſicuti diximus) Honorio principe,cognoſcens Theodoſius celauit factum,& alia dicẽdo diuerſorum ſuſpitionibus obuiauit. Inter hæc mittit magiſtrũ militum in Salonas ciuitatem Dalmatiarum,ut ſi qua bellorum commotio proueniret,circa partes Heſperias uicinus adiutor eſſet. Quo facto, mortẽ patrui patefecit. Inter hæc Ioannes primus imperialium Conſcriptorum,non ferens ſuam felicitatem imperium contendit arripere. Miſitq; Legatos ad imperatorem Theodoſium, petens ut eius ſuſciperet imperium. At ille Legatos quidem retruſit in carcerem, miſitq; magiſtrum militum Ardaburium qui multum laborauerat apud Perſas:hic Salonam ueniens, inde nauigauit Aquileiam. Contigitq; uentum aduerſum flare, ita ut in tyranni manus incideret. Quo capto ſperabat ad neceſsitatẽ peruenire Theodoſium, ut per hoc ipſum decerneret imperatorem,ſi uellet magiſtrũ militum liberare. Imperator tamen ut audiuit factum,æſtuabat ne quid mali Ardaburius ſuſtineret. Aſpar uero Ardaburij filius cognoſcens patrem à tyranno teneri, & multa milia Barbarorum in præſidio tyranni conſiſtere, quidnam faceret,ignorabat. Qui tunc imperatoris oratione pręualuit. Angelus enim dei ſub figura paſtoris deducebat Aſparem,& omnes qui cum eo erant: ac per paludem adiacentem Rauennæ, ad loca ſperata peruenerunt (in ea nanq; ciuitate tyrannus degens habebat exercitum) unde nullus aliquãdo tranſiſſe fertur. Tum ergo deus inadibilem terram fecit adibilem. Trãſcuntes nanq; per ſiccam paludis aquam,apertaſq; inuenientes ciuitatis portas, tyrannum quoq; detinuerunt. Tum ergo pijſsimus imperator reuerẽtiam quam circa diuinitatem habebat,oſtendit. Cum enim Circum expectaret, B

Ioãnes ex ſcriba tyrannus

Rauenna

nunciatum

A nunciatum eſt ei, tyrannum fuiſſe peremptum. Quamobrem ſermonem fecit ad populum, dicens: Venite ſi placet relinquentes hoc propoſitum, & proficiſcentes ad eccleſiam, gratificos deo ſoluamus hymnos, cuius manus tyranni præſumptionibus obuiauit. Quo dicto, ſpectaculo ceſſante, per medium circũ cuncti cum eo cõcorditer gratias agentes, ad eccleſiam conuenerunt, ita ut tota ciuitas una uideretur eccleſia. Venienteſq; ad locum orationis, iugi die gratias domino retulerunt.

ELENCHVS CAPITVM LIBRI

DVODECIMI HISTORIÆ ECCLESIAST. quam Tripartitam uocant.

De ortu Valentiniani principis filij Placidiæ. Cap. 1
De egregijs factis Attici Conſtantinopolitani pontificis. Cap. 2
De ordinatione Siſinnij, & moribus ipſius: & quod Proclus ordinatus Cyzici non ſit ſuſceptus. Cap. 3
B De ordinatione Neſtorij, & quæ ſub eo in eccleſiis mala acciderint. Cap. 4
De Epheſino concilio contra Neſtorium. Cap. 5
Quomodo Ioannes Antiochenus Cyrillum damnauerit. Cap. 6
De ordinatione Maximiani Conſtantinopoli. Cap. 7
Quod epiſcopi ex alijs ad alias eccleſias ſint mutati. Cap. 8
Quomodo apud Cretam quodam Iudæo dicente ſe eſſe Moſen, plurimi Iudæorum deceptione ſint mortui, & reliqui facti ſint Chriſtiani. Cap. 9
De magno incendio Conſtantinopoli facto, & morte Maximiani, atq; inſtitutione Procli. Cap. 10
De conuerſatione & moribus Procli. Cap. 11
De uictoria Barbarorum. Cap. 12
Quomodo filia Theodoſii Valentiniano ſit iuncta. Cap. 13
Quõ corpus Ioannis epiſcopi ſit Conſtantinopolim reuocatum. Cap. 14
Quomodo Eudoxia uxor imperatoris Hieroſolymam ſit profecta. Cap. 15
Quod Proclus Thalaſſium Senatorem autoritate ſua Cæſareæ Cappadociæ fecerit epiſcopum. Cap. 16

HISTORIAE ECCLESIASTICAE A

QVAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBER DVODECIMVS.

CAPVT I

OCCISO tyranno cogitabat Theodoſius imperator,cui nam deberet Heſperiarum regna cõmittere. Tũ Valen tinianus erat ualde puer,natus ex matre Placidia, eius quidem amita,filia uero maioris Theodoſii, Arcadij & Honorij ſorore,de patre Conſtantio,qui ab Honorio imperij iura ſuſceperat:paruoq́ tẽpore cũ eo regnaue rat. Hũc ergo Valentinianũ conſobrinũ ſuum Cæſarem factũ,mittit ad par tes Italiæ,cum quo matrẽ pariter Placidiã,eiq́ uniuerſam diſpoſitionẽ com miſit imperij. Cũq́ uoluiſſet ipſe quoq́ in Italiã proficiſci, ut cõſobrinũ ad imperij culmen eueheret,ut ſui uigore tyrannorũ remoueret audaciam: ue niẽs uſq́ ad Theſſalonicam,languore prohibitus eſt. Quamobrẽ coronam imperialem poſtea conſobrino per Patricium Stiliconem mittens, Cõſtan tinopolim redijt. Hæc de talibus retuliſſe ſufficiat.

Valent. Cæſ.

Cap. II

Atticus Chryſoſto miani

ATticus porrò epiſcopus cauſas eccleſiæ ſapientia mirabiliter diſpone bat,doctriniſq́ populum ad uirtutis ſtudium prouocabat. Cumq́ uideret diuiſam eccleſiam,cum Ioannitæ ſeorſum apud ſeipſos ſacra ſolen nia celebrarent,iuſſit ut in orationibus memoria Ioannis haberetur,ſicut a liorum dormiẽtium epiſcoporum fieri conſueuit:per hoc ſperans plurimos ad eccleſiam reuocari. Adeo autẽ largus erat,ut non ſolum pauperibus ſua rum parœciarum,ſed etiam in uicinas ciuitates multas pecunias pro egen tium ſubſidio tranſmitteret. Calliopio nanq́ presbytero eccleſiæ Nicænæ trecentos aureos mittens hæc ſcripſit. B

CALLIOPIO ATTICVS IN DOMINO S.

Cognoui decem milia eſurientium in ciuitate,à pijs exhibenda egere mi ſericordia. Decem milia uero cum dico,multitudinem intelligo, non perfe ctum numerum cõprehendo. Quia igitur ego quidem habeo perceptum numerum datum ab eo qui manum habet munificam,& præbet congruis diſpenſationibus,& contigit aliquos indigere non habentes, nec acquirere ſcientes,ſuſcipiens ò chariſsimum mihi caput hos trecentos ſolidos expen de ſicuti uolueris:& maxime illis quos petere pudet,& non eis qui propter uitæ uentrem magis negociantur ex talibus. Noli igitur uel religionem in hac parte conſiderare,ſed unam tantummodo rem obſerua, ut nutrias in digentes.nec cogites ſi quæ noſtra ſunt,ſapere non uidentur. Sic igitur Atti cus etiam procul indigentium habebat curam. Sed & ſuperſtitionem quo

rundam

A rundam ſtudebat abſcindere. Audiẽs etenim Nouatianos Iudaicũ Paſcha ſequentes propter Sabbatiũ fuiſſe diuiſos, eiuſq; corpus ab inſula Rhodi ubi mortuus fuerat translatum, & plurimos ad tumulum eius orare, noctu mittens in aliud ſepulchrum corpus Sabbatij iuſsit abſcondi. At illi conſuete uenientes, effoſſumq; reperientes tumulum, deinceps eum locum colere quieuerunt. Erat uero circa nomina locorum ſtudioſus. Nam cum quidam portus in ore ponti Euxini conſtitutus, ex antiquo φαρμακὸς appellaretur, id eſt, uenenarius, mutato nomine eum locum Seriatorium nominauit, ne dum ibi Collectæ prædicarentur, nomine blaſphemo locus ipſe deſignaretur. Sed & alium locum ἀργυρόπολιν pro huiuſmodi cauſa nominauit. Χρυσόπολις item in capite Boſphori conſtituta eſt. Huius multi antiquorum faciunt mentionem. De qua ciuitate Xenophon in primo libro Helladicorum dicit, quod eam muro cinxerit Alcibiades, & in ea conſtitueri, ut qui nauigarent de Ponto decimas ibi præberẽt. Videns ergo Atticus locum in contraria ripa χρυσοπόλεως poſitum delectabilem & decorum, ait: ἀργυρόπολις nominetur: qui locus eius repente cognomen obtinuit. Igitur quibuſdam dicentibus ei, non debere Nouatianos intra ciuitatem miſſas facere: Neſcitis, inquit, quantum nobiſcum in perſecutione Conſtantij atq; Valentis fuerint paſsi, qui etiam teſtes ſunt noſtræ fidei. Nam

φαρμακός — *ἑλληνικά* — *Xenophontis Chryſopolis* — *Argyropolis* — *Nouatiani minime mali*

B cum pridem eccleſia fuiſſet diuiſa, iſti circa fidem nihil innouauerũt. Pro epiſcopi ordinatione aliquando ueniens in Nicæam, Aſclepiadem Nouatianorum uidit epiſcopũ ualde ſenem, interrogauitq; quot in epiſcopatu annos haberet. Quo reſpondente: Quinquaginta: Felix, inquit, homo es, tãto tempore boni operis curã habens. Super hæc ait: Ego quidẽ Nouatum laudo, Nouatianos non approbo. Tum Aſclepiades: Quomodo hoc dicis epiſcope? Verum Atticus: Illum, inquit, laudo, quoniã his qui ſacrificauerant, communicare noluit, hoc etiam ego ipſe feciſſem. Nouatianos autem nõ laudo, quod pro leuibus uitijs laicos à gratia communionis excludunt. Aſclepiades dixit: Extra ſacrificandi peccatum etiam alia plurima ſunt delicta ſecundum ſcripturas quæ ducunt ad mortem: propter quæ uos quidem clericos, nos autem communicare etiam laicos prohibemus, deo ſoli eorum remiſsionis iudicium cõmittentes. Atticus uero etiam ſuam præſciuit mortem. Nam cum à Nicæa diſcederet, Calliopio presbytero dixit: Ante autumnũ Conſtantinopolim uenite feſtina, ſi uiuum me denuo uidere deſideras. Si tarda ueris, non uidebis. Quo dicto mentitus non eſt. Anno nanq; uiceſimo primo ſui epiſcopatus, decimo die menſis Octobris eſt mortuus, Conſulatu Theodoſii decimo, & Valentiniani Cæſ. primo.

Nouatũ laudo Nouatianos non approbo

Cap. III

POtrò Theodoſius imperator à Theſſalonica reuertens, eius exequias non inuenit. Ante unum nanq; diem quàm ingrederetur, ille ſepultus eſt. Poſt paucos uero dies, id eſt, uiginti tres, menſis Octobris nunciatum

eſt, quod Valentinianus inſulas ſuſcepiſſet imperij, Poſt obitum igitur At/ A
tici fit maxima de epiſcopi ordinatione contentio, alijs aliũ poſtulantibus:
quidam Philippũ presbyterum quærebant, alij Proclum item presbyterũ.
Sed omnis populus cõmuniter deſiderabat ordinari Siſinnium, qui & ipſe
presbyter quidem erat. In nulla tamen ciuitate ordinatus, ſed in ſuburbano
Oliua Conſtantinopoleos, cui nomen Oliua eſt, miniſtrabat: hoc ſuburbanũ eſt
poſitum contra faciem ciuitatis, ubi dies aſcenſionis Saluatoris ſolenniter ce
lebrabatur. Hunc ergo uirũ omnes laici diligebãt propter ipſius reuerentiã,
& maxime quia fouebat pauperes ultra ſui menſuram. Præualuit ergo uo/
Siſinnius Conſtantinop. epi. tum laicorũ, & Siſinnius ordinatus eſt uiceſimooctauo die Februarij men/
ſis, Conſulatu ſequenti Theodoſii duodecimo, & Valeriniani iunioris ſecun
Philippi conſtantinopolitani Hiſtoriæ Chriſtianæ li. xxxvi. do. Philippus autem presbyter, cui prælatus fuerat Siſinnius, in hiſtoria
Chriſtiana, quã trigintaſex libris ipſe cõſcripſit, ordinationẽ Siſinnij ualde
lacerauit, derogans ordinato & pariter ordinantibus, & maxime laicis. Is e/
nim Philippus à Ioanne epiſcopo diaconus ordinatus, multa quoq; con/
ſcripſit contra Iulianum imperatorem: cuius tamen hiſtoria mihi multam
uidetur habere confuſionem, & non ſatis prodeſſe legentibus. Siſinnio igi/
tur ordinato, contigit, epiſcopum obire Cyzicenum. Tunc Siſinnius, Pro/
Proclus clum in Cyzico conſecrauit, qui antequam proficiſceretur Cyzicum, ciues
Dalmatius monachus præcedentes, Dalmatium monachum epiſcopum ſibimet ordinarunt, par B
uipendentes regulam qua iubetur, præter Conſtantinopolitanum Pont. or
dinationem fieri non debere. Quod ideo Cyziceni neglexerunt, quod At/
tico ſoli hæc lex perſonaliter pręſtita uidebatur. Manſit ergo Proclus non
habens eccleſiam propriam, qui tamen in doctrina eccleſiarum Conſtanti/
nopoleos ualde florebat. Igitur Siſinnius cum duos in epiſcopatu comple/
uiſſet annos, defunctus eſt Cõſulatu Hierij & Ardaburij uiceſimoquarto
die Decembris menſis, uir celeberrimus caſtitate & rectitudine uitæ ſuæ,
manſuetus moribus ſine ullo figmento, remotus à cauſis. Quamobrem cu/
rioſis uiris, triſtis & inefficax uidebatur. Cap. IIII

DEfuncto Siſinnio, imperatoribus uiſum eſt nullum ex eccleſia Cõſtan
tinopolitana ordinare pontificem, eo quod eſſent uanæ gloriæ & ſibi/
met arrogantes: cum utiq; multi Philippum, plurimi Proclum habere deſi/
derarent. Interea ab Antiochia uiſum eſt aduenam euocari debere. Erat e/
Neſtorius ex Antiochia ad epiſcopatum Conſtantinopolitanum uocatus. nim ibi quidam Neſtorius nomine, genere Germanicienſis, bonæ uocis &
ſimul eloquentiæ. Ideoq; eum uelut idoneum ad docendum euocauerunt.
Cumq; tranſiſſent tres menſes, uenit Neſtorius Antiochia, qui caſtitate in
ter plurimos præcipuus habebatur. Quibus autem fuerit moribus inſtitu/
tus, ſapientes à primo eius ſermone non latuit. Ordinatus enim decimo
die menſis Aprilis Conſulatu Felicis & Tauri, mox illam uulgatam coram
omni populo protulit uocem, faciens ſermonem ad principem: Da mihi,
inquit

A inquit,ò Imperator,terrã purgatã hæreticis,& ego cœlum tribuã. Debella mecũ hæreticos,& ego tecũ debellabo Perſas. Hæc cũ dixiſſet,licet quidam odio haberẽt hæreticos,tamen leuitas ſenſus eius,& indignationis initium, uanæ gloriæ tumor,eius ualde diſplicuit, quod ne modicum quidem tem/pus expectans,ad talia uerba deſcendiſſet,& ſecundum Prouerbium ut di/cam,cum necdum ciuitatis guſtaſſet aquam, perſecutor feruentiſsimus ap/pareret. Quinto uero ordinationis die Oratorium Arianorũ,in quo laten/ter conueniebant, auferre uolens,eos ad tantum furorem perduxit,ut idem Oratorium concremarent. Quæ cauſa etiam uicinas conſumpſit ædes tur/baq; uehemens in ciuitate accidit. Verum Ariani ſeipſos defendere para/bant:ſed eorum conſilium cuſtos ciuitatis dominus impediuit. Poſtea au/tem ipſum Neſtorium uocabant incendiarium, non ſolum hæretici, ſed e/tiam qui eius fidei concordabant. Non enim ſilere poterat,ſed ſemper con/tra hæreſes machinatus quantũ ad ſe,ſubuertit funditus ciuitatem. Noua/tianos autem depopulari tentabat,eo quod Paulus eorum epiſcopus prędi tus eſſe reuerentia diceretur. ſed proceres eius impetum refrenarũt. Quanta uero circa Aſiam,Lydiam, Cariam, contra Quartodecimanos mala com/miſerit, & quot propter eum circa Miletum & Sardis facta ſeditione ſint mortui,nunc omitto. Quam uero propter hæc & propter infrenatam lin/

B guam receperit ultionem,poſt pauca narrabo. Nunc uero res memorabilis indicanda eſt. Quædam inſula ultra Rhenum fluuium eſt Burgundio/num. Iſti uitam quietam agunt,& penè omnes fabri lignorum ſunt,ex qua mercede paſcuntur:quorum regionẽ Huni crebra inuaſione uaſtabant, & plurimos occidebant. At illi licet anxietate cõſtricti,ad nullum ſe tamen ho/minẽ contulerunt,ſed alicui deo ſe committere cogitabant. Tum audientes quod Romanorum deus fortiter adiuuat ſe timentes,omnes cõmuni conſi/lio ad credulitatem Chriſti confugiunt. Venientesq; in unam ciuitatẽ Gal/liarum,rogabant ut ab epiſcopo Chriſtianorum baptiſma mererentur. At ille eos ſeptem diebus faciens ieiunare,& imbuens fide, baptizatos octauo die abire præcepit. Qui ſumpta fiducia contra tyrannos alacriter feſtina/bant,& ſpe ſua fruſtrati non ſunt. Nam cum rex Hunorum nomine Supta rus,per noctem fuiſſet ciborum nimia uoracitate corruptus, Burgundiones gentem inimicam ſine duce reperientes,& pauci plurimis reſiſtentes, facta congreſsione uicerunt. Nam cum eſſent iſtorũ tria milia,circa decem milia peremerunt,& ex illo tota gens feruentiſsime in Chriſtianiſmo permanſit. Eo tempore Barbas Arianorũ epiſcopus eſt defunctus,Conſulatu Theo/doſii tertiodecimo, & Valentiniani tertio,uiceſimo quarto die Iunij menſis, in cuius locũ Sabbatius ordinatur. Neſtorius itaq; agens præter conſuetu/dinem eccleſiæ,contra ſe plurimos incitabat, ſicut eius facta oſtendunt. In Germenſi etenim Helleſponti ciuitate Antonius erat epiſcopus,qui cogno.

Neſtorij arro/gantia

Prouerbium

Neſtorius, in/cendiarius

Burgundi

Huni

Ieiunium ante baptiſmum

Barbæ mors

Sabbatius

Antonius Germenſis epiſcopus cõtra Macedonianos ſcens inſtantiã Neſtorij aduerſus hæreticos, Macedonianos & ipſe perſe- A qui feſtinabat, quaſi patriarchæ imitatus imaginem. Porrò Macedoniani aliquantulum ſunt perpeſsi. Cumq; Antonius uehementer inſiſteret, iam moleſtiam non ferẽtes, ad ſcelus ſe duriſsimũ contulerunt. Mittẽtes etenim quoſdã uiros, & quod rectũ eſt, ſecundo loco ponẽtes, interemerũt eũ. Hoc factũ Macedonianorũ, Neſtorio maioris perſecutionis dedit occaſionem. *Macedonianis eccleſiæ ademptæ* Perſuaſit enim imperatoribus, ut eorum eccleſiæ tollerentur. Quamobrem Conſtantinopoli eis eccleſia ablata eſt, ante murũ ueterem poſita ciuitatis, & Cyzici, & aliæ plurimæ quas habebant in Helleſponto: quorũ aliqui ad eccleſiã confugerunt, in Conſubſtantialitatis fide cõſentientes. Sed, ſicut ait ſcriptura, Ebrioſis uinũ non deeſt, neq; cõtentioſo lites. ſic quoq; Neſtorio amanti perſecutiones, euenit ut perſequeretur ſemper eccleſiã dei. Erat cum *Anaſtaſius presbyter* eo Anaſtaſius presbyter ab Antiochia pariter deſtinatus, quẽ nimis honorabat, & ueluti conſiliariũ habebat in cauſis. Aliquando igitur corã eccleſia Anaſtaſius docens, ait: Dei genitricem Mariam nullus appellet. Maria enim homo fuit, & deum ab homine generari prorſus impoſſibile eſt. Hoc cum auditum fuiſſet, plurimos clericorum & laicorum pariter conturbabat. Olim nanq; didicerant deũ fateri Chriſtum, & nullatenus eum per diſpenſationem uelut hominem à diuinitate ſeparari, credentes apoſtolicæ uoci, quæ dicit: Et ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc nequaquam cognoſcimus. Quapropter relinquentes de Chriſto ſermonem, ad B perfectionem procedamus. Tumultu ſiquidem (ſicut dixi) in eccleſia facto, Neſtorius Anaſtaſii ſermonẽ firmare uolens, & non redarguere uelut blaſphemum, qui uidebatur ab eo honorari, frequenter ex hoc coram eccleſia docuit. Et cum maiori contentione quæſtionem hanc agitabat, ſermonem dei genitricis reijciens. Vnde diuiſio nata eſt in eccleſia, & uelut in nocturno bello diuerſi, nunc his, nunc alijs cõſentiebant, & uerba propria denegabant. Neſtorius autem apud multos in ea erat opinione, quod purum hominem diceret Chriſtũ, & tanquã Pauli Samoſateni atq; Photini dogma in eccleſias introduceret. Sed de his maxima quęſtio mota eſt, & tumultus, ita ut uniuerſalis ſynodus ageretur. Ego uero legens Neſtorij libros, quæ intellexiſſe comperi hunc uirum, & cum ueritate conſpexi, neque pro eius *Neſtorij ſententia* inimicitijs, neq; pro gratia alterius explanabo. Nõ mihi uidetur Neſtorius neq; Samoſatenum ſecutus Paulum, neq; Photinũ, neq; omnino purũ hominem dixiſſe Chriſtũ, ſed ſermonẽ tantummodo quaſi metuendum expauiſſe: Et hoc paſſum, quod decenter nõ eſſet eruditus. Qui dum naturali- *Antiqui interpretes* ter eloquens fuiſſet, ſe putabat doctũ, & libris Antiquorũ interpretum dedignabatur incũbere, omnibusq; ſe meliorem putabat eſſe, ignorans quod in catholica Ioãnis epiſtola in antiquis exemplaribus habeatur: Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, à deo non eſt. Hũc enim ſenſum ex ueteribus exem-

plaribus

A plaribus abſtulerunt, qui ſeparare uolunt ab hominis diſpenſatione diui-
nitatem. Quapropter ueteres interpretes hoc ipſum deſignauerunt, quod
aliqui adulterarint hanc epiſtolam, ſoluere hominem à deo uolentes. Eſt
enim humanitas copulata diuinitati, & iam non ſunt duo, ſed unum. Hac
ratione confidentes antiqui, Mariam Dei non timuerunt dicere genitri-
cem. Euſebius Pamphili enim tertio libro De uita Conſtantini, dixit: Ete- Euſebij Pāphi
nim & generationem ſuſtinere, qui nobiſcum eſt deus propter nos uoluit: li in De uita
& locus eius in carne generationis nominatus eſt apud Hebræos Bethle- Conſtantini
em. Quamobrem & Helena Auguſta Deo amabilis, locum amplum ubi
dei genitrix peperit, memorijs mirabilibus adornauit, hanc ſacratiſsimam
ſpeluncam decenter illuſtrans. Sed & Origenes in primo Tomo de Epiſto
la Pauli ad Romanos, ait: Quomodo dei genitrix dicatur, latius animad-
uerte. Apparet igitur Neſtorium ignoraſſe lectiones antiquorum. Qua-
propter (ſicut dixi) in ſermone ſolo moratus eſt, & non ſolum cum ſermo-
nem ex animo dedit, ſed etiam omnino deum eſſe qui natus eſt denegauit.
Nos enim fatemur qui de ſancta uirgine natus eſt, crucifixus eſt, domi-
nus eſt gloriæ, ſicut dixit Apoſtolus: Si enim cognouiſſent, nūquam domi-
num gloriæ crucifixiſſent. Porrò Neſtorius dicit: Noli gloriari Iudæe, non
crucifixiſti deum: tanquam ipſe dominus gloriæ idem non ſit deus. Nam
B quod purum non dicat hominem Chriſtum, ſicut Photinus, aut Paulus
Samoſatenus, etiam homiliæ quas fecit oſtendunt. Nuſquam enim dei uer
bi ſubſiſtentiam perimit, ſed ubiq; id ſubſiſtere cōfitetur, & habere ſubſtan
tiam, non ſicut Photinus & Samoſatenus eius exiſtentiam perimētes. Hoc
enim & Manichæi à Mōtano dogmatizare audent. Sic igitur Neſtorium
inuenio ſapuiſſe ex eius libris. Non ergo mediocrem concuſsionem orbi ter
rarum tepidiſsima Neſtorij ratiocinatio concitauit. Interea contigit ſcelus
quoddā in eccleſia prouenire. Serui quidam potentiū genere Barbari, domi Serui confu
num crudelem experti, ad eccleſiā confugerunt, & portātes gladios ingreſsi giunt ad tem-
ſunt ad altare. Cumq; rogarentur, exire nullo modo uoluerunt, ſed impe- plum
diebant ſolennia celebrari, plurimis diebus gladios tenentes euaginatos, &
parati ſe uindicare: & omnibus ad eos accedentibus inſiſtebāt. Qui poſtre-
mo unum clericum perimentes, & alium uulnerantes, etiam ſeipſos intere-
merunt. Quo facto quidam tranſeuntium hoc ſcelus nihil boni eccleſiæ ſi-
gnificare prædixit: nec ueritate fruſtratus eſt. Significabat enim populi di-
uiſionem, & deiectionem eius, qui fuerat cauſa diuiſionis.

Cap. V

NOn multo poſt tempore, iuſsio principalis epiſcopos undiq; Ephe-
ſum uenire præcepit. Mox ergo Poſt paſchalem feſtiuitatem, Neſto- Concilium
rius cum maxima multitudine uenit Epheſum, inuenitq; plurimos epiſco- Ephefinum
porum ibi fuiſſe collectos. Porrò Cyrillus Alexandrinus modicum cun-
ctatus, circa Pentecoſten occurrit. Quinto uero die poſt Pentecoſten, Iu-

uenalis etiam Hieroſolymorum uenit. Porrò Ioanne Antiocheno cunctan- A
te, mouebant præſentes epiſcopi quæſtionem, Cyrillus autem Alexandri-
nus epiſcopus, deflorationes quaſdam librorum Neſtorij faciebat, cum tur
bare uolens. Etenim erat inimicus eius. Et cum plurimi deum confiteantur
eſſe Ieſum, ego, inquit Neſtorius, bimeſtrem & trimeſtrem nequaquã con-
fiteor deum. Quapropter mundus ſum à ſanguine ueſtro, & poſthac ad
uos non ueniam. Cum hæc dixiſſet, cum reliquis congregabatur epiſcopis,
qui ipſius ſententiam ſequebantur: præſentes ergo in duos ordines ſunt di-
uiſi. Porrò Cyrillus cum ſuis facto concilio Neſtoriũ uocauerũt. At ille non
obediuit, differens in præſentiã Ioannis Antiocheni. Qui uero circa Cyril-
lum erant, homilias Neſtorij quas de hac quæſtione protulerat ſæpius rele
gentes, & ex ipſis iudicantes, eum uelut blaſphemantem dei filiũ, damnaue-
Neſtorius damnatur runt. Hoc facto, qui circa Neſtoriũ erant, aliud apud ſe concilium facientes
damnauere Cyrillum, & cum eo Memnonẽ Epheſinæ ciuitatis epiſcopũ.
Nõ uero multo poſt uenit etiam Ioãnes Antiochenus epiſcopus, & cogno-
ſcens quæ geſta eſſent, indignabatur cõtra Cyrillũ tanq̃ ſeditionis autorẽ,
eo quod adeo feruenter Neſtorij feciſſet damnationem. Porrò Cyrillus
cum Iuuenale uolens ſe ulciſci contra Ioannem, damnauit etiam ipſum. His
tali mixtione confuſis, cognoſcens Neſtorius contentionem ad quandam
perniciem perueniſſe, dei genitricem Mariam uocabat, dicens: Dicatur, in- B
quit, etiam dei genitrix Maria, & ea quæ afferunt diſsidium conquieſcant.
Sed nullus eum ex pœnitẽtia talia dicentem, ſuſcepit. Quapropter hacte-
Oaſis eremus nus damnatus & in exilium miſſus Oaſin habitare dinoſcitur. Hunc ergo
terminum ſynodus habuit: quæ geſta ſunt Conſulatu Baſsi & Antiochi,
xxxviij. die Iunij menſis. Cap. VI

Io. Antiochenus dãnat Cyrillum Alexandrinum. PORRÒ Ioannes ueniens Antiochiam, & plurimos epiſcoporũ colligens,
damnauit Cyrillum cum iam eſſet in Alexandria. Paulo poſt uero ini-
micitias reſoluentes, in gratiam redierunt, & ſedes alterutris reddiderunt.
Poſt damnationem uero Neſtorij, dura Conſtantinopoli turba contra
eccleſiam facta eſt. Diuiſus eſt nanque populus propter tepidum eius, ſi-
Anathema cut dixi, tractatum. Clerici tamen omnes communi decreto eum anathe-
matizauerunt. Sic enim nos Chriſtiani contra blaſphemos prolatum ſole-
mus appellare decretum, quando id ueluti in marmore ſcriptũ manifeſtum
cunctis oſtendimus. Cap. VII

HIs ita prouenientibus de electione epiſcopi quæſtio rurſus exorta eſt,
& multi Philippũ (cuius iam feci mentionem) plurimi Proclum elige
Proclus bant. Potuitq́ Proclus tenere pontificatum, niſi quidam procerum prohi-
buiſſent, dicentes, regulam eccleſiaſticam non permittere eum qui alterius
ciuitatis epiſcopus nominatus eſt, ad alteram migrare ciuitatem: quod di-
ctum populum reuocauit. Cumq́ quatuor tranſiſſent menſes, poſt Neſto-
rij

A rij damnationẽ Maximianus ordinatur epiſcopus, in monachica quidem uita, presbyterorum tamen collegio conſtitutus. Is enim opinionẽ reuerendi uiri olim habuerat, eo quod proprijs ſumptibus monumenta fabricaret, ut in eis religioſorũ corpora ſepeliret. Erat enim idiota ſermone, & ſub quiete uiuere potius eligebat. Maximianus Cõſtantinop.

Cap. VIII

QVia uero quidam dicebant eccleſiaſticam regulam prohibere, ne Proclus Conſtantinopolitanam teneret eccleſiam, cum Cyzici fuiſſet ordinatus, uolo pro hac re pauca narrare. Non enim mihi hoc uere dixiſſe uidentur, ſed aut inuidia faciente, aut ignorantes eccleſiaſticam ſanctionem prohibuerunt, quæ frequenter in eccleſiis utiliter facta noſcuntur. Euſebius itaq; Pamphili in ſexto eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro, Alexandrum unius Cappadociæ ciuitatis epiſcopum refert, cum ueniſſet cauſa orationis Hieroſolymam, detentum fuiſſe ab eius ciuibus, & in locũ Narciſsi epiſcopi conſtitutum, & deinceps omni uita ſua ipſi eccleſiæ præſediſſe. Sic igitur apud ueteres ſine ulla differentia, de ciuitate ad aliam migrabat epiſcopus, cum utilitas euocaret. Oportet autem etiam regulam huic operi copulari, ut oſtendatur mentitos eſſe, qui Proclum inthronizare prohibuerunt.

Regula XVIII

Si quis epiſcopus ordinatus ad parœciã, in qua ordinatus eſt, minime proficiſcitur, non ſua culpa, ſed ſiue populo reſpuente, aut propter quamlibet B aliam cauſam non neceſsitate factam, hunc honore miniſterioq; participari tantum, nec eum miſceri rebus, in qua collectas celebrat eccleſiæ, ſed ſuſtinere quod prouinciæ ſynodus ſuo iudicio definierit. Hæc itaq; regula eſt. Quod uero plurimi epiſcoporum ex alijs ciuitatibus ad alias propter utilitates temporum migrarint, nomina eorum qui ſunt mutati ſubdidimus.

Perigenes in Patris ordinatur epiſcopus: & quoniam ciues eius eum ſuſcipere noluerunt, Romanæ ciuitatis epiſcopus iuſsit eum inthronizari in Corintho metropoli, defuncto eius epiſcopo, eiq; donec uixit, eccleſiæ pręfuit. Gregorius Nazianzenus prius unius Cappadociæ ciuitatis fuit epiſcopus, deinde in Nazianzo conſtitutus eſt. Melitius prius Sebaſtenæ eccleſię præfuit, & poſtea Antiochiæ præſul eſt conſtitutus. Doſitheum Seleuciæ epiſcopum, Alexander Antiochenus epiſcopus, in Tarſum Ciliciæ tranſtulit. Reuerentius ab Arcis Phœniciæ, in Tyrum translatus eſt. Ioãnes de Gordo Lydiæ mutatus eſt in Proconeſum, & in ea præſidet eccleſia. Palladius ab Helenopoli mutatur in Aſponam. Alexander ab Helenopoli in Adrianos mutatus eſt. Theoſebius ab Apamia Aſiæ transfertur in Eudoxiopolim, quæ prius Salambria uocabatur. Polycarpus de urbe Antapriſtena Myſiæ, in Nicopolim Thraciæ mutatus eſt. Herophilus de Trapezapoli Phrygiæ, translatus eſt in Plotinopolim Thraciæ. Optimus ab Argadamia Prygiæ, in Antiochiam Piſidiæ transfertur, Syluanus à Philippopoli Thraciæ mutatur in Troada. Tot igitur quod ad præſens inuenimus ex Hermopolis Acamantium

proprijs

proprijs ciuitatibus ad alias migraſſe, nos memoraſſe ſufficiat. De Syluano tamen, qui ex Philippopoli Thraciæ in Troada migrauit, utile iudico pauca narrare. Syluanus quidem Rhetor fuit prius Troili Sophiſtæ, & ad perfectum Chriſtianus, uitamcꝫ monachicam diligens. Is enim doctoris pallio uti deſpexit: quem poſt hæc Atticus epiſcopus comprehendens, epiſcopum Philippopoleos ordinauit. At ille tribus annis in Thracia degens, nec frigora ferre ualens, cum haberet corpus ualde debile atcꝫ ſubtile, rogauit Atticum, ut eum in loco alio conſtitueret, dicens, non ob aliam cauſam niſi propter frigus ea ſe loca uitare. Cumque alius pro eo fuiſſet ordinatus, A

Syluanus manſit Syluanus Conſtantinopoli, uitam monachicam perfecte cuſtodiens. Adeocꝫ ſine ulla fuit arrogantia, ut plerunque in tanta multitudine ciuitatis cum ſoleis de ſparto procederet. Cum uero aliquantum temporis præteriſſet, Troianæ præſul eccleſiæ moritur: Troianicꝫ uenerunt, petentes epiſcopum. Cumcꝫ cogitaret Atticus quem ordinare deberet, ſubitò contigit ad ipſum ſalutandum uenire Syluanum. At ille uidens eum, mox cogitare ceſſauit. Tum ad Syluanum: Non habes, inquit, ulterius occaſionem, pro qua eccleſiaſticas curas poſsis effugere. Troia nanque non habet frigus, ſed ecce apparatus eſt tuo corpori opportunus à deo locus, Præpara ergo teipſum, & ad Troiã continuo proficiſcere. Migrat ergo Syluanus.

Miraculum Quo facto miraculum quod inter eius manus accidit, enarrabo. Nauis maxima quæ grandes columnas deuexerat nuper, in littore Troiano fabricabatur. Cumcꝫ eam ad mare uoluiſſent deducere multis funibus, atcꝫ populo trahẽte, nullatenus mouebatur. Quod cum plurimis diebus ageretur, ſuſpicati ſunt nauem à dæmonio retineri. Tum ad Syluanum uenientes epiſcopum, rogauerunt eum ut in eo loco daret orationem, credentes hoc modo trahi nauem. At ille humili ſermone dicebat ſe eſſe peccatorem, aſſerens hoc opus alicuius eſſe iuſti, non tamen ſuum. Quem cum rogaſſent, uenit ad littus. Factacꝫ oratione tetigit unum funem, iubens ut inſiſterent operi cum labore. Tum illis breuiter impellentibus curſim nauis ad mare proceſſit: hoc miraculum reuerentiam illius uiri cunctos fecit habere Prouinciales. Qui cum eſſet etiam in alijs rebus eximius, uidens clericos etiam de contentione litigantium negocia facientes, nullum clericum unquam iudicare præcepit. Sed petitiones poſtulantium ipſe ſuſcepit: rogabat unũ fidelium laicorum amatoremcꝫ iuſtitiæ, ut ipſe litigantibus intereſſet, et terminum iuſtitiæ definiret. Ob quam rem maximam apud omnes gloriam conſecutus eſt. Cum igitur Maximianus in urbe Conſtantinopolitana ordinatus fuiſſet epiſcopus Conſulatu Baſsi & Antonij, v & xx die menſis Octobris, cauſæ eccleſiaſticæ quieuerunt. B

Cap. IX

Circa hoc tempus multi Iudæorum in Creta Chriſtiani facti ſunt propter huiuſmodi cladem. Quidam ſeductor Iudæus finxit ſeipſum eſſe Moy-

A ſe Moyſen,& cœlitus deſtinatum,ut Iudæos illã inſulam inhabitantes per mare duceret,ipſum ſe eſſe dicẽs,qui olim filios Iſrael per rubrũ mare ſaluaſſet. Circuibat itaq; toto anno unãquanq; illius inſulę ciuitatem,ſuadebatq; Iudæis ut crederẽt,monens ut omnes pecunias atq; poſſeſsiones relinquerent,cum utiq; deducti per ſiccum mare ad repromiſsionis gaudia peruenirent. At illi hac ſpe capti,omne opus proprium negligebãt,contemnentes etiã poſſeſsiones ſuas,& dimittentes eas quibuſuis perſonis. Cumq; ueniſſet dies quam deſignauerat ſeductor ille Iudæus,eo præcedente ſequebantur omnes cum cõiugibus & minorennibus,ſeduxitq; eos ad quandam rupem decliuius incũbentem,iuſsitq; ut in tomorũ ſpeciem ſeipſos euoluerẽt. Hoc igitur faciebant priores. Et cum uenirent ad rupes,repente moriebantur, tam dilacerati acutis rupibus, quàm in aqua necati. Plures tamen mori potuerunt, niſi (deo prouidente)quidã uiri Chriſtiani ſuperueniſſent piſcatores atq; negociatores,qui alios cum necarent eripientes recreauerunt. Tum alij eorum ſtultitiam ſentientes,alios,ne ſeipſos iactu interficerent, tenuerunt,nuntiantes eorum mortem qui primo ceciderant. Qui etiã cognoſcentes ſeductionem,culpabant ſe,eo quod facile credidiſſent. Cũq; uoluiſſent illum perimere ſe doctorem,comprehendere nequiuerũt. Repẽte nãq; diſparuit,deditq; ſuſpitionẽ quod dæmon fuiſſet erroneus humana figura

Iudæi per Pſeudomoyſen decepti in Creta

B circumamictus. Ex hac itaq; calamitate multi tunc Cretenſium Iudæorum ad Chriſtianam conuerſi ſunt fidem. Cap. X

INterea incendium in ciuitate Cõſtantinopolitana factũ paulatim peruenit ad Thermas,quæ uocant̃ Achilleæ:deinde ad locũ qui dicit̃ Pelargꝰ, ita ut Nouatianorũ cõprehenderetur eccleſia. Tum fertur Paulum eorũ epiſcopũ inter flammas eccleſiæ reſtitiſſe ſupplicantẽ deo,ne eccleſia pariter cremaretur. Qui locus ereptus eſt:& hactenus XVII die mẽſis Auguſti apud Nouatianos Collectio celebrat̃. Hũc tamen locũ non ſolũ Chriſtiani, ſed etiã Pagani ex eo tẽpore uenerant̃. Maximianus igit̃ cũ duos annos & ſex mẽſes eccleſiã gubernaſſet,defunctus eſt,Conſulatu Ariobindæ & Aſparis die duodecimo mẽſis Aprilis,in ſeptimana maiore Ieiuniorũ,feria quinta. Tum igitur Theodoſius Imperator ſapiẽter cauſæ proſpexit, ne rurſus de epiſcopatu ſeditionis quæſtio,aut tumultus in eccleſia naſceret̃. Cum adhuc ergo corpus Maximiani iaceret,præſentib. epiſcopis pręcepit inthronizari Proclũ. Quod etiã Romani epiſcopi Celeſtini literæ firmauerũt, quas ad Cyrillũ Alexãdrię deſtinauit epiſcopũ,& ad Ioannẽ Antiochenũ et Ruphũ Theſſalonicẽſem dicẽs,quod nihil prohiberet alterius ciuitatis exiſtentem epiſcopũ in aliã demigrare. Inthronizatus igitur Proclus exequias Maximiani corporis celebrauit:de quo tempus ut pauca dicamus. Cap. XI

Incendiũ Conſtantinopoli

Maximiani epiſcopi Conſtãtinop. mors

Proclus ſuccedit

PRoclus ab ætate prima lector fuit,apud doctores tamen obſeruãs ſtudioſus quoq; Rhetoricæ:qui cum ad perfectam ueniſſet ętatẽ, plerũq; Proclus

cum

cum Attico erat epiſcopo exceptor ſermonũ eius. Et cum proficeret ab Attico diaconus ordinatur, poſtea presbyter. A Siſinnio uero Cyzici conſecratur epiſcopus. Hæc quidem ei primo acciderunt, poſtea thronum Conſtantinopolitanæ ſortitur eccleſiæ. Erat enim uir moribus optimis: & ab Attico utiliter eruditus, omnia eius imitabatur. Sed in iſto patientia potior apparebat. Et ille quidem hæreticis ſe terribilem opportune monſtrabat, iſte uero omnibus mitis erat, & ſic eos potius quàm uiolenter flectere nitebatur, nullam hæreſim uexare uolens, in hac parte Theodoſium imitatus Imperatorem. Ille nanque iudicabat contra culpabiles Imperiali non uti poteſtate. Hic autem paruipendebat, ſi quis de deo non ita ſaperet ſicut ipſe. In his igitur Imperator laudabat eum, cum & ipſe ueros ſacerdotes imitaretur, & nequaquam perſequi uolentes admitteret. Ego tamen audacter dico, quod manſuetudine omnes uiros euicerit. Ob quam cauſam hoſtes ſuos citra belli certamina ſubiugabat, ſicut oſtenditur in Ioanne tyrãno, & facta poſt hoc per ditione Barbarorum. A

Theodoſius uicit omnes ſacerdotes manſuetudine

Cap. XII

Barbari contra Romanos

POſt interitum nanque tyranni, Barbari quos ille cõtra Romanos ſuum euocauerat in auxilium, parati erant Romanorum fines inuadere. Hęc audiens Imperator conſuete hanc ſolicitudinem deo commiſit, & orationibus occupatus cito promeruit quod quæſiuit. Quæ enim acciderint Barbaris enarranda ſunt. Dux eorum nomine Rugas, fulmine percuſſus, interijt. B Secutaque peſtis, maximam partem eorum hominum interemit. Et non ſolum hoc ſuffecit, ſed etiam ignis de cœlo deſcendens, plurimos qui uidebantur remanſiſſe, conſumpſit. Quæ res Barbaros in formidine magna conſtituit, non ſolum quod contra gentem Romanorum fortiſsimam arma leuare auſi fuiſſent, ſed quod ſic eos à forti deo iuuari conſpicerent. Tum Proclus epiſcopus de prophetia Ezechielis coram eccleſia faciens ſermonem, de collata ſalute, ab omnibus eſt laudatus. Cuius prophetiæ uerba ſunt hęc: Et tu fili hominis prophetiza in Gog principe Moſoch & Tubal. Iudico enim eum morte & ſanguine & imbre diluuij, & lapidibus grandinis, et ignem & ſulphur pluam ſuper eum, & omnes qui cum eo ſunt. Et poſt pauca, Et ſciẽt quia ego ſum dominus.

Rugas

Cap. XIII

Eudoxia filia Theodoſii nubit Valentiniano

IGitur Imperatori propter ſuam manſuetudinem etiam alia plurima præſtitit deus, quorum unum illud eſt: Erat ei filia ex Eudocia, nomine Eudoxia. Hanc Valentinianus conſobrinus eius, Heſperiarum partium ab eo factus Imperator, petijt uxorem. Cumque Theodoſius annuiſſet, cogitabat in medio itineris, quodam loco nuptias celebrare. Placueratque ut Theſſalonicam ambo uenirent. Inter hęc nũtiauit Valentinianus ne fatigaretur Theodoſius: ipſe enim uenturum ſe Conſtantinopolim compromiſit. Cum uero partes muniſſet Heſperias, Conſtantinopolim uenit ad nuptias. Quibus celebratis Cõſulatu Iſidori & Senatoris, uxore ſumpta reuerſus eſt.

XIIII

Non

A NOn multo poſt epiſcopus Proclus eos qui propter Ioannis depoſitionem ſegregabantur,eccleſiæ reſtituit.Sapiētiaq; ſua eorum triſtitiam mitigauit hoc modo.Corpus enim Ioānis in Comanis ſepultum,triceſimo quinto anno poſt depoſitionem Cōſtantinopolim iubente Imperatore reuocauit,& publice diuulgatum in eccleſia Apoſtolorum multo honore recōdidit.Quod actū eſt XVI Cōſulatu Honorij,Theodoſii XVII,xxvij Ianuarij menſis die.Paulus quoq; Nouatianorū,epiſcopus eodē Cōſulatu XX.Iulij mēſis die defunctus eſt.Qui cum ægrotaret,nec diętam conſuetam tranſgreſſus eſt,nec orationes ſolitas prętermiſit.Cumq; eſſet morti uicinus,euocauit omnes clericos ſuos dicens:Cogitate epiſcopū eligere dum uiuo,ne poſthac turbas eccleſiæ noſtræ ſuſtineāt.Illis uero ei potius electionem dantibus,Paulus ait:Ergo ſcriptam mihi huiuſmodi date profeſsionem,quod ipſum eligetis,quem ego decreuero.Quibus hoc faciētibus atq; ſubſcribentibus Marciani presbyteri nomen in charta conſcripſit atq; ſignauit.Fecitq; priores ſimiliter ſignare presbyteros,eamq; chartam apud Marcum depoſuit Scytharum eccleſiæ Nouatianorum epiſcopum,dicens: Si uixero,mihi redde.Si mortuus fuero,hic inuenietis quis debeat ordinari.Poſt cuius obitum tertio die reſignantes,& Marciani nomen inueniētes, eiusq; laudantes electionem,ſine ulla mora miſerūt in Tiberiada Phrygiæ, B ubi tunc habitabat.Et comprehenſum deduxerūt uiceſimoprimo die eius menſis,& ordinarunt epiſcopum.

Paulus Nouatianorum epiſcopus

Marcianus ſuccedit Paulo

Cap. XV

THeodoſius igitur Imperator pro beneficijs à deo ſibi collatis,gratias agebat,plurimis honoribus Chriſto ſua uota compenſans,coniugēq; ſuam Eudociam Hieroſolymam deſtinauit.Hoc enim & ipſa uotū habuerat,ſi filiam uideret nuptam.Quæ tam Hieroſolymis eccleſias conſtitutas quàm per ſingulas ciuitates poſitas,honorauit:& quū illuc proficiſceretur, & cum inde rediret.

Cap. XVI

PRoclus autem epiſcopus eodem tempore ſeptimodecimo Imperatoris Theodoſii Conſulatu,rem mirabilem operatus eſt,quam nullus priorum fecit epiſcoporū.Cum enim Firmus epiſcopus Cæſareiæ Cappadocię mortuus fuiſſet,aderant Cæſarienſes,petentes epiſcopū.Cumq; cogitaret, quē eis ordinare deberet,contigit ut ad eum ſalutandū die ſabbato Senatores uniuerſi uenirēt,inter quos Thalaſsius qui Præfecturæ Illyrici adminiſtrauerat dignitatem.Cūq; futurum eſſet(ſicut habebat fama)ut Orientalem regeret præfecturā,miſſa manu Proclus pro Præfecturæ dignitate epiſcopatū ei Cæſarianę ciuitatis impoſuit.Hæc quidē in eccleſia illo tempore gerebantur.Nos autē hic terminū faciamus hiſtoriæ,in pace gubernari cunctas eccleſias exorātes.Nos ergo ò ſacratiſsime homo dei Theodore,tuam cōpleuimus iuſsionem,finem facientes hiſtorię,in anno ſecundo trecenteſimæ quintæ Olympiadis,Conſulatu XVII.Imperatoris Theodoſii.

Peroratio Socratis Cōſtātinopolitani ad Theodorum

Ee

HISTORIA ECCLESIASTICA A NICEPHORO GRAECO MONACHO CONſcripta,incertum quonam interprete iam olim Latine uerſa.incipit autem à temporibus Theodoſii iunioris,in quæ Tripartita deſinit,& quatuor deinceps Imperatorum tempora continet. A

THEODOSIVS IVNIOR.

THEODOSIVS iunior imperat. Cuius imperij anno ſecundo Atticus epiſcopus Conſtantinopolitanus, Iudæum quendam paralyticū monens, ſuadens atq; baptizans,ſanum ex lauacro eduxit.ſecundum deum enim dicitur fuiſſe prouectus. Septimo Theodoſii imperij anno,obeunte Theophilo Alexandrino, Cyrillus conſobrinus eius pro ipſo epiſcopus ordinatus eſt. Tunc & Heſychius presbyter Hieroſolymitanus doctrinis effloruit.

Theophilus Alexand. *Cyrillus*

THeodoſius imperat.cuius quintodecimo imperij anno Honorius moritur,& Ioānes quidam ex imperialibus ſubſcriptoribus Romæ imperiū arripit, legationemq; ad Theodoſium mittit in Imperatorē ſuſcipi deprecans. At uero Theodoſius legatis in carcere truſis,Ardaburium Stratigon mittit aduerſus eum. Quem tyrannus apud Rauennā aggreſſus incluſit:quo Theodoſius agnito, Aſparē huius filiū mittit aduerſus eum. Tum deo amabilis imperatoris oratione angelus domini in habitu paſtoris apparens,deduxit Aſparē,& eos qui cum illo erant,& ducit eos per paludem inuiam,quæ Rauēnæ adiacet, quam deus peruiam operatus eſt, quemadmodum Iſraelitarum tempore. Et tranſmeantes per aridam, apertis portis ciuitatis inuentis,tyrannum quidem occiderunt: Ardaburium autem à uinculis abſoluerunt. Sequenti autem Maruthas epiſcopus Meſopotamiæ filium regis Perſarum Iſdigerdis à dæmonio uexatum ſanauit. Interea Theodoſius imperator multa benignitate motus,licet Perſas potentiſſime uicerit,parcens tamen Chriſtianis qui habitabant in Perſide, amplectitur: cuius rei gratia mittit legatos, Helionem patricium quem ualde honorandum ducebat,& Anatolium orientis Stratigon. Vararanes autem ſciens ſuperationem ſuam,ſuſcipit legationē, & ita perſecutio ceſſauit,quæ in Chriſtianos agitabatur. Cęterū imperator Theodoſius cōmunicatrices habens hymnodiæ proprias ſorores quæ uirginitatem tota uita ſectabantur,ſuper huiuſcemodi beneficijs deo gratia agens, hymnis hūc laudare penitus nō ceſſabat. Siſinnius autē Conſtantinopolitanus epiſcopus Proclū conſecrat epiſcopum Cyzici, quem Cyziceni nō ſuſcipientes, monachum quendam præter uotum Siſinnij Dalmatium dictum conſecrāt. Proclus autem pro- B

Helion *Anatolius*

priam

A priam eccleſiam non habens Conſtantinopoli,hortatu Siſinnij doctrinis pollebat, qui eiuſdem urbis non multo poſt ordinatur Antiſtes. Sequenti uero anno, Philippus presbyter Sidæ Chriſtianam hiſtoriam in triginta & ſex libris deſcripſit. *Philippus Sidenſis*

SIſinnio defuncto,Neſtorius Conſtantinopoleos fit epiſcopus,mox ue ro ut thronũ cõſcendit,neq; fides eius & peruerſus in dogmatibus ſenſus oſtendebatur.Homeliã quippe de fide protulit Sincello ſuo præcipiẽs, ut hanc coram eccleſia prędicaret habentẽ ita:Dei genitricẽ Mariam uocet nemo.Maria enim homo erat,&ab homine deũ gigni impoſſibile eſt.Hãc uocẽ primum reprehẽdit Euſebius quidã ſcholaſticus imperatricis Conſtã tinopoleos.Vnde multi Byzantinorũ turbati ſunt. Neſtorio aũt uerbo infirmare feſtinante uocẽ qua dei genetrix dicitur eccleſiæ:Dominica die prę ſidente Neſtorio iuſſus Proclus recitare, homiliam dixit in dei genitricem, cuius initiũ eſt: Virginalis ſolennitas hodie fratres. Tunc odibilis factus eſt apud omnes impius Neſtorius, propter typhũ & malã fidẽ. Eodem uero anno,terribile miraculũ ſanctorum ſeptem puerorũ Epheſi factũ eſt,reſurgentibus eis poſt clxxx &unũ annos.Porrò Cyrillus Alexandrinus epiſco pus,compertis Neſtorij blaſphemijs,ſcribit ei rogans & monẽs ut diſcederet à peruerſis dogmatibus ſuis,fidemq; rectã ſuſciperet. At uero Neſtori
B us econtra miſit,iniurias & blaſphemias. Tunc Cyrillus ſcribit Cæleſtino Papę Romano quæ Neſtorius prędicaret,& blaſphemias quæ ſibi ſcriptę fuerãt à Neſtorio ei manifeſtas exhibuit.Tũc Cæleſtinus ſcribit Neſtorio, diffiniens ei dierum decem inducias, ceſſandi à blaſphemia & pœnitendi. Quod ſi perduraſſet in praua opinione,ſacerdotij cõmunicator ulterius eſſe deſiſteret. Scribunt autẽ ſimiliter Cæleſtinus atq; Cyrillus Antiocheno & Hieroſolymitano archiepiſcopis,de Neſtorio & hæreſi eius. Ioannes autẽ ſcribit Neſtorio,dans conſiliũ recedendi ab hæreſi,quin & ad memoriã du cens illud Apoſtoli dicentis:Miſit deus filiũ ſuum factum ex muliere. Cognoſcens uero Neſtorius,quod patriarchæ taliter eccleſijs conturbatis,ſilere minime paterẽtur,ſuaſit Imperatori mittere Cyrillo ſacram ſtigmatibus plenam,quem putans ex his cõpeſcere, magis erexit. Surgens enim ſcribit Imperatori & ſororibus huius tam de recta fide,quàm de ſiniſtra opinione Neſtorij,ſimul & poſtulans uniuerſalem fieri ſynodũ, ad examinandũ canonice de Neſtorio. Tunc imperator Theodoſius ſcribit omnibus epiſcopis,ut abſq; omni dilatione poſt Paſcha Epheſum conuenirent, diffiniens quia nullã apud deũ, uel apud nos excuſationis rationem habebit, qui die ſancto Pentecoſtes in cõcilio inuentus nõ fuerit apud Epheſum. Cœleſtinus aũt Romanus ſcribit Cyrillo Alexandrino,locũ ſuũ in concilio retinendi.Itaq; quinto & uiceſimo imperij Theodoſij anno, apud Epheſum celebrata eſt ſancta tertia ſynodus. Omnibus ſanè antiſtitibus cõuenientibus,

Neſtorius *Euſebius* *Septem dormientes* *Ioannes Antioch.* *Epheſina ſynodus*

Ioannes Antiochenus & Orientales indicta die,&quæ ante ſtatuta fuerat, A minime cōcurrerunt. Porrò ſextadecima die poſt præfinitam, Ioanne non ueniente, peruenit Neſtorius cū multa iactantia. Viceſimaq; menſis Iunij die celebrata eſt ſynodus,Neſtorio Cyrillo & Iuuenali præſidentibus.Porrò Cyrillo Romani pontificis uices agente, & cuncta theologice diſputante, dicit Neſtorius cum multa iactantia: Ego illum qui bimeſtris & trimeſtris factus eſt,nunquam deum nominauerim,& ideo mundus ſum à ſanguine ueſtro,& ex hoc ad uos nullatenus repedabo. Et his dictis abijt, cū ſex epiſcopis qui uoluntarie ſecuti ſunt eum. Hi uero qui circa Cyrillum erant, poſtera die conuenientes, miſerunt tres epiſcopos uocare illum, & non obaudiuit.Pari modo ſecundo,& tertio,ac quarto, à ſynodo conuocatus non uenit.Sed & illos qui miſſi fuerant,iniurijs fecit & contumelijs affici.Tunc ſynodus iniurijs & ignominia laceſſitis epiſcopis qui fuerant miſſi receptis, ſententiam protulit in eum, & alienum fore ab omni ſacra dignitate decreuit, in faciem ei depoſitione ipſius tranſmiſſa. His ita finitis,uenit poſt tres dies Ioannes Antiochenus epiſcopus, ſex & uiginti ſecum epiſcopis habitis. Qui cum didiciſſent, Neſtorium iam depoſitū eſſe à ſancta ſynodo,& cum Neſtorio confidentes, depoſuerunt ut opinabantur Cyrillū & Memnonem Epheſium.Theodoretus ſanè putans Cyrillum in duodecim capitula offendiſſe,præter ueritatem narrationem faciens, ibidem Neſtorij uenenum euomuit.Cyrillus uero potēter exurgens, pro eiſdem capitulis rationem reddidit,ea & quę in eis habentur interpretans,& eccleſiaſticum theſaurum eſſe demonſtrans, atq; piam intentionem ſuam omnibus manifeſtans.Itaq; Antiochenus Ioannes à concilio tertio uocatus, & non obaudiens ut ueniret,ſententiam unà cum his qui ſecum erant excepit,ut alieni ab omni eccleſiaſtica communione, uſq; dum ſeſe recognoſcentes proprium cōfiterentur exceſſum.Tuncq; ſynodus diffiniuit, quæ ab Orientalibus in iniuriam ſanctiſſimorū eccleſiæ pręſulū Cyrilli et Memnonis prolata ſunt,utpote ſine lege & ſine canone deprompta,nullā uim prorſus habere.His igitur omnibus per ſuggeſtiōes à Theodoſio Imperatore relegatis,iuſſi ſunt epiſcopi ex utraq; parte aſcēdere Cōſtantinopolim. Qui cum aſcendiſſent,cooperatione dei uicerunt hi qui ex parte ſynodi fuerāt. firmataq; depoſitione Neſtorij, Maximianus Cōſtantinopoleos cōſecratur epiſcopus.Orietales uero ſuſceptum Neſtorium ſecum duxerūt.Porrò quarto Neſtorij depoſitionis anno,Ioannes Antiochenus epiſcopus timore dei detentus,uidenſq; multos Antiochenorū uiros egregios à Neſtorio adulterina prauitate infectos, ſcribit rogans Imperatorem,hunc ab Oriēte pellendum.Imperator autem Neſtoriū quidem exilio relegauit apud Oaſim: pręcepta uero mittit Cyrillo & Ioanni,ſine dilatione ad uniuerſas eccleſias. Ioannes autem accepta præceptione, ſcribit Cyrillo fidem ſuā, & patrum

Neſtorius *Cyrillus* *Iuuenalis* — *Maximianus* — *Neſtorius relegatur*

apud

A apud Nicęam & Conſtantinopolim collectorum confeſſionem, recipiens etiam quæ apud Epheſum geſta fuit. Quibus Cyrillus ſuſceptis, ſcribit Ioanni & Orientalibus epiſtolam, cuius initium eſt: Lætentur cœli & exultet terra: & in eadem cōfeſſione, utriſq; cōuenientibus unitæ ſunt ad pacem atque cōcordiam, quibus præminebāt eccleſiæ. Per idem uero tempus Nonnus regebat Hedeſenſem eccleſiam, qui primam Antiochenarum mimarum deo dicauit, & pro Margaritū meretrice Pelagiam Chriſto exhibuit. Iſte ergo exultaus ſuper horum cōcordia, ſcribit Ioanni archiepiſcopo, monita & uerborum magiſteria, in quibus & hoc ait: Munda eccleſiam o homo dei à Neſtorianis zizanijs, & eius impietate. Porrò impium & blaſphemum Neſtorium, in exilio diuinum iudicium ſubſecutum eſt: tabefactis omnibus membris eius, & maxime lingua conſumpta, morte præuenit iter quo ab Oaſe ad alium locum erat ducendus. Nonnus / Neſtorij mors

VEniens Valētinianus filius Cōſtantij & Gallę Placidiæ ab urbe Roma Cōſtantinopolim, duxit uxorem filiam Theodoſij imperatoris Eudoxiam nomine, quam ſibi Eudocia genuerat, & Romā redijt. Sequēti uero anno, Theodoſius imperator Eudociā uxorem ſuam Hieroſolymam miſit, gratificos hymnos oblaturam deo. Quæ plurima dona eccleſijs cōtulit, & adoratis tam ſancta cruce, quàm colendis locis, reuerſa eſt ad regalia.

B Triceſimo dein imperij Theodoſij anno, Proclus epiſcopus Conſtantinopolitanus, poſtulatū ab imperatore Theodoſio corpus ſancti Ioānis Chryſoſtomi à Comanis ad urbem regiam detulit: & proximo anno poſt triginta tres annos, id coram omni proceſſione, una cum imperatore ac imperatrice Pulcheria pōpis funebribus publicāſ, in apoſtolorū eccleſia poſuit: & ita eos qui propter illius depoſitionem ab eccleſia ſeparati erāt, eccleſię rurſus uniuit. Sub hoc ſanctæ memoriæ Proclo terræmotus facti ſunt magni Cōſtantinopoli, per quatuor mēſes, ita ut timētes Byzantij extra ciuitatē in loco qui dicitur cāpus eſſent, perſeuerantes unà cum epiſcopo ad dominū precibus & letanijs uociferantes. Quadam ergo die fluctuante terra & omni plebe attentius exclamante, κύριε ἐλέησον, circa horam tertiam, omnibus uidentibus contigit à diuina uirtute ſuſtolli quendam adoleſcentulū in aerem, et audire diuinam uocem, admonentem eum epiſcopo ac populo nuntiare, ut letanias ſic facerent & dicerēt: Sanctus deus, ſanctus fortis, ſanctus & immortalis miſerere nobis, nihil aliud apponētes. Proclus autem hac ſuſcepta ſententia, præcepit populo pſallere ſic, & ſtatim terræ motus ceſſauit. Porrò beata Pulcheria ſuper miraculo unà cū fratre ſupra modum admirata, ſanxit per uniuerſum orbē diuinū hūc pſallere taliter hymnum: & ex tūc receperunt omnes eccleſiæ per ſingulos dies, hunc canere deo. De cætero imperante Theodoſio iuniore, Valentinianus non ſolum Britanniam & Galliam, & Hiſpaniā ſaluare nequiuit: ſed & Occidentalem Libyam quæ uide- Corpus Ioānis Chryſoſtomi / Terræmotus Cōſtātinopoli

uidelicet regio uocatur Afrorum, amiſit hoc modo. Duo prætores erant, Aetius ſcilicet & Bonifacius, quos Theodoſius poſtulante Valentiniano direxit. Cumq́ Bonifacius principatum Occidentalis Libyæ percepiſſet, inuidia inflammatus Aetius accuſationem facit aduerſus eum, tanquam rebellionem meditantem, & obtinere Libyam ſatagentem. Et hęc quidē Placidiæ fatebatur Valentiniani matri. Cęterum Bonifacio ſcribit, quia ſi accerſitus fueris accedere noli. Incuſatus enim es, et te doloſe uolūt Imperatores. Hæc ſuſcipiens Bonifacius, & ueluti proprio ſeruo Aetio credens accerſitus accedere diſtulit. Tunc Imperatores Aetiū quaſi deuotum receperūt. Erant autem Gothi tunc & gentes multæ ac maximę trans Danubium in hyperboreis locis inhabitātes. Ex quibus rationabiliores quatuor ſunt, Gothi ſcilicet, Hypogothi, Gipedes, & Vuandali, nomen tantum, & nihil aliud mutantes, unaq́ lingua utentes. Omnes autem fidei erant Arrianæ malignitatis. Iſti ſub Arcadio & Honorio Danubium tranſeūtes, in terra locati ſunt Romanorū. Et Gipedes quidem, ex quibus poſtmodum diuiſi ſunt Langobardi & Auares, uillas quæ ſunt circa Singedonem & Syrmium habitauerunt. Hypogothi uero poſt Alarichū Romam depopulantes, in Gallias abierunt, & quæ ibidem ſunt obtinuerunt. Gothi autem Pannoniā habuerunt primum. Dein nonodecimo anno imperātis Theodoſii Iunioris, Thracæ uillas habitauerunt, & per quinquaginta octo annos in Thrace morantes, Heſperiū quoq́ obtinuerunt imperiū. Porro Vuandali Alanis ſibi ſociatis, & Germanis, qui nunc Franci uocantur aſcitis, trāſeuntes Rhenum fluuium Modigiſclo duce habito, habitauerunt in Hiſpania, quæ eſt prima Europæ prouinciarum, ab Heſperio oceano. Bonifacius autem metuens Imperatores Romanos, transfretans à Lybia in Hiſpaniā ad Vuandalos uenit. Cumq́ Modigiſclum inueniſſet mortuum, & filios eius Gontarin, & Gizerichum principatum moderantes, hortatus eſt ut Heſperiam Libyam in tres partes diuiderent, pollicitus unicuique tertiæ parti ſe unà cum ipſo principaturos. In talibus ergo profeſsionibus Vuandali fretum tranſmeantes, Libyam habitauerūt, ab Oceano uſq́ Tripolim, quæ eſt circa Cyrenen. Hypogothi uero ſurgentes à Gallia, tenuerunt etiam Hiſpaniam. Quidam aūt ſenatus Romani amici Bonifacij, falſam accuſationem Aetij intimauerūt Placidiæ, oſtendentes quoque & Aetij ad Bonifaciū pridem ſcriptam epiſtolam quam ad eos miſerat dein Bonifacius. Aſt ſtupefacta Placidia, Aetium quidem in nullo læſit, Bonifacio uero uerbum cum iuramentis miſit exhortatorium. Porrò Gontario mortuo, Gizerichus Vuandalorum factus eſt Imperator. Bonifacius ergo uerbo ſuſcepto, contra Vuandalos armatur, exercitu magno ſibi ueniente, tam à Roma quàm à Byzantio, cuius Aſpar erat magiſter. Inito autē contra Gizerichum prælio, ſuperatus eſt Romanorum exercitus, ſicq́ Bonifacius cum Aſpare Romam

Gothi *Hypogothi* *Gypedes* *Vuandali*

Germani qui nunc Franci

A mam ueniens, ſuſpicionem diſſoluit rei ueritate monſtrata. Porrò Africa taliter eſt Vuādalis ſubacta. Tunc & Marcianus qui poſt modum imperauit cum miles eſſet, & Aſpari deſeruiret, uiuus à Gizericho comprehēditur.

Romanæ ſedis Leo pontificium gerit, imperante Theodoſio, cuius imperij triceſimo nono anno, Proclus Conſtantinopolitanus moritur. Cui ſuccedit Flauianus presbyter & Sceuophylax eccleſię. Cyrillus Alexādrinus obit Antiſtes, cui ſubrogatur in ſede Dioſcorus, qui nullatenus erat Didaſcalicus, ſed immitis & ferus. *Flauianus conſtantinopolis præſul*

Chryſaphius Eunuchus palatium & ipſum Imperatorem tenēs, cum inuideret Flauiani cōſecrationi, ſuggeſſit Imperatori ſine malitia exiſtenti, & apud Chalcedonem degenti, mādare patriarchæ ut mitteret pro conſecratione ſibi benedictiones: quo facto Chryſaphius auertens, mandauit Andream, imperatorem quærere benedictiones. At epiſcopus renunciauit, non ſe habere pecunias ad mittendum, niſi forte quoquam utar inquiens ex ſacris uaſis. Fit ergo ex hoc inter illos, Pulcheria hæc ignorāte, non modicus mœror. Verum hæc apud Cōſtantinopolim, cęterum penes Alexandriam Dioſcorus cōfeſtim Cyrilli cognatos in primordijs ſuis deuaſtat, & horum patrimonia deprædatur. Filium autem fratris eius Athanaſium presbyterum ſine culpa depoſuit. Hæc autē faciebat rectæ Cyrilli *Chryſaphius Eunuchus* *Dioſcorus Alexandrinus*

B fidei aduerſatus, cū eſſet hæreticus, & à teneris unguiculis ea quæ ſunt Origenis ſentiret. Iraſcebatur autem & Flauiano, eo quod modicū quid opus beati conferret Cyrilli cognatis. Cum ergo Chryſaphius eſſet impius, uidere non ferens eccleſiarum concotdiam, operam dabat ut conturbaret eas, & diuerſis modis agebat, ut Flauianum epiſcopatu depelleret, uolens Eutychem quēdam ſenſus ſui archimādritam, ad epiſcopatum eius prouehere. Et quoniam Pulcheria res ciuiles retinente nihil ualuit, primo inſidiatur Eudociæ inſidiarum eius nōdum expertæ, & in liuore eam inſtigat contra propriam matrem. Et immittit ei, ut & illi deroget apud Imperatorem, & tollat ad ſe præpoſitum. Quoniam præpoſitus ad diſpoſitionem rerū perneceſſarius erat Pulcheriæ. Imperator autem ab uxore moleſtius fatigatus, mittit ei dicens: ne te hoc triſtem reddat, præpoſitum enim te habere nō eſt poſſibile, neq; meam ſororem bene & perite ac pie omnia diſponentem ego repello. Inefficax ergo Chryſaphius ſuper hoc effectus, ad aliud uertitur inſtrumentū, & ſuggerit Eudociæ, ut moleſta Imperatori ſuaderet ei, quo præciperet patriarchæ cō ſecrare illam diaconam, tanquam quæ uirginitatē elegiſſet. Et diutius Eudocia Imperatori moleſta, perſuaſit leuitati eius. Super quo iuſſus Flauianus, ab imperatore triſtatus eſt ualde, reſpiciens futura ex hoc ſcandala naſcitura, & imperatori quidē repromiſit. Pulcheriæ uero ſcripſit, rogās eam ne ſaltem ante faciem eius ueniret, ne cogar inquit, agere quid eorum quæ te contriſtantur. Illa ergo ex his quæ ſcripta *Eutyches hæreſiarcha*

Pulcheria ab administratio ne rerũ amota fuerant, intelligens quod meditabantur, & præpoſitum Eudociæ tranſmi‐ A ſit, & ipſa exiens in ebdomũ ſiluit. Ex hoc itaq; Imperator, & Eudocia ual‐de contra Flauianum triſtes effecti ſunt, quod ſuum reuelaſſet ſecretũ. Porrò Euſebius ſcolaſticus, qui primus Neſtoriũ reprehendit, ad epiſcopatum Dorilei promotus, & de fide cũ Eutyche Archimãdrita diſputans, inuenit eum non recta ſapientem: qui cum multa commonens iuuare illum nequi‐uiſſet, retulit de eo Flauiano epiſcopo, qui quadraginta epiſcoporum con‐cilio congregato, adducit Eutychem. Et iuxta omnem conſequẽtiam regu‐larum eccleſiaſticarum diſcutiẽs, inuentum ſubdolum & hæreticum depo‐ſuit. Chryſaphius autem huius concors Palatiũ tenens, his cognitis in iram per amplius contra Flauianum accenditur. Et intimat Dioſcoro Alexãdri‐no ſe in his quæ cordi eius eſſent, per omnia cooperaturum, ſi ſibi in calum‐nijs contra Flauianum & Euſebium ipſe concurreret, pro Eutycheq; ſatage‐ret. Mouet autem ad id etiam auguſtam Eudociã, triſtia de Pulcheria con‐tra Flauianum memorans apud illam. Et agituterque quo Imperator ſan‐ciret ſecundum Epheſi congregari concilium. Cui Dioſcoro præeſſe conce‐dunt, mittentes ei exercitum plurimũ in auxilium. Cumq; latrocinali huic concilio præſediſſet, nõ permiſit adeſſe notariũ alium concilio, ſed ſuos tan‐tum fecit ſcribere quæ gerebãtur. Quæſtio ergo cum fieret, exigebatur Eu‐tyches propriam exhibere opinionem. Qui reſpõdit dicens: Confiteor ex B duabus naturis fuiſſe dominũ noſtrum adunationem. Poſt adunationẽ ue‐ro, unam naturã confiteor. Tunc Dioſcorus dixit: & nos omnes hoc aſſen‐tiamur. Et loci ſeruatores quidem Leonis Papæ Romani, Dioſcori uidẽtes impetum, & quod epiſtolam Papæ ad Flauianum non permiſerit legi, ne‐que illam quam ad ſynodum miſerat, ſed deſpexerit, fugerunt & deſcende‐runt Romam. Porrò Dioſcorus Eutychi ſacerdotium reddit, Euſebium ue‐

Flauiani exitium ro Dorilei, & Flauianum Cõſtantinopolitanum in promptum deponere habuit, qui & ante depoſitionẽ impulſionibus & calcibus à Dioſcoro ſum‐miſſus, tertianus uitam mutauit, & de cætero ui militum & gladiorum epi‐ſcopi ſubſcribere coacti ſunt. Domnus autẽ Antiochenus epiſcopus, poſt‐quam ui ſubſcripſit, in ſe reuerſus, erexit ſe contra Dioſcorum, principes uo‐ciferans aduerſus ea quæ geſta ſunt, & impietatem concilium nominans, & ſubſcriptiõem ſuam quærens recipere. His cognitis Papa Leo, accedit cum lachrymis ad Imperatorem Valentinianum, ſimul & ad auguſtas, petens epiſtolas Theodoſio Imperatori pro emendatione patranda eorum quæ apud Epheſum nequiter & irregulariter acta ſunt, deſtinandas. Qui reſcri‐bit Eudoxiæ filiæ ita: Hoc dulcedini tuæ notum eſſe uolo, quia Flauianus

Domnus Antiochenus epiſcop. priuatus diuino iudicio ab eccleſijs eiectus eſt, ut multarum turbationum autor. Porrò Dioſcorus depoſuit, & Theodoretum, & Hiban, & Andream, & Domnum Antiochenum, & alios Orientales epiſcopos. Theodoſius autẽ Im‐

petator

A peratot mobilis erat,omni uento circumlatus, unde & in chattis non lectis
ſubſcribebat. Eodem anno Geiſerichus Vādalica multitudine opimus effe-
ctus,& ſe regem uocās terræ ac maris inſularumq́; multarū,Theodoſium
contriſtabat. Sanè nō multo poſt reſipiſcens Theodoſius, & recognoſcēs
à Chryſaphij uerſutijs ſe deceptum,triſtabatur ſuper impietate, ac iniuſti-
tia,quæ facta fuerat in Flauianum & reliquos epiſcopos. Et indignatus ue-
hementer,primo quidem exulem fecit in inſula quadam Chryſaphium: in *Chryſaphius deportatur*
Eudociam uero ualide cōmouetur,hanc omnium malorum cauſam appel-
lans,quippe quę & Pulcheriam ex imperialibus inſecuta ſit,ſimul & impro- *Seueri & Ioānis ſupplicium*
perās ei quæ geſſerat circa Paulinum. Illa uero deſperata, rogauit Hieroſo-
lymam ſe dimitti.& aſſumptis Seuero presbytero & Ioanne diacono, Hie-
roſolymam uenit. Diſcens interea Imperator, quod & iſti in urbe frequen-
ter ad eam accederent,& cum ipſa rurſus Hieroſolymis eſſent, multaq́; illis
largiretur,mittens,decollauit eos. Tunc Imperator beatam Pulcheriam op- *Pulcheria reſtituitur*
pido rogans,ad imperialia reduxit,quæ mox mittens Epheſum,aſportauit
inde corpus ſancti Flauiani, & cum multo deferens obſequio,per medium
urbis ſepeliuit apud ſanctos apoſtolos. Interea Attilas Scytha uir fortis at- *Flauianus diuus* Attilas
que ſuperbus,depoſito Bdella ſeniori fratre,ſolus Scytharum quos & Hū-
nos uocant,principatus regno per Thracem diſcurrit,& omnem ciuitatem
B & caſtra in ſeruitutē redigit,præter Adrianopolim, & Heracliā quæ quon-
dam Perinthus uocabatur. Cogitur ergo Theodoſius legationem Attilæ *Theodoſius Attilæ tributarius*
mittere,& ſex millia librarū ei pro receſſu præbēs, mille librarum annuū tri-
butū perſoluere pollicetur. Igitur cū Romana uirtus à bello rediſſet, quod
aduerſus Attilam fuerat deſtinatū, non multo poſt Theodoſius moritur.
Porrò beata Pulcheria nondum cuiquā Imperatoris morte cōperta, Mar-
ciano accerſito in religione ac pudicitia conuerſante ſene uidelicet & idoneo
uiro,dicit ei:quoniā Imperator mortuus eſt, & ego te elegi tanq́ bene pla-
centē,ex omni ſenatu, da mihi uerbū quo cuſtodias uirginitatē meam quā
deo cōmiſi, & pronūtiabo te Imperatorē. Quod eo pollicente,accerſito pa-
triarcha, pariter & ſenatu, pronuntiauit eum imperatorem Romanorum.

MARCIANVS.

Marcianus pius diuino decreto Imperator oſtenſus, omnes qui in exi-
lio erant, reuocauit. Pulcheria uero peroſum Chryſaphium Eunu-
chum tradidit Iordani filio Ioannis, qui tyrannidem apud Romanam ur-
bem exercuit:multisq́; Chriſto erectis eccleſiis,pręcipue quę in Blachernis *Blacherna*
laudabilis dominæ noſtræ dei genitricis eſt, in principio imperij pij Mar-
ciani eccleſiam fecit. Porrò beatus Papa Leo ſcripſit Marciano, petens ut
quæ præſumpta fuerant à Dioſcoro & Eutyche apud Epheſum in ſanctū
Flauianum,requirerētur coram uniuerſali ſynodo. & iuſsit Imperator colli
gi cunctos epiſcopos.Secundo itaq́; imperij Marciani anno, Chalcedone
ſancta

Chalcedonen. ſynodus ſancta quarta facta eſt ſynodus, menſe Octobri indictione quinta. Omni/ A
bus autem epiſcopis in martyrio ſanctæ Euſemiæ unà cum ſenatu conue/
nientibus, diſcuſſa ſunt quæ in prima indictione ſuper Eutyche geſta ſunt,
& quæ apud Epheſum ſunt à Dioſcoro temere perpetrata. Quæritans au/
tem Dioſcorus de his ad ignorantiam geſtorum confugit, ſed effugere re/
dargutionem quæ in actis efferebatur non ualens deficiebat, & ueritas nu/
dabatur. Tunc excuſationem non habẽs, confuſus eſt. Hi uero qui cum eo
latrocinali concilio conſederant, redarguebant eum ſuper uiolentia & neceſ/
ſitate quam ab ipſo pertulerant, & ueniam à ſynodo poſtulantes, recepti
Iuuenalis Hieroſ. epiſcopus ſunt: quorũ unus erat, Iuuenalis Hieroſolymitanus epiſcopus. Cumq́ꝫ de/
feciſſet Dioſcorus, non habens excuſatoriam rationem, ultra ſynodo appa
rere auſus non eſt. Tunc ſynodus præſente quoque Imperatore Marciano
Dioſcorus exulat & ſenatu, ſentẽtiam protulit contra Dioſcorum & Eutychem, hosq́ꝫ depo
ſuit. Imperator autem Dioſcorum quidem in Gãgris exilio relegauit: ſyno
dum aũt laudans dixit, gratias cõfiteor maximas omnium noſtrorũ deo,
quoniã ablata diſcordia in unã eandẽq́ꝫ cõfeſſionẽ cũcti cõuenimus: & ama
Proterius Alex. epiſcopus biliter honorans ſexcẽtos illos & triginta patres, ad ſua in pace unũquenq́ꝫ
abſoluit. Porrò cõſecratus eſt Proterius pro Dioſcoro epiſcopus Alexãdriæ.

Pulcheriæ pietas PVlcheria beata & pia dormiuit in Chriſto, quæ multa bona fecit, & o/
mnia ſua pauperibus dereliquit: quæ Marcianus cum multa eſſent, ala B
criter dedit. conſtruxit autem eadem & multa oratoria, domosq́ꝫ pauperi/
bus & hoſpitibus, necnon & ſepulchra peregrinis ædificauit, inter quæ ſan
Theodoſius epiſcopatus inuaſor cti martyris Laurẽtij templũ conſtruxit. At uero Theodoſius monachus,
uir peſtifer, cum deſcendiſſet curſim Chalcedonenſi facto concilio Hiero/
ſolymam, & didiciſſet quod auguſta Eudocia erga Dioſcorũ à ſynodo de/
poſitum affectu flagraret, cœpit clamare aduerſus ſynodum, quaſi rectam
fidem ſubuertentem. Et ſurreptis Auguſta & monachis proprijs, cędibus
uſus more barbarico, archieraticũ thronum rapit, & homines Auguſtæ mi
niſtros habens epiſcopos promouet per ciuitates, cum adhuc eſſent epiſco/
pi in ſynodo. Seuerianum Scythopoleos qui non fuerat eius mala opinio/
ne deceptus, à ciuitate pellens occidit, & excitat perſecutionem contra illos,
qui ſibi non cõmunicabant, & multos quidẽ tormentis affecit: quorundam
uero domos tradidit igni, ita ut ęſtimaretur urbs à barbaris capta. Necauit
autem & Athanaſium diaconũ ſanctæ reſurrectionis, ſibi exprobrãtem &
arguentem eius impietatem. Et huius ſanctum corpus per ciuitatem pom/
pis circundans, canibus tradidit. Domnus uero archiepiſcopus Antioche/
nus in eremum fugit, & Iuuenalis Hieroſolymitanus. Porrò cum peſtilens
Theodoſius per uiginti mẽſes thronum Hieroſolymitanũ tenuiſſet, iuſſus
eſt comprehendi. Qui fugiens, in montem Sineum properauit, quo fuga
lapſo unà cum his quos ipſe prouexerat: iterum Iuuenalis thronum ſuum

A recepit. Interea Maximus Maximi nepos tyrannus Valentinianum peremit, & Eudoxiæ ui ſociatus, imperium quoq; obtinuit. per quæ nanq; quis peccat, per ea quoq; & corripitur. Inter hæc ergo Eudocia coartata, nullum fore auxilium à Byzantio Theodoſio patre ſuo & Pulcheria defunctis exiſtimans, acceſſit Gizerichum ad urbem Romam, rogans à Maximi tyrannide liberari. Magna uero cum claſſe Gizerichum ad urbem Romam nauigantem, Maximus timens fuga uſus eſt. Hi uero qui cum ipſo aderāt, interemerunt eum. Præterea Gizerichus nemine ſibi reſiſtēte, introiuit Romā tertia die Maximi fugę. Et ſublatis omnibus pecunijs, & ciuitatis miraculis in naueſq; receptis, in quibus erant eccleſiaſtica milia ex auro lapidibus pretioſis ornata, & uaſa hebraica quæ Titus Veſpaſiani filius poſt captiuitatē Hieroſolymarum Romam detulerat, unà cum Eudoxia imperatrice, ac filiabus eius in Africam nauigauit. Erat autem Marcianus admodum religioſus & timens deum, qui in letanijs campi pedes incedebat, multa egentibus beneficia præſtās: quod intuens Anatolius patriarcha, & ipſe de cætero nō phorio portatus ſecundum morem, ſed pedes letanias faciēs incedebat. Timotheus autē Herulus noctu cellas monachorum circuibat, unumquemq; uocans ex nomine, Quo reſpondente dicebat, ego angelus ſum dicere omnibus, ut abſcedant à communione Proterij, & eorum qui Chalcedone cō-
B uenerunt, & Timotheum Herulum in epiſcopum Alexandriæ prouehāt.

Maximus tyrannus

Roma iterum capta

Anatolius patriarcha

LEO

Leo imperat, coronatus ab Anatolio patriarcha. Timotheus uero cognomento Herulus, Alexandrinam ciuitatem turbabat. Multitudine quippe inquietorum uirorū empta, tyrannice Alexandriæ ſedem obtinuit, & cum depoſitus eſſet à duobus depoſitis prouehitur, unde omnia ſcandala penes Alexandriā orta ſunt. Cunctis enim orbis terræ ſacerdotibus diffinitionem ſynodi Chalcedonenſis recipiētibus, iſte ſceleſtus rabie quadam infectus, iniurijs appetebat, & ordinationes epiſcoporū faciebat, cum eſſet ipſe inordinatus, & baptizabat cum presbyter non exiſteret. Beatus autem Proterius ſentiens contra ſe confectum conſilium, dat locum iræ, & prima die Paſchæ ad uenerabile baptiſterium fugit. Aſt ille antichriſti præcurſor, neque ſanctam diem, neque colenda loca reueritus, mittit & occidit inſontē pontificem, unà cum ſex alijs qui erant cum ipſo, & funibus trahētes huius cadauer, à ſancto lauacro emiſerunt, & pompoſe per ciuitatem portatum poſtremo etiam igni ſine ulla miſericordia prodiderunt, & cineres eius in aerem conſperſerunt. Eodem anno delatum eſt corpus ſanctæ Anaſtaſiæ à Sirmio, & repoſitum eſt in tēplo eius in porticibus Domnini. Timotheus aūt Herulus ſcripta magni Cyrilli non edita reperiens, in multis locis adulterauit, ſicuti ſcribit Petrus presbyter Alexandrinus. Sequenti uero anno Leo Imperator iniqua Proterij morte, & iniuſta Heruli promotione com-

Timotheus Herulus Alexand. commouit

Proterius à Timotheo cæſus

S. Anaſtaſia

Corrupta ſcripta Cyrilli

perta, mittens Cæſariam linguis mutilatis exilio relegauit eos, qui Proterij neci communicauerant. Timotheo uero ſcelesto aduerſi nil intulit, iudicium in eum dicens inferre antiſtitibus conuenire. Qui literas ad uniuſcuiuſque prouinciæ miſit epiſcopos, ut ſinguli ſcriberent ſibi propriũ ſenſum, utrum quæ apud Chalcedonem diffinita ſunt ſibi placerent, & ſuper Heruli creatione quid dicerent. Inter quos & ſancto Symeoni ſtiliti & Bardæ monacho atque Iacobo miraculorum patratori ſcripſit, cõteſtans ut ita iudicium controuerſiarum depromerent, ut eſſent rationem deo cunctorum domino reddituri. Qui omnes unanimiter & conſonanter & Chalcedonenſem ſynodum ſanctam eſſe affirmant, & terminum ab ipſa deprõptum admittunt, Timotheum autem conſonanter reprobant, tanquam homicidam pariter & hæreticum. Satagebat autem & Gennadius apud Imperatorem, quo ulciſceretur ſuper his quæ temere fuerunt perpetrata, cui è diuerſo reſiſtebat Aſpar Arrianus. Porrò imperator pius Helurum quidem apud Gangras exilio relegauit, ipſe uero & illic cœpit conuenticula congregare, turbationesq́ patrare. Quas comperiens Imperator, rurſus eum in exilium miſit apud Cherſonam: & conſecratus eſt pro eo epiſcopus Alexãdriæ Timotheus alius cognomento Leucos, qui & Salophacialus nuncupatur, uir Orthodoxus & bonus cunctisq́ prorſus amabilis. Interea uaſto incendio Conſtantinopoli facto, Marcianus œconomus aſcendẽs ſuper tegulas ſanctæ Anaſtaſiæ, tenens euangelium orationibus & lachrymis illæſam domum ſeruauit. Sequenti anno cum pictor quidam pingere Saluatorem ſecundum ſimilitudinem Iouis præſumpſiſſet, arefacta eſt manus eius: quem peccatum ſuum confeſſum, ſanauit Gennadius. Aiunt enim quidam hiſtoricorum, quod criſpis & raris capillis ſchema in Saluatore magis uernaculum ſit. Per idem tempus Leo imperator, Zenonem generum ſuum magiſtratum totius Orientis fecit, & Baſiliſcum fratrẽ Verenæ Auguſtæ magiſtratum Thraciæ conſtituit. Zeno autem ueniens Antiochiam, inuenit epiſcopum in ea ſacrum Martyrium. Petrus autem Gnapheus ſequebatur Zenonem cum eſſet presbyter, qui perſuadens Zenoni ut ſibi cooperaretur ad conducendos mercede quoſdam Apollinaris ſectatores, turbationũ dena milia excitat contra fidem, & Martyrium epiſcopum: & anathematizat eos, qui non dicũt deum crucifixum eſſe: & ſcindens populũ Antiochenum, addit in triſagio hymno, qui crucifixus eſt propter nos, quod ex tunc hodieq́ apud †Theopaſcitas dici obtinuit. Martyrius autem ad Leonem Imperatorem uenit, & ſuſceptus eſt cum honore multo, ſtudio Gennadij epiſcopi Conſtantinopoleos. Rediens autem Antiochiam, & inueniẽs populos diſſidentes, Zenonemq́ his fauentem, coram eccleſia abrenuntiauit epiſcopatui dicens: Clero non ſubdito & populo diffidenti, & eccleſię ſqualenti abrenuntio, ſeruans mihimet ſacerdotij dignitatem. quo diſcedente, Petrus

Marginalia: Symeon ſtilites (beside "tione quid dicerent"); Gennadius Conſtant. epiſcopus; Timotheus Herulus relegatur; Timotheus Leucos ſuccedit; Miraculum; Martyrius Antioch. epiſcopus; † deum dicentes paſſum; A; B

A Petrus Gnapheus in thronum Antiochenum inſilijt, qui mox Ioannem
quoque promouit Apamenum epiſcopum, qui erat ex depoſitione. His ue
ro compertis Gennadius cuncta Imperatori exponit, & iubet Petrum Gna
phea exiliari. quod audiens Petrus exilium fuga euaſit, electione uero com-
muni Iulianus quidam epiſcopus Antiochiæ promouetur. Eodem anno *Iulianus epiſcopus Antiochenus*
translatus eſt apud Alexandriam propheta Heliſeus, in monaſterium Pau
li leproſi. Leproſum enim ſanauit, & leproſum fecit, & in ea quæ leproſi e- *Heliſei translatio*
rant, translatus eſt. Circa hæc tempora & † Timocleſtropariorũ factores
agnoſcebantur. Præterea Caſſius quæſtor Antiochenus atque philoſo- *antiphonarũ*
phus derogatus eſt apud Imperatorem ut paganus, & iuſſit Imperator exa *Caſſius philoſophus*
minari eum à pręfecto prætoriorum Conſtantinopoli. Cumq́ inducere-
tur in Zeuxippum uinctus retrorſum manibus, dixit ad eum Poſeus præ
fectus, uides ne o Caſſi, in quo habitu conſtitutus ſis. Qui ait: uideo & non
miror, homo enim cum ſim, humanas incurri calamitates, ſed iudica in me,
ut iudicabas cum me. Quibus auditis, contio laudauit Imperatorem, quo
comperto, Imperator gauiſus eſt, & dimiſit eum in regionem ſuam.

CVm Eudocia neptis Theodoſii ſedecim annos in Africa cũ uiro ſuo *Eudociæ pietas*
Honoricho feciſſet, & puerum Gilderichum ex ipſo genuiſſet, diffici-
le ferebatur erga maritum cum eſſet Arianus. Vnde aditu inuento, fuga la-
B pſa uenit Hieroſolymam, & adoratis uenerabilibus locis, ſalutatoq́ ſepul-
chro Eudociæ auiæ ſuæ, ac paucis diebus in ſancta demorata ciuitate, mor-
tua eſt in pace, omnibus ſanctæ reſurrectioni dimiſſis.

BASILISCVS. ZENO

BAſiliſcus in campo acclamatus Imperator Marcum filium Cæſarẽ fe-
cit, & Zenobiam uxorem ſuam Auguſtam coronauit, & ſtatim cõtra
fidem præliatus eſt, Zenobia maxime incitãte illum ad iſtud, Timotheũq́
Herulum reuocauit per typos, & Petrum Gnaphea qui abſconſus erat in
monaſterio accœmetẽſium. Et quoquot alij inimici ſancti Chalcedonenſis
erant concilij, fiducialiter contra ueritatẽ agebant. Herulus autẽ congrega-
tis inquietis quibuſque Alexandrinis, qui Conſtantinopoli peregrinaban- *Timotheus Herulus reſtituitur*
tur, de palatio cum letania uenit in eccleſiã uectus aſino. Qui perueniens in
locum qui dicitur octagonus, & expaueſcens pedem cõtriuit, & cum confu
ſione reuerſus eſt. Baſiliſcus autem hunc Alexãdriam cum typis contra ſy-
nodum miſit, & Petrum Gnaphea Antiochiam, cõtra ueritatem cõfortans
utrunque. Timotheus autem Salophacialus epiſcopus Alexãdrinus, com-
periens Timotheũ Herulũ aduenire, receſſit ad monaſteria Canopi. Mul-
tis autem afflictis, Herulus Timotheum lædere non ualuit, eo quod dilige-
retur ab omnibus. Cumq́ ingrederetur Herulus Alexandriã, uociferabã-
tur ſtudioſi eius, illud turpe dicentes: cibaſti inimicos tuos Papa. At ſcelera-
tus econtra clamabat, etiam uere cibaui. Hic impius etiam Chalcedonenſe

concilium anathematizabat. Iulianus autẽ Antiochenus epiſcopus præ triſtitia eorum quæ fiebant defunctus eſt. Petrus autẽ Gnapheus ad ſedem perueniens in anathemata & turbationes erupit, hinc cædes hominum & rapinæ propter additamentum triſagij factæ ſunt. Prætérea Baſiliſcus typo generali Chalcedonenſe abiecit concilium, iubens Acacio Conſtantinopolitano idipſum facere: ſed tota ciuitas cum mulieribus & liberis in eccleſiam contra Baſiliſcum conueniens, hoc fieri uetuit. Porrò clero, monachiſq; Conſtantinopolitanis pro Chalcedonenſi ſynodo repugnantibus, timens Acacius multitudinem, cum eis concordare ſimulabat, unde coram ambone contra Baſiliſcum Zenonem acclamabat. Baſiliſcus autem compertis his metuens feruorem plebis ciuitatẽ exiuit, iubens ſenatui neminem loqui cum Acacio: futurum enim erat, ut populus incenderet urbem. Daniel autem mirabilis ſtilites aſſumptis monachis & populi æmulatoribus, exiuit contra Baſiliſcum, & ei cum multa fiducia diſputauit. Interea Zeno cum Ariadne ad regiã perueniens urbem, ſuſceptus à populo ac ſenatu. Baſiliſcus uero ueniens ad eccleſiam, imperiali depoſita in diuina menſa corona, ad baptiſterium cõfugit cum Zenobia malæ opinionis uxore ſua. Porro Zeno Petrum Gnaphea auertit, eo quod Baſiliſco concurrerit. Decreto autem Orientalis ſynodi depoſitus eſt, & cum eo Ioannes qui poſt tertium menſem eiectus eſt, & poſt eum Stephanus uir uenerabilis eſt Antiochiæ prouectus epiſcopus. Petrus autem apud Pityuſſam in exilium deducendus, ſe deducentes decipiens, confugit in ſanctum Theodorum euchaitenſium. Timotheus autem Herulus inter hæc moritur, pro quo Petrus Moggos introducitur uir malignus, & ueritatis inimicus, qui iam depoſitus fuerat. Conſecratur autem ab uno epiſcopo, & ipſo depoſito: in quem irruentes per zelum dei monachi, triginta ſolis diebus latrocinaliter eum obtinentem epiſcopatum repellunt, & Timotheum iterum Salophacialum iure throno reſtituunt. Stephanus interea electione communi prouectus ad Antiochenum epiſcopatum, à Petri Gnaphei ſequacibus, quaſi Neſtorianus criminatus eſt apud Zenonẽ: ſed hunc Orientalis ſynodus apud Laodiceam cõueniens, iuſſione Imperatoris utpote innoxium ſedi reſtituit. Septimo uero imperatoris Zenonis anno, Stephano epiſcopo Antiocheno dormiente, Stephanum pro eo alterum conſecrauerunt, quem inimici fidei uoto quo erga Gnaphea flagrabant, in natatorio ſancti martyris Barlæ calamis acutis trucidantes, in Orontem fluuium proiecerunt, furore armantes amentiam. Zeno autem propter illa quæ præſumpta ſunt in Stephanũ, iuſſit Acacio Conſtantinopoleos epiſcopum Antiochiæ cõſtituere, qui ordinauit Calendionem. Conſecrauerunt enim & Antiocheni per ignorantiam Ioannem, qui dicebatur Còdonatus, quem Calendio in Tyrum quæ primus thronus eſt Antiochenæ dioceſeos translatum enthronizabat. Eodem

Petrus Gnapheus Antiochiæ epiſcopus · *Acacius patriarcha* · *Baſiliſcus abdicat imperiũ* · *Stephanus Antioch. epiſcopus* · *Petrus Moggos Alexand. epiſcopus* · *Timoth. Leucos reſtituitur* · *Antioch. epiſcopi cædes* · *Calendio Antioch. epiſcopus*

A dem anno & Alexandriæ Timotheus Salophacialus defunctus eſt,& con
ſecratus eſt Ioannes Tabenneſiotes, uir ſanctus, & rectorum dogmatum *Ioan. Alexan/*
propugnator, qui fuerat Alexandrinæ presbyter & œconomus eccleſiæ. *driæ papa*
Porrò Hillus patricius cum Leontio et reliquis uenit ad caſtellum Papyrij,
& educta Verina Auguſta in Tarſum Ciliciæ, fecit eam coronari extra ci/
uitatem apud ſanctum Petrum. Decimo præterea Zenonis anno Petri
Moggi ſpudaſtæ per pecunias & ſeductiones perſuaſere Zenoni, eijcere
Ioannem Tabenneſiotem Alexandrinum epiſcopum tanquam præter uo
tum eius cõſecratum, & Petrum Moggum iterum reducere Alexãdriam.
Tunc & ἑνωτικὸν fecit Zeno, ut quidam aiunt,ab Acacio Conſtantinopo
litano dictatum, & ubique trãſmiſit. Petro autem Moggo ante regreſſum
eius in Alexandriam iuſſit Zeno communicare Simplicio Romano atque
Acacio,qui uidelicet Acacius ſcripſit Alexandrinis ſuſcipere Moggũ,& Io/
annem abijcere. Ioannes uero audita Petri præſentia,licet clerus cum popu *Petrus Ale*
lo exire illum prohiberet,quæ præſumenda erant à Petro conſiderans, ſa/ *xandriam*
pienter & ſine turbatione receſſit. *reſtituitur*

THeuderichus Valamer cuius multus inter barbaros & Romanos eſt *Theudoricus*
ſermo,utpote fortis & prouidi,ſed nec rationum inexpertis,penes By/ *rex*
zantium quippe obſes quondam traditus, optimis magiſtrorum adhæſit,
B cum pater ſolus Valamer poſt Attilæ filios dux eſſet ſub Leonis imperio
Gothorum. Interea Oriẽtales epiſcopi ſcripſerunt Acacio uituperationes, *Acacij impie-*
eo quod receperit Moggum in communionem, qui paruipendens eos om *tas*
nes impudẽter communicare Moggo coacte fecit. At uero qui erant ex re/
gia urbe,necnõ & de Oriente,deprecati ſunt Felicem Romanum epiſcopũ,
ſignificantes Acacium eſſe malorum autorem. Inter quos & Ioannes Ale/
xandrinus eadem dicens Romam profectus eſt. Felix autẽ ſynodo in tem/
plo ſummi apoſtoli Petri facta,duos epiſcopos & eccleſiæ deſenſorẽ Con/
ſtantinopolim miſit,ſcribens Zenoni & Acacio,ut Petrum Moggum tan
quam hæreticum eijceret Alexãdria. Sequenti uero anno his qui à Roma
miſſi fuerãt, apud Abydum Zenonis & Acacij uolũtate retentis,literiſq;
ablatis in carcerẽ miſſis, cõminatus eſt Zeno illos occidere, niſi Acacio &
Petro Moggo communicaſſent. Porrò Zeno concilio Acacij Orientis epi/
ſcopos cogebat ſubſcribere henotico,& communicare Petro Moggo. Re/
ſponſales uero Felicis Romani cõueniens,& pecunijs decipiẽs, Acacio com
municare contra quæ ſibi fuerant imperata perſuaſit, quanquam econtra
pariter conteſtarentur Orthodoxi. Primum quidem hamo circumponen/
tibus funem,& unum eorum publice inſtruentibus, Secundum autem in li/
brum immiſerunt,& tertium in cophinum holerum impoſuerunt. Felix au
tem cõpertis quæ ab apocriſiarijs ſuis geſta ſunt,depoſuit eos ſcribens Aca
cio depoſitionẽ. Porrò is qui hanc deferebat, effugiens eos qui erãt in Aby

do peruenit ad monaſteriũ Dij,monachi uero Dij dominico die in ſacrario porrexerunt epiſtolam Acacio. Aſt hi qui erant ex parte Acacij peremerũt quoſdam ex monachis qui epiſtolam dederant,quoſdam autẽ punitos carceri tradiderunt. Verum Acacius inſenſate ſe habuit circa depoſitionem,nomenq́ Felicis à Diptychis abſtulit. Præterea Calendio epiſcopus Antiochenus aſportauit corpus Euſtathij magni à Philippis, nbi in exilio retẽtus dormierat, & cum honore multo huic decimo miliario tota ciuitas obuiam uenit. Hi uero qui ſe ab eccleſia ſeparauerant propter eundem ſanctum,rurſus uniti ſunt poſt centum annos dormitionis eius. Mortuo ſanè Acacio cũ Phrauitas per tres menſes epiſcopatum tenuiſſet, ſcripſit Felici quod ei quidem communicaret,Petro uero Moggo non commnnicaret,E diuerſo autem Moggo ſcripſit,quod ei quidem communicaret,Felicem autem Romanum auerteret.uerum exemplaribus quæ ad Moggum deſtinata fuerãt ab Orthodoxis, Felix antequam apocriſarij Phrabitæ cum ſynodicis peruenissent acceptis,hòs cum honeſtate remiſit. Defuncto autem Phrabita Eufemius presbyter & * Ptochotrophos Neapoleos tenuit,cõfeſtim proprijs manibus nomen Moggi deleuit à Diptychis, ſicq́ in eis ſedens, in throno nomen Felicis inſcripſit.

Euſtathij translatio

*Euphemius patriarcha. * qui ptochotrophio, ideſt, domui præeſt, in qua pauperes aluntur*

PEtrus Moggus mortuus eſt Alexandriæ,pro quo Athanaſius cõſecratus eſt cognomẽto Cylites. Aſt Imperator Zeno requie potitus à barbaris, ab Antiochena Calendionem pellit eccleſia, exulem faciens apud Oaſin,Petrumq́ Gnaphea conſtituit. Neſtorẽ autem Tarſenſem,Cyrum Hierapolitanum, Ioannem Cyreſtenſem, Romanum Chalcedonenſem, Euſebium Samoſatenum,Iulianum Mopſueſtinũ,Paulum Cõſtantinenſem,Manum Ermenienſem, & Andream Theodoſiopolitanum, ſub obtentu quidẽ fauoris, quaſi circa tyrannos exhibiti, ſed ueritate propter non receptum henoticon ſuis abigi pręcepit eccleſiis. Petrus aũt Gnapheus Antiochiam ingreſſus, multa mala operatus eſt, anathematiſmos uidelicet ſynodi Chalcedonenſis,irreprehenſibilium deiectiones epiſcoporum, ſubrogationes & creationes illicitas,& his ſimilia, ante omnia triſagio hymno addens, Chriſte rex qui crucifixus es propter nos. Petrus aũt iterum ueniens, amputauit Chriſte rex. Porrò Xenaias ſeruus ſatanæ, dominicã & ſanctorum docebat non recipiendam imaginem: cum enim eſſet natione Perſa & fortuna ſeruus,dominum ſuũ ſub Calendione fugiens, uillas quæ circa Antiochiam ſunt à fide retrahebat,cum nõ eſſet baptizatus,ſe clericum eſſe dicens. hunc Calandio quidẽ pepulit, Petrus uero Gnapheus epiſcopũ Hierapoleos ordinans,Philoxenum mutato nomine nuncupauit. Cum autem poſtmodũ eum baptizatũ non eſſe didiciſſet,ſufficit inquit ei pro baptiſmate cõſecratio. Eufemius aũt cum eſſet Orthodoxus, Anaſtaſium ſilentiariũ qui poſt hæc abuſus imperio eſt,ab eccleſia pepulit ut hæreticum, & Eutychis

Athanaſius Alex. epiſcopus

Petrus Antiochiam reſtituitur

Epiſcopi ſedib. pelluntur

Imagines tollendas docuit Xenaias

Epiſc. nondũ baptizatus

Euſemij in Anaſtaſium cenſura

A chis conſentaneum,quem & turbas excitantem intuens, ſedile ipſius quod erat in eccleſia ſubuertit,comminatus ei, quod niſi ceſſaſſet à talibus, tonderet caput eius, & turbis traderet publicandũ. quæſtus autẽ apud Zenonem contra illum obtinuit poteſtatẽ. Sequenti uero anno, quo agebat ſeptimuſdecimus imperij Zenonis annus, Felix ſynodicis Euphemij receptis,ei quidem tanquam Orthodoxo appoſitus eſt, epiſcopum aũt illum non recepit, eo quod nomen Acacij & ſucceſſoris Phrauitæ de Diptychis non eraſerit. Eodem anno Petro Gnapheo mortuo, promotus eſt epiſcopus loco eius Palladius presbyter Seleucenſis eccleſiæ ſanctæ primæ martyris Teclæ, cum quo electus eſt Ioãnes Conſtantini, atque Anaſtaſius Silentiarius qui male poſthac imperauit. nam Zenone mortuo Longinoque fratre ipſius,ad imperium affectãte repulſo, Ariadnæ ſenatuſque cõſulto ac totius exercitus Anaſtaſius Silentiarius pronũtiatus eſt Imperator. qui cum imperiũ ſuſcepiſſet, profeſsionem in ſcriptis expetitus eſt ab Euphemio facere, nõ cõmouendi quicquam de eccleſia uel de fide, indignũ ſe Chriſtianis & imperio uocans. Vim autem faciente imperatrice Ariadne, atque ſenatu ſuſcepit propriæ manus eius ſcriptũ, quod reciperet in diffinitionem fidei dogmata Chalcedonenſis concilij, & ita coronatus Ariadnen ducit ad nuptias, nec dum ante uxori ſociatus. Porrò anno quo Zeno mortuus eſt,& Anaſtaſius imperare

B cœpit, ab Adam ſecũdum Romanos quidẽ anni erant quinque millia nongenti nonagintanouem: ſecundum uero diligentẽ ſupputationem Alexandrinorum, quinque milia nongenti octogintatres.

Longinus repulſam paſſus

Anni mundi

ANASTASIVS.

Anaſtaſius Imperator Petrũ Gnaphea Antiochiã redire ad propriã ſedem iubet: ſed licet hunc ab exilio reuocaſſet, Antiochiã tamen abire nõ paſſus eſt, Palladium faciens Antiochiæ cõſecrari. Euphemius autem Conſtantinopolitanus congregatis peregrinis epiſcopis,ſecundum prædicauit Chalcedonenſe conciliũ. Porrò Ioannes Tauenneſiotes cum eſſet Romæ audiens quod Anaſtaſius imperaret, uenit Byzantiũ, uiciſsitudines bonas ſperans ab eo, quoniam Alexandriæ illum fecerat œconomũ quem & nudum ex naufragio ſuſceptum ſuſtentare curauit, ita ut faceret eum de calamitate nihil omnino ſentire. Anaſtaſius autem audiẽs quod ueniret fide rupta, multaque ingratitudine uſus, in exilium præcepit deſtinandum, nullatenus ad ipſo ſuſceptum. Porrò Ioannes hoc prænoſcens, Romam fugiendo ſaluatus eſt. Interea facta barbarorum prædonumque ac inteſtinorum bellorum turbatione, his Cono epiſcopus Apamiæ derelicto throno in armatum & prætorem taxatus reſiſtit. Imperator autem fatigatus eo quod bellum protelaretur, fidẽter credidit Euphemio epiſcopo, quod cuperet pacem, & colligi peregrinos præcepit epiſcopos, quaſi pro Iſauris rogaturos. Euphemius autem Imperatoris ſecreta Ioanni patricio reuelauit, ſocero ui-

Palladius Antioch. epiſc.

Euphemius Conſtant.

Anaſtaſii ingratitudo

Cono ex epiſcopo dux

Anaſtaſii cũ Euphemio ſimultas

hoc eſt, ante oratorium

A

delicet Athenodori primatis tyrannidis. Qui currens hoc imperatori nunciauit, quæ res inrecõciliabilem contra Euphemium inimicitiam Imperatori Anaſtaſio excitauit: unde et Iſaurorum Euphemio cõgreſſiones aſcripſit. Euphemio uero quidam inſidiantes, perſuaſerunt cuidã ante† martyrium, gladium contra caput eius incutere, ſed Paulus quidam defenſorum eccleſiæ plagam quidem in capite ſuo recepit, & periclitatus eſt: inſidiatorem uero peremit. Iterum ergo in collecta inſidiati, Euphemium conſiliati ſunt interimere, qui priuato habitu indutus, fuga ſalutẽ mercatus eſt. Porrò Anaſtaſius Imperator ab Euphemio profeſsionẽ ſuam de qua prædictum eſt, uiolenter extorſit, cuiq; uictis Iſauris mandat per Euſebium magiſtrum dicens: Orationes tuæ ô magne amicos tuos fuligine contaminauerunt. Epiſcopis ergo peregrinis collectis, Imperator contra Euphemium queritur, qui fauẽtes Imperatori, depoſitionem patriarchæ & excommunicationem ſanciebãt. Prouehit autem Imperator Macedonium epiſcopum Conſtantinopoleos, qui tunc Sceuophylax erat ipſius eccleſiæ, populus tamen propter Euphemium diſſidebat, & in Hippodromon currẽs, letanias agebat, quanquam nihil proficere ualuerit, Imperatore male uincere ſatagẽte. Porrò Macedonius nequiter obaudiens Anaſtaſium ſubſcripſit henotico. Imperator autem Euphemium in Euchaitam exulem miſit, qui uerbum petijt per Macedonium accipere, ut illæſus maneret cum duceretur: iuſſus autem B
Macedonius dare uerbum, & ingreſſurus in baptiſteriũ ad Euphemium, ſuperhumerale à ſe archidiacono præcepit auferre, & ita purus ad Euphemium ingreſſus, fœneratusq; pecunias dedit Euphemio, ita ut laudaretur à multis: religioſus enim erat & ſacer, quippe qui à Gennadio fuerat enutritus, cuius & fratruelis erat. Eodem anno Athanaſio epiſcopo Alexandrino defuncto, conſecratus eſt pro eo Ioannes monachus presbyter & œconomus, cognomento Hemula. Præterea Macedonius conſilio Imperatoris unire monaſteria regiæ urbis ſategit, quæ ſciſſa fuerant propter henoticon Zenonis: ſed non ualens conſilium dedit Imperatori, quo peregrinos epiſcopos conuenire, & quæ Chalcedone bene dogmatizata fuerant, in ſcriptis confirmare faceret. Quod & factum eſt per deſcriptam actionem, & hortabatur monaſteria ad unitatem, maximeq; Dij monaſterium & Baſſiani, & Acœmetenſium, atq; Matronæ, quæq; magis ſcindebantur ab eo, qui recipiebat Zenonis henoticon, & exilia alacriter ſuſtinebãt. Cum ergo inſiſterent, cõſiderauit Macedonius magis in propria uoluntate dimittere eos, q̃ perſecutionẽ erigere cõtra illos. Matrona uero ſancta adhuc uiuẽs, & non cõmunicans, una cum religioſis monachabus quę cum illa erant propter henoticon Zenonis, inopinata multa monſtrauit, Chryſaorio eccleſię diacono illam cogente: & alia quædam Sophia uocata inſignis, quæ inter ſanctimoniales multa paſſa magnam patientiã demõſtrauit. Porro Theodericus

Ioannes Alexandrinus

A dericus Afer diaconum habebat Orthodoxum admodum à ſe dilectum, qui cum in arrianiſmũ fuiſſet conuerſus, Theoderico fauens, interemit cum gladio dicens. Si deo fidem non ſeruaſti, nec mihi ſeruabis. Palladio uero epiſcopo Antiocheno defuncto, Imperator elegit Flauianum presbyterũ, & apocriſiarium eccleſiæ Antiochenæ, quem aiunt dogmatibus Chalcedonenſis concilij aduerſatum. Præterea Olympius quidam Arrianus dum in helianenſium balneo lauaretur, crudeliter blaſphemans, miſerrime in eo mortuus eſt, quod in imagine eſt depictũ. Eutychianus uero quidã primus diætariorum muneribus ſuaſus, erectam imaginem Olympij depoſuit, qui ab illo die diro corpore tabefactus interijt. *Flauianus Antioch. epiſcop.*

FEſtus ſenator urbis Romę miſſus ad Anaſtaſium propter quaſdã ciuiles utilitates, memorias ſanctorũ apoſtolorũ feſtiuitate maiori petijt celebrari, quod & tenetur uſq; in præſens. Macedonius autem ad Anaſtaſiũ Romanũ epiſcopũ ſynodicã per Feſtum mittere uolens, prohibitus eſt ab Imperatore. Porro Feſtus rediturus Romã pollicitus eſt Imperatori Anaſtaſio perſuadere Anaſtaſio Papæ, Zenonis henoticon recipere. quẽ uiuũ nõ repperiens, corrupit per pecunias multos, & elegit pręter conſuetudinẽ Romanorũ epiſcopum Laurentium quendã, qui ordinatus eſt ab una parte. Orthodoxiores autẽ conſecrauerunt Symmachũ unum ex diaconibus. *Duo põtifices ſimul per triennium*

B Hinc ergo turbationes multæ ac hominum ſtrages & rapinæ patratę ſunt per annos tres, uſq; quo uidelicet Theodericus princeps tunc Romã tenẽs, quanquam Arrianus eſſet, ſynodo celebrata locali, Symmachum quidem epiſcopũ Romæ firmauit, Laurẽtium uero in Nucerina ciuitate locari præcepit epiſcopum, qui tamen nullo pacto quieſcens, ſed ſeditiones commouens, à Symmacho deponitur, & in exilium mittitur, & ita ſimultas ceſſauit. Eodem anno Anaſtaſius rẽmouit auri argentiq; metalla, & uenationes principatus: quæ cum uenales eſſent, gratia promouebat. Sequenti uero anno, cum Romanum pontificatum Symmachus, imperium autem Anaſtaſius regeret, Saracenorum incurſus in Phœnicen & Syriam rurſus effectus eſt poſt mortẽ Agari, Vadigarimo fratre ipſius inſtar turbinis, & adhuc uelocius diſcurrẽte per loca. hoc etiã anno, id eſt Symmachi Papæ primo, & imperij Anaſtaſii undecimo, Bulgares per Illyricum & Thracẽ diſcurrunt, prius q̃ agnoſcerentur. Apud Neocæſariam deinde cum futurum eſſet ut fieret terræmotus, miles iter faciẽs duos milites ſuper eam uidit, & alium militem poſt tergum clamantem: Conſeruate domum in qua ſepulchrũ Gregorij eſt. Cum autem terræmotus factus fuiſſet, plurima pars ciuitatis corruit, excepta domo Gregorij Thaumaturgi. *Saracenorum incurſiones* *Bulgarorum incurſiones* *Neocæſaria terræmotu ſubuerſa*

ANaſtaſius quiete potitus à pręlijs, Macedoniũ Patriarcham euertere ab Orthodoxa fide ſatagebat. Multi autẽ epiſcoporũ Anaſtaſio gratiã præſtantes, Chalcedonenſi reſiſtebãt concilio, quorũ primus erat Eleu- *Anaſtaſii impietas*

ſius Saſimenſis. quendam aũt Manicheum Syrum ſimul & Perſam, Anaſtaſius adduxit à Cyzico in habitu presbyteri, qui aliena ab eccleſię ſanctis imaginibus ſcribere pręſumpſit,& fabuloſa in palatio Helenianenſium,uoto imperatoris Manicheis congratulantis, unde & ſeditio populi facta eſt magna. Tũc & præfectũ Anaſtaſius in collectis & letanijs excogitauit ſubſequi:timebat enim Orthodoxorũ ſeditiones,& factũ eſt in conſuetudinē. Xenaiam uero Manis cōſentaneum duxit Anaſtaſius Conſtantinopolim tanquam ſectatorē ſuum:quem Macedonius neq; communione neq; uerbo dignum,clero monachis & populo conturbato, iudicauit: unde & eum Anaſtaſius ab urbe latenter eduxit. Macedonius uero Acholium quendã qui exemerat aduerſus ſe machęram ex ſummiſsione inimicorum ſuorum, per ſingulos menſes annonam præcepit accipere, ſuper manſuetudine collaudatus. hoc autem & in egenis ſacrilegis egit. A

ANaſtaſius Imperator Flauianum Antiochenum epiſcopũ coegit henotico Zenonis ſubſcribere. Qui facta ſynodo epiſcoporũ ſub degẽtium,multorum uerſuum epiſtolã ſcripſit, Nicenam, Conſtantinopolitanam,& Epheſinam confitens ſynodos, Chalcedonenſem autem tacuit. Reprobauit autem Diodorum,ſubdens capitula quatuor,per quæ cum Chalcedonenſi apparet non conſonare concilio,maxime uocem duarum naturarum impugnans. Aiunt præterea quidam hæc Acacij Conſtantinopoleos eſſe. Porrò Flauianus ſecretam epiſtolam ſcripſit Anaſtaſio,intentionē eius ſectatus. Similiter & Xenaias impius:qui & præſumptuoſe gerẽs, addidit his capitulis anathema contra diuiniſsimum Leonem Romanum & ſynodum ac illis conſentientes. at uero Cōſtantinus epiſcopus Seleuciæ, ſanctã Chalcedonenſem ſynodum anathematizabat. Porrò Flauianus ut derogans ſcripſit Imperatori,indicans hæc. Imperator autem indignatus eſt aduerſus eum, Conſtantinum potius & Xenaiam ſuſcipiens. Heliæ uero epiſcopo Hieroſolymitano ſcripſit Anaſtaſius, iubens cōtra Chalcedonēſem decernere ſynodum. qui reſcripſit Imperatori anathematizãs Neſtorium, Eutychem atq; Diodorum, & cōcilium Chalcedonenſe recipiens. Interea monachi quidam hæretici ducenti uenientes ab Oriente Byzantium, unà cum Seuero impio contra Macedonium atq; concilium decernebant. hos Anaſtaſius honorifice ſuſcepit,& ueritatis inimicos,& eos qui conturbauerant Orientem,& hic eadem operantes. Ioannes uero Alexãdrinus epiſcopus, duo milia librarum auri dari ſpopondit Imperatori,ſi perfecte eijceret Chalcedonenſe conciliũ. Imperator autem Macedonium cogebat apocriſiarijs communicare Ioannis. Ioannemq; recipere, ſynodum neque recipientem, neq; proijcientem. Macedonius autem reſtitit dicens, non illis ſe communicaturum, niſi cōfiteantur matrem & magiſtram ſynodum Chalcedonenſem. Cæterum Deuterius epiſcopus Arrianorum, Byzantij baptizans B

Helias Hieroſ. epiſcopus

Miraculum

A zans quendam uirum nomine Barbam, præter dominicam traditionem auſus eſt dicere: Baptizo te Barba, in nomine patris, per filium, in ſancto ſpiritu. & ſtatim lauacrum exſiccatum eſt. Barbas uero timore perterritus fugit, & omnibus notum fecit miraculum. Porrò Imperator Macedonium Conſtantinopoleos epiſcopum cogebat anathematizare Chalcedonenſe concilium, quemadmodum & Helias Hieroſolymitanus. Aſt Macedonius abſq; uniuerſali ſynodo quæ præſulem Romanum haberet epiſcopum, impoſſibile fore hoc ſe facere fatebatur. Vnde inimicus ei effectus Imperator confugientes ad eccleſiam uiolenter extrahere iuſsit, in eccleſiis hæreticorum intemeritatis diffinitiones conceſsit. Quotquot autem clerici & laici Byzantij erant apud Seuerum & Manichæos Orientales hęreticos uocabant, contra Macedonium ſatagentes. Porrò deiferi monachi qui in Paleſtina erant, diuina moti æmulatione uenerunt Byzantium contra Seuerum & monachos qui cum eo erant. Dorotheus autem monachus Alexandrinus multorum uetſuum librum ædidit pro Chalcedonenſi concilio quem dedit Magnæ uxori fratris Anaſtaſii, cum eſſet orthodoxus. Ipſa uero Anaſtaſio librum obtulit, ſperans per hunc eum fore mutandū. Quem cum legiſſet, & pręter uotum ſuum eſſe reperiſſet, Dorotheum apud Oaſin exilio deſtinat, at librum pro nihilo ducit, eo quod ſuperſcriptus eſſet tragœdia, id eſt prophetia inſtantis conſtitutionis, quemadmodum à magno Baſilio aiunt fuiſſe dictum contra Iulianum. Macedonius autem Flauianum Antiochenum, & omnes qui præſumerent dicere quid aduerſus ſynodum anathematizabat, & apocriſarios Flauiani uenientes ad ſe propter quaſdā neceſsitates anathematizauit, & inſecutus eſt. Viceſimo ſanè Anaſtaſii imperij anno ſynodus apud Sidonem præparatur. Sotericus enim epiſcopus Cæſariæ Cappadociæ à Macedonio conſecrandus, ſe in ſcriptis profeſſus eſt dogmata Chalcedonēſis ſynodi, utpote diffinitionem fidei recepturum. Poſthæc tamen adeo factus eſt hoſtis, ut mori uelle cerneretur in Oriente cum Xenaia locutus, & ambo pro ſynodo apud Synadam efficienda Imperatorem petiſſent, in omnimodam eiectionē ſancti Chalcedonenſis concilij. Quæ ſtatuta maturius diſſoluta eſt, Imperatore ad hoc Eutropium tribunum mittente. Qui & diſſoluta ea egit ut Flauianus Antiochenus & Helias Hieroſolymitanus unà cum epiſcopis ſuis, imperatoribus quæ apud Sidoniam geſta fuerant, ſcriberēt. Flauianus uero tres tantummodo ſynodos & Zenonis henoticon ſe ſuſcipere ſcripſit, Chalcedonenſis mentionē non faciens. Helias quoque Hieroſolymitanus etiam Chalcedonenſem ſcripſit abijcere. Sotericus autem Cęſarienſis, & Xenaias contra Flauianum & Heliam ſuggeſſerunt Imperatori, quia pro eo quod nollent expreſſe contra ſynodum Chalcedonenſem ſententiam ferre, conuenerunt adinuicem. Anaſtaſius autem iratus incitauit monachos quoſdam falſos cōuenire apud Antiochiam

Dorotheus monachus

B

tiochiam & aduerſus Flauianum inſurgere, petentes eum Chalcedonenſe anathematizare concilium, & Diodorum & Theodorum, & Iban, & Theodoretum. Quod & fecit puſillanimus factus Flauianus & corã eccleſia eos anathematizauit unà cum ſynodo. Eodem anno contra Macedonium Imperator agebat, & ſciſmatici cum conductis turbis in archangelo palatij, & in magna eccleſia pſallentes in dominico die triſagion, addebant in eo: Qui crucifixus eſt propter nos, ita ut orthodoxi ex neceſſitate cum plagis eos inſequerentur. Imperator uero manifeſte per ſchiſmaticos monachos & clericos, & Iulianum Cariæ tũc deinde uero Alicarnaſi epiſcopum, & Seuerum epiſcopum adhuc monachum, impugnabat Macedonium turpibus eum publice ſubmittens iniurijs. Multitudines autem cum mulieribus & liberis, abbatibusq́ orthodoxorum monachorum congregatæ clamabant: Tempus martyrij Chriſtiani, ne derelinquamus patrem noſtrum iniurijs laceſſere Imperatorem ſatagentem ut manichæum & indignum imperio. Qui metuens clauſit oſtia palatij, & naues præparabat ad fugiendum. Macedonium autem, de quo iurauerat non ſe ultra uiſurũ, tunc rogabat uidere, multitudines metuẽs. Hoc interea ueniente ad eum, populus cum egumenis & monachis proteſtabatur, dicẽs: Patrem noſtrum habemus à uobis: ſcholæ uero laudem dicebant ei cum tranſiret. Ingreſſus autem ad Anaſtaſium, arguit eum ut hoſtem eccleſiæ. Qui ſimulatus eſt ei ad horam uniri. Verum ſequenti anno decipit Imperator Macedonium per Celerem magiſtrum, commonitorium faciens ad eum, in quo ſe primam quidem & ſecundam confitebatur ſuſcipere ſynodum, Epheſinam uero & Chalcedonenſem dimiſit. Quod ingens Macedonio uituperium attulit, per hoc enim & henoticon Zenonis recepit, cui etiam conſecrandus ſubſcripſerat. Præterea Macedonius abiens ad Dalmatij monaſterium in eo clericis & monachis zelatoribus qui ob id ſcandalizati fuerant, rationem reddidit per declamatoriũ ſermonem quod ſuſciperet ſanctam Chalcedonenſem ſynodum, eosq́ qui hanc non ſuſciperent hæreticos, & comminiſtrauerunt ei. Imperator autem muneribus perſuaſit conſentaneis ipſius clericis ſcilicet & monachis alium epiſcopum eligendi, quod & Ariadnen & magnos ex ſenatoribus contriſtabat. Diligebatur enim Macedonius propter uitæ munditiam & dogmatum rectitudinem, licet deceptus fuerit. Inſtruxit autem Imperator duos quoſdam nequam accuſare Macedonium quaſi puerorũ amatorem pariter & hæreticum. Et hæc porrigere in ſcriptis pręfecto & magiſtro, ſimiliter autem & cõtra presbyteros & diaconos orthodoxos. Iuſsit autem Celerem magiſtrum deponere uiolẽter eum ab epiſcopio, clamante Macedonio, ſe prompte reſpondere, nõ ſolum in prætorio, ſed & in Theatro. Multi uero clericorum in carceres miſsi ſunt, qui autem fugere potuerũt, apud Romam & Phœnicen ſunt diſperſi. Porrò impius Imperator, authenticã chartam

Tumultus Cõſtantinop.

A tam cōcilij Chalcedonenſis geſtorum, per magiſtrum accipere à Macedo-
nio & dirumpere ſatagebat. Macedonius uero ſignans eam ſuper altare po
ſuit. Quā Calapodius eunuchus, & œconomus magnæ eccleſiæ furto abla
tam Imperatori detulit. Tunc Macedoniū noctu educēs Imperator uiolen *Macedonius*
terChalcedonē miſit. Et inde Apud Euchaitē exilio relegari præcepit, nihil *relegatur*
corū quæ de ſe obijciebat quærere auſus, metuens multitudines. Poſtea uc *Timotheus*
ro die prouehit epiſcopū Timotheum quendā presbyterum & uaſorū cu- *ſubrogatur*
ſtodem eccleſiæ, cognomento Litrobulen & Cilonē propter quoſdā actus *patriarcha*
conuenientes nominibus. Qui ingreſſus eccleſias primū imagines Macedo
nij deponebat, & ita faciebat miſſas Ioannē uero Alexandrinū in diptichis
ordinauit, eiq; ſynodica ſcripſit. Imperator aūt perpendēs quod ſine depo-
ſitione Macedoniū & ſine iudicio in exiliū miſerit, miſſo magiſtro ſiſtere fe-
cit eum ultra Claudiopolim Honoriadis. Sicq; illū abſentem deponunt,
cum ijdē ipſi fuerint accuſatores, teſtes, & iudices: præſertim cū iam eſſet an
te iudiciū pulſus: & per epiſcopos mittunt depoſitionē, & presbyterū Cyzi
cenum. Hos cum uidiſſet Macedonius priuſquā cum illis loqueretur, inter-
rogabat: Si ſuſciperent ſynodū Chalcedonenſem. Quibus dicētibus, Quis
enim es: tunc ipſe ait: Si Sabbatiani & Macedoniani deferrēt mihi depoſi-
tionem, cōuenerat me ſuſcipere? Et ita reuerſi ſunt inefficaces, idemq; perue
B nit ad Euchaitē. Tunc & Flauianū feſtinabat Imperator à ſede Antioche-
na eijcere, & pro illo Seuerū manifeſtum ueritatis inimicū inducere. Appo-
ſuerunt aūt calumniantes, quod ore tantū, & non corde ſynodū anathema
tizauerit. De cætero & conſiliū acceperunt iudices qui miſſi fuerāt ab Impe-
ratore, pellendi eum, & propter turbationem modicum remouendi. quo ad
platanos egreſſo, confeſtim impium Seuerum conſtituit, qui ante mona-
chus fuerat in monaſterio ſciſmaticorum iuxta Maiuma Gazæ. Flauia- *Flauianus re-*
num autem apud Petram exilio relegauit. Sed & alios nonnullos epiſco- *legatur*
pos ferreis uinculis compeditos, unà cum presbyteris & diaconibus. He- *Seuerus ſubro*
lias uero Hieroſolymitanus dum cogeretur ab Imperatore, aut Seuero cō- *gatur in ſedē*
municare, aut epiſcopatu repelli, monachis confortantibus illum ab epiſ- *Antiochenam*
copatu proijci magis elegit. & conſecratus eſt pro eo Ioannes ex Stauro- *Heliæ Io. ſub*
phylacibus quidam, qui ſpopondit facere quęcunq; uellent. Verum conſe *ſtituitur*
cratus neutrum fecit. Imperator autem Anaſtaſius unà cum Timotheo ſce
leſto Conſtantinopolitano epiſcopo, multa mala monachis, clericis ac lai-
cis, qui pro Macedonio procq; ſynodo defenſanda perſeuerabant, oſtēdit:
ita ut apud Oaſem Thebaidis multos exilio relegaret. Qui Timotheus ſy-
nodica & Macedonij depoſitionē ſingulatum epiſcopis ciuitatum, ad ſub-
ſcribendum tranſmiſit. Quorum alij fortiores ſcilicet ad utrunq; reſtiterūt.
Alij uero utriſque ſcripturis timore Imperatoris perterriti ſubſcripſerunt.
Porrò medij depoſitioni Macedonij non ſubſcribentes, Timothei ſynodi-
cis

cis ſubſcripſerunt. Quod ipſum erat, licet eis diſtare uideretur. Volens autē A
Timothei ſe uitia Timotheus Seueri nomen in Diptichis ordinare & Flauiani eijcere, prohibitus eſt à populo. Seueri nanq; communionem omnes orthodoxi fugiebāt, & maxime monachi: quibus cum multitudine ruſticorum punitis multos occidit, altaria ſubuertens, & ſacra orthodoxorum uaſa ut ſacrilegus cōflans. Iuliana uero illuſtriſſima fœmina, quæ templum dei genitricis apud Honoratas conſtruxerat, ualde pro Chalcedonenſi ſynodo ſatagebat, ita ut ei nec Imperator quidem multas aduerſus eam uerſutias adinueniens Timotheo communicare perſuadere ualuerit. Sed nec ipſe Timotheus frequenter ad eam pergens, hoc ei potuit perſuadere. Pompeium quoque conſobrinum illius & huius uxorem, quæ mulier erat ornata, & cōcedendis beneficijs uacans, multis Imperator anguſtijs humiliabat, ut zelatores ſynodi, & eos qui Macedonio largiebantur in exilio quæ neceſſaria erant. Hi uero qui Alexandriam miſſi fuerant à Timotheo ad Ioannem Nicæoten, ſuper ambonem Chalcedonenſem anathematizauerūt concilium. Defuncto autem Egumeno monaſterij Diu, uenit Timotheus ordinaturus Egumenum. Is autem qui promouendus erat dixit non ſe ſuſcepturum benedictionem à uiro qui Chalcedonenſem ſynodum ſperneret. Ad hæc Timotheus ait, anathema omni homini Chalcedonenſe non ſuſcipienti concilium: & tum ille prouehi ab ipſo conuenit. Præterea Ioannes archidiaconus B Timothei cum eſſet Manichæus conuicijs affecit Timotheum, & Imperatori qui direxerat indicauit. Aſt Imperator ignominioſe adire Timotheum in facie conueniens negantem inuenit, & econtra eos anathematizantem qui Chalcedonenſem ſynodum recepiſſent. Porrò Ioannes Alexandrinus
Anaſtaſius dux Paleſtinæ inhibuit Aegyptios aſcendere Hieroſolymam ut non cōmunicarent in exaltatione Chalcedonenſi concilio. Terribilia uero quædam ab his qui à dæmonio tenebantur, facta ſunt Hieroſolymis tunc. Anaſtaſius enim cupiēs fieri dux Paleſtinæ, pollicitus eſt Imperatori niſi perſuaderet Ioanni poſt Heliam Hieroſolymitano epiſcopo communicare Seuero, dare tricentas libras auri. Accepto principatu uenit Hieroſolymam, Ioannemq; ſibi non obedientem miſit in carcerem. Zacharias uero quidam princeps Paleſtinæ deo amabilis uir ſuggeſſit epiſcopo zelo diuino ductus, duci repromittendi ſe quæ illi placerēt acturū, dum modo reſtitueretur in throno ſuo. Quo ſe abſoluente ac reſtituente, collectis monaſterijs in templo ſancti Stephani aſcendit ſuper ambonem, & anathematizauit Neſtorium, & Eutychen & Seuerum atque Sotericum, pronuntians ſanctas & uniuerſales quatuor
Hypatij largitio ſynodos. Aderat autem & Hypatius filius fratris Imperatoris, nō communicans omnino Seuero. Hic cum tunc communicaret Ioanni auri libras centum dedit ſancto Theodoſio, qui erat exarchus monaſteriorum ad diſtribuendum has monachis qui rectę fidei erant, & Chalcedonenſis concilij

zelo

A zelo feruebant. Imperator autem quoſdam ex principibus præcepit in templo ſancti Theodori Pharacij ſuper ambonem triſagij additamentum admittere, ita ut multitudines indignatæ per diem letaniæ illinc egrederentur. Quando & Timotheus per cõmonitorium ſcriptum omnibus eccleſiis præcepit triſagion in letanijs cum additamẽto dicẽdum: quod multi metuentes fecerunt, monachi uero alium pſalmum pſallendo uenerũt. Hos autem populus uidens, clamauit: Bene uenerunt orthodoxi: ſimultasq; multa facta eſt, incendium domorum multarum ac homicidia dena milia, turba uociferante aduerſus Anaſtaſium, & Vitalianum Imperatorem petente: ita ut fugeret Anaſtaſius & latitaret, ab ipſaq; Ariadne laceraretur iniurijs utpote multorum cauſa malorum Chriſtianis effectus. Alamundaro autem principe Saracenorum gentis baptizato, Seuerus duos epiſcopos macula ſuæ prauitatis infectos direxit ei communicandi. Dei autem prouidentia ille ab orthodoxis baptizatus fuerat, qui recipiebant concilium. Cumq; Seueri epiſcopi ſubuertere principem à uero dogmate feſtinarent, mirabiliter eos arguit Alamundarus huiuſcemodi fabula. Ait enim ad illos: Literas, inquit, accepi hodie, quia Michael archangelus mortuus eſt. illis uero dicentibus, hoc impoſſibile fore, ait princeps: & quomodo deus ſecundum nos nudus crucifixus eſt, niſi naturarum eſſet duarum Chriſtus, quãdoquidem nec an- B gelus moritur: & ita cum confuſione Seueri receſſerunt epiſcopi. Porrò Cabades quoſdam Chriſtianos qui erant in Perſide poplite eneruauit, qui tamen poſtmodum ambulauerunt. Viceſimo tertio imperij Anaſtaſii anno, Hormiſda papa Romanus põtificium gerit. Vitalianus aũt quem populus Imperatorẽ petiuerat, accepta tota Thrace, Scythia, & Miſia, Bulgares habens ſecum, & multitudinem Hunnorum cepit Anchialum, & Odiſſopolim. Conptehẽdit autem & Cyrillum, magiſtrum militum Thracæ, & peruenit prędas gerendo uſq; Byzantium. Parcens uero ciuitati apud Soſthenium caſtrametatus eſt. Anaſtaſius aũt deſperatione conſternatus mittit ex ſenatu quoſdam: rogans eum paciſci, et iurare iura cum ſenatu, quo ab exilio epiſcopos reuocaret apud Heracliam Thracę. Porro Vitalianus addidit, ut & principes uniuſcuiuſq; ſcholæ iurarent iſtud. Sed & Macedonius & Flauianus, qui nequiter pulſi fuerant, ſuos reciperent thronos, ſimiliter & reliqui omnes epiſcopi, & ita celebraretur ſynodus Romano & cunctis epiſcopis conuenientibus, & communi iudicio probarentur, quæ aduerſus orthodoxos ſunt præſumpta. Itaq; cum hæc Imperator Senatus & reliqui principes populiq; iuraſſent, & confirmaſſent ita fiendũ, facta eſt pax, & ad propria rediit. Hormiſda uero Romanus epiſcopus, moleſtijs fatigatus à Theodorico Vitaliano fauente, Euodium epiſcopum miſit, & Vitalianum archidiaconum ad ſynodum celebrandam apud Heracliam: uenerunt & epiſcopi ex diuerſis locis ferè ducẽti, qui illuſi ab iniquo Imperatore, ac Timotheo

Vitalianus tyrannus

Alamundarus Saracenus baptizatur

Cabades Chriſtianos perſequitur

epiſcopo Conſtantinopolitano receſſerunt inefficaces. Impius quippe Imperator pacta transgrediens, clàm intimauit Romano Papæ, ne ueniret. Miſerat enim Vitaliano ſacram quo tranſmitteret eam Romã,ut papa proficiſceretur ad celebrandam apud Heracliam ſynodum. Omnis autem populus atq; Senatus in præſentia maledicebat Anaſtaſio, tanquam periuro. Porrò Vitalianus indignatus aduerſus Anaſtaſium ob periurium, multa mala exercitibus Anaſtaſii,& reliquæ Reipub. demonſtrauit, occidens, rapiens, armis exuens,& poſtremo ad iniuriam eius, unumquemq; militem uno æreo nummo uendens. A

Hunni prouincias populantur

HVnni qui dicuntur Saber, tranſeuntes Caſpias portas Armeniam & Cappadociam,Galatiam,& Pontum depopulati ſunt, ita ut Euchaitam quoq; penè peruaderent. Vnde & fugiẽs Macedonius propemodum periclitaturus,ſaluatus eſt apud Gangras. Quo comperto Anaſtaſius amare illic eum cuſtodiri præcepit,mittens ut aiunt qui eũ occideret. Defunctus autem apud Gangras poſitus eſt in templo ſancti martyris Callinici iuxta reliquias eius,multas ſanitates efficiens. Quem cum exanimis iaceret, manu fertur ſe ſignaculo crucis ſignaſſe. Theodorus autẽ quidam ex his qui cum eo erant, uidit eum in ſomnis ſibi dicentem: Excipe & abiens lege Anaſtaſio,& dic:Ego quidem uado ad patres meos,quorũ fidem ſeruaui:non ceſſabo autem increſcẽs domino,uſquequo uenias, & in iudicium ingrediamur. B Eodem anno Alexandriæ multi uiri & mulieres ac pueri, atrociter à dæmonibus obſeſſi, repente latrabant. In ſomnis autem quidam uidit quendam dicentem,Quia propter anathematiſmos ſynodi patiuntur iſta. Porrò monachi eremi zelo diuino moti, quatuor conteſtationes componentes, duas quidem ex his miſerunt Imperatori, unam uero principibus regionis, & unam epiſcopo Hieroſolymitano Ioanni,proteſtantes, neq; ſanctã ſe Chalcedonenſem ſynodum præuaricaturos, neq; impio Seuero communicaturos,quin & ſe promptum habere mortem, incẽdentes & ſancta loca. Sanè Theſſalonicenſi epiſcopo cõmunicante ob metum Imperatoris Timotheo Conſtantinopolitano epiſcopo, quadraginta epiſcopi Illyrici & Græciæ conuenientes in unum per profeſſionem in ſcriptis factam,ut à proprio metropolitano diſceſſerunt ab eo,& Romam mittentes, Romano cõmunicare in ſcriptis profeſſi ſunt. Epiſcopum uero Theſſalonicenſem Theodorus hiſtoricus patriarcham nominat irrationabiliter neſciens qua pro cauſa. Viceſimoquarto imperij Anaſtaſii anno Ioãne Nicæote Alexãdrino antiſtite hæretico mortuo, Dioſcorus iunior Timothei Heluri conſobrinus prælatus eſt epiſcopus Alexandriæ. Cum autem ueniſſet Byzantium pro Alexandrinis apud Imperatorem interceſſurus propter occiſionem filij Calliopij Auguſtalis,ab orthodoxis publice conuicijs appetebatur cum procederet,æſtimantibus eum contra recta dogmata adueniſſe. Cum Dioſcorus

manus

A manus impoſitionẽ accepiſſet, receſſerunt multitudines ruſticorũ dicentes,
quia niſi ſecundũ quod ſanctorũ continent apoſtolorũ canones fiat, nõ re/
cipietur epiſcopus,Principes enim enthronizauerunt eũ.Dioſcorus aũt ue/
nit ad ſanctũ Marcum,& uenientes clerici, induerunt ſecũdo & iterũ conſe/
crauerunt.Erita ueniẽs ad ſanctum Ioannẽ,perfecit collectã.Cum aũt eſſet
illic Theodoſius filius Calliopij Auguſtalis,& Acacius magiſter militũ,tur/
bæ turbatæ,cœperunt iniurijs afficere Auguſtalẽ eo quod laudaret Impera
torem Anaſtaſium.Cum uero iurgiũ motum fuiſſet,inſilientes quidam à ſe
depoſuere filium Auguſtalis,& interemerunt eum. At uero Acacius magi/
ſter militum quotquot capere potuit, interfecit. Et audiẽs Imperator iratus
eſt aduerſus eos.Porrò Dioſcorus interueniẽs, mitigauit eum. Inter Indos
uero & Perſas caſtrũ eſt nomine Azubdabar, ubi multas pecunias & lapi/
des precioſos eſſe,Cabades rex Perſarũ ediſcens; quærebat hoc cõprehen/
dere. Dæmones aũt loco inſidentes prohibebãt illud aggredi. Omni ergo
motatione magorũ ſuorũ, deindeq; Iudæorũ concilio fruſtratus, credidit
per orationẽ Chriſtianorũ quę fit ad dñm huic dominari,& epiſcopũ quẽ/
dam Chriſtianorũ qui apud Perſas erant,ſuper hoc deprecatus eſt. Qui col
lectæ diuinorũ celebratæ myſteriorũ participatus eſt,& accedens ad locum
dæmones qui illic inerãt pepulit,& ſine labore caſtrũ Cabadi tradidit. Stu/ *Cabades Chriſtianis fauet*
B pefactus aũt ſuper hoc ſigno Cabades prima cathedra epiſcopum honora
uit,cũ uſq; ad illud tẽpus Manichæi atq; Iudæi præſiderent. Porrò uolenti
bus baptizari licentiã præbuit. Viceſimo ſeptimo imperij Anaſtaſii anno
uidit idẽ Imperator in uiſu uirũ terribilẽ portantẽ codicẽ. Qui hunc aperi/ *Anaſtaſii ſomnium*
ens,& inueniens nomen Imperatoris dicit ei:Ecce propter malã fidẽ tuam,
deleo quatuordecim & deleuit eos. Expergefactus aũt & aduocato Ada/
mãtio præpoſito,dixit ei uiſionẽ.& ego,ait ille,uidi hæc iſtã nocte,quia aſſi
ſtẽti mihi imperio tuo,porcus magnus ueniẽs & cõprehenſa prætexta mea
proiecit me in terrã,& interemit. Conuocato ergo Proculo cõiectore edixit
ei quæ fuerãt uiſa,qui quod ambo forent poſt paulo morituri prædixit. Ti/
motheo uero Cõſtãtinopoleos epiſcopo mortuo, Ioannẽ Cappadocẽ pre
sbyterũ,& Sincellũ Cõſtantinopoleos epiſcopũ creauerunt. hic cõſecratus
tertio die paſchæ apoſtolicã indutus eſt ſtolã Populus aũt inſtantiã multã
agebat, ut Ioãnes Anathematizaret Seuerũ. Porrò eodẽ anno mortuꝰ eſt
impius Anaſtaſius,& imperauit pius Iuſtinus pro eo,uir ſenior et multũ pe *Iuſtinus Anaſtaſio ſuccedit*
ritus,qui à militib.incipiẽs uſq; ad Senatũ profecit, Illyrius genere. Quidã
aũt aiunt quod diuino fulmine percuſſus Anaſtaſius, ac fulgure perierit.

Reliquam poſteriorum temporum hiſtoriam qui uolet petat ex
appendicibus Eutropij,quem ſuperioribus annis
ex officina noſtra emiſimus.

QVONDAM ueteres ob ſtudium ſapiẽtię enucleare atq; ſciſcitari aſſidue minime deſiſtebãt, quæ forte uel qualia proſpere uel ſecus prouincijs, locis aut regionibus, eueniſſent: de quibus uel in quibus exacuerent ſtilum ingenij ſui, atq; redolentes magiſterij flores ignaris hiſtorię alacriter offerrent, gratuito munere ꝓpinatos. Dabãtq; operã ut nequaquã lateret in toto, quod in parte forte fuerat geſtũ. Sed illi faſtu mundialis amoris inflati, gloriam elationis ſuæ longe lateq; geſtiebãt laudabiliter diffamari. At uero uenerabilitate ſtudij tui hiſtoriã texere cupiens inquiris: ſimili quidẽ feruore, diſpari tamen amore. Et illi ut laudarent̃ in ſeculo, ipſe ut præclarus appareas in futuro, & dicas: In dño laudabit̃ anima mea, audiant manſueti & lætentur. Poteris ut uoluiſti, quia omne datũ optimũ & omne donum perfectũ cœlitus accepiſti, eruditus à tanto pontifice, totoq; laudis genere prædicando beato Diadoco, cuius ut aſtra lucentia extant, quam plurima catholici dogmatis monimenta dictorũ. Et ſat eſt tibi ut æquiperes doctrinã doctoris, quia ſatis eſt diſcipulo ut ſit quomodo magiſter eius. Alium uideo Timotheũ à cunabilis infantię ſacris literis eruditum, necnõ inter alios ſublimẽ atq; expeditũ magiſtri gentium Lucam arte medicum, apoſtoli pauli diſcipulum. Ego nanq; iubentis imperio obedientiæ ceruicem ſubmittẽs, quæ obuenere in partibus Africanis, ſenſim breuiterq; indicare tentabo, & quaſi ruſticanus operarius defatigatis ulnis, aurum colligam de antris occultis: ſpeciem uero adhuc ſordentem atq; confuſam non cunctabor artifici iudicio ignis examinandam contradere, qui monetarios poſſit ſolidos picturare. B

HISTORIA PERSECVTIONIS AFRICANÆ PROVINCIÆ TEMPORVM Geiſerici & Hunerici regum Vandalorum auctore Sancto Victore epiſcopo Vitenſi.

SEXAGESIMVS nũc ut clarũ eſt agitur annus, ex quo populus ille crudelis ac ſęuus Vandalicæ gentis Africæ miſerabilis attigit fines, trãſuadens facili tranſitu per anguſtias maris, quà inter Hiſpaniam Africamq; æquor hoc magnũ & ſpacioſum biſſenis milibus, anguſto ſe limite coartauit. Tranſiens igitur quantitas uniuerſa callìditate Geiſerici ducis, ut famã terribilem ſuæ faceret gentis, ilico ſtatuit omnem multitudinem numerari uſq; ad illam diem, quam huic luci uterus pro

A fuderat uetris. Qui reperti ſunt ſenes, iuuenes, paruuli, ſerui uel domini octa ginta milia numerati. Quæ opinio diuulgata uſq; in hodiernum à neſcienti bus armatorum tantus numerus æſtimatur, cum ſit nunc exiguus & infir mus. Inuenientes igitur pacatam quietamq; prouinciam, ſpecioſitatem to tius terræ florentis quaqua uerſum impietatis agminibus impendebant, de uaſtando depopulabantur, incendio atq; homicidijs totum extermitan tes. Sed nec arbuſtis fructiferis omnino parcebãt, ne forte quos antra mon tium aut prærupta terrarum, uel ſecluſa quæq; occultauerant, poſt eorum tranſitum illis pabulis nutrirẽtur: & ſic eadem atq; iterum tali crudelitate fu rentibus, ab eorum contagione nullus remanſit locus immunis. Præſertim in eccleſiis baſilicisq; & cœmiterijs & monaſterijs ſceleratius ſæuiebant, & cum maioribus incendijs domus orationis magis q̃ urbes cunctaq; oppi da concremarent, ubi forte uenerabilis aulæ clauſas repererunt portas, certa tim ictibus dextralium aditum reſerabant, ut recte tunc diceretur: Quaſi in ſilua lignorum ſecuribus conſcidere ianuas eius inidipſum in ſecuri & aſcia deiecerunt ea, incenderunt igni ſanctuarium tuum, & in terra polluerunt ta bernaculum nominis tui. Quanti tunc ab eis præclari pontifices & nobiles ſacerdotes diuerſis pœnarũ generibus extincti ſunt, ut traderent ſi quid au ri uel argenti proprium uel eccleſiaſticũ haberent. Et dum hæc quæ erant ur

Vandalorum crudelitas

B gentibus pœnis facilius proderent, iterum crudelibus tormentis oblatores urgebant, autumantes quandam partem non totum eſſe oblatum, & quan to plus dabant, tanto amplius quempiam habere credebant. Alijs palorũ uectibus ora reſerantes, fœtidum cœnum ob confeſsionem pecuniæ fauci bus ingerebant. Nonnullos in frontibus & tibijs neruis remugientibus tor quendo cruciabant. Pleriſq; aquam marinam, alijs acetum, amurcam, liqua menq;, & alia multa atq; crudelia tanq; utribus imbutis ori impoſitis ſine miſericordia porrigebant. Non infirmior ſexus, nõ conſideratio nobilitatis, nõ reuerentia ſacerdotalis crudeles animos mitigabat: quin immo ibi exag gerabat ira furoris, ubi honorem conſpexerant. Quãtis ſacerdotibus, quan tiſq; illuſtribus onera ingentia ut camelis uel alijs generibus iumentorũ im poſuerint nequeo enarrare, quos ſtimulis ferreis ad ambulandũ urgebant, quorũ nonnulli ſub faſcibus miſerabiliter animas emiſere. Senilis maturitas atq; ueneranda canities, quæ cæſariem capitis ut lanam candidam dealba rat, nullam ſibi ab hoſpitibus miſericordiã uindicabat. Sed etiam paruulos ab uberibus rapiens maternis Barbarus furor, inſontem infantiã elidebat ad terram. Alij paruulũ pedibus tenentes, à meatu prorſus naturali uſq; ad arcem capitis diſsipabant, quando tunc forte Sion captiua cantabat: Dixit inimicus incendere fines meos, interficere infantes meos, & paruulos meos eliſurum ad terrã. In ædificijs nõnullis magnarum ædium uel domorũ ubi miniſterium ignis minus ualuerat, tectis admodum deſpicatis pulchritudi

nem parietum ſolo æquabant,ut nunc antiqua illa ſpecioſitas ciuitatum,nec A
quia fuerit prorſus appareat.Sed & urbes quàm plurimæ,aut raris aut nul/
lis habitatoribus incoluntur.Nam & hodie ſi qua ſuperſunt ſubinde deſo/
lantur, ſicut ubi Carthagineo dignam theatro ædem Memoriæ, & uiam
quam Cœleſtis uocitabant,funditus deleuerunt.Et ut de neceſſarijs loquar
baſilicam maiorem ubi corpora ſanctarũ martyrum Perpetuę atq; Felicita
tis ſepulta ſunt, Celerinæ uel Scillitanorum & alias quas non deſtruxerunt
ſuæ religioni licentia tyrannica mancipauerũt.Vbi uero muniriones aliquæ
uidebantur,quas hoſtilitas Barbarici furoris oppugnare nequiret, congre/
gatis in circuitu caſtrorum innumerabilibus turbis,gladijs feralibus crucia/
bant, ut putrefactis cadaueribus quos adire non poterãt arcente murorum
defenſione,corporũ liqueſcentium enecarent fœtore. Quanti et q; numero
ſi tunc ab eis cruciati ſunt ſacerdotes explicare quis poterit?Tunc etenim no
Papinianus episcopus ſtræ ciuitatis uenerabilis Papinianus antiſtes, candentis ferri laminis toto
Manſuetus episcopus aduſtus eſt corpore. Similiter & Manſuetus Vricitanus, in porta incenſus
eſt Fornitana.Qua tempeſtate Hipponeregiorum obſeſſa eſt ciuitas,quam
D. Auguſtini obitus omni laude dignus beatus Auguſtinus librorũ multorũ cõfector,pontifex
gubernabat.Tunc illud eloquentię quod ubertim per omnes campos eccle
ſiæ decurrebat,ipſo metu ſiccatum eſt flumen, atq; dulcedo ſuauitatis dulci
us propinata,in amaritudinem abſinthij uerſa eſt,ut Dauidicũ præconium B
conueniret:Dum cõſiſteret peccator aduerſum me, obmutui & humiliatus
ſum,& ſilui à bonis. uſq; ad illud tempus c c iam x x x & duos confece/
rat libros,exceptis innumerabilibus epiſtolis, uel expoſitiõe totius Pſalterij
& Euangeliorũ atq; tractatibus popularibus,quas Græci Omelias uocant,
quorum numerum comprehendere ſatis impoſſibile eſt. Quid multa?Poſt
Carthago ſpoliata has trucis impietates inſaniæ, ipſam urbem maximam Carthaginem Gei/
ſericus tenuit & intrauit, & antiquam illam ingenuam ac nobilem libertatẽ
in ſeruitutem redegit. Nam & ſenatorum urbis non paruam multitudinẽ
captiuauit. Deinde proponit decretum,ut unuſquiſq; auri,argenti,gemma
rum, ueſtimentorumq; precioſorum quodcunq; haberet offerret,& ita in
breui auitas atque paternas opes tali induſtria abſtulit rapax. Diſponens
quoq; ſingulas quaſq; prouincias, ſibi Byzacenam, Abaritanam atq; Ge/
tuliam & partem Numidiæ reſeruauit.exercitui uero Zeugitanam uel pro/
conſularem funiculo hęreditatis diuiſit, Valentiniano adhuc Imperatore re
liquas licet iam exterminatas prouincias defendente. Poſt cuius mortem
Vandalorum imperium totius Africæ ambitum obtinuit, necnon & inſulas maximas, Sardiniam,
Siciliam, Corſicam, Ebuſum, Maioricam, Minoricam, uel alias multas, ſu/
perbia ſibi conſueta defendit. Quarum unam illarum id eſt Siciliam Odoa
cro Italiæ regi poſt modum tributario iure cõceſsit,ex qua eis Odoacer ſin/
gulis quibuſq; tẽporibus,ut dominis tributa dependit, aliquam ſibi tamen

reſeru antibus

A reſeruantibus partem. Prætcrea præcipere nequaquã cunctatus eſt Vanda
lis, ut epiſcopos atq; laicos nobiles de ſuis eccleſiis & ſedibus nudos penitus
aufugerent. Quod ſi optione propoſita exire tardarent, ſerui perpetui rema
nerẽt. Quod etiam in plurimis factum eſt. multos enim epiſcopos & laicos
claros atq; honoratos uiros, ſeruos eſſe nouimus Vandalorum. Tunc uero
memoratæ urbis epiſcopum id eſt Carthaginis, deo & hominibus manife
ſtum, nomine Quoduultdeus, & maximã turbam clericorum nauibus fra-
ctis impoſitam, nudos atq; expoliatos expelli præcepit. Quos dominus mi-
ſeratione bonitatis ſuæ proſpera nauigatione Neapolim Campaniæ per-
ducere dignatus eſt ciuitatem. Senatorum atq; honoratorum multitudinẽ
primo exilio crudeli contriuit, poſtea tranſmarina in parte proiecit. Pulſo
nanq; epiſcopo ut præfati ſumus cum clero uenerabili, ilico eccleſiam nomi
ne Reſtitutam, in qua ſemper epiſcopi cõmanebant, ſuæ religioni mancipa
uit, atq; uniuerſas quæ intra muros fuerant ciuitatis, cum ſuis diuitijs abſtu-
lit. Sed etiam quæ foras muros erant quaſcunq; uoluit occupauit, & præci-
pue duas egregias & amplas ſancti martyris Cypriani, unam ubi ſangui-
nem fudit, aliam ubi eius ſepultũ eſt corpus, qui locus Mappalia uocitatur.
Quis uero ſuſtineat atq; poſsit ſine lachrymis recordari, dum præciperet
noſtrorum corpora defunctorũ, ſine ſolennitate hymnorũ cum ſilentio ad
B ſepulturã perduci. Addidit adhuc, ut & pars clericorum quæ remanſerat,
pœnali exilio truderet. Et dum iſta gerũtur, qui ſupererant magni ſacerdo-
tes atq; inſignes uiri memoratarũ prouinciarũ quas diuiſerat Vandalis, co-
gitauerunt ſupplicandi gratia regem adire. Qui dum, ut moris eſt, ad Maſ-
ſilitanum litus exiſſet, quod Ligula uulgi conſuetudine uocitatur, amiſsis
iam eccleſiis & rebus occurrere uiſi ſunt ſupplicantes, ut ad cõſolandum po-
pulum dei ſaltem habitandi facultas, Vandalis iam dominantibus, conce-
deretur. Quibus ille per internuntium rabido reſpõdiſſe ore probatur. De
creui ego de nomine & genere ueſtro nullum dimittere, & uos audetis talia
poſtulare? Quos etiã uicino mari uoluit eadem hora demergere, niſi à ſuis
diu ne hoc faceret rogaretur. Recedentes illi triſtitia & mœrore cõfecti, cœ-
perunt qualiter poterant & ubi poterant, ablatis eccleſijs diuina myſteria ce
lebrare. Subinde aũt creſcente opibus regno, maior cœpit & ſuperbia pro-
pagari. Referam factum, quod ipſo geſtum eſt tempore: Fuit comes qui-
dam Sebaſtianus, famoſi illius gener comitis Bonifacij, acer conſilio, & ſtre
nuus in bello. Cuius Geiſericus ſicut conſilia neceſſaria habebat, ita & præ-
ſentiam formidabat. Cupiens autem illum extinguere, occaſionẽ mortis de
religione quæſiuit. Cogitauit rex ut præſentibus epiſcopis atq; domeſticis
ſuis, Sebaſtianum taliter cõueniret: Sebaſtiane, inquit, ſcio quia fideliter no
bis adhæſiſſe iuraſti, cuius ueritatem ſacramenti, labores tui uigilantiaq; de
monſtrant. Sed ut nobis cõnexa ſemper iugiſq; maneat amicitia tua, hoc

Quoduultdeus epiſc. Carthagin. fractæ naui impoſitus ſeruatur

Mappalia

Sebaſtianus comes

placuit præſentibus ſacerdotibus noſtris, ut eius efficiaris cultor religionis, A quam & nos & noſter populus ueneratur. Cui Sebaſtianus rem inueniens miram multisq́ neceſſariam pro tempore acute reſpôdit: Quæſo domine rex, ut nunc unus panis mundiſsimus ac ſimilaceus adferatur. Qui cum ignoraſſet Geiſericus Sebaſtiani uictoriam, ilico iuſsit adferri. Apprehendens itaq́ Sebaſtianus mundiſsimum panem, ita effatus eſt. Hic enim panis ut ad tantum decorem ſplendoris ueniſſet, & menſæ regiæ neceſſarius haberetur, diſcuſſa ſpuria furfuris ex maſſa ſimilaginis conſperſus per aquam tranſiuit & ignem, idcirco & aſpectu clarus & eſu ſuauis habetur. Ita & ego mola catholicæ matris commolitus, & cribro examinationis ut ſimila munda purgatus, rigatus ſum aqua baptiſmatis, & igne ſancti ſpiritus coctus. Et ut hic panis de furno, ita & ego per officia ſacramentorum diuinorum, artifice deo de fonte mundus aſcendi. Sed fiat ſi uelis, ut ipſe propono: Iſte panis confringatur in fruſta, madidetur aqua, & iterum conſpergatur, mittatur in furnum: ſi melior exierit, faciã quæ hortaris. Quam propoſitionem Geiſericus cum omnibus qui aderant cum audiſſet ita ligatus eſt, ut ſe ſoluere omnino non poſſet. Quem alio generis argumento, poſtea bellicoſum uirum occidit. Et ut ad id redeamus unde digreſsi ſumus, terret præceptis feralibus, ut in medio Vandalorum noſtri nullatenus reſpirarẽt, neq́ uſquam orandi aut immolandi concederetur gementibus locus, ut manifeſte tunc B prophetiæ uaticinium compleretur, Non eſt in hoc tempore princeps aut propheta uel dux, neq́ locus ad ſactificandum nomini tuo. Nam & diuerſæ calumniæ non deerant quotidie etiam illis ſacerdotibus qui in his regionibus uerſabantur, quæ regiones palatio tributa pendebant: & ſi forſitan quiſpiam, ut moris eſt, dum dei populum admoneret, Pharaonem, Nabuchodonoſor, Holofernem, aut aliquem ſimilem nominaſſet, obijciebatur illi quod in perſonam regis iſta dixiſſet, & ſtatim exilio trudebatur. hoc enim perſecutionis genus agebatur hic aperte, alibi occulte, ut piorum nomen talibus inſidijs interiret. Qua de re plurimos ſacerdotum tunc nouimus relegatos, ſicut Vrbanum Girbenſem, Creſcentem metropolitanum Aquitanæ ciuitatis qui c x x epiſcopis, Habet deum Teudalenſem, Euſtratium Sufetanum, & Tripolitanos duos, Viceſſabratenum, & Creſconium Eenſem, & Adrumetinæ ciuitatis Felicem epiſcopum, ob hoc quod ſuſcepiſſet quendam Ioannem monachum tranſmarinum, ſed & alios multos quos longum eſt enarrare. Quibus tamen in exilio poſitis dum obitus adueniſſet, non licebat alios eorum ciuitatibus ordinari. Inter hæc tamen dei populus in fide conſiſtens, ut examen apum cæreas ædificans manſiones, creſcendo melleis fidei calculis firmabatur, ut impleretur illa ſententia, Quanto eos affligebant, tanto magis multiplicabãtur, & inualeſcebãt nimis. Poſt hæc factum eſt ſupplicante Valentiniano Auguſto, Carthaginenſi eccle-

ſiæ poſt

A ſiæ poſt longum ſilentium deſolationis epiſcopum ordinari, nomine Deo-
gratias. Cuius ſi nitatur quiſquam quæ per illum dominus fecerit paulatim
excurrere, ante incipient uerba deficere, quàm ille aliquid ualeat explicare.
Illo igitur epiſcopo conſtituto factum eſt peccatis urgentibus, ut urbem il-
lam quondam nobiliſsimam atq; famoſam x v regni ſui anno Geiſericus *Geiſericus Romā occupat*
caperet Romam. Et ſimul exinde regum multorum diuitias cum populis
captiuauit. Quæ dum multitudo captiuitatis Africanum attingeret littus, di
uidentibus Vuandalis & Mauris ingentem populi quantitatē, ut moris eſt
Barbaris, mariti ab uxoribus, liberi à parentibus ſeparabantur. Statim ſate
git uir deo plenus et carus uniuerſa uaſa miniſterij aurea uel argentea diſtra
here, & libertatem de ſeruitute Barbarica liberare, & ut coniugia fœderata *Deogratias captiuos liberat*
manerent, & pignora genitoribus redderent. Et quia loca nulla ſufficiebant
ad capeſſendam multitudinem tantam, baſilicas duas nominatas et amplas
Fauſti & Nouarum eorum lectulis atq; ſtraminibus deputauit, decernens
per ſingulos dies quantum quis pro merito acciperet. Et quia pleroſq; inſue
tudo nauigij & crudelitas captiuitatis afflixerat, nō paruus inter eos nume-
rus fuerat ægrotorum, quos ille beatus antiſtes ut nutrix pia per momenta
ſingula cum medicis circuibat ſequentibus cibis, ut inſpecta uena quid cui
opus eſſet illo præſente daretur. Sed nec nocturnis horis ab hoc opere miſe *Aegrotos curat*
B ricordiæ feriabatur, ſed pergebat excurrēs per ſingulos lectos, ſciſcitās qua-
liter quiſque haberet: ita ſe tradiderat omnino labori, ut nec defeſsis mem-
bris, nec carioſæ iam ſenectuti parceret. Quo liuore Ariani ſuccēſi, dolis eū *Moritur*
quam plurimis uoluere ſæpius enecare. Quod credo præuidens dominus
cito paſſerem ſuum de manibus accipitrum uoluit liberare. Cuius exitum
ita Vrbici captiui planxerunt, ut tunc ſe putarēt magis tradi manibus Bar-
barorum, quando ille perrexit ad cœlum. Functus eſt autem ſacerdotio an-
nis tribus. Cuius amore & deſiderio populus attentus potuerat membra di
gni corporis rapere, niſi cōſilio prudenti dum auocatur neſciente multitudi-
ne ſepeliretur. Et quia tacendum ſemper non eſt de impietatibus hæretico-
rum, nec uerecundum poterit eſſe quod ad laudem proficit patiētis: ordina-
tor quondam memorati ſacerdotis nomine Thoma, dum uarijs ab eis in-
ſidijs ſæpius artaretur, quodam tempore uenerabilem ſenem in publica fa-
cie catomis ceciderunt. Quod ille non ad opprobriū ſed ad mercedem com
putans gloriæ ſuæ, in domino lætabatur. Vnde factum eſt, ut poſt obitum
epiſcopi Carthaginis, Zeugitanæ & proconſulari prouinciæ epiſcopos in
terdicerēt ordinandos, quorum erat numerus C L X I I I I. Qui paulatim de
ficientes, nunc ſimul ipſi ſuperſunt tres tantum eſſe uidentur, Vincentius Gi
gitanus, Paulus Sinnatitanus, uere merito & nomine Paulus, & alius Quin
tianus. Qui nunc perſecutionem fugiens, apud Edeſſam Macedoniæ ciuita
tem commanet peregrinus. Sed etiam martyria quàm plurima eſſe probā-
tur, con

tur,confeſſorum autem ingens & plurima multitudo, ex quibus aliqua nar A
rare tentabo.Erant tunc ſerui cuiuſdam Vandali (fuit hic Vandalus de illis
quos millenarios uocant)Martinianus,Saturianus,& eorum duo germani,
Maxima uirgo erat & cōſerua eorū quædam egregia Chriſti ancilla nomine Maxima,cor
pore ſimul & corde decora. Et quia Martinianus armifactor erat, & domi
no ſuo ſatis uidebatur acceptus,& Maxima uniuerſę domui dominabatur:
credidit Vandalus ut fideles ſibi magis memoratos faceret famulos,Marti
Martinianus nianum Maximamq; coniugali conſortio ſociare. Martinianus adoleſcen
tulorum ſecularium more coniugium affectabat: Maxima nanq; iam deo
ſacrata,humanas nuptias refutabat. At ubi uētum eſt ut cubiculi adirentur
ſecreta ſilentia,& Martinianus neſciens quid de illo decreuerat deus,marita
li fiducia quaſi cum coniuge cuperet cubitare,uiua ei uoce memorata famula
Chriſti reſpondit: Chriſto ego ò Martiniane frater membra mei corporis
dedicaui, nec poſſum humanum ſortiri cōiugium, habēs iam cœleſtem &
uerum ſponſum.ſed dabo cōſilium: ſi uelis poteris & ipſe tibi præſtare cum
licet,ut cui ego concupiui nubere,delecteris & ipſe ſeruire.Ita factum eſt do
mino procurante,ut obediens uirgini,etiam adoleſcens ſuam animam lucra
retur. Neſciente igitur Vandalo compūctus atq; ſpiritualis ſecreti commer
cium mutuatus Martinianus,etiam ſuis fratribus perſuaſit, ut theſaurū quē
inuenerat haberent, utpote germani communem. conuerſus eſt itaq; cum B
tribus fratribus ſuis. Dei puella comitante nocte clàm egredientes, Tabra
ceno monaſterio cui præerat tunc nobilis paſtor Andreas ſociantur. Illa ue
ro haud procul monaſterium incoluit puellarum. Sciſcitāte igitur Barbaro
inquiſitionibus & muneribus crebris quod geſtum erat cælari non potuit.
Inueniens itaq; iam non ſua ſed Chriſti mancipia,conijcit in uinculis,& ua
rijs tormentis dei famulos inſectatur, agens cum eis non tantum ut pariter
miſcerentur, ſed quod grauius eſt per rebaptizationis cœnum fidei ſuæ or
namenta turparent.Peruenit hoc ipſum uſq; ad noticiam Geiſerici.Decer
nit rex,ut tam diu implacabilis ferus ſeruos affligeret,quandiu illius ſuccum
berent uoluntati. iubet in modum ſerrarum fuſtes robuſtos ueluti palma
tos cum ſtirpibus fieri,qui quatientibus tergis non ſolum oſſa confringerēt,
ſed etiam terebrantes aculei intriſecus remanerent. Qui dum ſanguis efflu
eret et diſſipatis carnibus uiſcera nudarentur,ſequenti die Chriſto medente
incolumes reddebantur. Hoc ſępius ac multo factum eſt tempore, & nulla
plagarū ueſtigia uidebātur,ſancto ſpiritu ſubinde curante.Poſt hoc artatur
Maxima duræ cuſtodiæ,cuſpidiq; crudeli extenditur.Cui cum dei ſeruorū
non deeſſet frequentia uiſitantium, uidentibus cunctis ingentiū lignorum
putreſcens ſoluta eſt fortitudo.Miraculum hoc et uoce omnium celebratur,
& nobis ad quem cuſtodia pertinebat,cum ſacramēto teſtatus eſt ita fuiſſe.
Aſt ubi Vandalus uirtutem neglexit cognoſcere diuinam, cœpit in domo
eius

A eius uindicatrix ira graſſari. Moritur ipſe ſimul & filij, familiæ atq; animali
um quæcunq; optima erant pariter intereunt. Remanſitq; domina uidua,
marito, filijs, & ſubſtantia deſtituta. Seruos Chriſti cognato regis Seſaoni
gratia muneris offert. Qui cũ eos utpote oblatos cũ gratulatiõe nimia ſuſce/
piſſet, filios & domeſticos ſanctorũ merito male cœpit dæmon uarijs moti
bus agitare. Ex ordine ille cognatus ut geſtũ erat ſuggerit regi. Decernit ſta
tim rex cuidã gentili regi Maurorũ, cui nomen erat Capſur, relegandos de Capſur Maurorum rex
bere tranſmitti. Maximam uero Chriſti famulam confuſus & uictus pro/
priæ uoluntati dimiſit, quæ nũc ſuper eſt uirgo, mater multarum uirginum
dei, nobis etiam nequaq; ignota. Perueniẽtes autem traduntur memorato
regi Maurorum, commanenti in parte eremi, quæ dicitur Caprapicti. Vi/
dentes igitur Chriſti diſcipuli multa apud gentiles & illicita ſacrificiorum ſa
crilegia, cœperunt prędicatione & conuerſatione ſua ad cognitionem domi
ni dei noſtri Barbaros inuitare: & tali modo ingentem multitudinem genti
lium Barbarorũ Chriſto domino lucrauerunt, ubi antea nulla fama Chri/
ſtiani nominis fuerat diuulgata. Tũc deinde cogitat̃ quid fieret ut ager iam
cultus, & egraminatus uomere prædicationis euãgelicum ſuſciperet ſemen,
& imbre ſacri baptiſmatis rigaretur. Mittunt legatos per itinera diſtenta de
ſerti: peruenitur tandem ad ciuitatem Romanã. Rogatur epiſcopus ut pre/
B ſbyterũ & miniſtros credenti populo deſtinaret. Explet cum gaudio quod
petebatur pontifex, dei conſtituitur eccleſia, baptizatur multitudo maxima
Barbarorũ, & de lupis grex fœcũdus multiplicat̃ agnorum. Hoc Geiſerico
relatione ſua nunciat Capſur. De qua re ſurgẽs inuidia iubent famulos dei Martianus & Saturianus martyres
ligatis pedibus poſt terga currentium quadrigarum, inter ſpinoſa loca ſyl/
uarum pariter interire, ut ducta atq; reducta dumoſis lignorum aculeis in/
nocentium corpora carperentur, ita deligans, ut exitum ſuum inuicem per/
uiderent. Qui cum è uicino currentibus Mauris ſeſe mutuo conſpicerent,
uale ſibi in anguſto fugę unuſquiſq; ita dicebant: Frater ora pro me, imple
uit deus deſiderium noſtrum, taliter peuenitur ad regnum cœlorum. Itaq;
orando atq; pſallendo, gaudentibus angelis pias animas emiſere. Vbi uſq;
in hodiernum diem nõ deſinit ingentia mirabilia Ieſus Chriſtus dominus
noſter operari. Nam nobis beatus quondam Fauſtus Buronitanus epiſco
pus atteſtatus eſt, cæcam quandam mulierem illuminatam fuiſſe, ubi ipſe a/
derat præſens. Accenditur propter hæc aduerſus dei eccleſiam Geiſericus.
Mittit Proculum quendam in prouinciã Zeugitanam, qui coartaret ad tra/
dendum miniſteria diuina uel libros cunctos domini ſacerdotes, ut primo
armis nudaret, & ita facilius inermes hoſtis callidus captiuaſſet. Quibus ſe
non poſſe tradere clamantibus, ipſe rapaci manu cuncta depopulabatur,
atq; de pallijs altaris prò nefas camiſias ſibi & femoralia faciebat. Qui ta/ Proculi ſacrilegi exitium
men Proculus huius rei executor, fruſtatim ſibi comedens linguam, in breui
turpiſſima

turpiſsima conſumptus eſt morte. Tunc enim ſanctus Valerianus Abenſis ciuitatis epiſcopus, dum uiriliter ſacramenta diuina ne traderet dimicaſſet, foras ciuitatē ſingularis iuſſus eſt pelli, & ita præceptum eſt, ut nullus eum neq; in domo neq; in agro dimitteret habitare. Qui in ſtrata publica multo tempore nudo iacuit ſub aere: annorum erat plus lxxx. quem nos tunc indi gni, in tali exilio meruimus ſalutare. Quodam tempore paſchalis ſolennitas agebatur, & dum in quodam loco qui Regia uocitatur, ob diem paſcalis ho noris noſtri ſibimet clauſam eccleſiam reſerarent, compererunt Ariani: ſta tim quidam presbyter eorum Andiot nomine, congregata ſecum armato rum manu ad expugnandam turbam accenditur innocentum, Introeunt euaginatis ſpatis, arma corripiunt, alij quoq; tecta conſcendunt, & per fene ſtras eccleſiæ ſagittas ſpargunt. Et tunc forte & canente populo dei, lector unus pulpito ſiſtens, alleluiaticum melos canebat. Quo tempore ſagitta in gutture iaculatus, cadente de manibus codice, mortuus poſt cecidit ipſe. Nā & alij quàm plurimi ſagittis & iaculis in medio crepidinis altaris probātur occiſi. Nam qui gladijs tunc interempti nō ſunt, poſtea pœnis attriti, regio iuſſu omnes penè nēcati ſunt, præſertim maturioris ætatis. Alibi nanq; ſicut Thunazudæ contigit, Galibus, uico Ammoniæ, uel alijs in locis, tempore quo ſacramēta dei populo porrigebantur, introeuntes maximo furore cor pus Chriſti & ſanguinem pauimentis ſparſerunt, & illud pollutis pedibus calcauerunt. Ipſe enim Geiſerichus præceperat, ita perſuadentibus epiſco pis ſuis, ut intra aulam ſuam filiorumq; ſuorum non niſi Ariani per diuerſa miniſteria ponerentur. Inter alios uentum eſt tunc ad Armogaſtē noſtrū. Cuius cum diu ac ſepius tibias torquendo tumentibus cōfringerent cordis, & frontem in qua Chriſtus uexillum ſuæ fixerat crucis rugatam magisq; aratam deſcendentes atq; mugientes oſtenderent nerui, ut fila aranearum ſancto celum reſpiciente crepabant. At ubi tortores neruicas cordas diſru ptas eſſe uiderunt, allatis crebrius fortioribus cordis atq; cannabinis, illo ni hil aliud niſi Chriſti nomen inuocante, illa omnia uaneſcebant. Sed & capi te deorſum dum ad unū penderet pedem, dormire quaſi ſuper lectum plu mis ſtratum omnibus uidebatur. Quem cum Theodoricus regis filius, qui eius dominus erat, pœnis nō ualentibus capite truncari iuſſiſſet, à ſuo prohi betur Iocundo presbytero, dicente ſibi: Poteris eum diuerſis afflictionibus interficere. Nam ſi gladio peremeris, incipient Romani martyrem prædica re. Tunc Theodoricus in Byzacenam prouinciam ad fodiendas eum con demnat ſcrobes. Poſtea quaſi ad maius obprobrium haud procul Cartha gine ubi ab omnibus uideretur, paſtorem eum præcepit eſſe uaccarum. In ter hæc domino reuelante cum dormitionis ſuæ proximum cerneret diem, aduocat quendam Felicem uenerabilem Chriſtianū procuratorem domus filij regis, qui Armogaſtem ut apoſtolum uenerabatur, dicitq; illi: Tempus meæ

Margin notes: Andiot presby ter ſanguina rius. — Armogaſtes comes confeſ. — Felix procur.

A — B

A meæ reſolutionis aduenit, obſecro te per fidẽ quam utricꝫ tenemus, ut ſub
hac ſiliquæ arbore me ſepelire digneris, redditurus domino noſtro niſi fece
ris rationem: non quod ille curaret ubi aut qualiter ſuum ſepeliretur corpus,
ſed ut illud demõſtraretur, quod ſeruo ſuo reuelauerat deus. Reſpondit Fe-
lix & dicit: Abſit à nobis confeſſor uenerabilis, ſed ſepeliam te in una baſili-
carum cum triumpho & gratia quam mereris. Cui beatus Armogas: non,
ſed quod dixi facturus es. Ille timẽs dei hominẽ contriſtare, ueraciter quod
geſſerat promiſit eſſe facturum. Statim intra paucíſsimos dies comes bonæ *Armogas moritur*
confeſsionis de hac uita migrauit. Feſtinauit Felix ſibi delegatũ ſub arbore
fodere ſepulchrum. Cui cum intextæ radices & ſoliditas aridæ telluris mo-
ram facerent, & labore angeretur quod tardius ſancti membra corporis hu
marentur, tandem abſciſsis radicibus multo altius terram cauans, conſpicit
ſarcofagum ſplendidiſsimi marmoris præparatũ, qualem fortè nullus om-
nino habuit regum. Sed nec quendam archimimum nomine Maſculan de *Maſculas confeſſor*
beo præterire. Qui cum multis inſidijs premeretur, ut catholicam omitteret
fidem, ipſe eum rex poſtea blandiendo affatibus ſecularibus mutabat, pro-
mittens multis eum diuitijs cumulandum, ſi uoluntati eius auditum facilem
cõmodaſſet. Qui cum fortis atcꝫ inuictus maneret, iubet eum ſubire ſenten-
tiam capitalem. ita tamen callidus occulte pręcipiens, ut ſi in illa hora uibràn
B tis gladij pertimeſceret ictum, magis eum occideret, ne martyrẽ glorioſum
feciſſet. Si autem fortem in confeſsione conſpiceret, à gladio tẽperaret. Sed
ille ut columna immobilis Chriſto ſolidante fortis effectus, confeſſor reuer
titur glorioſus. Et ſi martyrem inuidus hoſtis noluit facere, cõfeſsorem ta-
men noſtrum non potuit uiolare. Nouimus & alium ea tempeſtate nomi-
ne Saturum. Qui cum lucidum eſſet membrum eccleſiæ Chriſti, & praui- *Saturus confeſſor, procurator domus Hunerici*
tatem Arrianorũ libertate catholica frequenter argueret (fuit hic procurator
domus Hunerici) cõuenitur accuſante Marluado quodam diacono, quem
Hunericus infauſtus ſingulariter honorabat, ut fieret Saturus Arianus: pro
mittuntur honores & diuitiæ multæ ſi faceret, præparantur ſupplicia dira ſi
nollet. Hac optiõe præpoſita, ut ſi regalibus iuſsis nõ obediret, primo facta
diſcuſsione, & ante amiſſa domo uel ſubſtantia, diſtractis omnibus manci-
pijs ac filijs, uxor eius ipſo præſente camelario in cõiugium traderet. Quod
ille plenus deo magis ut uelociter proueniſſet impios prouocabat. Ob quã
cauſam uxor eius inducias uiſa eſt his qui exequebantur, neſciẽte marito pe
tiſſe. Accedit ad maritũ alia Eua, cõſilio magiſtata ſerpentis. Sed ille Adam
non fuit, qui illecebroſa uetitæ arboris poma contingeret, quia nõ indigens
ſed Saturus uocabatur, ſaturatus ab ubertate domus dei, & torrẽte delicia-
rum eius potatus. Aduenit mulier ad locũ ubi maritus ſingularis orabat, cõ-
ſciſsis ueſtibus crinecꝫ ſoluto, ſecum comitãtibus filijs, unamcꝫ infantulam
quæ tunc lactabatur manibus geſtans, quæ neſcientis projicitur ad pedes

mariti. Etiã ipſa ſuis genua cóplectitur ulnis, ſibilás uociferatione draconis: A
Saturi conſtantia Miſerere mei dulciſsime ſimul & tui, miſerere cõmunibus liberis quos conſpicis ipſe. Nõ ſubiaceãt códitioni ſeruili, quos claros proſapia reddidit generis noſtri. Non ſubiaciar ego indigno & turpi cóiugio uiuẽte marito, quę mihi ſemper inter coæuas plaudebã de Saturo meo. Cognoſcit deus quia inuitus facturus es hoc, quod fortè uoluntarie aliquãti fecerunt. Cui ille Iob ſancti uoce reſpondit: Tanquam una ex inſipientibus mulieribus loqueris. Formidarem mulier ſi ſola eſſet huius uitæ amara dulcedo, artificio cóiunx diaboli miniſtraris. Si diligeres maritum, nunquã ad ſecundam mortẽ attraheres proprium uirum. Diſtrahant filios, ſeparent uxorem, auferant ſubſtantiam, mei domini ego ſecurus de promiſsis uerba tenebo: Si quis nõ dimiſerit uxorem, filios, agros aut domum, meus non poterit eſſe diſcipulus. Quid ultra? diſcedente muliere cum filijs refutata, confortatur Saturus ad coronam, diſcutitur, expoliatur, pœnis cõteritur, mendicus dimittitur. Interdicitur ei prodeundi acceſſus, totum ei tulerunt, ſtolam tamen baptiſmatis auferre non potuerunt. Poſt hæc Geiſericus eccleſiam Carthaginis claudi præcepit, diſsipatis atq; diſperſis per diuerſa exiliorum loca, quia epiſcopus non fuerat, presbyteris & miniſtris. Quæ uix reſerata eſt Zenone principe ſupplicante per patritium Seuerum, & ſic uniuerſi ab exilio redierunt. Quæ uero in Hiſpania, Italia, Dalmatia, Calabria, Apulia, Sicilia, Sardinia, Bru- B
tijs, Lucania, Epiro uel Hellada geſſerit, melius ibi ipſi qui paſsi ſunt miſerabiliter lugenda narrabunt. Sed etiã perſecutionis noſtræ à Geiſerico quanto ſublimiter, tanto crudeliter geſtæ, iſtæ ſit finis. Durauit autem in regno annis XXXVII menſibus tribus.

HISTORIA VICTORIS

EPISCOPI DE PERSECVTIONE VANDALORVM, LIBER SECVNDVS

Hunericus Geiſerico ſuccedit MORTVO igitur Geiſerico, Hunericus maior filius patri ſuccedit. Qui primordio regni ut habet ſubtilitas Barbarorum, cœpit mitius & moderatius agere, & maxime circa religionem noſtram, ut etiam ubi antea ſub rege Geiſerico præiudicatum fuerat, ne ſpiritales fierẽt conuentus, conuenticula concurrerent populorũ. Et ut ſe religioſum oſtenderet, ſtatuit ſollicitius requirendos hæreticos Manichæos, ex quibus multos incẽdit, plurimos autem diſtraxit nauibus tranſmarinis: quos penè omnes Manichæos ſuæ religionis inuenit, & præcipue presbyteros

A teros & diaconos Arianæ hæreſeos. Vnde magis erubeſcens, amplius in il/
los exarſit. De quibus repertus eſt unus nomine Clementianus monachus
illorum ſcriptū habens in femore, Manichæus diſcipulus Chriſti Ieſu. Pro
pter quod magis laudabilior memoratus uidebatur, in uno diſplicens, quia
cupiditati inſatiabili uehementius inhiabat, & prouincias regni ſui uarijs ca
lumnijs atq; indictionibus onerabat, ut de illo præcipue diceretur, Rex e/
gens, magnus eſt calumniator. Dedit aūt licentiā Zenone Imperatore atq;
Placidia relicta Olibrij rogantibus, ut Carthaginenſis eccleſia ſibi quem
uellet epiſcopum ordinaſſet, quæ iam per XXIIII annos tali ornamento
fuerat deſtituta. Mittit ergo tunc ad eccleſiā Alexandrū illuſtrem, huiuſmo
di legationē ferentem, ut præſentia eius catholicus populus dignū ſibi pete/
ret ſacerdotē, deſtinans quoq; per notariū ſuum nomine Vuitared edictū, **Edictum**
quod publice legeretur, hunc continens modū: Iuſsit uobis dominus di/
ci: quia imperator Zenon, & nobiliſsima Placidia, per Alexandrum uirum
illuſtrem ſcripſerunt, petētes ut eccleſia Carthaginis, religionis ueſtræ pro/
prium epiſcopum habeat. hoc fieri præcepit atq; eis reſcripſit, uel legatis ab
eis directis dici iuſsit, ut ſicut petierunt uobis epiſcopū quem uolueritis ordi
netis: eo ſub tenore, ut noſtræ religionis epiſcopi qui in Cōſtātinopoli ſunt,
& per alias prouincias oriētis, ex eius præcepto epiſcopi, liberum arbitrium
B habeant in eccleſiis ſuis, quibus uoluerint linguis populo tractare, & legem
Chriſtianam colere, quēadmodum uos hic uel in alijs eccleſiis quæ in pro/
uincijs Africanis conſtitutæ ſunt, liberum arbitriū habetis in eccleſiis ueſtris
Miſſas agere uel tractare, & quæ legis ueſtræ ſunt, quēadmodum uultis fa/
cere. Nam ſi hoc circa eos nō fuerit obſeruatū, tam epiſcopus qui ordinatus
fuerit uel clerici, ſed & alij epiſcopi cū clericis ſuis qui in Africanis prouincijs
ſunt, iubentur inter Mauros mitti. Quod edictum dum nobis præſenti/
bus XIIII kalendarum Iuliarum uniuerſæ eccleſiæ legeret, gemere cœpi/
mus muſitantes, eo quod meditantibus dolos, malorum eſſet futura perſe/
cutio præparata. Et ita legato dixiſſe probamur: Si ita eſt interpoſitis his cō/
ditionibus periculoſis, hæc eccleſia epiſcopum non delectatur habere. Gu/
bernat eam Chriſtus, qui ſemper dignatur gubernare. Quam ſuggeſtionē
legatus accipere neglexit. Simul & populus ut tunc fieret ut ignis exarſit,
cuius erat clamor intolerabilis, qui nulla poſsit ratiōe ſedari. Ordinato itaq; **Eugenius Carthaginēſis epiſcopus**
epiſcopo Eugenio uiro ſancto, deoq; accepto, ſublimis nata eſt lætitia, &
gaudium cumulatum eſt eccleſiæ dei. Exultat multitudo catholica ſub Bar/
bara dominatione, de ordinatione pontificis reparati. Nam maximus iuue
num numerus atq; adoleſcentularum ſibimet in cōmune congaudens atte/
ſtabatur, quod nunquā uidiſſet epiſcopum in throno ſedentē. Porrò ille uir
dei ſacerdos Eugenius, cœpit per conuerſationē operum bonorum uenera/
bilis & reuerēdus haberi etiam ab eis qui foris ſunt, & ita eſſe ab omnibus

gratus, ut ſi fas eſſet, animã ſuam pro eodem uniuerſos ponere delectaret. A
Eleemoſynas quoq; tales per eum dominus dignatus eſt facere, ut incredibile uideatur tanta eum impendere, ubi eccleſia totum Barbaris tenẽtibus, ne unius nummi habere cognoſcitur facultatẽ. Humilitatẽ in illo, charitatẽ, pietatẽ, diuinitus condonatam, ſi quiſquam incipiat non poterit explicare.
Eugenij pietas Pecuniam apud eum manſiſſe non probatur, niſi fortè tali hora offerretur, quando iam ſol diei explicans curſum, nocturnis tenebris ordinem daret & locum. Vnde tantum reſeruabat, quantum diei ſufficeret, non quantũ cupiditas expetiſſet, deo noſtro ſubinde quotidie ingentia & maiora donante. Sed cum fama eius eſſet celebris atq; manifeſta, cœperunt exinde Arianorum epiſcopi inuidia graui torqueri, quotidianis & præcipue cum Cyrila calumnijs inſectantes. Quid plurimũ ſuggerunt de illo, ut ſuum nequaquam ſederet thronum, neq; dei populo uerbum faceret cõſuetum. Deinde quoſcunq; mares uel fœminas in habitu Barbaro incedentes in eccleſia conſpiceret, prohiberet. Ille reſpondit ut decuit: Domus dei omnibus patet, intrantes nullus poterit repellere, maxime quia ingens fuerat multitudo noſtrorũ catholicorum, in habitu illorum incedentiũ, ob hoc quod domui regiæ ſeruiebant. At ubi ab homine dei tale reſponſum accepit, ſtatuit in portis eccleſiæ collocare tortores. Qui uidẽtes fœminã uel maſculum in ſpecie ſuæ gentis ambulantes, ilico palis minoribus dentatis iactis in capite, crinibusq; in B eiſdem colligatis ac uehementius ſtringentes ſimul cum capillis omnẽ pelliculam capitis auferebant. Nõnulli dum hoc fieret, ſtatim oculos amiſerunt, alij ipſo dolore defuncti ſunt. Mulieres uero poſt hanc pœnam capitibus pelle nudatis, præcone pręeunte per plateas ad oſtenſionem totius ciuitatis ducebantur. Quod ſibi magis quæ patiebantur, lucrum maximum computabant. Quorum nos plurimos nouimus, nec ſcimus eorum aliquem tunc etiam pœnis urgentib. à recto itinere deſtitiſſe. At ubi iſto modo fidei infringere non ualuit murũ, cogitat ut noſtræ religionis homines in aula eius conſtituti, neq; annonas neq; ſtipendia ſolita porirẽtur. addidit quoq; & laboribus eos cõterere ruſticanis. Dirigit uiros ingenuos & admodum delicatos ad campum Vticenſem, ut ſub ardentis ſolis incendio ceſpites meſsium deſecarent: ubi omnes cum gaudio pergentes, in domino lætabantur. In quorum contubernio quidam fuit aridam habens manum, quæ per annos q̃plurimos nullum ei præſtiterat obſequiũ. Qui cum ueraciter excuſaret ſe operari non poſſe, magis uiolenter iuſſus eſt pergere. Sed ubi ad locum uentum eſt, & præſertim pro eo orando ingemuerũt omnes, pietate diuina illa arida incolumis confeſſoris reſtituta eſt manus. Hinc iam Hunerici perſecutio doloris atq; parturitionis noſtræ ſumpſit initium. Ipſe autẽ qui ſeſe iam dudum omnibus lenem oſtenderat, deſiderãs poſt obitum ſuum quod nõ cõtigit regnum ſtatuere, Theodoricũ fratrẽ filioſq; eius, Gentoniſq; fratris
Hunerici in domeſticos ſæuitia

nihilomi-

A nihilominus filios crudeliter cœpit inſequi. Quorum nullum dimitteret, niſi ei mors deſiderij ſui uoluntatem auferret. Primo ſciens uxorē Theodorici fratris aſtutam, credo ne fortè maritum aut maiorem filium qui prudens & ſapiens uidebatur, conſilijs acrioribus aduerſus tyrānum armaſſet, crimine appoſito gladio eam interfici iubet. Poſt occiditur & ille filius magnis literis inſtitutus, cui ſecundum conſtitutionem Geiſerici, eo quod maior omnibus eſſet, regnum inter nepotes potiſsimum debebatur. Accenditur adhuc crudelius aliquid perpetrare. Aſtante uulgo in media ciuitate pro gradibus plateæ nouæ, epiſcopum ſuæ religionis nomine Iocūdum, quem Patriarcham uocitabant, præcepit incendio concremari, ob hoc quod in domo Theodorici germani regis acceptiſsimus habebatur, cuius forte ſuffragio memorata domus regnum poterat obtinere. In quo impietatis ſcelere futurum nobis adeſſe proſpeximus malum, aientes ſinguli inuicem nobis: qui in ſuo ita crudelis effectus eſt ſacerdote, quando noſtræ religioni uel nobis parciturus eſt iſte. Tunc & Gentonis maiorem filium nomine Godagiſum cum uxore abſq; ſolatio ſeruuli aut ancillæ, crudeli exilio delegauit. Fratrem uero Theodoricum poſt occiſionem uxoris & filij, nudum atq; deſtitutum ſimiliter exulauit. Poſt cuius mortem filium qui ſupererat infantulum, duasq; filias eius adultas, impoſitas aſinis longius affligendo proiecit. Sed & comi-

Iocūdus patriarcha Arianorum crematur

B tes quàm plurimos & nobiles gentis ſuæ obiectionibus falſis inſectans, ob hoc quod germano fauerent alios incendit, alios iugulauit, imitator exiſtēs Geiſerici patris, qui ſui fratris uxorē ligato pondere lapidum, in Amſagam fluuiū Cirtenſem famoſum iactando demerſit, & poſt necem matris etiam filios interfecit. Sed & multos ei Geiſericus pater moriens, ſacramento interpoſito commendauerat: quos ille immemor fidei & ſacramenti uiolator, diuerſis pœnis & incendijs trucidauit. Nam Heldicam quendam quem pater eius præpoſitum fecerat regni, iam ueteranū atq; annoſum cum dedecore capite detruncauit, eiusq; uxorem cum alia nomine Theucaria in medio ciuitatis incendit. Quarum corpora per uicos & plateas trahi mādauit, quæ tota die iacētia, rogatus à ſuis epiſcopis uix ueſpere ſepeliri cōceſſit: Gamuth namq; Heldicę fratrem, quia ad eccleſiam eorum confugerat, occidere non potuit, quem tamē in loco latrinarum obſcœno cōcluſit, temporeq; multo eum ibi degere ſtatuit. Poſtea cum caprario quodam & ruſtico ad faciēdas ſcrobes uineis profuturas cōdemnauit, quos etiā duodecies per annum, id eſt per ſingulos menſes flagellis crudelibus diſsipabat, uix modico aquæ, cibarioq; pane conceſſo. hoc per v uel amplius perpeſsi ſunt annos, quibus hæc ſupplicia proficere poterant ad æternam mercedē ſi catholici fuiſſent, & fidei ſuæ merito iſta perferrent. Sed ideo iſtud ſilere nequiuimus, ut impietates regis etiam in ſuis minime ſileremus: qui non ſolum epiſcopum ſuum Iocundum ut ſuperius demonſtrauimus flammis aduſsit, ſed et presby

Hunerici impietas

teros & diaconos ſuos, id eſt Arianos quàm plurimos incendit, nec non & A
beſtijs mancipauit. Amputatis igitur in breui omnibus quos timebat, & ſo
lidans ſibi ut putabat regnum quod breue fuerat & caducum, omni ex par‑
te ocioſus atque ſecurus, uniuerſa tela furoris in perſecutionem eccleſiæ catho
Præſagia per‑ſecutionis licæ rugiens ſicut leo conuertit. Ante perſecutionis tamen tempeſtatē, mul‑
tis præeuntibus uiſionibus & ſignis imminēs demonſtratū fuerat malum.
Nam fermè ante biennium quam fieret, uidit quidam Fauſti eccleſiam ſoli‑
to in ornatu fulgentem: & dum lætaretur tanti fulgoris candore, cereis quo‑
que fulgentibus, pallijsque uelaminum ac lampadibus rutilantem, ſubito ait
luminis illius concupiſcibilis extinctus eſt fulgor, ac tenebris ſuccedentibus
aduerſarius naribus natus eſt fœtor, omniſque illa beatorum turba expellen
tibus quibuſdam Aethiopibus minata eſt foras, ob hoc iugiter lamentantū
quod eam in claritate priſtina nequaquam uiderit iterum reſtitutam. Nam ui‑
ſionem iſtam nobis præſentibus ſancto retulit Eugenio. Vidit & quidam
presbyter ipſam Fauſti eccleſiam refertam turbis innumerabilium populo
rum, & poſt paululum euacuatam & repletam porcorum multitudine atque
caprarum. Item alius uidit aream triticeam uentilationi paratam, granis ad
huc uentilatoris iudicio necdum à palea ſeparatis: & dum ingentis maſſæ li‑
cet confuſæ magnitudinem miraretur, ſubito ecce turbo ueniens tempeſta‑
tis ſoniuago flatu cœpit aduentum ſuum ſurgente puluere demonſtrare. B
Cuius impetu palea illa omnis omnino uolauit, remanentibus granis. Poſt
hęc uenit quidam procerus ſplendido uultu habituque nitido fulgens, & cœ
pit grana uacua macilenta atque ſimilagini reproba purgando proijcere.
Quæ diu examinans, uix magnitudinem illius maſſæ licet probatæ, ad acer
uum tamen perduxit exiguum. Item alius ait: Stabat quibam præcelſus
ſuper montem qui Ziquenſis dicitur, & clamabat dextra leuaque: Migrate,
migrate. Alius cōſpicit rugiente cœlo atque turbato ſulphureas nubes, quæ
ingentes cœperunt lapides iaculari. Qui lapides dum cecidiſſent in terram,
plus accēdebantur & maioribus flammis ardebant, atque intrantes in pe‑
netralia domorum, quos inuenerant incendebant. Qui autem uidit ait, cum
ſe in quodam cubiculo abſcondiſſet, miſeratione diuina ad eum flamma
non potuit peruenire. Reor ut illud propheticum compleretur, Claude o‑
ſtium tuum, & abſconde te puſillum aliquantulum, donec tranſeat ira dei.
Vidit & uenerabilis Paulus epiſcopus arborem uſque ad cœlos ramis flo‑
rentibus extenſam, quæ etiam dilatatione ſua omnem penè Africam opa‑
cabat. Et cum uniuerſi eius magnitudine & ſpecioſitate gauderent: ecce ſubi
to, inquit, uenit aſinus uiolentus, qui defricans ceruicem ſuam ſuper robur
radicum eius, impulſu ſuo cum ingenti ſonitu illam mirabilem arborem eli‑
ſit ad terram. Sed & Quintianus honorabilis epiſcopus uidit ſe ſuper quen
dam montem ſtare, de quo conſpiciebat gregem innumerabilium ouium
ſuarum

A ſuarum: & in medio gregis duæ erant ollæ nimium bullientes. Aderant autem ouium occiſores, quarũ carnes ollis bullientibus demergebant. Et cum ita fieret, omnis illa magnitudo conſumpta eſt gregis. Reor ergo illas duas ollas Sicca uenerea & Laribus duas eſſe ciuitates, in quibus multitudo prima fuerat cõgregata, è quibus incendium initium ſumpſit: aut Hunericum regem, & Cyrilam epiſcopum eius. Sed de multis uiſionibus quia breuitati conſulendum fuit, hæc dixiſſe ſufficiat. Quid ultra? Cenſet primo tyrannus iuſsione terribili, ut nemo in eius palatio militaret, neque publicas ageret actiones niſi ſeſe Arianum feciſſet. Quorum ingens numerus uigore inuictus ne fidem perderet, militiam temporalem abiecit. Quos poſtea domibus proiectos, omniq́ ſubſtantia expoliatos, in inſulas Siciliam & Sardiniam relegauit. Quodam tempore ſtatuere per totam Africam feſtinauit, ut noſtrorum epiſcoporum defunctorum fiſcus ſibi ſubſtantiam uendicaſſet. Qui autem defuncto ſuccedere poterat non ante ordinaretur, niſi fiſco regali quingentos ſolidos obtuliſſet. Sed hoc ædificium ubi cõſtruere niſus eſt diabolus, ſtatim illud deſtruere dignatus eſt Chriſtus. Suggerunt ei domeſtici ſui dicentes. Si iſtud firmauerit præceptio ueſtra, noſtri epiſcopi in partibus Thraciæ & alijs regionibus conſtituti peiora incipient pati. Præcepit deinde ſacras uirgines congregari, dirigens Vandalos cum ſuæ gentis *Sacræ uirgines grauiter affliguntur*
B obſtetricibus ad inſpicienda & contrectanda contra iura uerecundiæ uerecunda pudoris, ubi nec matres aderant, nec aliqua matronarum. Quas cremantes graui ſuſpendio atq́ ingentia pondera pedibus colligantes, laminas ferri ignitas dorſo, uentri, mamillis & lateribus apponebant, quibus inter ſupplicia dicebatur: Dicite quomodo epiſcopi uobiſcum cõcumbunt & clerici ueſtri? Quarum acerbitate pœnarum plurimas tũc ſcimus extinctas. aliæ quæ remanſerunt cutibus areſcentibus factæ ſunt curuæ. Nitebatur enim ſemitam inuenire, per cuius aditum publicã ſicut fecit faceret perſecutionem. Et ita faciens, nullo modo inueſtigare potuit quomodo Chriſti eccleſiam macularet. Quibus autem proſequar fluminibus lachrymarũ, quando epiſcopos, presbyteros, diaconos, & alia eccleſię membra, id eſt quatuor milia DCCCCLXVI ad exilium eremi deſtinauit: in quibus erant podagri quàm plurimi, alij per ætatem annorũ à lumine tẽporali priuati. In quorum erat numero beatus Felix Abdiritanus epiſcopus, habens iam in epiſcopatu XLIIII annos. Qui paraliſi morbo percuſſus, nec ſentiebat quicquam, nec penitus loquebatur. De quo nos maxime cogitantes quod non poſſet iumento portari, ſuggeſsimus ut à ſuis rex peteretur, ut ſaltem eum propere moriturum Carthagini eſſe iuſsiſſet, quod ad exilium nulla poſſet ratione perduci. Cui ita fertur tyrannus cũ furore dixiſſe: Si animali ſedere non poteſt, iungantur boues indomiti qui eum colligatis funibus trahẽdo perducãt ubi ego præcepi. Quem ex tranſuerſo ſuper burdonem uinctum *Quinq́ milia exulum*

quaſi quendam ligni truncum toto itinere portabamus. Congregãtur uniuerſi in Siccenſem & Larenſem ciuitates,ut illuc occurrentes Mauri ſibi traditos ad eremum perduxiſſent. Superuenientes igitur comites duo ſubtilitate damnabili, blandis ſermonibus cum dei cõfeſſoribus agere cœperunt: Quid uobis,inquiunt,uidetur ut ita pertinaces ſitis,& domini noſtri præceptis minime obtemperetis, qui eſſe poteratis in conſpectu regis honorabiles, ſi eius feſtinetis facere uoluntatem? Statim illis clamantibus & dicentibus ingenti uociferatione, Chriſtiani ſumus, Catholici ſumus, Trinitatem unum deum inuiolabilem cõfitemur: includuntur grauiori quidem ſed adhuc latiori cuſtodia,ubi nobis copia dabatur et introire,& uerbum admonitionis fratribus facere,& diuina myſteria celebrare. Ibi & infantuli fuere quàm plurimi,quos genitrices materno ſequebantur affectu,aliæ gaudentes,aliæ retrahentes: aliæ gaudebant ſe martyres peperiſſe, aliæ morituros diluuio rebaptizationis nitebantur à confeſsione fidei reuocare. Nullum tamẽ tunc nec blandimenta uicerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinauit ad terram. Nam quædã quid tunc fecerit anus,breuiter referre delectat, Dum iter ageremus cum dei exercitu comitãtes,& fortè magis noctibus promoueremur propter ſolis ardorem, conſpicimus mulierculã ſacculum & alia ueſtimenta portantem manu,infantulum unà tenentem, atq; in his ſermonibus conſolantem: Curre domine meus,uides uniuerſos ſanctos quomodo pergũt & feſtinant hilares ad coronas? Quam nos cũ increparemus, quod importuna uideretur aut uiris pro ſexu iungi,aut exercitui Chriſti ſociari,Reſpondit: Benedicite benedicite, & orate pro me & pro iſto nepote paruulo meo, quia & ſi peccatrix filia ſum quõdam Zuritanæ ciuitatis epiſcopi. Cui nos: Et quare ita abiecte ambulas, & qua ratione de tam longo itinere huc pergere demonſtraris? Quæ reſpondit: Cum hoc ſeruo ueſtro paruulo ad exilium pergo,ne inueniat eũ ſolum inimicus,& à uia ueritatis reuocet ad mortem.ad hæc uerba repleti lachrymis nihil dicere ualuimus, niſi ut uoluntas fieret dei. Sed ubi aduerſarius qui iam forte dicebat: Participor ſpolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur manus mea, nullum potuit occupare: inquirit anguſta & teterrima loca in quorum conclauibus dei exercitum coartaret. Tunc eis etiam uiſitationis humanæ negata conſolatio, puniuntur & cuſtodes fuſtibus,& grauiter affliguntur,iactantur confeſſores Chriſti ſuperinuicem anguſtia coartante, unus ſuper alium ut agmina locuſtarum, & ut proprie dicatur, ut grana precioſiſsima frumentorum. In qua conſtipatione ſecedendi ad naturale officium nulla ratio ſinebat loci, ſed ſtercora & urinam urgente neceſsitate ibidem faciebant, ut ille tunc fœtor & horror uniuerſa pœnarum genera ſuperaret: ad quos aliquando dantes ingentia munera Mauris, dormientibus Vandalis uix clàm admiſſi ſumus intrare. Qui introeuntes ueluti in gurgite luti uſq; ad genua

Infantuli martyres

A ad genua cœpimus mergi, illud tunc Hieremiæ uidẽtes fuiſſe completum, qui nutriti ſunt in croceis, amplexati ſunt ſtercora ſua. Quid multa? præce/pti ſunt undique perſtrepentibus Mauris, ad iter ubi deſtinati ſunt præpa/rari. Exeuntes itaq; die dominica linita habentes ſtercoribus ueſtimenta, fa/cies ſimul & capita: à Mauris tamen crudeliter minabantur, hymnum cum exultatione domino decantantes, Hæc eſt gloria omnibus ſanctis eius. Aderat enim ibi tunc beatus pontifex Cyprianus Vnizibirenſis epiſcopus conſolator egregius, qui ſingulos pio & paterno foucbat affectu, non ſine fluminibus currentiũ lachrymarum paratus pro fratribus animam ponere, & ſe ultroneum ſi dimitteretur talibus paſsionibus dare: qui totum quod habuit, egentibus fratribus, nulla tunc neceſsitate expendit. quærebat eñ occaſionem qualiter confeſſoribus ſociaretur, ipſe animo & uirtute cõfeſſor: qui poſtea per multos agones & ſqualores carceris, ad exilium quod deſide/rabat, cum exultatione perrexit. Quantæ tunc multitudines de diuerſis re/gionibus & ciuitatibus, ad uiſendos dei martyres occurrerint populorum, teſtantur uiæ uel ſemitę: quæ cum agmina uenientiũ nequaquam caperent, per uertices montiũ & ualliũ concurrens turba fideliũ inæſtimabilis deſcen/debat, cereos manibus geſtantes: ſuosq; infantulos ueſtigijs martyrũ proij/cientes, iſta uoce clamabant: Quibus nos miſeros relinquitis, dum pergitis

Cyprianus Vnizibirenſis epiſcopus.

B ad coronas? qui hos baptizaturi ſunt paruulos fõtibus aquę perennis? qui nobis pœnitentiæ munus collaturi ſunt, & reconciliationis indulgentia ob/ſtrictos peccatorum uinculis ſoluturi? quia uobis dictũ eſt: Quæcunq; ſol/ueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Qui nos ſolennibus orationib. ſepulturi ſunt morientes? à quibus diuini ſacrificij ritus exhibendus eſt con/ſuetus? uobiſcum & nos licebat pergere, ſi liceret ut tali modo filios à patri/bus nulla neceſsitas ſepararet. In his uocibus & lachrymis nullus iam per/gere admiſſus eſt conſolator, ſed artabatur multitudo ad currendum, ut ubi cannaua erat præparata, laborioſam caperet manſionẽ. qui cum ſenes defi/cerent, & alij forte & ſi iuuenes delicati, cœperunt haſtilium cuſpidibus ad currendum & lapidibus tundi: unde magis deficientes, amplius laſſabãtur. Poſt uero imperatum eſt Mauris, ut eos qui ambulare non poterãt, ligatis pedibus ut cadauera animalis mortui traherent per dura & aſpera lapidum loca, ubi primo ueſtimenta, poſtea membra ſingula carpebantur. Quibus per gladios acutos petrarum huic caput conterebatur, alij latera findeban/tur, & ita inter manus trahentium ſpiritum exhalabant: quorum numerum nequaquam ualuimus colligere, multitudine coercente. Exaltatur tamẽ per totum aggerem publicum uilis ſepultura ſanctorum, loquentibus tumulis, Reliqui habiliores ad ſolitudinis loca perueniunt, in quibus collocati hordę/um ad ueſcendum ut iumẽta accipiunt. Vbi etiã uenenatorũ animaliũ atq; ſcorpionum tanta eſſe dicitur multitudo ut ignorantibus incredibilis uidea/tur, quæ

tur quæ ſolo flatu etiam procul poſitis ueneni uirus infundat: ab ſcorpij au- **A**
tem percuſſu, nullum dicunt aliquando euaſiſſe. Quorum feritas uirulenta uſq; ad præſens tempus Chriſto defendente, nullū ſeruorum eius nocuiſſe docetur. Sed cum illic aluntur hordeaceis granis, poſtea & hoc ablatum eſt, quaſi non poterat deus qui pluerat patribus manna, paſcere & nunc tali exilio mancipatos. Cogitat acriora aduerſus eccleſiam dei, ut qui membra aliqua abſciderat, totum laniando perderet corpus. Nam die Aſcenſionis domini legatus Zenonis imperatoris regina præſente legendū in media eccleſia epiſcopo Eugenio dirigit præceptū, quod etiā uniuerſæ Africæ ueredis currentibus deſtinauit. Rex Hunericus Vandalorum & Alanorum uniuerſis epiſcopis Omouſianis. Non ſemel ſed ſæpius conſtat eſſe prohibitum, ut in ſortibus Vandalorum ſacerdotes ueſtri conuentus minime celebrarent, ne ſua ſeductione animas ſubuerterent Chriſtianas. Quam rem ſpernentes plurimi reperti ſunt contra interdictū miſſas in ſortibus Vandalorum egiſſe, aſſerētes ſe integram regulam Chriſtianæ fidei tenere. Et quia in prouincijs à deo nobis conceſsis ſcandalum eſſe nolumus, ideo dei prouidentia cum conſenſu ſanctorum epiſcoporum noſtrorum hoc nos ſtatuiſſe cognoſcite, ut ad diem kalendarum Februariarum proxime futurarum, amiſſa omni excuſatione formidinis, omnes Carthaginem ueniatis, ut de ratione fidei cum noſtris uenerabilibus epiſcopis poſsitis inire conflictum, & **B**
de fide Omouſianorum quam defenditis, de diuinis ſcripturis proprie approbetis, quo poſsit agnoſci ſi integram fidem teneatis. Huius autem edicti tenorem uniuerſis epiſcopis tuis per uniuerſam Africam conſtitutis direximus. Data ſub die XIII kal. Iunias, anno VII Hunerici. Cognoſcentibus igitur qui aderamus, ſimulq; legentibus contrita ſunt extemplo corda noſtra, & contenebrati ſunt oculi noſtri, & uere tunc dies feſti noſtri conuerſi ſunt in luctū, & cantica in lamentationē, dum edicti tenor indicaret futuræ perſecutionis furorē. Et præſertim ubi dixit in prouincijs noſtris à deo nobis cōceſsis ſcandalū eſſe nolumus: quaſi diceret, in prouincijs noſtris catholicos eſſe nolumus. Tractatū eſt quid fieret. Nullum inuenit remediū imminēs calamitas, niſi à ſancto Eugenio rationabilis, ſi cor barbarū molliret, ſuggerēda daret̄ tali textu cōſcripta. Quoties animæ uel uitæ æternæ ac fidei Chriſtianæ cauſa tractatur intrepide, ſicut regalis prouidentia cōpromiſit, neceſſe eſt quod competit ſuggeratur. Nuper poteſtas regia per Vuitaredum notarium paruitatē meā admonere dignata eſt, qui nobis de merito ac religione fidei præceptum eius in eccleſia præſente clero & plebe recenſuit. Ex cuius tenore cognouimus ad oēs coepiſcopos meos prçceptum regium ſimiliter emanaſſe, ut die conſtituta pro diſputatione fidei ueniatur. Quod nos uenerabiliter accepiſſe ſuggeſſimus, cui præfato notario humilitas mea ſuggeſsit, debere etiam tranſmarinarum omnium partium qui nobis ſunt

Hunericus diſputationem indicit

Eugenij reſponſio

A biſ ſunt in una religione uel communione conſortes agnoſcere, quia ubiq; regno eius obtemperant uniuerſi: maxime quod totius mundi cauſa nõ ſpecialis prouinciarum Africanarum tantummodo. Et quia ſecundo reſponſo ſuggerendam me promiſi oblaturum, merito ſuppliciter peto magnificentiam tuam, ut ad domini & clementiſſimi regis aures memoratam ſuggeſtionem meam perferre digneris, quo eius clementia dignanter agnoſcat, nos diſputationem legis cum adiutorio dei nullatenus declinare uel fugere, ſed ſine uniuerſitatis aſſenſu nos non debere aſſerẽdæ fidei noſtræ cauſas aſſumere. Quod petimus ut benignitate quantus eſt, & iuſtitia ſapientię ſuæ dignetur annuere. Data ab Eugenio epiſcopo eccleſię catholicę Carthaginis.

Sed hæc cum ſuggeſtio à beato Eugenio offerretur, ille iam qui conceperat dolorem, urgebatur iniquitatem grauius parturire: & ita ſancto uiro epiſcopo Eugenio per Obadum præpoſitum regni ſui mandaſſe uidetur: Subde mihi uniuerſum orbem terrarum, ut ſub poteſtate mea totus mundus redigatur, & facio ô Eugeni quod dicis. Ad quod beatus Eugenius reſpondit ut potuit. Quod rationem, inquit, non habet, dici non debuit. Sic eſt hoc, quomodo ſi dicatur homini ut per aera feratur & uolitet, quod moris nõ eſt humanæ naturæ. Dixi enim ſi noſtram fidem quæ una & uera eſt, poteſtas regis cognoſcere deſiderat, mittat ad amicos ſuos, ſcribã *Obadus præpoſitus regni*

B & ego fratribus meis, ut ueniant coepiſcopi mei, qui uobis nobiſcum cõmunem fidem noſtrã ualeant demonſtrare, & præcipue eccleſia Romana, quę caput eſt omnium eccleſiarum. Ad hæc Obadus: Ergo tu & dominus meus rex ſimiles eſtis? Eugenius epiſcopus dixit: Ego non ſum ſimilis regis, ſed dixi: Si ueram cognoſcere deſiderat fidem, ſcribat amicis ſuis ut dirigant noſtros catholicos epiſcopos, & ego ſcribo coepiſcopis meis, quia catholicæ uniuerſæ una eſt cura. Hoc agebat Eugenius, non quia deeſſent in Africa qui aduerſariorum obiecta refellerent: ſed ut illi ueniſſent, qui alieni ab eorum dominatu, maiorem fiduciam libertatis haberent, pariterq; oppreſsionis noſtræ calumnias uniuerſis terris & populis nunciarent. Ille autem qui nectebat dolos audire noluit rationem, agens argumentationibus crebris, ut quoſcũq; epiſcoporum audierat eruditos, uarijs inſectationibus agitaret. Iam ad exilium Vibianenſem ſecundo Donatianum impoſitis CL fuſtibus miſerat epiſcopum, necnon & Sufetulenſem Præſidiũ, uirum ſatis acutum. Tunc & uenerabiles, Manſuetum, Germanum, Fuſculum, & multos alios fuſtigauit. Dum hæc geruntur, imperat ut cum noſtræ religionis uiris, illorum menſam nullus communem haberet, neq; cum catholicis omnino ueſcerentur: quæ res non ipſis aliquod præſtitit beneficium, ſed nobis maximum contulit lucrum. Nam ſi ſermo eorum dicente Apoſtolo, ſicut cancer conſueuit ſerpere, quanto magis communis menſa ciborum poterit inquinare, cum dicat idem apoſtolus: Cum nefarijs nec ciborũ habere *Eccleſia Romana*

commu

communionem? Sed cum ignis iam perſecutionis accenderetur, & flamma A
Miraculum infeſtantis ubiq; regis arderet, oſtendit deus noſter quoddam miraculum per ſeruũ ſuum fidelem Eugenium, quod prꝍterire nõ debeo. Fuit in eadem ciuitate, id eſt Carthagine quidam cæcus, ciuibus ciuitatiq; notiſsimus, nomine Felix. hic uiſitatur à domino, diciturq; ei nocte per uiſum, dies enim epiphaniorum illuceſcebat, Surge uade ad ſeruũ meum Eugenium epiſcopum, & dices ei: Quia ego te ad illum direxi. Et illa hora qua benedicit fontem ut baptizentur accedentes ad fidem, continget oculos tuos & aperientur, & uidebis lumen. Qui tali uiſitatione cõmonitus, putans ſe quomodo aſſolet deludi per ſomnium, ſurgere noluit cæcus. Sed cum iterum uergeretur in ſomnos, ſimiliter ut ad Eugenium pergeret compellitur. Rurſus negligit, tertioq; feſtinãter & grauiter increpatur. Excitat puerũ, qui ei ſolitus erat manum porrigere. Pergit ueloci agilitate ad Fauſti baſilicam, orat ueniens cum ingentibus lachrymis, ſuggerit cuidam diacono nomine Peregrino, ut eũ epiſcopo nunciaret, indicans ſe habere aliquod ſecreti genus intimandum. Audiens epiſcopus, iuſsit hominẽ introire. Iam enim ob celebritatem feſtiuitatis, hymni nocturni per totam eccleſiam canente populo concrepabant, Indicat cæcus antiſtiti ordinẽ uiſitationis ſuæ, dicitq; illi: Non te dimittã, niſi mihi ſicut à dño iuſſus es reddideris oculos meos. Cui Eugenius ſanctus: Recede à me frater, peccator ſum & indignus, & ſuper oẽs homines delinquens, utpote qui & in hæc tẽpora ſeruatus ſum. Ille aũt tenens B genua eius, aliud non dicebat, niſi illud quod iam dixerat: Sicut iuſſum eſt, redde mihi oculos meos. Attendens quoq; Eugenius inuerecundam credulitatem, & quia iam tempus urgebat, pergit cum eo comitante officio clericorum ad fontem. Vbi fixis genibus cum ingenti gemitu, pulſans ſingultibus cœlum, criſpantẽ benedixit alueũ fontis, & cum completa ſurrexiſſet oratione, ita cœco reſpondit: Iam tibi dixi frater Felix, peccator homo ego ſum, ſed qui te uiſitare dignatus eſt, præſtet tibi ſecundum fidem tuam, & aperiat oculos tuos. ſimulq; uexillo crucis conſignãte oculos eius, ſtatim cæcus uiſum domino reddente recepit. Quem ſecum quouſq; uniuerſi baptizarentur ibi detinuit ob hoc, ne tanto miraculo populus excitatus, uirum cõtereret qui receperat lumen. Fit poſtea manifeſtum eccleſiæ uniuerſæ. Procedit ad altare cum Eugenio ſicut moris eſt qui fuerat cæcus, ſuæ ſalutis oblationem domino redditurus. Quam epiſcopus accipiens altari impoſuit. Fit ſtrepitus gaudio metante inreuocabilis populorum, ſtatim nuncius pergit ad tyrannum. Rapitur Felix, inquiritur ab eo quid factum ſit, qualiterq; receperit lumen. Dicit illi ex ordine totum, dicuntq; Arianorum epiſcopi, hoc Eugenius per maleficia fecit. Et quia oppreſsi confuſione non poterãt nubilare, eo quod Felix uniuerſæ ciuitati manifeſtus eſſet & notus, tamen uolebant eum ſi fas eſſet necare, quomodo Iudæi ſuſcitatum Lazarum cupiebant

A piebant occidere. Appropinquabat iam futurus dies ille calumnioſus calendarum Februariarũ, ab eodem ſtatutus. Conueniunt non ſolum uniuerſæ Africæ, uerumetiam inſularum multarum epiſcopi, afflictione & mœrore confecti. Fit ſilentiũ diebus multis, quouſq; peritos quoſq; & doctiſsimos uiros exinde ſepararet, calumnijs appoſitis enecandos. Nam unum ex ipſo choro doctorum nomine Lætum, ſtrennũ atq; doctiſsimum uirum, poſt diuturnos carceris ſqualores incendio concremauit, æſtimans tali exemplo timorem incutiens reliquos eliſurum. Tandem uenitur ad diſputationis conflictum, ad locum ſcilicet quem delegerant aduerſarij. Euitantes igitur noſtri uociferationis tumultus, ne forte poſt modum Ariani dicerent, quod eos noſtrorum oppreſſerit multitudo, eligunt de ſe noſtri qui pro omnibus reſponderent decem. Collocat ſibi Cyrila cum ſuis ſatellitibus in loco excelſo ſuperbiſsimum thronum, aſtantibus noſtris, dixerũtq; noſtri epiſcopi: Illa eſt ſemper grata collatio, ubi ſuperba non dominatur elatio: ſed ex conſenſu communi uenitur, ut cognitoribus decernentibus, partibus agentibus, quod uerum eſt agnoſcatur. Nunc qui erit cognitor, qui examinator, uel libra iuſtitiæ aut bene prolata confirmet, aut praue aſſumpta refellat. Et cum talia & alia dicerentur, notarius regis reſpondit: Patriarcha Cyrila dixit, legatur nobis quo concedente iſtud ſibi nomen Cyrila aſſumpſit.

Lætus concrematus

B Et exinde ſtrepitum concitantes, calumniari aduerſarij cœperunt. Et quia hoc noſtri petierant ut ſaltem ſi examinare non licebat, prudenti multitudini uel expectare liceret, iubentur uniuerſi filij catholicæ eccleſiæ qui aderãt, centenis fuſtibus tundi. Tũc clamare cœpit beatus Eugenius: Videat deus uim quam patimur, cognoſcat afflictionem perſecutionum quam à perſecutoribus ſuſtinemus: conuerſiq; noſtri, Cyrilæ dixerunt: Propone quod diſponis. Cyrila dixit: Neſcio latine. Noſtri epiſcopi dixerunt: Semper te latine eſſe locutum manifeſto nouimus, modo excuſare non debes, præſertim quia tu huius rei incendium ſuſcitaſti. Et uidens catholicos epiſcopos ad conflictum magis fuiſſe paratos, omnino audientiam diuerſis cauillationibus declinauit. Quod ante noſtri prouidentes, libellum de fide conſcripſerãt, ſatis decenter ſufficienterq; cõſcriptum dicentes: Si noſtram fidem cognoſcere deſideratis, hæc eſt ueritas quam tenemus.

Eugenius

Ii

VICTORIS EPISCOPI A

DE FIDE CATHOLICA LIBER

Profeſsio fidei catholicæ

REGALI imperio fidei catholicæ quam tenemus præcipimur reddere rationem: ideoq; aggredimur pro noſtrarum uirium mediocritate fulti adiutorio, quod credimus & prædicamus breuiter intimare. Primũ igitur de unitate ſubſtantiæ patris & filij, quod Græci ὁμοούσιον dicunt, exponendum nobis eſſe cognoſcimus. Patrem ergo & filium & ſpiritũ ſanctum ita in unitate deitatis profitemur, ut & patrem in ſua proprietatis perſona ſubſiſtere, & filiũ nihilominus in propria extare perſona, atq; ſpiritum ſanctum perſonæ ſuæ proprietatem retinere fideli confeſsione fateamur: non eundem aſſerentes patrem quem filium, neq; filium confitentes qui pater ſit, aut ſpiritus ſanctus: neq; ita ſpiritum ſanctum accipimus, ut aut pater ſit aut filius: ſed ingenitũ patrem, & de patre genitum filium, & de patre procedentem ſpiritum ſanctum, unius credimus eſſe ſubſtantiæ uel eſſentiæ: quia ingeniti patris & geniti filij, & procedentis ſpiritus ſancti una eſt deitas, tres uero perſonarum proprietates. Et quia contra hanc catholicam uel apoſtolicam fidem exorta hæreſis nouitatem quandam induxerat, aſſerens filium nõ de patris ſubſtantia genitũ, ſed B ex nullis extantibus, id eſt ex nihilo ſubſtitiſſe: ad hanc impietatis profeſsionem quæ contra fidem emerſerat refellendã, & penitus abolendã ὁμοουσίου ſermo Græcus poſitus eſt, quod interpretatur unius ſubſtãtiæ uel eſſentiæ, ſignificans filium non ex nullis extantibus, nec ex alia ſubſtantia, ſed de patre natum eſſe. Qui ergo putat omouſion auferendum, ex nihilo uult aſſerere filium extitiſſe. Sed ſi ex nihilo non eſt, ex patre ſine dubio eſt, & recte omouſios, id eſt, unius cum patre ſubſtantiæ filius eſt. Ex patre autem eſſe, id eſt unius cum patre ſubſtantiæ: his teſtimonijs approbatur, Apoſtolo dicente: Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, gerẽs quoq; omnia uerbo uirtutis ſuæ. Et ipſe iterum Deus pater incredulorum perfidiam obiurgans, qui prædicantis per prophetas filij uocem in ſua ſubſtantia manentẽ audire noluerunt, dixit: Non audierũt uocem ſubſtantiæ. Quam uocem ſubſtantiæ cum tam terribili inteſtatione increpans, ad eundem prophetam loquitur, dicens: Super montes accipe planctum, & ſuper ſemitas deſerti luctũ, quia defecerunt eo quod non ſint homines, non audierunt uocem ſubſtantiæ à uolatilibus cœli uſq; ad pecora. Et rurſum eos qui à profeſsione unius ſubſtantiæ declinantes in eadem fidei ſubſtantia ſtare noluerunt, increpat, dicens: Si ſteriſſent in ſubſtantia mea, auertiſſem utiq; eos à uia ſua mala, & à peſsimis cogitationibus ſuis. Et iterum non extra ſubſtantiam patris filium confitendum, ſed in eadem fideliter mentis oculis cõtuen

dum

A dum, apertiſsime declaratur, dum dicit propheta: Quis ſtetit in ſubſtantia domini, & uidit uerbum eius? Patris ergo ſubſtantiam filium eſſe propheticis iam olim deſignatum eſt oraculis, dicente Salomone: Subſtantiam enim & dulcedinem tuam quam in filios habes oſtendebas, quam in figura & imagine panis cœleſtis, populo Iſrael cœlitus apparet profluxiſſe: quod ipſe dominus in Euangelio expoſuit, dicens: Non Moſes dedit uobis panem de cœlo, ſed pater meus dat uobis panem de cœlo: ſe utiq; panem eſſe deſignans, cum dicit, Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi: de quo etiam propheta Dauid dicit: Panem angelorum manducauit homo. Nanque ut adhuc euidentius patris & filij ſubſtantiæ unitas & diuinitatis æqualitas oſtendatur, ipſe in euangelio dicit: Ego & pater unum ſumus. Quod non ad unitatem tantummodo uolũtatis, ſed ad unam refertur eandemq; ſubſtantiam, quia non dixit: Ego & pater unũ uolumus, ſed unum ſumus. Ex eo enim quod ſunt, non ex eo tantum quod uolunt paternę unitatis declaratur aſſertio. item Ioannes euangeliſta dicit: Propterea quærebant eum Iudæi interficere, quia non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat deum, æqualem ſe faciens deo: quod utiq; non ad Iudæos eſt penitus referendum, quia euangeliſta ueraciter dixit de filio, quia æqualem ſe faciebat deo. item in euangelio ſcriptum eſt: Quæcunq; pater facit, eadem &
B filius facit. Similiter & ſicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ita & filius quos uult uiuificat. Item: ut omnes honorificent filium, ſicut honorificãt patrem. Aequalis enim honor, nõ niſi æqualibus exhibetur. Item ubi filius ad patrem dicit, Omnia mea tua ſunt, & tua mea. Item: Philippe qui me uidet, uidet & patrem. Quomodo tu dicis, Oſtende nobis patrem? Hoc non dixiſſet, niſi patri per omnia fuiſſet æqualis. Item ipſe dñs dixit: Credite in deum, & in me credite. Et adhuc ut unitatẽ æqualitatis demonſtraret, ait: Nemo nouit filium niſi pater, neq; patrem quis nouit niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare: & ſicut filius cui uult reuelat patrem, ita & pater reuelat filiũ: ſicut ipſe Petro ait, cõfitenti eum Chriſtum filium dei uiui: Beatus es, inquit, Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et iterum filius dicit: Nemo uenit ad patrem niſi per me, & nemo uenit ad me, niſi pater qui miſit me attraxerit eum. Vnde claret æqualitatem patris & filij ad ſe inuicem credentes adducere. Item dicit: Si cognouiſſetis me & patrem meũ utiq; cognouiſſetis, & amodo noſtis eum & uidiſtis eum. Verum quia duas in filio profitemur eſſe naturas, id eſt, deum uerum, & hominem uerum corpus & animam habentem, quicquid ergo excellenti ſublimitatis potentia de eo referunt ſcripturæ, admirandæ eius diuinitati tribuendum ſentimus: & quicquid infra honorem cœleſtis potentiæ de eodem humilius enarratur, nõ uerbo dei, ſed homini reputamus aſſumpto. Secundum diuinitatem ergo eſt quod ſuperius diximus, ubi ait: Ego

& pater unum ſumus. Et: Qui uidet me, uidet & patrem. Et: Omnia quæ- A
cunq; pater facit, eadem & filius facit ſimiliter, uel cætera quæ ſuperius con-
tinẽtur. Illa uero quæ de eo referũtur, iſta ſunt: Pater maior me eſt. Et: Non
ueni facere uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me. Et: Pater
ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte: uel cũ de cruce dicit: Deus deus meus,
quare me dereliquiſti? Et iterum ex perſona filij propheta dicit: De uentre
matris meæ deus meus es tu: uel cum minor angelis indicat, & quàm plura
his ſimilia quæ ſtudio breuitatis non inſeruimus. Filius ergo dei nullis cõdi-
tionũ neceſsitatibus obſtrictus, ſed libera diuinitatis potẽtia, ita quæ noſtra
ſunt mirabili pietate aſſumpſit, ut à ſuis quæ diuina ſunt omnino nõ deſtite
rit: quia diuinitas nec augmentũ admittit, nec patitur detrimentũ. unde gra-
tias agimus domino noſtro Ieſu Chriſto, qui propter nos & propter no-
ſtram ſalutem de cœlo deſcendit, ſua paſsione nos redemit, ſua morte uiui-
ficauit, ſua aſcenſione glorificauit: Qui ſedens ad dexteram patris, uenturus
eſt iudicare uiuos & mortuos: iuſtis æternæ uitæ præmium largiturus, im-
pijs atq; incredulis merita ſupplicia redditurus. Profitemur itaq; patrẽ de
ſeipſo, hoc eſt de eo quod ipſe eſt, ſempiterne atq; ineffabiliter filiũ genuiſ-
ſe, non extrinſecus, non ex nihilo, non ex alia genuiſſe materia, ſed ex deo
natum eſſe: & qui de deo natus eſt, non aliud eſt quàm id quod pater eſt, &
idcirco unius ſubſtantiæ eſt, quia ueritas natiuitatis, diuerſitatẽ non admit- B
tit generis. Nam ſi alterius à patre ſubſtantiæ eſt, aut uerus filius nõ eſt, aut
quod nefas eſt dicere, degener natus eſt. Eſt enim uerus filius, ſicut Ioannes
ait: Vt ſimus in uero filio eius. Non eſt etiã degener, quia deus uerus de deo
natus eſt uero: ſicut idem Ioannes euangeliſta exequitur, dicens: Hic eſt ue-
rus deus, & uita æterna. & ipſe dominus in euangelio: Ego ſum, inquit, uia,
ueritas, & uita. Ergo ſi aliunde ſubſtantiã non habet, de patre habet. Si de
patre habet, unius ſubſtantiæ cum patre eſt: ſed ſi unius ſubſtantiæ nõ eſt,
ergo non de patre, ſed aliunde eſt: quoniam unde eſt, inde ſubſtantiam ha-
beat neceſſe eſt. Omnia enim ex nihilo, filius uero de patre. De duobus eli-
gat quis quod uelit: aut det ei ſubſtantiã de patre, aut fateatur ex nihilo ſub-
ſtitiſſe. Sed propheticum forſitan obijcitur teſtimoniũ: Generationem eius
quis enarrabit? Cum ego nõ dixerim, Enarra mihi modum uel qualitatẽ di
uinæ generationis, & tanti ſecreti archanum humanis uerbis enuntia, quo-
niam unde natus ſit requiſiui. Diuina enim generatio inenarrabilis eſt, non
ignorabilis. Nam uſq; adeo non eſt ignorabilis, id eſt non ignoratur unde
ſit, ut & pater de ipſo genuiſſe, & filius de patre ſe natum ſæpiſsime proteſte
tur. Quod nullus omnino ambigit Chriſtianus: ſicut in euangelio demon-
ſtratur, ipſo filio dicente: Qui autem non credit, iam iudicatus eſt, quia non
credidit in nomine unigeniti filij dei. Item Ioannes euangeliſta dicit: Et ui-
dimus gloriã eius, gloriã quaſi unigeniti à patre. Ergo profeſsionẽ noſtrã
breui

A breui ſermone cõcludimus. Si uere de patre natus eſt, unius ſubſtantiæ eſt, & uerus filius eſt. Sed ſi unius ſubſtantiæ non eſt, nec uerus deus eſt: aut ſi uerus deus eſt, & tamen de patris ſubſtantia non eſt, ingenitus ergo & ipſe eſt: ſed quia ingenitus nõ eſt, factura ergo eſt, ut putatur aliunde ſubſiſtẽs, ſi de patris ſubſtantia nõ eſt: ſed abſit hoc ita credere. Nos enim unius ſubſtantiæ cum patre filiũ profitemur, deteſtantes Sabellianam hæreſim, quæ ita Trinitatem confundit, ut eundem dicat eſſe patrem quẽ filiũ, eundemq́ credat eſſe ſpiritum ſanctũ, non ſeruantes tres in unitate perſonas. Sed forſitan obijcitur cum ingenitus pater ſit, genitus filius, non fieri poſſe unã eandemq́ eſſe ſubſtantiã geniti atq; ingeniti, cum utiq; ſi ſicut ingenitus pater eſt, ingenitus eſſet & filius, tunc magis diuerſa poſsit eſſe ſubſtãtia, quia unuſquiſq; à ſeipſo ſubſiſtens, cõmunem ſubſtantiã cum altero non haberet. Cum uero ingenitus pater de ſeipſo, id eſt de eo quod ipſe eſt, ſi quid illud eſt aut dici poteſt, imò quia ut eſt dici omnia non poteſt, filium generauit, apparet unam eſſe gignentis genitiq́ ſubſtantiam: quia deũ de deo, lumen de lumine filium eſſe ueraciter profitemur. Nam lucem eſſe patrem, Ioannes apoſtolus teſtis eſt, dicens: Quia deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ. Item de filio ait: Et uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Et infra: Erat lumen uerum quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Vnde apparet patrem & filium unius eſſe ſubſtantiæ, dum lucis & luminis diuerſa non poteſt eſſe ſubſtantia, eius ſcilicet quæ de ſe gignit, & quæ de gignente exiſtit. Deniq; ne aliquis inter patrem & filium diuerſitatem naturalis luminis introducat, ideo apoſtolus de eodem filio dicit: Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. In quo euidentius & coæternus patri, & inſeparabilis à patre, & unius cum eo eſſe ſubſtantiæ perdocetur: dum luci ſplendor eſt ſemper coæternus, dum ſplendor à luce nunquam ſeparatus eſt, dum ſplendor à luce natura ſubſtantiȩ nunquam poteſt eſſe diuerſus. Qui enim ſplendor lucis eſt, idem & dei patris uirtus eſt. Sempiternus ergo propter uirtutis æternitatem, inſeparabilis propter claritudinis unitatem. Et hoc eſt quod nos fideliter profitemur, filium de patris ſubſtantia natum: ſicut ipſe pater deus apertiſsimum perhibet teſtimonium. Qui ut de ſua ineffabilis naturæ ſubſtantia proprium filiũ genuiſſe monſtraret, ad inſtruendam fragilitatis noſtræ imperitiam, ut nos ex uiſibilibus ad inuiſibilia erigeret, terrenæ natiuitatis uocabulum ad diuinæ generationis traxit exemplum, dicẽs: Ex utero ante luciferum genui te. Quid clarius, quid luculentius effari diuinitas dignaretur? Quibus indicijs, quibus exiſtentiũ rerum exemplis proprietatem generationis oſtenderet? Non quia corporeis cõpoſitus eſt membris, aut aliquibus artuum lineamentis diſtinctus: ſed quia nos aliter ueritatem diuinæ generationis auditu mẽtis percipere nõ poſſemus, niſi humani

B (margin letter beside "minat omnem hominem")

uteri prouocaremur uocabulo, ut ambigi ultra non poſsit de dei ſubſtantia A
natum eſſe, quem cõſtat ex patris utero extitiſſe. Credentes ergo deum patrem de ſua ſubſtantia impaſsibiliter filium generaſſe, non dicimus ipſam ſubſtantiam aut diuiſam eſſe in filio, aut diminutionẽ pertuliſſe in patre: & per hoc paſsionis potuiſſe uicio ſubiacere. Abſit enim à nobis, ut talia uel opinemur uel cogitemus de deo: quia nos perfectum patrem, perfectum filium ſine ſui diminutione, ſine aliqua diriuatione, ſine omni omnino paſsionis infirmitate genuiſſe fideliter profitemur. Nam qui obijcit deo, qui de ipſo genuit diuiſionis uicium pertulit: poteſt dicere, quia & laborem ſenſit quando uniuerſa condidit, & ob hoc die ſeptima ab omni ſuo opere requieuit. Sed nec in generando de ſeipſo paſsionem uel diminutionem aliquam ſenſit, nec in condendo uniuerſa fatigationem aliquã pertulit. Nanque ut & euidentius nobis diuinæ generationis impaſsibilitas inſinuaretur, deum ex deo, lumen ex lumine, filium profitendum accepimus. Si ergo in efficientia uiſibilis ac mundani luminis tale aliquid non inuenitur, ut lumine ex lumine ſumpto, & per quendam generationis natiuitatem exorto, ipſam luminis originem quę ex ſe lumen aliud dedit, nec minui, nec ullum omnino detrimentum miniſtrati ex ſe luminis perpeti contingat: quanto rectius & melius de diuini & ineffabilis luminis natura credendum eſt, quæ ex ſeipſa lumen generans, minui omnino non potuit? Vnde æqualis eſt patri filius, nõ B
natus ex tempore, ſed gignenti coæternus: ſicut ſplendor ab igne genitus gignenti manifeſtatur æqualis. Hæc de patris & filij æqualitate, uel de ſubſtantiæ unitate quantum breuitatis ratio ſinit dixiſſe ſufficiat: ſupereſt ut de ſpiritu ſancto quem patri ac filio conſubſtantiuum credimus coæqualem & coæternum, dicamus & teſtimonijs approbemus. Licet enim hæc ueneranda Trinitas perſonis ac nominibus diſtincta ſit, nõ tamen ob hoc à ſe atque à ſua æternitate diſcrepare credenda eſt, ſed manens ante ſecula diuinitas in patre & filio & ſpiritu ſancto uere ac proprie creditur, nec diuidi noſtris interpretationibus poteſt, nec rurſus uerſa in unam perſonam Trinitas ipſa confundi. Hæc fides plena, hæc noſtra credulitas eſt. Idcirco deos nec æſtimare patimur nec uocari, ſed unum deum in prædictis perſonis ac nominibus confitemur. Inenarrabilis enim diuinitas, non ut cõcludi aut apprehendi uelut uocabulis poſſet, intra nomina pſonasque ſe præſtitit: ſed ut id quod erat eſſe noſceretur, intelligentiam ſui ex parte quam capere humanæ mentis anguſtiæ præualebant, credentibus dedit, propheta dicente: Niſi credideritis, non intelligetis. Vna eſt ergo Trinitatis deitas, & in huius uocabuli appellatione, ſignificatio eſt unius ſubſtantiæ, non unius perſonæ. Ad quã rem fidelibus comprobandam in teſtimonium ſui diuinitas ipſa multis & creberrimis conteſtationibus ſemper affuit. Liceat ergo ob breuitatis compendia, ex multis pauca proferre, quoniã uerę probatio maieſtatis, tam & ſi habet

A habet pluralitatem teſtimoniorum, pluralitate tamen non indiget, quoniã credenti pauca ſufficiunt. Primũ igitur de Veteris teſtaméti libris, poſt etiã noui, patrem & filium & ſpiritum ſanctum unius docebimus eſſe ſubſtantiæ, libro Geneſis ſic inchoãte: In principio fecit deus cœlum & terrã. Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ erãt ſuper abyſſum, & ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas. Ille Iudæis quis eſſet interrogantibus, dixit: Principiũ qui & loquor uobis. Superferebatur ſpiritus dei ſuper aquas, utpote creator uirtute potentiæ ſuæ continens creaturã, ut ex his uiua omnia producturus ipſe rudibus elemétis ignis proprij fomenta præſtaret, & iam tunc myſterio emicante baptiſmatis, uirtutem ſanctificationis liquoris natura perciperet, primaq; ad uitam corpora animata produceret: Dauid proinde aſpirante: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Vide quam plena ſit breuitas, & quam clare in ſacramentum unitatis recurrit. Patrem in domino, uerbi ſignificatione filium ponens, ſpiritum ſanctum altiſsimi ex ore nuncupauit. Et ne uocis ædítio acciperetur in uerbo, cœlos per eum aſſerit eſſe firmatos. Ne autem flatus in ſpiritu reputetur, cœleſtis in eo uirtutis plenitudinem demonſtrauit. Nam ubi uirtus, ibi neceſſe eſt perſona ſubſiſtens. Vbi omnis, nõ ablata à patre & filio, ſed conſummata ſignificatur in ſpiritu ſancto, non ut ſolus habeat quod in
B patre & filio eſt, ſed ut totum habeat cum utroq;. Et iterum cum de uocatione gentium dominus loqueretur, intra unũ diuinitatis nomen ſpiritum ſanctum prædicans, ait: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Et iterũ cœleſtia Corinthijs precatus Apoſtolus, hæc ſubdidit: Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei, & communicatio ſancti ſpiritus, cum omnibus uobis. Et ut apertius in hac Trinitate unitatem ſubſtantiæ fateamur, illud etiã nobis eſt intuendum, quomodo deus cum de mundi & hominis creatione diſponeret, ſacramentum Trinitatis oſtenderet, dicens: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Cum dicit noſtram, oſtendit utiq; non unius. Cum uero imaginem & ſimilitudinem profert, æqualitatem diſtinctionis perſonarũ inſinuat, ut in eodé opere ſit aperta cognitio, in quo nec pluralitas caſſa eſt, nec ſimilitudo diſſentiens, dum & cõſequentia ſic loquuntur: Et dixit deus, & fecit, & benedixit deus. Et neceſſe eſt ut creationis totius autor, deus unus ſit. Quam fidei rationem antiqua deniq; per Moſen benedictio pandit & comprobat, qua benedicere populum ſacramento trinæ inuocationis iubetur: ait enim deus ad Moſen: Sic benedices populum meum, & ego benedicam illos. Benedicat te dominus, & cuſtodiat te. Illuminet dñs faciem ſuam ſuper te, & miſereatur tui. Attollat dominus faciem ſuã ſuper te, & det tibi pacem Quod hoc ipſum propheta Dauid affirmat, dicens: Benedicat nos deus deus noſter, benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ.

Quam Trinitatis unitatem ſupernæ angelorum uirtutes hymno uenerantur,& ter numero, Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus ſabaoth indeſinenti canentes ore in unius faſtigium dominationis gloriam eius exaltant. Quod ut adhuc apertius fidelium ſenſibus inculcetur,cœleſtium myſteriorum conſcium producimus Paulum. ait enim: Diuiſiones autem donationum ſunt, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus:& diuiſiones operationum ſunt, idem uero deus qui operatur omnia in omnibus. Et certe has diuiſionum differentias pro qualitate ac merito participantium,ſpiritum ſanctum docuit operari.Cum ipſarum gratiarum differentias partiretur,in ultimis intulit,dicens: Hæc autem omnia operatur unus atq; idem ſpiritus, diuidens propria unicuiq; prout uult.Vnde nullius ambiguitatis relinquitur locus,quin clareat ſpiritum ſanctum & deum eſſe,& ſuæ uoluntatis autorem , qui cuncta operari & ſecundum propriæ uoluntatis arbitriū diuinæ diſpenſationis dona largiri apertiſsime demonſtratur. Quia ubi uoluntaria diſtributio prædicatur,non poteſt uideri conditio ſeruitutis. In creatura enim ſeruitus intelligenda eſt, in Trinitate uero dominatio ac libertas. Et ut adhuc luce clarius unius diuinitatis eſſe cum patre & filio ſpiritum ſanctum doceamus, Ioannis Euangeliſtæ teſtimonio comprobatur, ait nanq;: Tres ſunt qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, uerbum, & ſpiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt. Nunquid ait tres indifferenti æqualitate ſeiuncti,aut quibuslibet diuerſitatum gradibus longo ſeparationis interuallo diuiſi? Sed tres, inquit, unum ſunt. Vt autem magis magisq; ſancti ſpiritus cum patre & filio una diuinitas in creandis rebus omnibus demonſtraretur, habes creatorem ſpiritum ſanctum in libro Iob primo:Spiritus,inquit, diuinus eſt qui fecit me,& ſpiritus omnipotētis qui docet me. & Dauid dicit:Emitto ſpiritum tuū & creabuntur,& renouabis faciem terræ.Si renouatio & creatio per ſpiritum erit, ſine dubio & principium creationis ſine ſpiritu non fuit. Poſt creationem igitur oſtendamus quia uiuificat etiam ſpiritus ſanctus, ſicut pater & filius. Equidem de perſona patris refert Apoſtolus: Teſtor in conſpectu dei qui uiuificat omnia. Vitam uero dat Chriſtus. Oues,inquit,meæ uocem meam audient,& ego uitam æternā do illis. Viuificamur uero à ſpiritu ſancto,ipſo dicente domino:Spiritus eſt qui uiuificat. Ecce una uiuificatio patris & filij & ſpiritus ſancti aperte monſtrata eſt. Præſcientiam rerum omnium in domino eſſe & occultorū cognitionem licet nemo Chriſtianus ignoret, tamē ex Danielis libro monſtrandum eſt. Deus,inquit,qui occultorum cognitor es,qui præſcius es omnium antequā naſcantur. Hæc eadem præſcientia in Chriſto eſt,ſicut refert euangeliſta. Ab initio aūt ſciebat Ieſus quis eſſet eū traditurus,uel qui eſſent non credentes in eum. Quod ſit autē occultorum cognitor ex hoc manifeſtum eſt, cum obſcura conſilia Iudæorū traducens

dicebat

A dicebat: Quid cogitatis nequam in cordibus ueſtris? Similiter præſcire o-
mnia ſpiritum ſanctum, ipſe manifeſtauit dicens ad apoſtolos: Cum uene-
rit ſpiritus ueritatis docebit uos omnia, & uentura annunciabit uobis. Qui
uentura nuntiare perhibetur, præſcire omnia non dubitatur, quia ipſe ſcru-
tatur altitudines dei, & nouit omnia quæ in deo ſunt: ſicut memorat Paulus
dicens: Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam altitudines dei: item in eodem
loco: Sicut nemo ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus eius qui in
ipſo eſt: ita nemo ſcit quæ ſunt dei niſi ſpiritus dei. Ad intelligendam uero
potentiam ſpiritus ſancti, pauca de terribilibus proferamus. Vendiderat
poſſeſsionem ut ſcriptum eſt in Actibus apoſtolorum, ſuppreſſa parte pe-
cuniæ doloſus diſcipulus, reliquum pro toto ante pedes ponens apoſtolo-
rum. Offendit ſpiritũ ſanctũ quem putabat latere. Sed quid ad eũ dixit con
tinuo beatus Petrus: Anania, quare ſatanas repleuit cor tuũ, ut mentireris
ſpiritui ſancto? & infra: Non es mentitus hominibus, ſed deo. Atq; ita per
cuſſus uirtute eius cui mentiri uoluerat expirauit. Quid hic uult beatus Pe-
trus intelligi ſpiritũ ſanctũ? Vtiq; clarũ eſt, cum dicit: Non es mentitus ho-
minibus, ſed deo. Manifeſtũ eſt ergo quoniã qui mentitur ſpiritui ſancto,
deo mentitur: & qui credit in ſpiritum ſanctũ, credit in deum. Tale aliquid
imò fortius quiddam dominus in euangelio oſtendit: Omne peccatum &
B blaſphemia remittitur hominibus: qui aũt blaſphemat in ſpiritum ſanctũ,
non remittetur ei neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Ecce terribili ſententia
inremiſsibile dicit eſſe peccatum ei qui in ſpiritum ſanctũ blaſphemauerit.
Compara huic ſẽtẽtiæ illud quod ſcriptũ eſt in libro Regnorũ: Si peccan
do peccauerit uir in uirũ, orabunt pro eo: ſi aũt in dominũ peccauerit, quis
orabit pro eo? Si ergo blaſphemare in ſpiritum ſanctũ, & peccare in deum
ſimile, id eſt inexpiabile crimen eſt, iam quantus ſit ſpiritus ſanctus unuſ-
quiſq; cognoſcit. Deus quod ubiq; ſit pręſens, impleat omnia, ore diſcimus
Eſaiæ: Ego, inquit, deus approximans, & non de longinquo. Si abſcondi-
tus fuerit homo in abſconditis, ergo ego non uidebo eũ? nónne cœlum &
terrã ego impleo? Quod aũt deus ſit ubiq;, ſaluator in euãgelio: Vbicunq;
ait fuerint duo uel tres collecti in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eo-
rum. De ſpiritu itaq; ſancto quod adſit ubiq;, dicit propheta ex perſona
dei: Ego in uobis, & ſpiritus meus ſtat in medio ueſtrum. & Salomon ait:
Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod cõtinet omnia ſcien
tiam habet uocis. Itẽ Dauid dicit: Quo ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quo
fugiam? Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernũ ades. Si
ſumpſero pennas meas in directũ, & habitauero in extremis maris. Etenim
illic manus tua deducet me, & continebit me dextera tua. Habitat deus in
ſanctis ſuis ſecundum promiſsionem qua dixerat: Habitabo in illis. Quod
uero dñs Ieſus dicit in euangelio: Manete in me, & ego in uobis: probat
hoc

hoc Paulus dicēs: An neſcitis quia Ieſus Chriſtus eſt in uobis? Hoc autem A
totum in ſpiritus habitatione adimpletur, ſicut memorat Ioannes: Ex hoc, inquit, ſcimus quia in nobis eſt, quia de ſpiritu ſuo dedit nobis. ſimiliter & Paulus: Neſcitis quia templū dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in uobis? Et iterum dicit: Glorificate & portate deū in corpore ueſtro. Quem deum? utiq; ſpiritū ſanctū, cuius templū eſſe uidemur. Nam quod arguat pater, arguat filius, arguat ſpiritus ſanctus, ita probandum eſt. In pſalmo quadrageſimo nono legitur: Peccatori aūt dicit deus. Et infra: Arguā te, & ſtatuā contra faciem tuā. Dauid ſimiliter orans dicit ad Chriſtū: domine ne in ira tua arguas me, quia ipſe uenturus eſt arguere omnem carnē. Quod uero de ſpiritu ſancto ſaluator in euangelio: cum uenerit, inquit, paraclitus, ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. Hoc prouidēs Dauid clamabat dominū: Quo ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quo fugiā? Nam & quod bonus ſit pater, bonus filius, bonus ſpiritus ſanctus, ſic probat̄. Dicit propheta: Bonus es tu domine, & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. De ſe aūt ipſe unigenitus: Ego ſum paſtor bonus. De ſpiritu æque ſancto Dauid in pſalmo dicit: Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam. Quis autem illam dignitatē ſpiritus ſancti poſsit tacere? Antiqui enim prophetę clamabant: Hæc dicit dominus. Hanc uocem Chriſtus adueniens in ſuam perſonam reuocauit dicens: Ego aūt dico uobis. Noui autē prophetæ quid B
clamabant? ſic Agabus propheta in Actibus apoſtolorum: Hæc dicit ſpiritus ſanctus Et Paulus ad Timotheū: Spiritus inquit manifeſte dicit. Quæ uox omnino demonſtrat indifferentiā Trinitatis. Dicit ſe Paulus à deo patre & Chriſto uocatum fuiſſe & miſſum. Paulus inquit apoſtolus nō ab hominibus neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum & dominū patrem. In actibus autem apoſtolorū, quod ab ſpiritu ſancto ſit ſegregatus & miſſus. Sic enim ſcriptum eſt: Hæc dicit ſpiritus ſanctus. Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus quo uocaui eos. Et paulo poſt: Ipſi inquit miſsi ab ſpiritu ſancto, deſcenderunt Seleuciam. Item in eodem loco: Attendite uobis & uniuerſo gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus cōſtituit epiſcopos. Ne quis aūt ſpiritum ſanctum, quia paraclitus dictus eſt, contemptibile aliquid æſtimet. Paraclitus enim aduocatus eſt, uel poſitus conſolator, ſecundū Latinam linguam. Quæ appellatio etiam filio dei cōmunis eſt, ſicut dicit Ioannes: Hæc, inquit, ſcribo uobis, ne peccetis. Sed ſi quis peccauerit, paraclitum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum. Nam & ipſe dominus cum dicit ad apoſtolos, alterum paraclitum mittet uobis pater: ſine dubio cum dicit alterum paraclitum, ſe quoq; paraclitum manifeſtat. Sed neq; à patre hoc nomen paracliti alienum eſt. Beneficentiæ enim nomen eſt, non naturæ. Denique ad Corinthios Paulus ita ſcribit: Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & deus totius conſolationis,

qui nos

A qui nos conſolatur. Et cum conſolator dicitur pater, cõſolator dicitur filius, conſolator etiam ſpiritus ſanctus, una tamen nobis conſolatio à Trinitate præſtatur, ſicut & una remiſsio peccatorum, apoſtolo affirmante: Abluti, inquit, eſtis & iuſtificati, & ſanctificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſpiritu dei noſtri. Poſſemus plura adhuc de diuinis ſcripturis proferre teſtimonia, quæ iuxta baptiſmi ſacramentũ, trinitatem unius gloriæ, operationis ac potentiæ manifeſtant. Sed quia ex his plenus eſt ſapientibus intellectus, multa præteriuimus ſtudio breuitatis. Faciamus ergo recapitulationem dictorum noſtrorum. Si de patre procedit ſpiritus ſanctus, ſi liberat, ſi dominus eſt & ſanctificat, ſi creat cum patre & filio, & ſi uiuificat, ſi præſcientiam habet cum patre & filio, ſi ubiq; eſt & implet omnia, ſi habitat in electis, ſi arguit mundum, ſi iudicat, ſi bonus & rectus eſt, ſi de eo clamatur, Hæc dicit ſpiritus ſanctus, ſi prophetas conſtituit, ſi Apoſtolos mittit, ſi epiſcopos præficit, ſi conſolator eſt, ſi cuncta diſpenſat prout uult, ſi abluit & iuſtificat, ſi tentatores ſuos interficit, ſi is qui cum blaſphemauerit non habet remiſsionem neq; in hoc ſeculo neque in futuro, quod utiq; deo proprium eſt: Hæc cum ita ſint, cur de eo dubitatur quod deus non ſit, cum operum magnitudine quod eſt ipſe manifeſtet? Non utiq; alienum eſſe à patris & filij maieſtate, qui non eſt ab opere uirtutum alienus.

B Fruſtra illi nomen diuinitatis negatur, cuius poteſtas non poteſt abnegari. Fruſtra prohibeor eum cum patre & filio uenerari, quem exigor cum patre & filio confiteri. Si ille mihi cum patre & filio confert remiſsionem peccatorum, confert ſanctificationem & uitam perpetuam, ingratus ſum nimis & impius, ſi ei cum patre & filio non refero gloriam. Aut ſi non eſt cum patre & filio colendus, ergo nec confitendus in baptiſmo eſt. Si autem omnimodo confitendus ſecundum dictũ domini & traditionem apoſtolorum, ne ſemiplena ſit fides, quis me poterit ab eius cultu prohibere? In quẽ enim credere iubeor, ei etiam deinde ſupplicabo. Adorabo ergo patrem, adorabo & filium, adorabo & ſpiritum ſanctũ una eademq; ueneratione. Quod ſi quis durum hoc putat, audiat quomodo Dauid ad culturam dei fideles hortatur. Adorate, inquit, ſcabellum pedum eius. Si religionis eſt adorare ſcabellum pedum eius, quanto magis religioſum ſi eius ſpiritus adoretur? Ille utiq; ſpiritus quem beatus Petrus in tanta ſublimitate prædicauit dicens: Spiritu ſancto miſſo de cœlis, in quem cõcupiſcunt angeli proſpicere. Si angeli eum cupiunt aſpicere, quanto magis nos homines mortales deſpicere non debemus, ne forte & nobis dicatur, ſicut dictũ eſt ad Iudæos: Vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut & patres ueſtri. Quod ſi hæc tanta & talia non inclinant animũ ad uenerandum ſpiritũ ſanctũ, accipe adhuc aliquid fortius. Sic enim Paulus inſtruit prophetas eccleſiæ, in quibus utiq; & per quos ſpiritus ſanctus loquebatur. Si, inquit, omnes prophetauerint,

intret

intret autẽ aliquis infidelis aut idiota, conuincitur ab omnibus,examinatur A ab omnibus,occulta quoq; cordis eius manifeſta ſunt: & tunc cadens in faciem adorabit deum,pronuntians quia uere deus in uobis eſt,& utiq; in eis ſpiritus ſanctus eſt qui prophetant. Si ergo infideles cadunt in faciem, & adorant ſpiritum ſanctum perterriti & cõfitentur inuiti, quanto magis fidelibus expedit,ut uoluntarie & ex affectu adorent ſpiritũ ſanctum? Adoratũ autem ſpiritus ſanctus, non quaſi ſeparatim more gentilium,ſicut nec filius ſeparatim adoratur, quia in dextera patris eſt:ſed cum adoramus patrem, credimus nos & filium & ſpiritũ ſanctum adorare: quia & cum filiũ inuocamus,patrẽ nos credimus inuocare, & cum patrem rogamus,à filio nos exaudiri confidimus, ſicut ipſe dominus dixit: Quicquid petieritis patrem in nomine meo,ego faciã, ut honorificetur pater in filio. Et ſi ſpiritus ſanctus adoratur, ille utiq; adoratur cuius eſt ſpiritus. Illud autem nullus ignorat, quia diuinæ maieſtati nec addi quicquã nec minui, humanis ſupplicationibus poteſt,ſed unuſquiſq; ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ, aut gloriam ſibi acquirit fideliter uenerando,aut confuſionem perpetuã, pertinaciter reſiſtendo. Certum eſt enim, quia contentio & ſuperbia damnat:honorificentia uero fructũ deuotionis expectat. Quare aũt fideles non honorificent integrè Trinitatem,ad quã ſe pertinere cõfidunt, cuius nomine ſe renatos,cuius ſeruos ſe nominari gloriantũ? Nam ſicut ad nomen dei patris ho- B mines dei appellantũ,ut Helias homo dei dictus eſt,ut Moſes homo dei appellatus eſt:ſic à Chriſto Chriſtiani nuncupamur, ſic etiã ab ſpiritu ſpiritales appellamur. Si igitur uocetũ quis homo dei & non ſit Chriſtianus,nihil eſt. Qui ſi Chriſtianus uocetur,& non fuerit ſpiritalis,nec ſibi ſatis de ſalute confidat. Sit ergo nobis ſecundum ſalutaris baptiſmi confeſsionẽ fides integra trinitatis,ſit una deuotio pietatis,nec more gentilium,poteſtatũ diuerſitates opinemur,aut creaturã quantũ ad deitatẽ in trinitate ſuſpicemur, ſed nec Iudæorũ ſcandalo moueamur,qui filiũ dei negant, qui ſpiritũ ſanctum non adorant:ſed potius perfectã trinitatem adorãtes & magnificãtes,ſicut in myſterijs ore noſtro dicimus,ita conſcientia teneamus: Sanctus, ſanctus ſanctus dominus deus ſabaoth. Ter dicentes ſanctus, unam omnipotentiam cõfitemur,quia una eſt religio,una glorificatio trinitatis. Vt audiamus ab Apoſtolo, ſicut audierũt Corinthij: Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti & dilectio dei, & communicatio ſpiritus ſancti cum omnibus uobis. Hæc eſt fides noſtra, euangelicis & apoſtolicis traditionibus, & omnium quæ in hoc mundo ſunt catholicarum eccleſiarum ſocietate fundata, in qua nos per gratiã dei omnipotentis permanere uſq; ad finem uitæ huius confidimus & ſperamus. Directa XII kalendarum Maiarum, per Ianuariũ Zattarenſem, Villaticũ à Caſis medianis,epiſcopos Numidiæ, Bonifacio Foratianenſi, & Bonifacio Gatianenſi epiſcopis Byzacenis.

Hiſtoriæ

A HISTORIA VICTORIS EPISCOPI DE PERSECVTIONE VANDALORVM. LIBER TERTIVS

QVICVM noſter libellus legeretur oblatus, ueritatis lu-
men nequaquam ſufferre cæcis oculis potuerunt, inſa-
nientes uocibus inferẽdis, grauiterq́ꝫ ferẽtes quare nos
nomine noſtro catholicos dixerimus. Statimq́ꝫ menti-
entes ſuggerunt regi de nobis, eo quod ſtrepitum feceri-
mus, audientiã fugientes. Qui eadem hora accenſus &
credens mendacio, feſtinauit facere quod uolebat. Etiam conſcriptum ha-
bens, & occulte cum eodem decreto per diuerſas prouincias ſuos homines
dirigẽs, epiſcopis Carthagine poſitis, una die uniuerſæ Africæ eccleſias clau-
ſit, uniuerſamq́ꝫ ſubſtãtiam epiſcoporũ & eccleſiarũ, ſuis epiſcopis munere
condonauit. Neſciens quoqꝫ quid loqueretur, neqꝫ de quibus affirmabat,
legem quã dudum Chriſtiani imperatores noſtri cõtra eos & contra alios
hæreticos pro honorificentia eccleſiæ catholicæ promulgauerũt, aduerſum
nos illi proponere nõ erubuerunt, addẽtes multa de ſuis ſicut placuit tyran-
B nicæ poteſtati. Hæc eſt enim ſeries datæ & propoſitæ legis.

Lex Hunirici aduerſus Omuſianos

REx Hunniricus Vandalorũ & Alanorum, uniuerſis populis noſtro re-
gno ſubiectis. Triumphalis & maieſtatis & regiæ probatᷣ eſſe uirtu-
tis, mala in autores cõſilia retorquere. Quiſquis enim aliquid prauitatis in-
uenerit, ſibi imputat quod incurrit. In qua re nutum diuini iudicij clemẽtia
noſtra ſecuta eſt, quod quibuſqꝫ perſonis prout eorũ facta meruerint, ſeu
bona ſeu forte talibus contraria dum facit expendi, ſimul etiam prouenit
compenſari. Itaqꝫ his prouocantibus qui præceptionem inclitę recordatio-
nis patris noſtri, uel manſuetudinis noſtræ crediderint eſſe temnẽdam, cen-
ſuram ſeueritatis aſſumimus. Autoribus enim cunctis populis fecimus
innoteſci, ut in ſortibus Vandalorũ nullos cõuentus Omouſiani ſacerdotes
aſſumerent, nec aliquid myſteriorum quæ magis polluunt ſibimet uindica-
rent Quod cum uideremus eſſe neglectũ, & plurimos eſſe repertos, dicen-
tes ſe integrã regulam fidei retinere, poſtmodum uniuerſos conſtat fuiſſe
commonitos ſpacio temporis prærogato menſium, nouæq́ꝫ contentionis,
ſi quid ab eorum propoſito poſſet aptari, ut ad Calendas Februarias anni
octaui regni noſtri, ſine metu aliquo conuenirent. Qui dum huc ad Car-
thaginenſem cõfluerent ciuitatem poſt moram temporis præſtituti, aliam
quoqꝫ dilationem aliquantorum dierum dediſſe cognoſcimur. Et dum ſe
conflictui paratos aſtruerent, primo die à uenerabilibus epiſcopis noſtris
eis uidetur eſſe propoſitum, ut Homouſion ſicut admoniti erant ex diuinis

ſcripturis proprie approbarent, aut certe quod à mille & qui id excurrunt A pontificibus de toto orbe in Ariminenſi concilio, uel apud Seleuciam amputatum eſt, prædamnarent. Quod nequaquam facere uoluerunt, uniuerſa ad ſeditionem per ſe concitati populi reuocantes. Quinimò & ſecũda die dum eis mandaremus, ut de eadem fide ſicuti propoſitum fuerat, reſponderent, hoc euidenter aſſumpſere temeritate tranſacta, ut ſeditione & clamoribus omnia perturbantes, ad conflictum facerẽt minime perueniri. Quibus hoc prouocantes, ſtatuimus ut eorum eccleſiæ clauderentur, hac illis conditione præſcripta, ut tam diu eſſent clauſæ, quandiu mallent propoſitum peruenire, quod ea obſtinatione facere noluerunt, quam prauis uidentur aſſumpſiſſe conſilijs. Adeo in hos eſt neceſſariũ ac iuſtiſsimum retorquere, quod ipſarum legum continentia demonſtratur, quas inductis ſecum in errorem imperatoribus diuerſorum tunc contigit promulgari. Quarum illud uidetur tenere conceptio, ut nulla ſuper exceptis inſtitutionibus ſuis antiſtitibus eccleſia paruiſſet, nulli liceret alijs aut conuictus agere, aut exercere conuentus, nec eccleſias aut in urbibus aut in quibuſdam paruiſsimis locis penitus obtinere neq; conſtruere, ſed præſumpta fiſci uiribus iungerẽtur: ſed etiam & eorũ patrimonia eccleſiis ſuæ fidei ſociata, ſuis antiſtitibus prouenißent, nec commorare quæcunq; loca talibus licentia patuiſſet: ſed extorres omnibus urbibus redderentur & locis, nec baptiſmatis haberent omnino aliquam facultatem, aut forte de religione diſputarent, & nullam ordinandi B haberent licẽtiam, ſiue epiſcopos, ſiue presbyteros, uel alios quos ad cleros pertinere contingeret, propoſita ſeueritate uindictæ: ut tam hi qui ſe paterentur huiuſmodi honores accipere, quam etiam ipſi ordinatores, denis libris auri ſinguli multarentur, eo adiecto, ut nullus eis locus eſſet uel aditus ſupplicandi, ſed etiam ſi qua ſpecialia meruiſſent, minime præualerent. Et ſi in hac pernicie perdurarent, & de proprio ablati in exilium ſub proſecutione idonea mitterentur: in populos quoq; præfati imperatores ſimiliter ſæuientes, quod eis nec donandi libertas nec teſtandi, aut capiendi, uel ab alijs derelictum penitus ſubiaceret, non fidei commiſſæ nomine, non legati, non donationibus, aut relictione quæ mortis cauſa appellatur, uel quolibet codicello alijſue forſitan ſcripturis: ita ut etiam qui ſuis palatijs militarent, condemnationi grauiſsimæ pro dignitatis merito facerent ſubiectos, ut omni honoris priuilegio expoliati, infamiam incurrerent, & publico crimini huiuſmodi perſonæ ſe cognoſcerent eſſe ſubiectos, officialibus etiam iudicum diuerſorũ, XXX argenti pondo pœna propoſita: quam ſi quinq; uicibus in errore perdurantibus contigiſſet inferre, tum demum tales conuicti atq; ſubiugati uerberibus, in exiliũ mitterentur. Deinde codices uniuerſos ſacerdotum quos perſequebantur, præceperant ignibus tradi. Quod de libris huiuſmodi, quibus ſibi nominis illius errorem perſuaſit iniquitas,

Pœna

præcipi-

A præcipimus faciendum. Hæc enim, ut dictum eſt, pro ſingulis quibuſque perſonis illi obſeruanda præceperant, ut Illuſtres ſingillatim auri pondo quinquagena darent, Spectabiles auri pondo quadragena, ſenatores auri pondo tricena, populares auri pondo uicena, ſacerdotales auri pondo tricena, decuriones auri pondo quina, negociatores auri pondo quina, plebeÿ auri pondo quina, circumcelliones auri pondo dena. Et ſiqui forte in hac pernicie permanerent, confiſcatis omnibus rebus ſuis, exilio multarentur. Ordines autem ciuitatum, ſed & procuratores & conductores poſſeſsionũ, tali pœna uidebantur affligere, ut ſi forte tales celare diligerent, & minime publicaſſent, & retentos iudicio non facerent præſentari, ipſi tenerentur ad pœnam: conductoribus etiam regalium prædiorum hac multa propoſita, ut quantum domui regiæ inferrent, tantum etiam fiſco pœnæ nomine cogerentur exſoluere. Id generaliter in omnibus conductoribus uel poſſeſſoribus qui in eadem ſuperſtitione crediderint perdurandum, conſtituerunt obſeruari: iudicibus etiam qui huic rei inſtantiſsime non imminebant, pœna proſcriptionis & ſanguinis ſupplicium poneretur. Sed & de primatibus officiorum tres numero punirentur, aliÿs xx librarum auri condemnatione multandis. Quare his neceſſe eſt conſtitutionibus obligari Omouſianos omnes, quos huiuſmodi mali perſuaſionis conſtat tenuiſſe & tenere materiã.

B Quos ab hominibus ſupradictis abſtinere decernimus, in perſecutione uenturis per ordines cunctarũ urbium. Sed etiam iudices qui ſuperioribus neglectis, dira ſupplicia diuerſis non intuliſſe monſtrantur, omnes ſupradictæ fidei omouſiou erroribus implicatos, quæ cuncto prædamnata eſt concilio tantorum numero ſacerdotum, uniuerſis rebus prædictis & contractibus præcipimus abſtineri: quod nihil ſibi nouerint eſſe permiſſum, ſed uniuerſos ſimilis pœna maneat & aſtringat, ſi ad ueram religionem quam ueneramur & colimus, intra diem kalendarum Iuniarũ anni octaui regni noſtri conuerſi non fuerint. Diem autem præſtitutum ideo pietas noſtra conſtituit, ut prędamnatis errorum indulgentia non negetur, & obſtinatos animos ſupplicia digna coerceant. Qui autem in eodem errore permanſerint, ſeu domus noſtræ occupati militia, ſeu forſitan diuerſis titulis neceſsitatibusq; præpoſiti, pro gradibus ſuis dictarum ſuperius multarum illationes cogantur excipere, nihil ualituris quæ forſitan per ſurreptionẽ quenquam talium contigit promereri. In priuatos etiã uel cuiuſcunq; gradus & loci perſonas, hoc noſtra promulgatio præcepit obſeruandum, quod circa tales ſupradictis legibus uidebatur expreſſum, ut pœnæ congruæ ſubderentur. Iudices autem prouinciarum quod ſtatutum eſt negligentes exequi, ſuperiori pœna quæ talibus eſt præſcripta conſtituimus obligandos. Veris autẽ maieſtatis diuinæ cultoribus, id eſt ſacerdotibus noſtris eccleſias uniuerſas, uel totius cleri nominis ſupradicti quibuſcunq; terris, & regionibus cõſtitutas,

quæ propitia diuinitate imperij noſtri regimine poſsidentur, unà cum rebus quæ ad eaſdem pertinent, hoc decreto ſtatuimus debere proficere, non dubitantes plus alimoniæ inopum proficere, quod ſacroſanctis pontificibus iuſte collatum eſt. Hanc ergo legem fonte iuſtitiæ profluentem, cunctis præcipimus innoteſcere, quatinus nullus ſibi ignotum eſſe quod præceptum eſt poſsit obtendere. Optamus uos bene ualere. Data ſub die VI kalend. Mart. Carthagine. A

POſt hæc edicta feralia ueneno toxicato tranſuerſa, iubet cunctos epiſcopos qui Carthagine fuerant cógregati, quorũ iam eccleſias domos & ſubſtantiã ceperat, in hoſpitijs quibus erant expoliari, & expoliatos foras muros propelli, non animal, non ſeruus, non mutanda quæ ferebãt ueſtimenta penitus dimittuntur, addens adhuc, ut nullus quempiam illorum hoſpitio reciperet, aut alimoniam præſtitiſſet. Qui autem hoc miſerationis cauſa facere tentaſſet, cum uniuerſa domo ſua incendio cremaretur. Sapienter tunc etiã proiecti epiſcopi fecerunt, ut licet mendicantes exinde non abirent, quia ſi recederent, nõ tantũ uiolenter omnino reuocarẽtur, ſed & mentirẽtur eos ſicut mentiti ſunt fugiſſe conflictũ, maxime quia ubi reuerterentur, iam nequaquam fuerat, eccleſiis, ſubſtãtia, uel domibus occupatis. Dum ergo gementes in circuitu murorum nudo ſub aere iacerent: factum eſt ut rex impius ad piſcinas exiſſet. Cui uniuerſi occurrere maluerũt dicentes: Ut quid taliter affligimur? pro quibus malis forte commiſsis iſta perpetimur? Si ad diſputationem cógregati ſumus, quare expoliati? quare traducimur? quare differimur? & ſine eccleſiis & domibus noſtris foras ciuitatem fame & nuditate laborantes, medijs ſtercoribus uolutamur? Quos ille toruis oculis aſpiciens, priuſquam ſuggeſtionem eorum audiſſet, iuſsit ſuper eos cum ſeſſoribus equos dimitti, ut tali uiolentia poſſent non ſolum conteri, uerum etiam necari. Quorum tunc multi contriti ſunt, & præcipue ſenes & infirmi. Tunc deinde iubentur ad quendam locum qui dicitur ædes Memoriæ illi uiri dei occurrere, fraudem ſibi neſcientes aptatam. Ubi cum ueniſſent, charta eis oſtenditur inuoluta, diciturq; illis iſta ſubtilitate ſerpentis. Dominus noſter rex Hunnerichus, licet doleat quod fueritis contemptores, & adhuc eius uoluntati obedire tardetis, ut eius efficiamini religionis cuius eſt ipſe, nunc tamen bonum de uobis cogitauit. Si iuraueritis ita, ut quod iſta charta continet faciatis, dimittit uos eccleſiis & domibus ueſtris. Ad quod uniuerſi epiſcopi reſponderunt: Semper dicimus & diximus, & dicturi ſumus: Chriſtiani ſumus, epiſcopi ſumus, apoſtolicam fidem unam & ueram tenemus. Factoq; poſt confeſsionem fidei ſilentio modico, illi qui à rege fuerant deſtinati, feſtinabant extorquere epiſcopis ſacramentum. Tunc beati uiri Hortulanus & Florentinianus epiſcopi, pro omnibus & cum omnibus dixerunt: Nunquid animalia nos irrationabilia ſumus, ut neſcientes B

Hortulanus et Florẽtinianus epiſcopi

ut neſcientes

A ut neſcientes quid charta contineat, facile aut temere iuremus? Accelerauerunt quoque illi à rege deſtinati ſcripturæ eis propalare tenorem, qui huiuſmodi ſermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumnioſa ſeries continebat. Iurate ſi poſt obitum domini noſtri regis, eius filium Hildérichum deſideratis eſſe regem: uel ſi nullus ueſtrum ad regiones tranſmarinas epiſtolas diriget: quia ſi ſacramentum huius rei dederitis, reſtituet uos eccleſiis ueſtris. Cogitauit tunc multorum pia ſimplicitas, etiam contra prohibitionem diuinam ſacramentum dare, ne dei populus in poſterum diceret, quod uitio ſacerdotum qui iurare noluerunt, non fuerint eccleſiæ reſtitutæ. Alij quoque aſtutiores epiſcopi ſentientes dolum fraudis, nequaquam iurare uoluerunt, dicentes prohibitũ fuiſſe euangelica autoritate, ipſo domino dicente: Non iurabis in toto. Quibus miniſtri regis, ſecedant in parte, inquiunt, qui iurare diſponunt. Qui cum ſecederent, notarijs ſcribentibus quis quid diceret, & ex qua ciuitate fuiſſet, exceptum eſt. Similiter factum eſt & de illis qui minime iurauerunt. Statimque pars utraque cuſtodiæ mancipatur. Poſt uero fraus quæ celabatur apparuit. Iurantibus dictum eſt: Quare contra præceptum euangelij iurare uoluiſtis? Iuſsit rex ut ciuitates atque eccleſias ueſtras nunquam uideatis, ſed relegati, colonatus iure ad excolendum agros accipiatis: ita tamen ut non pſallatis neque oretis, aut ad legen-
B dum codicem in manibus geſtetis. Non baptizetis, neque ordinetis, aut aliquem reconciliare præſumatis. Similiter non iurantibus ait: Quia regnum filij domini noſtri non optatis, idcirco iurare noluiſtis. Ob quã cauſam iuſsi eſtis in Corſicanam inſulam relegari, ut ligna profutura nauibus dominicis incidatis. Addidit itaque beſtia illa, ſanguinem ſitiens innocentum, epiſcopis necdum adhuc in exilium directis, per uniuerſas Africanę terræ prouincias, uno tempore tortores crudeliſsimos deſtinari: ut nulla remanſiſſet domus & locus, ubi non fuiſſet eiulatus & luctus, ut nulli ætati, nulli parceretur ſexui, niſi illis qui eorum ſuccumberent uoluntati. Hos fuſtibus, illos ſuſpendio, alios ignibus concremabant. Mulieres & præcipue nobiles contra iura naturæ nudas omnino in facie publica cruciabant. Ex quibus unam noſtram Dionyſiam, curſim ac breuiter nominabo. Cum uiderent eam non ſolum audacem, ſed etiã matronis cæteris pulchriorem, ipſam primo niſi ſunt fuſtibus expoliatam aptare. Quæ cum peteret, diceretque de domino ſuo ſecura, qualiter libet cruciate, uerecunda tamen membra nolite nudare: amplius illi magis furientes, celſiori loco ueſtimentis exutam conſtituunt, ſpectaculum eam omnibus faciẽtes. Quæ inter ictus uirgarum dum riuuli ſanguinis toto iam corpore fluitarent, libera uoce dicebat. Miniſtri diaboli, quod ad opprobrium meum facere computatis, ipſa eſt laus mea. Et quia erat ſcripturarum diuinarum ſcientia plena, artata pœnis, & ipſa iam martyr, alios ad martyrium confortabat. Quæ ſuo ſancto exemplo *Dionyſia martyr*

uniuerſam ſuam patriam liberauit. Quæ cum ſuum unicum filium admo- A
dum adhuc teneræ ætatis & delicatum, timore pœnarum formidoloſum conſpiceret, uerberatis eum nutibus oculorum, & increpans autoritate materna ita confortauit, ut matre multo fortior redderetur. Cui inter crudelia uerbera conſtituto, ita dicebat: Memento fili mi, quia in nomine trinitatis in matre catholica baptizati ſumus, non perdamus indumentum noſtræ ſalutis, ne ueniens inuitator ueſtem non inueniat nuptialem, & dicat miniſtris: Mittite in tenebras exteriores, ubi erit fletus oculorum, & ſtridor dentium. Illa pœna timenda eſt quæ nunquam finitur. Illa deſideranda uita, quæ ſemper habetur. Talibus itaque filium ſolidans uerbis, uelociter martyrem fecit. Venerabilis uero adoleſcens Maioricus nomine, in certamine confeſſionis ſpiritum reddens, curſum palmiferum conſummauit. Amplexansque illam hoſtiam ſuam, quantis potuit uocibus domino gratias agens, ad gaudium ſpei futuræ in ſua domo maluit ſepelire, ut quotiens ſuper ſepulchrum eius trinitati preces effundit, alienam ſe à filio nunquam eſſe confidat. Quanti igitur per eam in illa ciuitate ut fati ſumus, acquiſiti ſunt deo, longum eſt enarrare. Nam & eius germana nomine Datiua, atque Leontia filia ſancti Germani epiſcopi, cognatusque Datiuæ uenerabilis Emelius medicus, religioſus quoque Tertius trinitatis confeſsione præclarus, uel Sibidenſis Bonifacius quanta pertulerint, qualibusque cruciatibus euiſceratæ uel euiſcerati ſint, qui ualet ex ordine dicat. B Serui quoque Tuburbitanæ ciuitatis maioris generoſus & nobilis uir pro Chriſto quas pertulit quis explicet pœnas? Qui poſt cædes innumerabilium fuſtiū, trocleis frequentibus eleuatus, dum tota præ urbe penderet, nūc in ſublime ſe tollente ictu celeri, dimiſsis iterum cannabinis, ſuper ſilices plateарū pondere corporis ueniēs, ut lapis ſuper lapides corruebat. Sed & ſæpius tractū, & lapidibus acutiſsimis defricatum, & cutibus ſeparatis, pelles corporis lateribus dorſoque uideres & uentre pendere. Iſte iam temporibus Geiſerici non ualde diſsimilia pertulerat, ne amici cuiuſdam ſui ſecreta nudaret: quanto magis nunc ut ſuæ fidei ſacramenta muniret? Et ſi hominis gratiæ fideliter exhibuit fidē, quantum debet illi, qui redditurus eſt pro fide mercedem? In ciuitate uero Culuſitana non ualeo quæ geſta ſunt nuntiare, quia & ipſam quantitatē martyrum uel etiam confeſſorum impoſsibile eſt homini ſupputare. Vbi quædam matrona autrix ſui nominis Victoria, dum in conſpectu uulgi continuato ſuſpendio cremaretur, à marito iam perdito filijs præſentibus taliter rogabatur: Quid pateris coniunx? Si me deſpicis, uel horum quos genuiſti miſerere impia paruulorū. Quare obliuiſceris uteri tui, & pro nihilo ducis quos cum gemitu peperiſti? Vbi ſunt fœdera coniugalis amoris? Vbi ſocietatis uincula quæ inter nos dudum honeſtatis iure tabulæ conſcriptæ fecerunt? Reſpice quæſo filios ac maritum, & regiæ iuſsionis implere feſtina præceptum

Maioricus adoleſcens — *Datiua* — *Victoria matrona*

A ptum, ut & imminentia adhuc tormenta lucretis, ſimul & mihi doneris &
liberis noſtris. Sed illa nec filiorum fletus, nec ſerpentis audiens blandimen-
ta, affectum multo altius eleuans à terra, mundum cum ſuis deſiderijs con-
temnebat. Quam cum iam continuatione ſuſpendij uulſis humeris, etiam
qui cruciabant conſpicerent mortuã, depoſuerunt prorſus omni parte exa-
nimem. Quæ poſtea retulit quandam ſibi uirginem aſtitiſſe, atque tetigiſſe
membra ſingula, & ilico fuiſſe ſanatam. Qualiter aũt Adrumentinæ ciuita-
tis ciuẽ Victorianum tunc proconſulem Carthaginis prædicem, neſcio de- *Victorianus*
ficiẽtibus uerbis. Quo in Africæ partibus nullus ditior fuit, qui etiam apud *proconſul*
impium regem pro rebus ſemper ſibi commiſsis fideliſsimus habebatur. *martyr*
Mãdatur ei à rege familiariter diciturq́;, quod cum habiturus eſſet præ om-
nibus, ſi eius præcepto facilem commendaſſet aſſenſum. Sed ille uir dei miſ-
ſis ad ſe tale dedit cum fiducia magna reſponſum: Securus de deo & Chri-
ſto domino meo, dico quæ regi dicatis. Subrigat ignibus, adigat beſtijs, ex
cruciet generibus omnium tormẽtorum, ſi cõſenſero, fruſtra ſum in eccleſia
catholica baptizatus. Nam ſi hæc præſens uita ſola fuiſſet, & aliam quæ ue-
re eſt non ſperaremus æternam, nec ita feciſſem ad modicum atq; tempora
liter gloriari, & ingratus exiſtere, qui ſuam fidem mihi cõtulit creditori. Ad
quod tyrannus excitatus, quantorum tormentorum, & quantis eum afflixerit
B pœnis, humanus ſermo non poterit explicare. Qui tripudians in domino
feliciterq́; cõſumans, martyrialem coronam accepit. Apud Tambaienſem
quoq; ciuitatem geſta, quis queat certamina martyrum explicare? Vbi duo
germani Aquiſregienſis ciuitatis, ſibi ſecuri de domino inuicem iurauerunt,
& rogauerunt tortores, ut una pœna pariq́; ſupplicio torquerentur. Et dum
primo ſuſpendio molibus lapidũ pedibus alligatis tota die penderent, unus
illorum petiuit ſeſe deponi, & ſibi inducias dari. Cui frater alius metuens ne
fidem negaret, de ſuſpendio clamabat: Noli noli frater, non ita iurauimus
Chriſto. Accuſabo te cum ante thronum eius terribilẽ uenerimus: quia ſu-
per corpus eius & ſanguinem iurauimus, ut pro eo inuicem patiamur. Iſta
dicens & alia multa, confortauit germanum ad prælium paſsionis. Qui cla-
mans ingenti uoce dicebat: Adigite ſupplicijs quibus uultis, & pœnis Chri-
ſtianos artate crudelibus. Quod frater meus facturus eſt, hoc etiam ego.
Quantis iam laminis ignitis aduſti ſunt, qualibus ungulis exarati, quibus
cruciatibus torti, ipſa res docet, & quod eos ipſi tortores à ſua facie proiece-
runt dicentes: Iſtos imitatur uniuerſus populus, ut nullus ad noſtrã religio-
nem penitus conuertatur, & præcipue quia nulli liuores, nulla pœnarum ue-
ſtigia in eis penitus uidebantur. In Typaſenſi uero quod geſtum eſt Mau-
ritaniæ maioris ciuitate, ad laudem dei inſinuare feſtinemus. Dum ſuæ ciui-
tati Arrianum epiſcopum ex Notario Cyrilam ad perdendas animas or-
dinatum uidiſſent: omnis ſimul ciuitas euectione nauali de proximo confu-

git,relictis paucisſimis qui aditũ non inuenerãt nauigandi. Quos Arriano- A
rum epiſcopus primo blandimentis, poſtea minis compellere cœpit, ut eos
faceret Arianos. Sed fortes in domino, nõ ſolum ſuadentis inſaniam irriſe-
runt, uerumetiam publice myſteria diuina in domo una congregati celebra
re cœperunt. Quod ille cognoſcens, relationẽ occulte Carthaginem aduer-
ſus eos direxit. Quæ cum regi innotuiſſet, comitẽ quendam cum iracundia
dirigens, præcepit ut in medio foro cõgregata illuc omni prouincia, linguas
eis & manus dextras radicitus abſcidiſſet. Quod cum factum fuiſſet, ſpiritu
ſancto præſtante, ita loquuti ſunt & loquuntur, quomodo antea loqueban
tur. Sed ſi quis incredulus eſſe uoluerit, pergat nunc Conſtantinopolim, &
ibi reperiet unum de illis ſubdiaconẽ Reparatũ, ſermones politos ſine ulla
offenſione loquentem. Ob quam cauſam uenerabilis nimiũ in palatio Ze-
nonis imperatoris habetur, & præcipue regina mira cum reuerentia uenera
tur. Sed quis cõgruo ſermone poſsit exequi, aut coaceruare diuerſitates pœ-
narum, quas ex iuſſu regis ſui, etiam ipſi Vandali in ſuos homines exercue-
runt? In ipſa quoque quæ geſta ſunt Carthagine, ſi nitatur ſcriptor ſingil-
latim aſtruere etiã ſine ornatu ſermonis, nec ipſa nomina tormentorũ pote-
rit edicere. Quæ res hodieq́ poſita in promptu demonſtrat. Alios ſine ma
nibus, alios ſine oculis, alios abſq́ pedibus, alios truncos naribus auribusq́
intendas, aliosq́ uideas nimio ſuſpendio pilis caulſis, caput quod eminere B
ſolebat in medio ſcapularum fuiſſe demerſum, dũ iugiter in altis ædibus ſu-
ſpendio cruciãtes, impulſione manuũ funibus agitatis, per uacuũ aerem huc
atq́ illuc faciebant uagari pendentem. Qui nonnunquam diruptis funibus
de illa altitudine ſuſpenſionis ictu ualido corruentes, plurimi arcem cerebri
cum oculis amiſerunt: alij confractis oſsibus ſpiritum continuo reddiderũt,
alij poſt paulum exhalauerunt. Sed qui hoc fabuloſum putat, Vraniũ Ze-
nonis legatũ interroget, cuius præſentia præcipue geſta ſunt, illa ſcilicet cau-
ſa, quia ueniens Carthaginem, ſeſe pro defenſione eccleſiarũ catholicarum
ueniſſe iactabat. Et ut illi oſtenderet tyrannus neminem formidare, in illis
plateis uel uicis plures tortores & crudeliores ſtatuit, in quibus legatis mo-
ris eſt aſcendendo ad palatium & deſcendendo tranſire, ad opprobrium ui-
delicet reipublicæ ipſius, & in noſtri iam deficiẽtis temporis fecem. Tunc igi
Dagila matrona tur & quædam uxor cuiuſdam cellaritæ regis nomine Dagila, quæ tempo-
ribus Geiſerici multoties iam confeſſor extiterat, matrona nobilis ac delica-
ta, flagellis & fuſtibus omnino debilitata, exilio arido et inuio relegatur, ubi
nullus hominum forte conſolationis gratia ueniendi haberet acceſſum, re-
linquẽs cum gaudio domum, maritum, ſimul & filios. Cui poſtea oblatum
eſſe dicitur, ut in mitiorem heremum tranſlata, frueretur ſi uellet ſolatio ſo-
ciorum. Illa uero ingens ſibi adeſſe credens gaudium, ubi nullus humanus
eſſet conſolantis affectus, ne fieret ſupplicauit. Tunc etiam Eugenio paſtore
iam in

A iam in exilio cõſtituto, uniuerſus clerus eccleſiæ Carthaginis cæde inediaq́ꝫ
maceratur, ferè quingenti uel amplius. Inter quos quamplurimi erant lecto-
res infantuli, qui gaudentes in domino, procul exilio crudeli traduntur. Sed
libertatem tunc dum media urbe cederentur, Murittæ diaconi, cæteris libe-
riorem tacere non debeo. Fuit quidam Elpidoforus nomine, nimium crude
lis & ferus, cui fuerat delegatum membra confeſſorum Chriſti ſupplicijs
graſſantibus laniare. Hic enim dudũ fuerat apud nos in eccleſia Fauſti bap
tizatus, quem uenerabilis Muritta diaconus de alueo fontis ſuſceperat ge-
neratum. Poſt uero dum apoſtataret, tantæ extitit feritatis aduerſus eccleſi-
am dei, ut ſuperior omnibus executor perſecutionis fuiſſet inuentus. Quid
multa? Dum primo presbyteri ſupplicijs macerandi ordine citarẽtur, poſt
archidiaconum Salutarẽ, artatur pœnis memoratus Muritta. Fuit enim ſe-
cundus in officio miniſtrorum. Qui cum Elpidoforo ſedente & fremente,
honorabilis ſenior cœpiſſet extendi, priuſquam exueretur, clam furtò neſci
entibus cunctis, illa quibus eum ſuſpiciens de fonte dudum texerat ſabana
baiulabat. Quibus uentilatis, ſimulq́ꝫ in oſtenſione cunctorum extentis, in
his uerbis totam ad fletum & lachrymas cõmouiſſe dicitur ciuitatem. Hæc *Muritta dia-*
ſunt linteamina Elpidofore miniſter erroris quæ te accuſabunt, dum maie- *coni libertas*
ſtas uenerit iudicantis, cuſtodiente diligentia mea ad teſtimonium tuæ per-
B ditionis, ad demergendum te in abyſſo putei ſulphurantis. Hæc te immacu
latum cinxerant de fonte ſurgentem. Hæc te acrius perſequẽtur, flamman-
tem gehẽnam cum cœperis poſsidere, quia induiſti te maledictionem ſicut
ueſtimentum, ſcindens atq́ꝫ amittens ueri baptiſmatis & fidei ſacramẽtum.
Quid facturus es miſer, cum ſerui patrisfamilias ad cœnam regiam congre
gare cœperint inuitatos? Tunc te aliquãdo uocatum, terribiliter indignatus
exutum ſtolam rex cõſpiciet nuptialem, dicetq́ꝫ tibi: Amice, quomodo huc
ueniſti ueſtem non habens nuptialem? Non uideo quod cõtuli, non noſco
quod dedi Perdidiſti militiæ chlamydem, quam in tela uirgineorum mem-
brorum decem menſibus texi, & tendiculas crucis quas extendens aquam
mundaui, & purpura mei ſanguinis decoraui, non conſpiciunt oculi mei: ca-
racterem non uideo trinitatis, talis intereſſe non poterit epulis meis, ligate
eum pedibus & manibus uinculis ſuis, quia ſe ipſe uoluntarie ſeparare uo-
luit à catholicis dudum fratribus ſuis. Ipſe funes extendit continuatos in la-
queum, quibus & ſemetipſum uinxit, & alios ne ad iſtud uenirent conuiuiũ
impediuit. Iuxta ſemitam multis ſcandalum poſuit, quem nunc cum rubore
perpetuo, & dedecore ſempiterno de cõuiuio meo proieci. Hæc & alia Mu
ritta dicente: igne conſcientiæ ante ignem æternum obmuteſcens Elpidofo
rus torquebatur. Parantes itaq́ꝫ uniuerſi dorſa ſua uerberibus, alacres ad exi-
lium pergunt. Quibus adhuc in itinere longioris uiæ conſtitutis, deſtinan-
tur epiſcopis Arianorum ſuggerentibus homines immiſericordes ac uio-
lenti

lenti, ut illud quod eis forte miſeratio Chriſtiana uictui contulerat profutu- A
rum, crudeliter auferretur, quando unus quiſq; horum libentius forte canta
bat: nudus exiui de utero matris meæ, nudum me oportet ad exilium per-
gere, quia dominus nouit eſurietibus cibum porrigere, & in deſerto ueſtire.
Vandali nanq; duo ſub Geiſericho ſæpius cõfeſſores, comitante matre con
temptis omnibus diuitijs ſuis, cum eiſdem clericis ad exilium perrexerunt.
De multitudine autem pergentium confeſſorum, id eſt, eccleſiis Carthagi-
nis clericorum, ſuggerente quodam ex lectore Teuchario perdito, quos ille
nouerat uocales, ſtrenuos atq; aptos modulis cantilenæ, deſignatione ſua
XII infantuli affliguntur debere dicit duodecim infantulos ſeparari, quos ipſe dum catholicus eſſet
tunc diſcipulos habuit. Statim illo ſuggerente, ſub feſtinatione uiro dimit-
tuntur, & ui barbarici furoris bis ſenus numerus puerorum de itinere reuo-
catur. Segregantur corpore non ſpiritu à grege ſanctorum. Qui timentes
præcipitium, cum ſuſpirijs lachrymarum ne diuellerent̃ conſtringebãt ma-
nibus genua ſociorum. Quos uiolentia tamẽ hæretica minacibus ſeparans
gladijs, Carthagini reuocauit. Sed cum eis quaſi cum tali ætate non blandi
tijs ageretur, ſuperiores ſuis inuenti ſunt annis, et ne obdormirent in morte,
lucernam ſibi euangelici luminis accenderunt. Indignantur ob hoc grauiter
Ariani, & ſe ſuperatos à pueris erubeſcunt. Vnde accenſi ſubdi fuſtibus iu-
bent, quos iam ante pauciſsimos dies uarijs uerberibus diſsipauerãt. Inpri- B
muntur uulneribus uulnera, & rurſum pœna reſtaurata crudeſcit. Factum
eſt domino confortante, ut nec ætas minor deficeret in dolore, & magis ani
mus creſceret roboratus in fide. Quos nunc Carthago miro colit affectu, &
quaſi duodecim apoſtolorum chorum conſpicit puerorum. Vnà degunt, ſi
mul ueſcuntur, pariter pſallunt, ſimul in domino gloriantur. Illis diebus &
duo negociatores Frumentius & alius Frumentius eiuſdem urbis, egregio
VII martyres martyrio coronati ſunt. Tunc & ſeptem fratres non natura ſed gratia, ſimul
in monaſterio commanentes, confeſsionis certamine expleto, immarceſci-
bilem peruenerũt ad coronã, id eſt Liberatus abbas, Bonifacius diaconus,
Seruus ſubdiaconus, Ruſticus ſubdiaconus, Rogatus monachus, Septi-
mus monachus, & Maximus monachus. Nam illo tempore crudelius Aria
Ariani crudelius ſæuiunt in omouſianos, Barbaris norum epiſcopi, presbyteri et clerici, quàm reges & Vandali ſæuiebãt. Nam
ad perſequendum ipſi cum ſuis clericis ubiq; gladijs accincti currebãt: ſicut
quidam epiſcopus inter illos cæteris crudelior Antonius nomine, qui tam ne
faria & incredibilia in noſtros exercuit, ut narrari nõ queant. Fuit iſte in qua
dam ciuitate proxima eremo, quæ Tripolitanæ prouinciæ uicinatur. Qui ut
beſtia inſatiabilis, catholicorum ſitiens ſanguinem, huc illucq; ad rapiendũ
fugientes excurrebat. Nam impius Hunericus ſciens Antonij ferocitatem,
in ipſis heremi partibus uoluit ſanctum Eugenium relegare. Quem dum
cuſtodiẽdum Antonius accepiſſet, ita eum artiori cuſtodia cinxit, ut nullum
ad eum

A ad eum introire permitteret: inſuper uarijs inſidiarum atq; pœnarum ſupplicijs extinguere cogitauit. Sed Eugenius ſanctus dum noſtræ perſecutionis defleret incõmoda, & aſperitate cilicij ſenile attereret corpus, nudamq; ſuper humum cubitans,ſtratum ſacci ſui rigaret imbribus lachrymarũ, aliquando ſenſit infeſtum paraliſis morbum. Quo nuntio in gaudia conuerſus Arianus,pergit feſtinus ad cubile eximij hominis dei.Et cum uideret ut gente paſsione uerum pontificem balbutientia uerba producere, cogitauit ſimul extinguere,quem ſupereſſe nolebat. Præcepit ut acetum aſperum nimisq; acerrimum quæreretur. Cui cum fuiſſet allatum, uenerabilis ſenis recuſantibus & nolentibus faucibus ingerebat. Nam ſi communis dominus qui ad hoc uenerat ut potaret, cũ guſtaſſet noluit bibere, quanto magis iſte ſeruus & confeſſor fidelis omnino nollet,niſi hæretica feritas ingeſsiſſet? Ex quo aceto præſertim ille paſsionis noxiæ morbus,accepit augmentum. Cui pietas Chriſti miſericorditer ſubueniens,poſtea ſanum exhibuit. Alio autẽ noſtro epiſcopo Habetdeum ſimiliter relegato, Tamallumenſis ciuitatis in qua Antonius fuerat,quantum potuerat infeſtari res ipſa demonſtrat. Nã cum diuerſis eum perſecutionibus affligeret, nec poſſet eum facere Arrianum, uideretq; Chriſti militem ſemper in confeſsione conſtantem, promiſerat ſuis dicens: Niſi eum noſtræ fecero religionis,nõ ſit Antonius. At ubi
B in ſua promiſsione minor inuentus eſt,ſuggerẽte ſibi diabolo cogitat aliud. Pedibus manibusq; ligatis,uinculis ingentibus artat epiſcopum, oreq; obturato ne lingua clamaret, aquam corpori ut putabat rebaptizationis ſpargit: quaſi ualeret conſcientiam ligare cum corpore,aut non adeſſet qui audit gemitus compeditorum, & cordis ſecreta rimatur, uel ſuperare poſſet aqua mendax,tantæ uoluntatis propoſitum,quod iam homo dei metantibus lachrymis miſerat legatum in cœlum. Exuit ſtatim uirũ uinculis, & tali quaſi gaudẽs proſequitur uoce. Ecce iam frater Habetdeum noſter Chriſtianus effectus es, Quid ultra facere poteris,uiſi ut uoluntati conſentias regis? Cui Habetdeum. Illa eſt impie Antoni mortis damnatio,ubi uoluntatis tenetur aſſenſio. Ego fidei meę tenax, uocibus cõfitens crebris quod credo & credidi,clamando defendi. Sed & poſtea quàm catenis uinxiſti, & oris ianuã oppilaſti,in prætorio cordis uiolentiæ meæ ſcribentibus angelis geſta confeci, & lectitãda imperatori meo tranſmiſi. Erat quidẽ generalis iſta uiolentia tyrannorum. Nam Vandali pro hac re ubiq; fuerant deſtinati,ut tranſeuntes itinera ſacerdotibus ſuis adducerent iugulãdos. Ac ubi eos fallacis aquę gladio peremiſſent,iudiciũ eis perditionis ſcriptura teſte tradebant, ne alibi ſua uiolentia traherentur, quia non licebat ſiue priuatis ſiue negociatoribus alicubi tranſire, niſi ſcriptam caracteris indicio,ſuam miſeri oſtenderent mortem. Quam per reuelationem ſeruo ſuo Ioanni olim oſtenderat Chriſtus, ubi dicit: nulli licebit aliquid emere uel uẽdere, niſi qui habuerit caracterem

beſtiæ

beſtiæ in fronte ſua,& in manu ſua. Nã & epiſcopi atq; presbyteri illorum A
cum armatorum manu nocturnis temporibus uicos & oppida circuibāt,&
ſic deſpicatibus ianuarum aquam gladiumq; geſtantes, animarum prædo-
nes intrabant:& quos domi repererant, alios forte in lectulis ſoporatos im-
bre igneo atq; fulmineo reſpergētes,dæmonica uociferatione Chriſtianos
ſuos ipſi pariter uocitabant,ut ludum prorſus ſuæ hęreſeos,quàm aliquam
religionem oſtenderent. In quo minus capaces & ignaui, impletũ in ſe pol-
lutionis ſacrilegium putabant:prudētiores uero nihil ſibi quod nolentibus
atq; dormientibus ingeſtum eſt,obeſſe gaudebant. Nam & multi eadē ho
ra cinerem capitibus ſuis iniecerunt, alij ſeſe uel quia factum eſt cilicio lugu-
bri texerunt,nonnulli cœno fœtido linierunt,& linteamina uiolenter impo
ſita per fila conſciderunt, atq; in latrinis fœtidiſq; locis manu fidei proiece-
runt. Tali uiolentia nobis uidentibus,ibi Carthagine filius cuiuſdam nobi-
lis annorum circiter ſeptem, iuſſu Cyrilæ à parentibus ſeparatus eſt, matre
ſine uerecundia matronali ſolutis crinibus poſt raptores tota urbe currente,
infantulo clamante ut poterat: Chriſtianus ſum, Chriſtianus ſum, Chriſtia
nus ſum. Cui & os obturantes, inſontem infantiam in ſuum gurgitē demer
Liberatus medicus exulat ſerunt. Ita de filijs medici uenerabilis Liberati, factum eſſe probatur. Nam
cum iuſſu regis cum uxore & liberis ad exilium mitti iuberetur, cogitauit im
pietas Arriani à parentibus filios paruulos ſeparare, quo poſſet per pieta- B
tis affectum,etiam uirtutem proſternere genitorum. Diſiunguntur tenera
pignora filiorum. Qui cum uellet lachrymas emittere, autoritate uxoria in-
crepatur, & in ipſo meatu exitus ſui ilico lachrymæ ſiccauerunt. Ait enim ei
coniunx: En propter filios Liberate perditurus es animam tuam? Compu
ta eos nō fuiſſe natos. Nā & ipſos omnino uindicaturus eſt Chriſtus. Nō-
ne uides eos clamantes & dicentes, Chriſtiani ſumus? Sed hæc mulier quid
in conſpectu iudicum egerit, tacendum non eſt. Nam cum ipſa & maritus
licet ſeorſum, carceris tamen cuſtodia tenerentur, ita ut ſe penitus non uide-
rent: mandatur mulieri, diciturq; illi: Solue iam duritiam tuam. Ecce uir tuus
paruit imperio regis, & noſter factus eſt Chriſtianus. Aitq; illa: Videam
illum, & faciam ego quod uoluerit deus. Educta igitur de carcere, inuenit
uirum ſuum ſtantem cum ingenti multitudine pro tribunalibus cōtexum:
& uerum æſtimans quod fecerant inimici, iniecta manu apprehendens o-
ram ueſtimentorum eius gutturi proximam, uidentibus omnibus ſuffoca-
bat eum dicens: Perdite & reprobe, gratiæ dei & miſericordię eius indigne,
quare uoluiſti ad modicum gloriari, & in æternum perire? Quid tibi prode
rit aurum? quid argentum? nunquid liberabunt te de camino gehennæ? Di
xit & alia multa. Cuius maritus reſpondit: Quid pateris mulier? quid tibi ui
detur? aut quid forte de me audire potuiſti? Ego in nomine Chriſti catholi
cus permaneo, nec amittere potero aliquando quod teneo. Tunc hæretici

A mendacij ſui conſcij & detecti, fallaciam ſuam colorare minime potuerunt. Et quia ſuperius de uiolentia immanitatis eorum breuiter diximus, hãc plurimi metuentes, alij ſe in ſpeluncis, alij in deſertis locis uiri uel fœminæ nullo ſibi conſcio ſeſe claudebant, & ibidem nulla ſuccurrente ſuſtentatione ciborum, fame uel frigore uicti, contritum & contribulatum ſpiritũ exhalabant: inter hæc afflictionis incommoda inuiolatæ ſecum fidei ſecuritatem portãtes Sic enim Creſconius presbyter Mizẽtinæ ciuitatis, in ſpelunca Ziquenſis montis repertus eſt, putreſcẽte iam ſolutus cadauere. Et quia de ſancto Habetdeum præfati iam ſumus, pergit tunc ad Carthaginem, adire cenſuit nefarium regem, ut cõſcientiam ſuam quam ſemper familiarem trinitas habuit & amicam, etiam hominibus faceret manifeſtam. Nec eum retinere potuit Antonius, propter uerecundiam ſuam. Offert impijſsimo regi libellum in hac ſimilitudine uerborum. Quid quæſo iam cum proiectis haberis? qd cum eis quos exilio relegaſtis quotidie dimicatis? Abſtuliſtis ſubſtantiam, eccleſiis, patria domibusq; priuatis, ſola anima remanſit, quam captiuare cõtenditis. O tempora, ô mores, uniuerſus hæc mundus intelligit, & ipſe qui perſequitur uidet. Si fides dicitur quam tenetis, quid ueræ fidei membra tantis perſecutionibus agitatis? Quid uobis cum exilio noſtro? quid uobis cum egenis in ſeculo, quorum eſt uita ſemper in Chriſto? Liceat ſaltem gaudere

Habetdeũ epiſcop. offert libellum regi

B conſortio beſtiarum, eis quos abieciſtis à facie omnium populorum. Dum hęc & his ſimilia pontifex dixiſſet, ſceleratus tyrannus hoc ei mandaſſe perhibetur. Vade ad epiſcopos noſtros, & quod tibi dixerint ſequere, quia ipſi huius rei habere noſcuntur per omnia poteſtatem. Sed neque Antonium hæc res ab inſania potuit reuocare, ſciẽs ſe magis imperio regis ob hoc multum poſſe placere, Habetdeum uere epiſcopum gaudentem bono conſcientiæ ſuæ, ad locum exilij maluit remeare. Ea tempeſtate facta eſt incredibilis fames, & cœpit Africam totã una depopulatione uaſtare. Nullus tunc adfuit imber, nulla prorſus gutta de cœlo profluxit. Nec fruſtra, ſed uero & iuſto iudicio dei, ut ubi perſequẽtibus cœnoſi gurgitis aqua ignis & ſulphuris bulliebat, indulgentiæ cœleſtis quæ ſemper affluenter aderat pluuia negaretur. Lurida remanſerat terræ facies omnis, nõ uitis tegebat æſtate pampineis opacata uirgultis, non ſata reſperſa uultus ceſpitum uiridabant, non olea ſemper uiridis folijsq; repleta iucundis, decoris ſui cõſuetũ tegmen habebat, non pomorum uirgulta maritãte tellure gẽmas produxerãt florum, poſtea fructus ut aſſolent æditura. Triſtia fuere tetraq; omnia, ut par peſtilentiæ clades Africam confunderet omnem. Non hominibus, non iumentis germinantes herbas ediderat tellus, omnino uirores aruerant. Dudum currentium impetu præcipiti aluei fluminum, fontiumq; criſpantes perennitate ſubtracta pariter ſiccauerant uenæ. Oues & boues uniuerſi, inſuper & pecora campi, ſimulq; beſtiæ ſyluarũ, inedia conſumente nuſquam penitus

Fames

uiſcebantur. Et ubi forte graminoſus ceſpes humida tunc in ualle locatus, A pallentem potius quàm uirentem naſcẽtis fœni cœperat proferre colorem, ilico urens & igneus flatus aderat totum torrendo deſiccans, quia puluerea tempeſtas arido ſubere decoquens cuncta, omnẽ nebulauerat locum. Nullum geſtum eſt tempore illo commercium: nullum ceſpitem terræ iuuencis trahentibus ſcindens uertit aratrum, quia nec boues ſuberant, nec caſtra omnino remanſerant. Sed & ruſticorũ manus alia interierat. & ſubinde quæ forte ſuper erat iam ſepulturam quærebat. Et quia urgente famis incommodo neque commercia, ut fati ſumus conſuetudini, neq; cultura reddebatur debita terris, iuuenum, ſenum, adoleſcentium, atq; aduleſcentularum, puerorum, uel etiam puellarũ, agmina ſimul & funera, ubi potuerãt, quomodo poterant paſsim diffundebantur, circumeuntes oppida, uicos, uel ſingulas urbes. Conuerſi enim in arcum peruerſum, atq; irritantes deum ad aquam contradictionis, famẽ patiebantur ut canes, non ut comederent panem, ſed ut infenſam ſentirent quam negauerãt trinitatem. Alij diffuſi per campos, alij ſyluarum ſecreta petebant, antiquas radices herbarum, uel quiſquilias alias requirentes. Nonnulli cum domo niterentur egredi, in ipſo limine corruẽntes, cateruatim fame debellante cadebant: Stratæ uero uel ſemitæ cadaueribus repletæ, exhalantium fœtore mortuorum, gradientes uiuos omni ex parte necabant. Nec deerant quotidie ubiq; expirantium funera. & non B fuerat uirtus, quæ miſerationis impenderet ſepulturam. Neq; enim ſufficiebant ad ſepeliendum uiui fame dominante, & ipſi poſt paululum morituri. Cupiebant ſinguli libertatem ſuam filiorumq; ſuorũ perpetuæ ſeruituti redigere, & non poterant inuenire. Montes & colles, plateæ ciuitatum, uiæ uel ſemitæ unum omnibus fecerant ubiq; ſepulchrum, quibus inedia depaſcẽs denegauerat uictum. Vandali autem ipſi quos & poſtea frequentia multarum prouinciarum ſpolia, & retentio Africæ primo fecerant diuites, maiore magis inopia torquebantur. Et quanto ſibi uidebantur ſeruorum aggeſtione ſuperbi, tanto amplius deficiebant fame torquẽte defecti. Nullus filium, nullus coniugem, nullus proprium tenuit ſeruum, ſed exiens unuſquiſq; nõ ubi uoluit ſed ubi ualuit, aut ſtatim defecit, aut nunquã omnino rediuit. Vrgebatur infelix multitudo, ad ipſam ſe urbem Carthaginem congregare. Et dum illuc cateruatim adhuc animata cadauera confluerent, ubi rex inferendarum mortium uidit ſtrages, pelli urbe omnes ilico iubet, ne contagio deficientium, cõmune pararet etiam exercitui eius ſepulchrũ. Suis ergo prouincijs & domibus ſingulos imperat reuocari, ſed nec erat qui reuerteretur, dum utiq; ſepulturã ſuam in uultu portaret. Et idcirco forte maior rebaptizatorum perditio potuit prouenire, quia dum promittitur ab Arianis præſentis tranſactio uitæ, nec illud obuenit, & mors ſequẽs prima, ſecundã præuenit. In tantum ſibi deuaſtans uindicauit fames dominiũ, ut loca nonnulla

Peſtilentia

& admo-

A & admodũ populoſa habitatoribus extinctis, alto nunc ſilentio parietibus ſolis extantibus conquieſcant. Sed quid ego iamiam immoror in hoc, quod explicare non queo? Nam ſi nunc ſupereſſent, uel eis fari de talibus rebus licuiſſet, & Tullianæ eloquentiæ fluuius ſiccaretur, & Saluſtius elinguis omnimodis remaneret. Et ut alienos indignos rei tantæ prætercam, ſi Cæſarienſis ſurgeret Euſebius ad hoc opus idoneus, aut eius translator Græcę facundiæ, latiniſq; floribus Rufinus ornatus. Et quid multa? non Ambroſius, non Hieronymus, neq; ipſe noſter ſufficeret Auguſtinus. Audite hęc omnes, auribus percipite om̃es qui habitatis orbem, quiq; terrigenæ & filij hominum ſimul in unum diues & pauper. Nonnulli qui barbaros diligitis, & eos in condemnationẽ ueſtram aliquando laudatis, diſcutite nomẽ, & intelligite mores. Nunquid alio proprio nomine uocitari poterãt, niſi ut barbari dicerentur, ferocitatis utiq; crudelitatis & terroris uocabulum poſsidentes? Quos quantiſcunq; muneribus foueris, quantiſcunq; delinieris obſequijs, illi aliud neſciunt niſi inuidere Romanis, & quantũ ad eorũ attinet uoluntatem, ſemper cupiunt ſplendorẽ & genus Romani nominis nebulare, nec ullum Romanorũ omnimodo deſiderãt uiuere. Et ubi adhuc noſcunt parcere ſubiectis, ad utendum ſeruitijs illorũ, nam nullum dilexerunt aliquando Romanũ. Si diſputare nitebatur de fide nobiſcum barbara ferocitas & hæ-
B reſis Ariana, rationabiliter diſputaret. Sed quãdo tenuit rationẽ, quæ à patre deo deum filiũ ſeparat ſaluatorẽ? Quare dolis & calumnijs egerũt, & uelut ſpiritus tempeſtatis procella ſui furoris totũ ſubuertere uoluerunt? Si diſputatio neceſſaria fuerat epiſcopalis, quare ſuſpẽdia, quare ignes, quare ungulæ, ſimul & cruces? quare Arianorũ ſerpentina proles, contra innocentes genera talia tormentorũ inuenit, qualia nec ipſe Mezentius exquiſiuit? Dimicauit contra innocentiã cupiditas furoris, & auaritia crudelitatis, ut & animas perderet, & ſubſtantiam harpagaret. Si collatio deſiderabat, quare rapinę rerum alienarum, non tantum ſacerdotum, uerumetiã omnium laicorum? Sed illi expoliati lætati ſunt, & rapinam rerum ſuarum cum gaudio ſuſceperunt. Aſsit iam quæſo omnis ætas, om̃is ſexus, omniſq; cõditio. Aſsit obſecro omnis turba catholici nominis, quæ gremio materno toto orbe geſtatur, quæ ſola germanum cõmodare nouit affectum, quæ didicit à Paulo magiſtro, & gaudentibus collętari & cum lugentibus lamentare. Conueniant ſimul ad domum noſtri doloris, & paribus oculis fundamus flumina lachrymarũ, quia cauſæ & fidei noſtræ unum eſt negotium. Nullum uolo ad condolendum mecum hæreticũ conuenire, qui forte addere concupiſcit ſuper dolorem uulnerum meorum, & gratulatur quotidie malis meis. Nolo nolo ego extraneum, ſed fraternum quæro affectum. Nolo aliquẽ filiorum alienorum, quorum os locutum eſt uanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis: quia filij alieni ſemper mentiti ſunt mihi, qui inueteraucrũt & dau-

A tur ſi uidetur. Nihil eſt enim conuerſionibus iniucundius. Imò ego tibi & ſalutem & ſanitatem auſim polliceri, inquit, ab hoc opere, age modo ſuſcipe. Nihil autem illo uiro blandius erga amicos, in dicendo nemo grauior, naturæ uero ſingularis quædam & comitas, ac manſuetudo. Non potui facere ut hanc ei tum præciderem petitionem, ſed alijs ſermonibus tamen obrui. Verum ille poſtea ad me redit cum priore oratione, atque ita mecum agit ut uim faceret. Quæcunque enim ego attuliſſem quibus reijci hoc onus poſſe ſperarem, ea prorſus ab ipſo eleuabantur. Si dixeram obſtare mihi ualetudinem, conſolationem habiturum in malis aiebat. Si remittebam ad uerſionem ueterem, hoc demum ille uinculo arctiſsime nos aſtringebat, quòd negaret eſſe quenquam qui non confuſione illius offenderetur. Quare aggreſſus ſum non tam difficilem quàm parum luculentam rem. Atque in ipſa tamen tractatione minus me pœnitere facti mei cœpit. Quãuis enim neminem eſſe doctum exiſtimem, qui non Græca ſcripta quàm illorum conuerſiones legere malit, tamen ſcio permultos eò ſibi contendendum nõ putaſſe, ut ipſi Græcos libros cognoſcerent. Tantam autem deprehendi in translatione non modo barbariem, ſed etiam inſcitiam ac ſomnolentiam iſtius Epiphanij, ut mirarer ulli Græcorum non adeo alienam linguam latinam, ſed ignoratam ſuam eſſe potuiſſe. Cœperam initio annotare ſicubi

B illum aliter quàm nos Græca reddidiſſe animaduerteram, ſed cito facere hoc deſtiti, ne ſingulis pene uerſibus neceſſe haberem aſcribere annotatiunculas. Illum autem quiſquis fuit, putabam tamen melius propemodum ſeculi ſui Græcitatem intelligere debuiſſe. Nam ut uerum fatear, mihi qui huius omnem ſcientiam quantacunque ea nobis contigit, ex optimis autoribus didici, petquam ſunt alicubi hæc poſteriorum ſcripta obſcura, ut quaſi ad aliam gentem uenerim, ita peregrinitatem reſonent ab his aures meæ: uenitque non ſemel in mentem mihi, quòd memini quoſdam me puero ſenes inter primam germinationem Græcæ apud nos linguæ, dicere: arbitrari ſe admodum eſſe inutile hoc ſtudium, nam audire in Græcia alio nunc ſermone uti homines, quàm qui in libris tradatur. Quorſum autem hæc, aiebant, lingua diſcitur, niſi ſi forte legatio in Græciam mittenda uideatur, ut ſint qui obire poſsint: at nemo illorum noſtratium Græcorum orationem intelliget. Ridebamus tum hæc, ut æquum erat, ſed profecto eiuſmodi quiddam, in his poſteriorum libris uſu uenit, quod tamen eſt tale, ut à diligente, & ſtudioſo diſcipulo uetuſtatis cura adhibita explicari poſſet, utque ſi qua uox Græca perperam exarata ſit, neglectis orthographiæ regulis, docto corrigere difficile non eſſe uideatur, ita ſunt hæ uelut deprauationes uetuſtatis attentione & cogitatione emendabiles. In hac igitur prouincia gerenda, ita me uerſatum eſſe confido, ut eam mihi laudem deberi putem, quæ ab hoc genere laboris, & huiuſmodi de opera expectari

expectari potuerit. Quod non eò dico, quaſi præcipuo aliquo me in loco A hac uelut elatione inter doctos conſtituam, ſed quia feciſſe me omnia ſingulari cura, ac ſedulitate ſcio. Atque etiam ſi quid mihi forte eximię cognitionis Græcæ linguæ inter æquales meos uendicem, non arrogantia, ſed iure meo facere, hoc uideri debeam. Eo enim ſum ætatis tempore ad illius ſtudium adductus, tantáque optimi ac doctiſsimi uiri magiſtri mei Georgij Helti uoluntate, promptitudine, cupiditate, dicam etiam uere molitione, ac ui in hoc retentus & excitatus, ut non ſine maxima infamia ignorari hæc lingua à me poſsit, neq; uulgatiter ſolummodo me intelligere eam ferendum eſſe uideatur. Ac magiſtro quidem meo, qua parte conceditur, gratitudine animi mei, & perpetuo cultu, ac amore facile ſatisfaciam: profectus autem meos ſtudioſis omnibus qui ea quæ in hoc genere fuerint elaborata induſtria diligentiaq; noſtra legere uoluerint, probaturum me eſſe confido, quæ tamen non multa extant, neque cum illis hoc opus duci uelim. Etſi enim ſpero, ut aiebam, ita eſſe perfectum, ut non magnopere reprehenſionem pertimeſcendam mihi putem, tamen neque argumentum, neque oratio Græci ſcripti talis eſt, ut doctrinæ ac elegantiæ quidam quaſi nitor in conuerſione poſsit apparere, & mihi ad certum ac præfinitũ quendam modũ multa uerba fuerunt uſurpanda, & perpolire quæ nollent ſplendeſcere, conati ridiculum uiſum. Vt autem uerum fatear, ad eruditionis B uſum ſenſi per eſſe inutilem hunc laborem, & mihi hoc etiam tempore, quo retinerem non nihil animo elegantioris tractationis, nam ualetudo manibus excuſſetat, admodum contrarium. Si tamen, ut Mylius cenſebat, inſtruetur hac noſtra opella tanquam fundus multorum bonorum uirorum bibliotheca, & adiuuabitur cognitio, ſatis compenſatum fuerit, detrimentum illud, ſatisq; mercedis repenſum, non ſane graui, neq; diuturnæ defatigationi. Nos etiam aliquantulum lucri fecimus inter hanc traductionem, reuoluentes quæcunq; nanciſci potuiſſemus eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcripta, ita enim res illas attentione maiore quàm antea percenſuimus. Neque quiſquam arbitratus ſit, me hoc facto in Theologicas quaſi prouincias inuaſiſſe, quod & ſemper fugi, & faciendum ſine cauſa, hoc eſt niſi quadam ineuitabili neceſsitate compellate, non puto: nam literarium hoc munus dedimus, quo ut fortaſſe ſingulariter diuinarũ rerum doctores affici, ita quicũq; acceſſerint delectari poſſe uideantur. Ego uero non modo turpe mihi, ſed glorioſum duxerim, ſi quid à meo tenui hoc, & ſcolaſtico artificio, quod tantarum rerum intelligentiã adiuuet, profectũ eſſe dicatur. Nam & per ſe illæ bonitate, & his temporibus periculo ſuo omniũ curam, ac reſpectũ merentur, quæ mihi quaſi ſpeculo redditę in his ſcriptis, multo nunc clariſsime animo, oculiſq; obuerſatæ, & contẽplanti illa uetera, præſentia hæc multo grauiora atq; peiora, quam pridem uiſa ſunt. Quamuis enim res diuerſæ ſint,

tamen

A bebantur. Sed & pro malis orate iam filijs, quia & Chriſtus orauit etiā pro inimicis Iudæis. Sufficiāt caſtigationi quæ iuſte illata ſunt nobis, & iam iā͡q; delinquentibus uenia poſtuletur. Dicatur angelo percutienti, ſufficit: iam co hibe manum tuam. Quis ignoret hæc nobis probrorum noſtrum ſcelera procuraſſe, ab errātibus à mandatis dei, et in lege eius nolētibus ambulare? Sed proſtrati rogamus, ut non ſpernatis ueſtros miſeros peccatores, per eum qui uos ad apoſtolicum culmen prouexit humiles piſcatores. Tenuit ſceleratiſsimus Hunnericus dominationem regni annis ſeptem, menſibus decem, meritorum ſuórum mortem conſumans. Nam putrefactum & ebul liens uermibus, non corpus, ſed partes corporis eius uidentur eſſe ſepultæ. Sed & ille legisdator & tranſuerſor ex Donatianorum hæreſi ad eos ueni- ens quondam Nicaſius, in breui ſimili morte perijt. *Hunnericus rex moritur*

PASSIO BEATISSIMO-

RVM MARTYRVM, QVI APVD CARTHAGI- nem paſsi ſunt, ſub Imperio regis Hunnerici, VI. non. Iulij.

B PRAEDICATVRVS triumphos martyrū beatorum, ad enarrāda quæ geſta ſunt, auxiliū expoſco diuinum, ut qui illis præſtitit ſuperandi uictoriā, mihi indigno & immerito quantulacun͡q; uerborū porrigat ornamenta. Tunc etenim ualebo quæ deſiderata ſunt indicare, ſi ipſi dignētur pro me miſero, domino ſupplicare. Septimus nam͡q; agebatur annus crudeliſsimi at͡q; impijſsimi regis Hunerici, & ecce antiquus hoſtis ueternoſus utique anguis, triſulcæ linguæ uenena uibrans Chirila quodam Arriomanitarum epiſcopo miniſtro uſus eſt, ſubuertēs & obtinens animum regis cruenti, ut ita ſuaderet nō poſſe eum pacatum at͡q; longæuum obtinere regnum, niſi nomen perderet innocentum. Qui tamen dei iudicio poſt non multos dies turpiſsima morte præuentus, ſcatens uer- mibus expirauit. Inſectari cœpit ore cruento omnem catholicorū multitudi nem, quæ per totam prouinciam Africanam in modum ſicut prædictū eſt Abrahæ patriarchæ arenæ maris fuerat multiplicata: ut eam rebaptizatio- nis ſauciaret machera, at͡q; ſtolā illam ſingularis & puri baptiſmatis, quam Chriſtus uino carnis ſuæ purificans, prælo exprimens crucis fecerat dealba tam, tetræ nigredinis turparet illuuie ſordidulenta. Accipiens quo͡q; tyran- nus ut erat ducibilis & ferus ſerpentinam ſuggeſtionem, feralibus edictis uno tempore totam cœpit Africam cōmouere. Primo ſacerdotum & mini- ſtrorum copioſiſsimam & maximam turbam, in longinquis & extremis re-

gionibus exilio crudeli detruſit. Quibus bis acutum genus frumenti, quod A
iumentis ſolis edere conceſſum eſt, nequaquam induſtria molari contritum,
ſed manente furfuris cortice loricatum, pro miſeratione dare præcepit. Poſt
uero creſcente impietatis inſania, etiam hoc auferri crudeliſſimus imperauit.
Poſt modicum quoque temporis, uniuerſas ſimul eccleſias præiudicatis ue-
nerabilibus portis, cementis ingentibus claudi mandauit. Vniuerſa nanque
monaſteria uirorum uel puellarum ſanctarum, gētibus, id eſt, Mauris cum
habitatoribus donare præcepit. Vnus fuit omnibus eiulatus, unus pro Chri
ſto moriendi integer & plenus affectus. Paria currebāt flumina lachryma-
rum, quia permiſerat dominus cibari eos pane lachrymarum, & potari eos
in lachrymis menſurarum, aut forſitan ſine menſura. Et ſi reperta eſt exiēs
de arca inhians cadaueribus mortuis pars aliqua percūtium coruorum, ma-
ior eſt tamen in nomine trinitatis numerus felicium columbarum. Quanti
nobiles & optimi uiri, ampli & lati ceſpitis domini, terram cum cœlo cōmu-
tauerunt, & ſimul corpus cum ſubſtantia tradiderunt: atq; delicatæ & nobi
liſsimæ fœminæ contra uerecundiam naturæ ſpectante uulgo uirgis cæſæ,
uariiſq; tormentis cruciatæ, uictricia trophea portarūt. Quanti infantuli ir-
ridentes edicta feralia, ante mundum contempſerunt, quam illecebroſam
eius ſemitam introirent. Tunc apprehenſi ſunt & ſeptem fratres, quantum
VII martyres pertinet ad concordiam dominicæ ſeruitutis, in monaſterio habitantes in B
unum: quia bonum eſt & iucundū, habitare fratres in unum. Id eſt Bonifa
cius diaconus, Seruus ſubdiaconus, Ruſticus ſubdiaconus, Liberatus ab
bas, Rogatus monachus, Septimus monachus, & Maximus monachus, in
numero ſcilicet Machabæorum germanorum. Quos una mater eccleſia ca
tholica genuerat, & per uiſcera fontis æterni ſalubriter pepererat, de territo-
rio Capſenſis ciuitatis, cui præfuit ſanctus Vindemialis ſacerdos egregius,
& Chriſti fidelis antiſtes. Quibus attractis ad urbem Carthaginenſem, pri
mo eis illecebroſis blandimentis ſerpens uoluit ſibilare, promittens hono-
res caducos, & diuitias ingentium uoluptatum, necnō & regis amicitias, uel
alia multa quæ ſolent inſipientium animas aucupante diabolo, uiſco mun-
diali captare. Sed hæc omnia milites dei ac ſi contagia reſpuerunt, claman-
tes uno ore: Vnus dominus, una fides, unum baptiſma. Nec poterit in no-
bis adiuuante domino iterari, quod in ſancto euangelio ſemel præceptum
eſt dari: quia qui ſemel lotus eſt, non habet neceſſe iterum lauari, quia mun-
dus eſt totus. Facite quod uultis, inferte pœnas corporibus noſtris. Melius
eſt temporalia ad modicum ſufferre ſupplicia, quàm æterna pendere & ſu-
bire tormenta. Habete quę promittitis, cum ipſis diuitiis poſt paululum pe
rituri. Nobis uero nullus de poſtibus frōtium ualebit euellere, quod in uno
baptiſmate artifex trinitatis dignatus eſt titulare. Quid multa? Dum tali
conſtantia diuinitus munirentur, iuſſi ſunt carcerali cuſtodiæ mancipari. Et
ita crudelius

A ita crudelius onerati ferri ponderibus, tenebroſis deputati ſunt locis, ubi nulla miſeratio arrideret lenitatis. Sed populus ille memoratę urbis in domino ſemper fidelis, dato munere carcerarijs, die ac nocte Chriſti martyres frequentabat, & ita ab eis doctrina & uirtute fidei roborabatur, ut talia etiam ipſi pro Chriſti nomine plena delectatione perferre cuperent, & capulo perſequentis facilia ſupponerent colla. Hoc autem tyrannicas peruenit ad aures. Qui ebrietate furoris accenſus, iubet eos adhuc inauditis ſupplicijs adigi, & maioribus uinculis onerari, nauimq; imperat lignorum aridorum manipulis adimpleri, atq; in eadē omnibus alligatis in medio pelago igne ſub poſito cōcremari. Eductisq; illis de cuſtodia, multitudo populi dei, bellatores trinitatis quaſi agnos innocuos ad uictimam deducebat, & rigentium pondera catenarum quaſi quædam monilia prouidebat, quia non fuerunt illa uincula, ſed potius ornamenta. Incedebant itaq; cum fiducia ad ſupplicium, quaſi ad epulas concurrentes, una uoce per ambitus platearum domino decantantes: Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonę uoluntatis. Votiua nobis hæc dies eſt, & omni feſtiuitate feſtiuior. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, quando pro fide domini dei noſtri perferimus præparatum ſupplicium, ne amittamus acquiſitæ fidei indumentum. Sed & populus publica uoce clamabāt: Ne timeatis ô populi dei,
B neq; formidetis minas atq; terrores præſentium tribulationum, ſed potius moriamur ꝓ Chriſto, quomodo ipſe mortuus eſt pro nobis, redimēs nos precio ſui ſanguinis ſalutaris. Vnum tamen uehementi conatu qui inter eos infantulus uidebatur, nominē Maximum, cupiebant autores malorū à ſanctorum conſortio ſeparare dicentes: Infantule quid feſtinas ad mortem? dimitte eos, inſaniunt, & audi cōſilium noſtrum, ut poſsis inuenire uitæ remedium, & tanti regis adire Palatium. Tunc ille ætate quidem puerili, ſenili tamen maturitate clamabat: Nemo me ſeparat à ſancto patre meo Liberato abbate, & fratribus meis, qui me in monaſterio nutrierunt. Cum ipſis ſum in timore dei conuerſatus, cum ipſis deſidero paſsionem ſuſcipere, cum quibus credo me & futurā gloriā inuenire. Nolite putare, quia poteſtis ſeducere pueritiam meam. Simul nos dominus ſeptem uoluit cōgregare, ſimul dignabitur omnes uno martyrio coronare. Quomodo nemo perire potuit de ſeptenario illo numero felicium Machabæorum, ita etiam ſeptenus noſtræ congregationis numerus, nullum inueniet detrimentum. Nam ſi negauero eum, & ipſe negabit me, quoniam ab ipſo dictum eſt: qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum corā patre meo qui eſt in cœlis. Et qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui eſt in cœlis. Perducti itaq; cum feſtinatione ad nauale ſupplicium pro uoluntate infandi regis, uel crudelium miniſtrorum, extenſis manibus & pedibus clauati feruntur potius quàm ligati. Qui dum ignis fuiſſet lignis

A tamen uitiorum eſt tanta germanitas, ut uno patre utraque eſſe creata ſit iu/dicandum. Ambitio, ęmulationes, rixæ, contentiones, peruicacia, impoten/tia animi, odium, acerbitas, uerborum pernicioſæ exquiſitiones, impoſturę, inſidiæ, circumuenti reges, concitatum uulgus, non ouum ouo, neque lac la/cti magis, ut Plautus ait ſimile. Quòd ſi, ut exiſtimo, nemini eſt dubium cu/ius illi partus fuerint, quantopere conueniebat omnes, ſummos, medios, in/fimos, quibuſcunqꝫ ualerent rebus, autoritate, ſtudio, morigeratione, anni/ti, ut hi gemini ac ſimillimi illis, quaſi monſtrorum exitialium fœtus, ſtatim enecarentur, ne ſi inualuerint hæc mala, miſerabile excitent incendium, quo omnis pietas, honeſtas, denique uirtus, diſciplina uitæ atque ordo, literæ, ar/tes conflagrẽt, ne'ue noſtras res poſteri tanquam paternas illatas in auitum ſepulchrum, hoc eſt, ſimili defunctas fato, deplorent. Vtinam autem hæc le/gerent, quadam cogitationis uehementia, qui in rebus publicis poſſunt plu/rimum, quiqꝫ ipſi res diuinas uerſant doctrina ac profeſsione ſua: nimirum & illi metu ſimilium euentuum ad præſentium malorum medicinam, ſum/ma cura ſe conuerterent: & hi de iſta uia quã alios ad interitum duxiſſe cer/nerent, cupide declinarent greſſus ſuos. Sed neſcio quo fato fiat, ut utrique alias res, his utiliſsimis & neceſſarijs occupationibus anteuertere patiantur, ut propemodum demiſſa cœlitus uoce Deus orbi terrarum & miſerias, &

B calamitates denunciare uideatur. ἴτω οὖν κατὰ ῥοῦν, neque enim noſtris que/relis cohercere poterimus, & ſentio me euagatũ latius quàm oportuerit. Ad propoſitum igitur redeo. Ac Theodoriti quidem hiſtorias conuerſas à nobis ſi nulla de alia, ſaltem ordinis cauſa libenter lectum iri puto: nam in translationibus prioribus præpoſtera, peruerſaqꝫ multa ſunt, & in narratio/nibus cum perſpicuitas ſit prima, nulla æquè re illa obtineri ſolet, quàm or/dine, & conſequentia. Neque enim propoſitum eſt enumerare deprauatio/nes, & quaſi improbam culturam Græci ſoli, ſed unum tamen libuit indica/re. Arium ſub Conſtantio Conſtantini F. interijſſe, nemo, ut opinor, nunc magnopere ambigit: at Theodoriti hiſtoria ita plane ſub Conſtantino ma/gno tradidit illum mortuũ, ut etiam quod dicitur, cæco apparere poſsit. Ne/que aliter fieri poteſt, quin uel huic fides derogetur, uel incuria Ruffino, & his tranſlatoribus ſomnolentia imputetur, oſcitantia autem eorum, qui res geſtas & ueterum facta pręſcribenda ſuſceperũt, in primis odioſa, & tamen non rara eſſe conſueuit. Nos etiam ne tantum aliena largiremur, ſtudio/ſis de propria quoqꝫ uelut officina prompſimus, quædam emblemata tan/quam imagines & ſigilla, quibus quaſi parergis aliena tabula exornaretur, quæ tamen ipſa non ingrata lectoribus futura confido, quod nõ modo uo/luptatem, ſed etiam hiſtoriæ quandã lucem allatura eſſe uideãtur. Hanc opellam ęſtiualium dierum, longarum cum ſuo tempore tum morbo meo, tibi dicamus Iuſte Iona, qui non ſolum ueriſs. iudicium facere poſsis de to/ta re ipſa

ta re ipſa,ſed à quo etiam minimum mihi periculi metuendum,ac potius ex A
pectanda omnis honeſtatio ſit,propter ueterem,multisq́ꝫ euidentiſs. ſigni/
ficationibus declaratam beneuolentiã,amoremq́ꝫ tuum. Quam enim ſpem
cognoui aliorum ſermonibus præbuiſſe de ſe adoleſcentiã tuam, cuiuſdam
ſingularis præſtantiæ bonarum artium : eam ita uideo te ſuperaſſe, ut per/
quam timidam illam fuiſſe, quæ fuerit maxima, manifeſtum fiat doctrina
atq́ꝫ eruditione tua. Qua de re æſtimare menſuram laudum tuarum diffici/
le eſt, cum quò ſpes ipſa progredi non fuerit auſa in ſumma elatione ſui, eò
tu non ſolum nitendo perueneris, ſed ulterius quoq́ꝫ proceſſeris. Itaq́ꝫ com
perio te non ſolum iſtic ubi inter doctiſsimos uiros dignitate & honoribus
celebraris, ſed ubiq́ꝫ apud omnes doctos ac bonos exiſtimationis princi/
pem locum tenere. Quod hoc mihi lætius,iucundiusq́ꝫ accidit,quo uetuſtio
rem,maioremq́ꝫ eſſe amorem erga me tuum memini. Nam & me penè ad
huc puerum cupidiſs.es complexus,& fauiſti inſtituto à me curſui,& habui
ſti nos in numero familiarium tuorum. Cuius noſtræ coniunctionis amiſi/
mus grauiſs. teſtem Vorbemiũ noſtrum, qui alter illius oppidi ciuis fide &
ſtudio erga me ſuo ſempiterno nomine obligauit me patriæ ſuæ. Sed excel/
lentia tua cum nota ſit omnibus,amicitia autem noſtra non nemini,me præ
dicare præſertim apud te non fuerit opus, hactenus tamẽ quaſi delibare in
quadam publici iuris priuata epiſtola uiſum eſt. Nam & laudum tuarum B
mentionem facere,ſplendor amplitudoq́ꝫ tua,& neceſsitudinis memoriam
teſtari officiũ me hortatũ eſt. Hanc aũt animi ſtudiiq́ꝫ erga te mei declarati/
onem nõ ingratam futurã, occaſionem etiam ipſam nõnihil uoluptatis tibi
allaturam eſſe credidi,non quòd Græcis noſtra antepoſiturus,ſed quod ha
rum rerum narrationes propagari gauiſurus eſſes. Nos,niſi fallor,non nul
la gnauitate,fide quidem certe ſumma hoc opus pertexuimus,ac ſicubi for/
te,uel ſuſpicati ſumus mendũ ſubeſſe,uel deprehendimus,non placuit diſsi/
mulare noſtram quaſi dedolationẽ, niſi in ita euidentibus,ut eſſet ne pueris
quidẽ notare difficile. Quare accipies à nobis hoc honori, nominiq́ꝫ tuo de
dicatũ opus, innata perſpectaq́ꝫ mihi humanitate tua, & me ſicut facis dili/
gere,tueriq́ꝫ non ceſſabis, Vale,ex Norico,Idib. Sextilib.

Εἰς Θεοδωρήτου ἱστορίαν, Ἰωαχείμου.

Πολλὰ τύπων τῶν χαλκείων ἔστ' ἀγλαὰ ἔργα
Ἐν δὲ καὶ οὐ μεγάλης ἔξοχα ταῦτα βίβλου
Ἥ γ' ὀχυρᾶς ἰσχὺς σ' ἡμῖν διασώζουσι κύροιο
Πράγματα, καὶ θείου ἔθνεος ἱστορίαν.
Εἴθ' ἂν τοιάδε πλεῖστ' ἔχομεν, τὰ δὲ νῦν τις ἀκρύρας
Λοιπὰ γ' ἂν ὡς αὐτοῖς ἄξια θῆκ' ὀλίγης.

IN HISTO/

Qualia ſint quem nunc damus aſpice ſcripta libelli,
Et ſit iudicium qui legis iſta tuum.
Non qua noſtra tenus Latio donauit opella,
Sed qua res ueterum, factaq; priſca refert.
Hæc melius fieri cenſes potuiſſe, putasq;
Non eſſe ingenij laude polita ſatis.
Sic ſunt ut cernis, ſed qualicunq; reponas
Non nullo hæc poteris ponere ſcripta loco.
Non ſolum quoniam ueteres, geſtasq; loquuntur
Res ignoratæ turpiter hiſtoriæ,
Qua nil parte poteſt ſperni, ſed & his quia pauca
Ante quis, inuenias, quæ meliora ferat.
Optima quæ non ſunt ſæpe optima reddit egeſtas,
Fiunt cumq; alijs non bona, ſola bona.

CAPITA NARRATIONIS EARVM
RERVM QVAE HIS LIBRIS CONTINENTVR

IN PRIMO EXPONITVR

Hiſtoriæ occaſio. Cap. 1
Exordium ſectæ Arabianæ. 2
Enumeratio præcipuorum Epiſcoporum. 3
Alexandri Epiſcopi Alexandrinæ eccleſiæ, Epiſtola ad Alexandrũ Conſtantinopolitanum Epiſcopum. 4
Arij Epiſtola ad Euſebium Nicomedienſem Epiſcopum. 5
Euſebij epiſcopi Nicomediæ Epiſtola ad Paulinum epiſcopum Tyri. 6
Nicæa illa ingens Synodus. 7
Index factionis Arianæ ex ſcriptis Euſtathij & Athanaſii. 8
De Meletio Aegyptio, à quo Melitiani nunc quoq; reſtant, & Synodica Epiſtola de eodem. 9
Epiſtola Imperatoris Conſtantini ad abſentes Epiſcopos de actis conſilij. 10
De frumento donato eccleſiis & alijs uirtutibus Imperatoris. 11
Epiſtola Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi de expoſita fide Nicææ. 12
Redargutio maledicentiæ huius temporis Arianæ ex ſcriptis Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi 13
De interitu Arij ex Epiſtola Athanaſii 14
Epiſtola Conſtantini de ædificijs eccleſiarum. 15
Alia Epiſtola eiuſdem de parandis ſacræ ſcripturæ libris. 16
Alia eiuſdem Epiſtola ad Macarium Epiſcopum Hieroſolymitanum, de ædificatione diuini templi. 17

De matre Conſtantini Helena, & ſtudio in extruendo templo illius. 18
Tranſitus illegitimus Euſebij Nicomedenſis. 19
Epiſtola Conſtantini contra Euſebium & Theogonium ad Nicomedenſes. 20
De fraudulentis aduerſus ſanctum Euſtathium Antiochenum epiſcopum conſilijs factionis Euſebianæ. 21
De hæreticis ſucceſſoribus Antiochiæ ſancti Euſtathij. 22
Fides Indorum. 23
Deductio ad pietatem Iberorum. 24
Epiſtola Imperatoris Conſtantini ad Saporem Regem Perſarum. 25
Inſidiæ ſtructæ ſancto Athanaſio. 26
Epiſtola Imperatoris Conſtantini ad Alexandrinos. 27
Alia aduerſus Athanaſium epiſcopum. 28
Epiſtola Imperatoris Conſtantini ad Synodum. 29
De Synodo Tyria. 30
Templi Hieroſolymitani dedicatio, & exilium ſancti Athanaſii. 31
De teſtamento beati Imperatoris Conſtantini. 32
Imperatoris defenſio. 33
Mors Imperatoris. 34

IN LIBRO II

Reuerſio ſancti Athanaſii. Cap. 1
Epiſtola Conſtantini Imperatoris Conſtantini F. ad Alexandrinos. 2
Peruerſio Imperatoris Conſtantij, de recta fide. 3
Secundum exilium beati Athanaſii, & de Gregorij ſubſtitutione ac morte. 4
De Paulo Conſtantinopolitano epiſcopo. 5
De Macedonio, & ſecta illius. 6
Synodus Sardicena. 7
Libellus Synodicus à congregatione illa Epiſcopali miſſus ad alios orbis terrarum Epiſcopos. 8
De Euphrata & Vincentio Epiſcopis, & illis Antiochiæ paratis inſidijs. 9
Abdicatio Stephani. 10
Epiſtola Conſtantij ad Athanaſium. 11
Secundus reditus ſancti Athanaſii. 12
De tertio illius exilio ac fuga. 13
De Georgio, & Alexandriæ perpetratis malis. 14
Synodus Mediolanenſis. 15
Colloquium Liberij Rom. Epiſcopi, & Imperatoris Conſtantij. 16
De exilio & reuocatione ſancti Liberij. 17
Synodus Ariminenſis 18
Epiſtola Synodica de actis ad Imperatorem Conſtantium. 19
Alia Epiſtola ad Conſtantium. 20
De Synodo celebrata Nicææ in Thracia, & expoſitio fidei illius. 21
Tomus Synodicus à Damaſo Romano, & occidentalibus Epiſcopis miſſus ad Epiſcopos Illyricos de Ariminenſi Synodo. 22
Athanaſii ſcriptum de eadem Synodo. 23
De fraudulētia Leontij Epiſc. Antiocheni, & libertate Flauiani, ac Diodori 24
De nouatione Eudoxij Epiſcopi Germanicenſis, & Baſilij Ancyrani, ac Euſtathij Sebaſtiani ſtudio aduerſus illum. 25
De Altera Synodo indicta Nicææ 26

De Synodo

De Synodo coacta Seleuciæ in Iſauria, & quæ contigerint Conſtantinopoli orthodoxis. 27
Synodica Epiſtola aduerſus Aetium. 28
Qua de cauſa Eunomiani receſſerint ab Arianis. 29
De obſidio urbis Niſibis, & Apoſtolica adminiſtratione Iacobi Epiſcopi. 30
Synodus Antiochena, & quæ acciderint ibidem ſancto Meletio. 31
De Euſebio Epiſcopo Samoſatenſi. 32

IN LIBRO III

Imperium Iuliani. Cap. 1
Iulianum à puero educatum in uera pietate ad impietatem appulſum fuiſſe. 2
Quomodo primum occultam impietatem mox detexerit. 3
Reuerſio Epiſcoporum. 4
Ordinatio Paulini. 5
Iulianum non manſuetudine, ſed inuidia temperaſſe à manifeſta cæde piorũ 6
Quantum obtenta poteſtate ab illo auſi in pios fuerint Græci. 7
Leges latæ aduerſus Chriſtianos. 8
De exilio ſancti Athanaſii & fuga. 9
De Apolline Daphneo, & ſancto Babyla. 10
De Theodoro confeſſore. 11
De publicatione ſacrorum, & frumenti ademptione. 12
De Iuliano auunculo Imperatoris, & alijs impijs. 13
De filio ſacerdotis. 14
De Iuuentio & Maximo Romanis. 15
De Valentiniano qui poſtea Imperium geſsit. 16
De alijs confeſſoribus. 17
De Artemio duce. 18
Publiæ Diaconiſſæ chori, & libertas digna Deo. 19
Iudæorum inſtituta ædificatio, & diuinitus illis inflictæ plagæ. 20
Expeditio in Perſas. 21
De libertate magiſtratus Berrœenſis. 22
Prædictio pædagogi. 23
Libertas ſancti Iuliani monachi. 24
Cædes Imperatoris Iuliani in Perſia. 25
Deprehenſa Magia poſt mortem illius Carris. 26
Inuenta capita in Regia Antiochena. 27
Publica feſtiuitas Antiochenorum. 28

IN LIBRO IIII

Imperium Iouiani & pietas. Cap. 1
Reuerſio ſancti Athanaſii. 2
Epiſtola Synodica Athanaſii ad Imperatorem Iouianum. 3
Reſtitutio frumenti eccleſiaſtici. 4
Mors imperatoris. 5
Imperium Valentiniani, & communicatio illius cum fratre Valente. 6
Ordinatio Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis. 7
Epiſtola Valentiniani & Valentis de Coeſſentialitate ad Aſianos. 8
Libellus Synodicus de fide Concilij Illyrici. 9
De Audianorum hæreſi. 10
Hæreſis Meſſaliana. 11

Declinatio ad hæreſim Valentis. 12
Exilia uirtute clarorum Epiſcoporum autore Valente. 13
De Euſebio Epiſc. Samoſatẽſi, & Antiocho presbytero, & diacono Euolcio. 14
De pijſsimo feruore Samoſatenſium. 15
De S. Barſa Epiſcopo Edeſſeno, cumq; eo pulſis clericis 16
De perſecutione Edeſſena. 17
De Eulogio & Protogene presbyteris Edeſſenis. 18
De S. Baſilio Epiſcopo Cæſarienſi, & molitione erga ipſum Valentis & præfecti Modeſti. 19
Mors S. Athanaſii, & ordinatio Petri. 20
Expulſio Petri, & inductio Lucij Ariani. 21
Expoſitio geſtorum Lucij Alexandriæ de Epiſtola Petri. 22
De Mabia duce Sarracenica & ordinatione Moſis monachi. 23
De ijs quæ audaciſs. geſta ſunt Conſtantinopoli. 24
Quomodo Flauianus & Diodorus orthodoxorum eccleſiam collegerint Antiochiæ 25
De ſancto Aphraate monacho. 26
De ſancto Antonio magno. 27
De alijs illius temporis illuſtribus monachis. 28
De Didymo Alexandrino, & Ephraim Syro. 29
Epiſcopi hoc tempore illuſtres in Ponto & Aſia. 30
Quid de bello Valens ſcripſerit magno Valent. & reſponſio de fide illius. 31
Pietas Terentij Comitis. 32
Libertas Traiani Legati. 33
De Iſacio monacho Conſtantinopolitano. 34
De Britannionis Scythici Epiſcopi libertate. 35
Expeditio Valentis in Gothos, & perſoluta pœna impietatis. 36
Vnde error Arianus ad Gothos peruenerit. 37

IN LIB. V

Pietas Imperatoris Gratiani. Cap. 1
Reuerſio Epiſcoporum. 2
Contentio Paulini & nouatio Apollinaris Laodicẽſis, Meletijq; philoſophia, & diuinum ſtudium. 3
De Euſebio Epiſcopo Samoſatenſi. 4
De Theodoſii legati uirtute 5
De imperio illius & uiſis per ſomnum. 6
Quinam principes fuerint nobiles factionis Arianæ 7
Synodus Conſtantinopolitana 8
Liber Synodicus Conſtantinopolitanorum 9
Liber Synodicus Damaſi Romani Epiſcopi, contra Apollinarem & Timotheum 10
Alius contra diuerſas ſectas. 11
Mors Gratiani & tyrannis Maximi. 12
De Iuſtina matre Valentiniani, & inſidijs ſtructis Ambroſio. 13
Quæ ſignificarit Maximus tyrannus Valentiniano iuniori. 14
De ſcriptis Theodoſii Imperatoris ſuper eadem re. 15
De Amphilochio Epiſcopo Iconij 16
De cæde Theſſalonicenſi. 17

Libertas Ambroſii, & pietas imperatoris. 18
De Placilla Auguſta. 19
Seditio Antiochena. 20
De ſubuerſione fanorum ſimulachralium in toto orbe terrarum. 21
De Theophilo Alexandrino Epiſcopo, & in deſtructione fani quid acciderit. 22
De Flauiano Epiſcopo Antiocheno & diſſenſione occidentalium propter Paulinum. 23
Tyrannis Eugenij & uictoria Theodoſii in fide. 24
Mors Theodoſii Imperatoris. 25
De Honorio Imperatore, & Telemacho monacho. 26
De Arcadio Imperatore, & ordinatione Ioannis Chryſoſtomi. 27
De libertate digna Deo huius Epiſcopi. 28
Quæ fana in Phœnicia deſtruxerit. 29
De eccleſia Gothorum. 30
Quomodo Scythis proſpexerit: & Marcioniſtas fuerit inſectatus. 31
De poſtulatis Gainæ, & contradictione Ioannis 32
Legatio Ioannis ad Gainam. 33
De motibus Ioannis cauſſa concitatis. 34
De Theophilo Epiſcopo Alexandrino. 35
De pœnitentia inimicorum Ioannis & reliquijs ipſius relatis Conſtantinopolim. 36
Fides Theodoſii poſterioris, & ſororum ipſius. 37
De Theodoto Epiſcopo Antiocheno. 38
De perſecutione & confeſſione Chriſtianorum in Perſide. 39
De Theodoro Epiſcopo Mopſueſtiæ. 40

FINIS

ECCLESIASTICAE

HISTORIÆ THEODORITI EPISCOPI CYRENSIS Ioachimo Camerario interprete,

LIBER PRIMVS

PICTORES cum ueteres hiſtorias, in tabulis & parietibus exprimunt, ſimul oculis hominum delectationem, ſimul memoriæ rerũ geſtarũ uigorem diuturnitatemq́ conciliant. Scriptores autẽ non in tabulis ſed libris, neq́ coloribus ſed floſculis orationis illa complexi, eo firmiorem & perſeuerantiorem memoriam rerum geſtarum præſtant, quo minus ipſorum opera quàm pictorum iniuriæ temporis obnoxia reperiuntur. Hac de cauſa & ego quæ adhuc deeſſent hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, perſequenda ſuſcepi, cum indignum ducerem, clariſs. rerum quæ expoſitionis ſingularem utilitatem haberent, decus obliuione ſpoliarũ eſſe pati, cumq́ ob hoc ipſum ad hunc laborem ſubeundum ſæpe multumq́ me amici hortarentur. Ego uero cum uiribus meis opus hoc æſtimo, ſanè admodum uereor in manus ipſum ſumere: fretus tamen illo ambitioſo largitore etiam bonorũ, iam nõ dubito aggredi maiora quàm ſuſtinere poſſe uidear. Ac Euſebius quidem Palæſtinus, hiſtoriam à ſanctis Apoſtolis orſus, compoſuit earum rerum narrationem quæ accidiſſent ab illo tempore, uſq́ ad religioſum regnum Conſtantini: at ego finem hiſtoriæ Euſebianę noſtrę principium ſum facturus. B

Cap. I

SVblatis ſcelere & impietate refertis tyrannis, Maxentio Maximo & Licinio, eccleſiæ perturbatio ſedata fuit, excitata ab illis furĳs, quaſi procellis tempeſtatum, tum conſecuta eſt tranquillitas ſtabilis, uentorũ repreſſo turbine. Quam quidem confecit laudatiſsimus rex Conſtantinus, uocatus ad imperium non per homines, ſed planè ut Apoſtolus, diuinitus. Leges enim tulit, quibus ſimulachrorum cultus tolleretur, inſtaurationes uero eccleſiarum iuberentur: inſuper fide ornatos præſides in prouincias miſit, quibus ſacerdotum honorem commendans, interitum interminatus eſt horum inſectatoribus. Illis igitur temporibus non ſolum ſubuerſæ eccleſiæ reſtituebantur, ſed nouæ etiam ampliores excitabantur, noſtraq́ pars inter hæc gaudio & lætitia exultabat, aduerſa autem humilitate & triſtitia dĳciebatur. Nam ſimulachrorum fanis clauſis & ſilentibus, in eccleſiis omnia feſtis conuentibus celebria erãt. Sed ſpiritus ille improbitatis uniuerſæ & inuidiæ, humani generis furioſus perſecutor, uiſam in hoc ſecundo curſu eccleſiam ferri pati non potuit, omniaq́ mouit artium & malitiæ ſuę conſilia, annitens ut demergere poſſet eccleſiam, cuius clauum teneret creator & dominus huius

A nus huius uniuerſi. Intelligebat autem Græcos errores detectos & deprehenſas eſſe uarias fraudes dæmonum, maximamq́ hominum partem ab adoratione creaturarum, ad laudem creatoris deuenire, ideoq́ non magis manifeſtum aduerſus Deum ſaluatorem noſtrum ſuſcipiebat bellum, ſed peculiari ſua fraude adoriri parabat, inuentis adminiſtris, Chriſtiani quidem nominis quibuſdam, ſed ambitionis & uanæ gloriæ ſeruis. Quorum uſus opera, non paucos in priſtinos errores retrahebat, non quidem ut rurſus adoratio creaturarum induceretur, ſed creator potius cum his ut participaretur: quorum initia, & ſemina zizaniæ nunc deinceps explicabimus. Alexandria urbs eſt maxima & multitudine hominum abundans, caput non modo Aegypti, ſed etiam Thebaicæ & Libycæ regionis. In hac eccleſiæ habenas, poſt Petrum illum uictoriæ compotem, qui teſtimonij corona redimitus fuit ſub impijs illis tyrannis, non longo tempore Achillas rexit. Cui ſucceſsit Alexander, præclarus ille Euangelicæ doctrinæ propugnator.

Cap. II

His temporibus Arius qui eſſet in cœtu ordineq́ presbyterorum, haberetq́ autoritatem interpretandi diuinas ſcripturas, cum uideret gubernaculum ſacerdotij commiſſum eſſe Alexandro, impatiens inuidiæ qua exagitabatur, ſtimulorum, quærere cœpit diſcordiæ & pugnarum occaſiones. B Et quamuis omnium calumniarum telam perrumperet uiri dignitas & laudabilis adminiſtratio, tamen quieſcere eum inuidia non ſinebat. Hunc igitur nactus hoſtis ueritatis eccleſiæ undas per ipſum mouit & concitauit, impulitq́ ut palàm Apoſtolicæ Alexādri doctrinæ refragari auderet. Ipſe quidem Alexander ſecutus diuinas ſcripturæ uoces aſſerebat eiuſdem eſſe dignitatis filium cum patre, habereq́ eandem cum genitore ſuo eſſentiam: at Arius contra ueritatem pugnans, creationem & factū opus appellabat, addens illa, Erat aliquando cum non eſſet, quæ melius ex ipſius ſcriptis poterunt cognoſci. Hæc non modo in Eccleſiis aſsidue docebat, ſed etiam in externis cœtibus ac conuentibus & domatim diſſerens, ſublegebat quotquot ualebat. Alexander autem patronus Apoſtolicæ doctrinæ, primum eum monendo inſtruendoq́ conabatur à propoſito abducere, uerum ubi uidit furere, & uulgo præconia facere impietatis, ordine eū ſacerdotali mouit. Audierat enim diuinā legem clamantem: Si tibi oculus tuus dexter offendiculo fuerit, erue illum & abijce abs te.

Cap. III

Gubernabat tum eccleſiam Romanam Silueſter qui Miltiadæ ſucceſſerat. Huic principalis ſacerdotij honores poſt Marcellinū in perſecutione præſtantiſsimum collati fuerant. Antiochiæ aūt Tyranno defuncto, paceq́ parta eccleſiarum, Vitalius ſurrogatus, extruxit in antiqua urbe dirutam à tyrannis eccleſiam, quem excipiens Philogonius, feruore pro pietate ſuo Licinij temporibus declarato, quod deerat ædificationi comple-

uit. Sed Hieroſolymarũ eccleſia cõmiſſa fuerat poſt Hermonnã Macario, A
uiro digno beatitudine nominis ſui,& multiplicibus bonis ornato: quibus
ipſis temporibus Alexander Cõſtantinopoli ad ſacerdotij functionẽ pro/
uectus Apoſtolicis donis nitebat. Tunc igit̃ Alexander epiſcopus Alexan/
drinæ eccleſiæ, cernens Arium præſidendi cupiditate furere & captos male
dicentiæ illius impietate, cõuocare, priuatimq́ habere conciones, indicauit
præſidibus eccleſiarũ huius per literas blaſphemias. Ego etiã inſeram huic
loco epiſtolam quã miſit cognomini ſuo, qua dilucide omnia quæ ab Ario
mouerent̃, expoſita ſunt, Ne quis ſuſpicetur in his narrationibus à me quic/
quam confictũ eſſe. Addam poſt hanc & Arij epiſtolam, & deinde aliorũ
quoq́ quas hiſtoriæ ſeries requiret, cum ut teſtimoniũ dicant ueritati expo
ſitionis, tum ut planius illæ res explicentur. Cap. IIII

Epiſtola miſſa ab epiſcopo Alexandrino ad ſuum cognominem.

REVERENDIS. FRATRI CONCORDIQVE ALEXAN
dro Alexander in domino ſalutem.

IMproborum cupida potentiæ & opum uoluntas ſemper inſidiari con/
ſueuit propinquis adminiſtrationibus, ſi quæ potiores uidentur, neque
unus eſt aut ſimplex horum prætextus oppugnãdæ Eccleſiaſticæ pietatis.
Agitati enim furore diabolicæ efficaciæ, inq́ obuiã uoluptatem ruentes, re B
ſilientes ab omni pietate, cõculcant diuini iudicij metũ: de quibus ego malè
affectus neceſſe habui ſignificare pietati ueſtræ, ut huiuſmodi cauere poſ/
ſitis, ne quis audeat ueſtras quoq́ adminiſtrationes tentare, ſiue ipſe, (eſt
enim hominum ueneficum & fraudulentæ ſimulationis genus) aut per li/
teras ſpecioſe compoſitas: quibus abſtrahi à ſimplici & ſyncera fide obſer/
uatores illius poſsint. Arius igitur & Achilles cum nuper coniuraſſent Co
luthi ambitionem æmulati longè etiam ſuperarunt. Ille enim hos ipſos ac/
cuſans ſuæ improbæ uoluntati habuit quod prætenderet: hi uero Chri/
ſtiana in eo nundinatione animaduerſa, obſtinatione ſumma Eccleſiaſti/
co ſe iugo ſubduxerunt, ſibiq́ latronum ſpecubus comparatis, continue in
ipſis congregantur, Noctuq́ & die ibidem in detrectandi cum Chriſto tũ
nobis ſtudio exercentur. Qui totam Apoſtolicam pietatis aſſertionem cul/
pantes, Iudaico inſtituto officinam aperuere Chriſtiani belli, negantes di/
uinitatem Saluatoris noſtri, facientesq́ illum clamoribus ſuis ſimilem alio/
rum uulgo. Et colligentes omnem ſalutaris illius diſpenſationis, abiectio/
nis cauſa noſtra, mentionem, hinc conſtituere conantur præconium impie/
tatis ſuæ, auerſa oratione ab illius in principio diuinitate & paterna gloria
infinita. Itaq́ confirmantes impiam Græcorum Iudæorumq́ de Chriſto
opinionem, in primis uenantur laudem illorum: inſtruentes ea quæ riſu in
uobis ipſi proſequuntur, & quotidianis ſeditionibus ac motibus noſtrum

ſtatum

A ſtatum perturbantes. Iidem & lites intendunt nobis, interpellatione mulierctularum inhoneſtarũ quas circũuenere, & Chriſtianiſmo obtrectãt diſcurſionibus ſuarum iuuencularum, quæ omnes regiones urbis inuoluunt infamibus deceptionibus ſuis. Inſuper & irruptam Chriſti tunicam, quam ſcindere non fuit carnificibus conſilium, auſi ipſi ſunt diſcerpere. Quocirca nos pro uitæ & ſcelerati conatus illorum merito, quamuis ſeriuſcule, quod ignorationi noſtræ tribuendum, cõmunibus ſuffragijs remouimus eos ab eccleſiæ eius quæ Chriſti adorat diuinitatẽ conſortio. At ipſi hoſtilibus circumcurſationibus ſtudentes declinarunt ad ſocios ſententiæ functioniſq; noſtræ, cõſilij quidem pacis, & cõcordiæ ſpecie ſimulata: re uero ipſa hoc agentes, ut afficiant contagio morbi ſui affabili ſermone aliquos, & expreſsis literis blandiuſculis illorũ eos quos iam ſeduxere confirment, ne pœnitentia peccatorum ſuorum, obtriti impietate, ducantur, quaſi ſuffragantes conſentienteſq; habeant epiſcopos. Minime aũt fatentur actionum ſuarum & doctrinæ peruerſitatem, quæ cauſa fuit cur eos à nobis remoueremus: ſed uel ſilentio illa tegunt, uel etiam fraudulenter figmentis orationũ adumbrant: ita fit ut perſuaſibilibus & à ſcurrilitate non alienis ſermonibus, inuoluentes peſtilentem doctrinam, auferant expoſitum quemq; ſeductioni, neq; deſinant apud omnes calumnias ſtruere pietati noſtræ. Vnde fit ut nõnulli ſub

B ſcribentes literis ipſorum in eccleſiam tamen recipiantur. Quod ipſum, ut opinor, factum, collegarum noſtrorum magnopere reprehenſioni obnoxium eſt: cum enim hoc non permittit apoſtolica regula, tum diabolica efficacia illorum erga Chriſtum hoc ipſo facto exardeſcit. Quapropter nihil contatus ego ò amici, erexi me ad indicium infidelitatis iſtorum, qui dicunt, fuiſſe cum non eſſet filius dei, factumq; poſterius, qui prius non fuiſſet, ita quidem factũ, quandocunq; factus ſit, ut omnibus fieri conceſſum ſit hominibus. Cuncta enim aiunt deũ feciſſe ex nihilo, cõprehendentes in omniũ rationaliũ creatione etiã filium dei. His conſentaneũ eſt quod addunt, Natura eſſe mutabili, capacemq; uirtutis ac uitij. Et illa poſita creatione omniũ ex nihilo, ſacras ſcripturas euertunt, quibus ſempiternitas ipſius declaratur, quibuſq; cõprobatur, immutabilitas Verbi, itemq; diuinitas ſapientiæ Verbi, quæ ipſa Chriſtus ſunt. Conceditur ergo, inquiũt furiæ iſtæ, & nobis filios dei fieri, perinde atq; ille. Scriptum eſt enim filios progenui & amplitudine extuli. Cum aũt opponitur eis quod mox dicitur: Ipſi uero me reprobauerunt, quod certe naturale non eſt ſaluatoris natura immutabilis: tum uero omni deſerta pietate, reſpondent, cum præſcientia ſua & præuiſione cognouiſſet de ipſo deus, non reprobaturum ſe, ideo ex omnibus unum elegiſſe. Non enim natura filium, neq; aliquam eius præ cæteris filijs prærogatiuam fuiſſe. Nam natura negant illum eſſe dei filiũ, aut aliqua cum eo proprietate coniunctum. Hunc aũt qui & ipſe eſſet natura mutabilis, cum uitæ & morum

Epiphanius legit ἐκχεῖν non ἐκκαίειν

καὶ σοφίας Epiphanius

ἐκ πάντων

& morum moderatione ac cultu ad deteriora nequaquam conuerteretur, A
elegiſſe Deum, ut ſi eodem contendiſſet Paulus aut Petrus, nullum futurũ inter horũ filietatem fuiſſet diſcrimen. In ſcripturas etiam bacchãtur, ut ue/ſanam ſententiã iſtam probent, afferentes quod in Pſalmis de Chriſto di/citur, ad hunc modum: Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. QVOD autem filius Dei neq; ex nihilo genitus ſit, neq; fuerit unquam cum ille non eſſet, ſatis inſtruere nos Ioannes Euangeliſta poterit, ita ſcribens de illo. Vnigeni tus filius qui eſt in ſinu patris. Volens enim prudenter docere Diuinus ma giſter, res duas inſeparabiles inter ſeſe: nempe patrem, & filium, ſic eſt elo/quutus ut diceret ipſum in ſinu eſſe patris. Præterea nõ numerari inter crea/ta de nihilo Verbum Dei, ex eo oſtenditur quod idem Ioannes ait, omnia per ipſum facta eſſe. Nam peculiarem propriamq; ipſius ſubſtantiã decla/rauit, cum dixit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud deum, & Deus erat Verbum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt ni/hil. ſi enim per ipſum facta ſunt omnia: quomodo is qui factis, ut eſſent, lar/gitus eſt, ipſe aliquando non fuit? Non enim quod alia fecerit, eiuſdem eſſe cum illis naturæ, ullius ratio definit. Si quidem & ipſum uerbũ fuit in prin/cipio, & omnia per ipſum facta ſunt. Contrarium enim eſſe, QVOD EST, uidetur, ijs quæ ex nihilo facta ſint, & ualde diſtare. Illud enim oſtendit nul B
lum inter patrem ac filium eſſe interuallum: neq; quod animus cogitatione ſua imaginari poſsit. Hoc uero de nihilo conditum mundum, iuniorem ha bet & recentem ſubſtantiæ genituram, quam eſſentietatem omnia accepe/rint à patre per filium. Defixis igitur oculis in Dei Verbi profundum illud ERAT, & excedens omnem genitorum conſideratione͂, attentione ſumma Ioannes, noluit eius creationem generationemue nominare: ne eorundem quidem elementorum complexione in uoce facientis & factorum uti auſus: non quòd Verbum ingenitum eſſet: ſolus enim ingenitus pater: ſed quia longè ultra captum refugeret non Euangeliſtarum, ſed fortaſſe etiam ange lorum, unigeniti Dei ineffabilis ſubſtantia: non ratus, ut exiſtimo, ponen/dos inter ſtudioſos pietatis eos qui auderent huc uſq; interrogãdo progre di, propter ſubiectionem huius dicti: altiora te ne quære, & ſublimiora ne expendas. Nam ſi aliorum multorum quæ ſine dubio imperfectiora ſunt cognitio, hominum cõprehenſioni nõ patet: quale eſt apud Paulum: Quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis nõ aſcendere, quæ præparauit deus diligẽtibus ſe. Sed & ſidera negat deus Abrahã poſſe nu merare: itemq; arenã maris & guttas imbris, quis inquit, numerauerit. Hæc igitur cum ita ſint, quæ curioſitas fuerit exquirere ſubſtantiã Verbi dei, ulli/us mortaliũ: niſi alicuius forte atra bile perciti. De qua dicit ſpiritus prophe/ticus: generatione͂ eius quis enarrabit? Qua & ipſe ſaluator noſter omniũ
bonorum

A bonorum in hoc mundo columnarum animos exonerare ſtuduit. Quibus uniuerſis dicitur ſecundum naturam comprehenſionem illius nõ eſſe,ſoliq; patri reſeruatam huius diuiniſsimi arcaniſcientiam. Nemo enim nouit,quis ſit filius,ait,niſi pater, Et patrem nemo nouit,niſi filius. De quo & patrem arbitror dicere, Arcanum meum mihi & meis. Eſſe autem inſanũ de nihilo ſentire factum filium,temporali cum proceſſu,ipſum à ſe DE NIHILO demonſtrat:etſi ne intelligunt quidem uocis ſuæ dementes iſti uæſaniã. Aut enim tẽporali dominio includi oportet,id quod dicitur, NON ERAT ſeu DE NIHILO, aut ſeculorũ aliquo interuallo. Si igitᷣ uerũ eſt hoc OMNIA per ipſum facta ſunt, Nimirum omnia ſecula,tempus, interualla & illud aliquando,in quibus reperitᷣ quod aiunt NON ERAT, per ipſum facta ſunt. Quam autem fidei rationem habet dicere aliquando non fuiſſe factorem temporum, ſeculorum, momentorũ, cum quibus certe illud NON ERAT confuſum eſt. Non enim incomprehenſibile tantum, ſed etiam ſtultiſsimũ cogitatu,autorem alicuius rei,eius ipſius generationis poſteriorem perhibere. Nam ſecundum ipſos præcedit uniuerſitatis huius opificem ſapientiam dei illud interuallum, quo nondum genitum fuiſſe filium à patre aſſerunt, mentiente ſecundum ipſos & ſcriptura quæ pronuntiat illum primogenitũ uniuerſæ creationis. Congruentia cum his proclamat & uocaliſs. Paulus de

B illo ſic inquiens, Quem fecit hæredem omnium,per quem & ſecula creauerat. Sed & in ipſo fundata ſunt omnia in cœlis, & ſuper terrã, uiſibilia & inuiſibilia,ſiue principatus,ſeu poteſtates,ſiue dominatiões,ſeu ſolia. Omnia per ipſum & in ipſo fundata ſunt, & ipſe eſt ante omnia. Cũ igitur ſumma cum impietate hoc DE NIHILO conſtitutũ ſit, ſequitur neceſſario patrem eſſe patrẽ: pater aũt eſt præſente filio,quo ipſo & paternum nomen inuenit: ſemper autem præſente filio ſemper ille eſt perfectusq; pater, in nullo defectu cuiuſquã boni: qui nequaquam temporaliter neq; ex interuallo, nec de nihilo genuit unigenitum filium. Iam nonne eſt dictu nefariũ, aliquo tempore non fuiſſe ſapientiam dei? quæ inquit,ego eram apud illum concinnatrix,ego eram qua delectabatur. Quid hoc? Dicere aliquando potentiam dei,aut Verbum ipſius mutilatum. Non illa quæ filiũ iudicant & patrem figurant,nõ fuiſſe? Nam qui negat eſſe reſplendentiã gloriæ, aufert & primiuam lucem, cuius eſt illa reſplendentia. Item ſi dei imago ſemper non fuit, ne ille quidem cuius imago eſt, Deus ſempiternus. Quin etiã ſi non ſit character ſubſtantiæ Dei,euertitur & ille qui ab hoc omnino figuratᷣ. Vnde licet intelligere,filietatẽ ſaluatoris noſtri nullam penitus habere cum aliorũ filietate cõmunitatem. Quemadmodum enim ineffabilem ſubſtantiã illius incomparabili excellentia præſtare omnibus quibus ipſe uitã conceſſerit, oſtendimus,ita & filietas eius,quæ eſt ſecundum naturam paternæ diuinitatis,nõ dicenda præſtantia antecellit eos, qui per ipſum adoptione filiorum nomen

Apoſtolos ſentit

nomen cõſecuti ſunt. Ipſe enim immutabili natura perfectus,& per omnia opulentus, nulliusq; indigens. Hi uero in utramq; partem mutabiles eius auxiliũ deſiderant. Quò enim progredi ulterius ſapiẽtia dei poſsit? quid'ue amplius capere ipſa ueritas,aut uerbum Deus? Incrementum ne fecerit uita,& uera lux? Quæ ſi fieri nequeũt,quanto magis naturæ repugnat ſapientiam fieri capacem ſtultitiæ? Aut dei potentiam infirmitati implicari? Verbumne euanſcere incogitantia? aut ueræ luci tenebras obuerſari? Cum ex hoc ipſo Apoſtolus dicat: Quæ communitas eſt luci ac tenebris? Quæ'ue conſonantia Chriſto cum Belial? At Salomo fieri non poſſe ait,ut uel cogitatione comprehendatur ueſtigium ſerpentis in petra, quæ eſt iuxta Paulum Chriſtus: Sed creaturæ illius tam homines quàm angeli benedictionem accepere,ut progreſsiones facere poſsint, in uirtutis & legitimorũ mandatorum exercitio,ne peccatis irretiantur. Itaq; & dominus noſter,cum natura ſit filius patris,ab omnibus adoratur. Verum qui ſpiritu ſeruitutem excuſſerint, per uirtutem & progreſsionem adepti ſpiritum adoptionis beneficio naturalis filij,efficiuntur ipſi filij adoptiui. Ipſius autem germanam peculiaremq; & naturalem ac eximiam filietatem, Paulus ita demonſtrauit loquens de deo: Qui quidẽ proprio filio nõ pepercit,ſed pro uobis, nempe non naturalibus filijs,tradidit ipſum.ut enim differentia notaretur inter nõ proprios filios, ipſum proprium appellauit. In Euangelio uero ſic. Hic eſt filius meus dilectus,in quo eſt complacentia mea. In Pſalmis autem ait Dauid: Dominus dixit ad me filius meus es tu, quo uerus filius demonſtratur, cum præterea nullos eſſe ſignificetur. Quid autem illud: Ex utero ante luciferum genui te. An non planè indicat naturalem filietatem paternæ generationis? Quam ille ut naturam peculiarem, non honeſtate cultuq; uitæ ac morum ſit conſecutus: ideoq; & inconcuſſam retinet eam unigenitus filius patris. At rationalium filiorum adoptionem, quæ naturæ non ſit, ſed uitæ honeſtatis & beneficij diuini, ſcriptura mutabilem eſſe agnoſcit. Videntes enim filij dei filias hominũ accepere ſibi uxores, & quæ ſequuntur. Item filios genui & amplitudine extuli,ipſi uero reprobauerũt me,ſcimus per Eſaiam eſſe à deo dictum. Prætermitto multa quæ afferre liceat: importunum enim uidetur pluribus cõmonere concordes doctores. Et uos diuinitus inſtructi eſtis, neq; ignoratis, hanc nuper inimicam Eccleſiaſticæ pietati doctrinam Ebionis eſſe & Artemæ,& æmulationem Antiochenam Pauli Samoſatenſis,qui concilio & iudicio omnium undiq; epiſcoporum ab eccleſia remoti fuerunt. Hanc excipiens Lucianus excluſus à cœtu eccleſiaſtico longiſsimo tempore, fuit trium epiſcoporum. Quorũ impietatis fece exorpta, protulere nũc ſe iſti aſſertores DE NIHILO, ſtolones illorũ Arius & Achilles,quæq; cum his facit improborum turba: & tres in Syria haud ſcio quomodo creati epiſcopi, approbatione ſua igni illi inſpirantes: de quibus reſeruetur

A ſeruetur iudicium arbitrio ueſtro. Atq; hi ſalutaris paſsionis, abiectionisq;
& inanitatis, quæq; illius dicitur paupertas, horum igitur & quæ alia tranſ-
lata in ſe propter nos nomina ſuſcepit, ea memorantes proferunt ad expun
gendam ſupremam, & illam in principio diuinitatem ipſius, traditis obliuio
ni ijs locis, quibus naturalis eius gloria & generoſitas & cum patre manſio
declaratur. Quale eſt hoc: Ego & pater unum ſumus: quod Dominus ait,
non ſeſe patrem perhibens neq; ſubſtantiam duas unam faciens, ſed quòd
ſimilitudinē paternam ſoleat exacte referre filius, expreſſa ex natura ipſius
planiſsime, qui ſit inuariabilis imago patris, & expreſſus è primitiuo chara-
cter. Itaq; et Philippo qui tum aueret patrem cernere, benigne demonſtrat
dominus, cum illi dicenti, Oſtende nobis patrem, reſpondet: qui me uidit,
uidit & patrem, tanquam per ipſum uelut immaculatum & animale ſpecu-
lum diuinæ imaginis pater conſpiceretur, quem in Pſalmis ſimilem ſanctiſ-
ſimi aiunt: In lumine tuo uidebimus lumen. Proinde qui patrem ueneratur,
idem ueneratur & filium. Recte quidem, quicquid enim impie in filium dici
tur, illud refertur ad patrem. Eſtne autem admirandum, quod deinceps
ſcribam, amici: erga me & pietatis ſtudioſum populum calumnias eos ſtru-
xiſſe? An illi uereantur ſermonibus ſuis in nos debacchari, qui ſtant inſtru-
cti in acie aduerſum filium dei: qui etiam nullorum ueterum cōparationem
B ſecum fieri, aut ſe magiſtris noſtris, quibus à pueris uſi ſumus æquari patiun
tur. Neq; ulli coniuncto nobis ſocietate functionis modulum ſapientiæ cō μέτρον σοφίας
cedunt, ipſi ſoli ſapientia non quæſita præditi, quiq; glorientur inuentione
dogmatum, & reuelatione earum rerum quæ res nemini omnium quos ſol
uidet, in mentem uenerint. O nefariam ſuperbiam, malitiam immodicam,
ueſania concinnatam gloriæ inanitatem, denique Satanicum ſenſum quo
ipſorum ſceleratæ mentes occalluere. Non affecit illos pudore claritas deilo
qua ſcripturarum, non collegarum conſentiens de Chriſto ſtudium, eorum
procacitatem contra hunc debilitauit, cum ne dæmonia quidem tantum ne
fas ſuſtinere poſſe uideātur, quippe quæ ſibi à maledictis in filium Dei tem
perauerint. Hactenus igitur diſceptare pro uiribus noſtris uiſum eſt cum
ijs qui in parum erudita materia aduerſus Chriſtum uelut in palæſtrico pul
uere ſeſe exercent, & ſtudio ſibi habent calumniari pietatem erga illum ue-
ſtram. Aiunt enim illi ineptarum fabularum inuentores, nos auerſantes
hanc DE NIHILO in Chriſtum impiam & nuſquam perſcriptam blaſ-
phemiam, ingenita duo introducere. Neceſſe enim horum eſſe alterū aiunt
inſipientes iſti, uel ut filium de nihilo extitiſſe ſentiamus, uel duo eſſe ingeni-
ta fateamur. Sed ipſi inertes non uident quantum interſit inter ingenitum
patrem, & quæ ab illo ſunt condita, cum rationales tum irrationales creatu-
ræ, quorum eſt media unigenita natura, per quam hanc uniuerſitatem de
nihilo fecit pater Dei uerbi, quæq; ex ipſo uero patre genita eſt. Sicut & ipſe

alicubi teſtatur dominus, Qui diligit patrem, diligit & filium genitum ex A ipſo, de quibus ea eſt fides noſtra quam probat eccleſia Apoſtolica, In ſolum ingenitũ patrem, qui quod ſit ad nullum ipſe alium autorem referat, immutabilem & inuariabilem, ſemper ad eundem modum, & ſimiliter ſe habentem, neq; incrementi, neq; diminutionis capacem, collatorem legis prophetarum, Euangelij, dominum patriarcharum, Apoſtolorũ et ſanctorum omnium. Et in unum dominum Ieſum Chriſtum filium Dei unigenitum, non genitum de nihilo, ſed de patre qui eſſet. Non ſecundũ corporum ſimilitudines, inciſuris aut diuiſionis defluxibus, ut Sabellio & Valentiniano placet, ſed ineffabili & non dicendo modo: iuxta eum qui dixit, ut ſupra propoſuimus, generationem eius quis enarrabit? Cuius ſubſtantiã nullius genitæ creaturæ curioſitas perueſtigare poſsit: quemadmodum & ipſe eſt inperueſtigabilis pater, quia rationalis natura nulla capere poteſt, diuinæ generationis à patre, ſcientiam. Quæ quidem ex me diſcere non eſt æquum, uiros qui ſpiritu ueritatis aguntur: quibus & inſonat præmemorata de hac re Chriſti uox. quæ docet, nemo ſcit quis ſit pater niſi filius, & nemo ſcit quis ſit filius niſi pater. Hunc immutabilem, inuariabilem ut patrem, indigẽtem nullius, perfectum filium, aſsimilem patri accepimus. Solum hoc inferiorẽ patre, quod ingenitus nõ ſit. Imago enim eſt exactiſs. expreſſa & indeprauabilis patris, & plena eorũ omniũ eſſe imago debet, quibus maior ſimilitudo repræſentetur: ſicut & ipſe dominus docuit, cum ait: Pater maior me eſt. Et ſecũdũ hoc B credimus filium ſemper quoq; exiſtere è patre. Reſplendentia enim eſt, & character paternæ ſubſtantiæ. Non tamen eſt, quod dicimus, ſemper ſic accipiendũ, quaſi ingenitum eſſe dicamus, ut quidam ſenſib. animi excæcatis faciunt. Neq; eñ cũ dicitur: ERAT, neq; SEMPER, neq; ANTE SECULA, idem eſt cum ingenito. Quemadmodum & uos intelligere confido fretus rectitudine uoluntatis omnium ueſtrum, neq; omnino ulla horũ eſt nominum talis ſignificatio, neq; quicq̃ fingere poteſt humana cogitatio quo denotetur ingenitũ. Videntur enim eſſe hæc nomina quaſi temporũ quędã extenſio, ſed quæ nullo modo minuere poſſint dignitatẽ diuinitatis, & uelut antiquitatẽ unigeniti. In contentionibus aũt nominandi illa dicuntur, quæ paulo ante recenſuimus, dum cupiunt ſancti uiri hoc arcanũ demonſtrare, & ueniã in re maxima petentes, & probabili utentes excuſatione. Quod ſi iſti ſupra humanũ modum, uocẽ excellentiorẽ emiſſam per os audire expetunt, aiuntq; ea quæ ex parte cognouerint eſſe iam deſtructa, nimirũ longe abeſt ab hac ſpe, quod dicitur, ERAT, ET SEMPER, ET ANTE SECULA. Quicquid aũt fuerit, idem cum ingenito nõ eſt: qua de re conſeruanda ſua dignitas ingenito patri, qui quod ſit ad nullum referat autorem: filio aũt debitus honor habendus, aſcribendaq; principij expers à patre generatio: & cũ hoc uenerationis proloquio, ſaltẽ pie & ſancte addemus illud, ERAT,

A ET SEMPER, ET ANTE SECVLA: neutiquàm quidem detractantes diuinitatem ipſius, ſed attribuẽtes exactiſſ. ſimilitudinem imaginis & characteris paterni: illud uero ingenitum ſoli patri peculiariter adeſſe decernẽtes. Quemadmodũ & ipſe ait ſaluator, pater meus maior me eſt. Ad hanc pietatis de patre & filio ſententiam, quæ ſcripturis diuinis perdocetur, confitemur & unum ſanctum ſpiritum, qui innouarit & ueteris teſtamẽti ſanctos homines, & eius quod nouum appellatur diuinos doctores: unam & ſolam uniuerſalem eccleſiam, quam non totius mundi oppugnatio poſsit ſubuertere, perpetuo uictricem ſeditioſæ impietatis alienorũ dogmatum. Animoſi enim reddimur uoce Domini noſtri qui clamat: Bono eſtote animo ego uici mundum. Poſt hæc ſcimus futuram reſurrectionem à mortuis, cuius fuit Dominus noſter Ieſus Chriſtus prænuntius: qui cum corpore uero, non opinabili, natus ex uirgine Maria, in cõſummatione ſeculorum peregrinus inter homines ad reprobationem peccati, affixus cruci & mortuus: non tamen ideo diuinitate ſua imminutus, reſurrexit ex mortuis, aſſumptusq́ in cœlum, ſedet ad dexterã maieſtatis. Hæc carptim exaraui in hac epiſtola, accurate ſingula perſequi importunum, ut aiebam, arbitratus, quòd ueſtrum ſacrum ſtudium minime fugiant. Hæc docemus, hęc prędicamus, hęc ſunt Apoſtolica eccleſiæ dogmata, pro his & morimur, & uolentes cogere ut ab

B iuremus contemnimus, etiam ſi tormenta admoueant, nõ auerſantes ſpem & in illis repoſitam: quibus aduerſata Arij & Achillis factio inimica ueritatis, ab eccleſia remoti ſunt, alieni à pietate doctrinæ noſtræ, iuxta beatum Paulum dicentem: Si quis annuntiat aliud uobis, præterquã accepiſtis, eſto anathema, quamuis angelum è cœlo ſeſe eſſe ſimulet. Sed etſi quis alienam doctrinã inſtituit, neq; accedat ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & doctrinæ pietatis, is ſuperbia tumens nihil ſcit, & quæ ſequũtur. Hos igitur anathemate excluſos à fraternitate, nemo ueſtrum ſuſcipiat, neq; admittat quæ illi loquuntur aut ſcribunt. Mentiunt̃ enim uenefici omnia neq; ueritatem unq́ proferunt: circum enim urbes curſitant, neq; aliud agunt q́ aſſentationũ literas tradere & auferre, quibus ſeducant deceptas à ſe paucas mulierculas cumulatas peccatis, & quæ ſequunt̃. Hos ergo tanta aduerſum Chriſtum audacia, qui Chriſtianiſmo partim occulte detrahũt, partim publice in iudicijs infamiam ſtudent imponere: qui à ſe tantam in præſenti pace cõcitarunt nobis turbã, eneruatores ineffabilis arcani generationis Chriſti, uos auerſati dilecti & concordes fratres, ſuffragamini nobis contra furioſam illorũ audaciam, ſimiliter ut alij collegæ noſtri, qui moti rei indignitate, & literas dedere ad me contra illos, & in charta anathematis ſubſcripſere nomina ſua, quę & miſi ad uos per filium meum Appionem diaconum, Ea ſunt Libyæ, Pentapolis, Syriæ, itemq́ Lyciæ, Pamphyliæ, Aſiæ, Cappadociæ, & finitimorum locorum: quos confido cum hæc acceperitis uos imi-

taturos eſſe. Cum autem multa auxilia comparauimus ſaluti eorum qui læſi ſunt: tum hoc remedio plebis deceptionem ſanatū iri confido, ſi perſuaſum illis ſit conſentire totā collegij & functionis noſtræ ſocietatem, quo futurum uidetur, ut cupide reſipiſcant. Salutate uos mutuo, etiā à fraternitate noſtra. Valere uos in domino opto ô amici, & fructum aliquem capere animorum ueſtrorum amantiſsimorum Chriſti. Sunt autem anathemate excluſi hęretici: ex presbyteris Arius, ex diaconis Achilles, Euzoius, Aethales, Lucius, Sarmata, Iulius, Menas, Arius alter, Helladius. Eiuſdem exempli epiſtolam miſit & Philogonio præſuli Antiochenæ eccleſiæ, & Euſtathio cui Berrhœæ commiſſum eſſet regimen, nec non alijs Apoſtolicorū dogmatū patronis. Sed ne Arius quidem potuit quieſcere: ſcripſit enim & ipſe ijs quos ſecum facere ſibi perſuaſerat. Nihil aūt falſi de uinum Alexandrum contra illos ſcripſiſſe, ipſe Arius teſtatur literis miſſis ad Euſebium epiſcopum Nicomediæ: quas & ipſas narrationi inſeram, ut complices quoq; huius impietatis innoteſcant neſcientibus. Cap. V

Arij epiſtola

DOmino ſuauiſsimo, homini Dei, fideli, orthodoxo Euſebio, Arius quem Alexander papa inſectatur iniuſte ob omnia uincentem ueritatem, quam & tu protegis, in domino ſalutem. Cum pater meus Ammonius proficiſceretur Nicomediā, ordine & pro officio uero facturus mihi ſum uiſus, ſi te per illum compellarem, ſimulq; docerem inſitam amoris affectionem tuam qua es erga fratres propter Deum & Chriſtum eius, quātopere nos oppugnet & perſequatur, omnia aduerſum nos mouēs Epiſcopus, ut eijciat urbe homines inſontes: quia non aſſentiamur ei publice docēti. Semper deus, ſemper filius: unà pater, unà filius. Simul eſt ingenito filius cum Deo. ſemper genitus, ingenito genitus: neq; cogitatione nec indiuiduo aliquo prior deus filio. Semper deus, ſemper filius: ex ipſo Deo filius. Et quoniam Euſebius frater tuus Cæſarienſis, & Theodotus & Paulinus & Athanaſius, & Gregorius, Aetius deniq; omnes Orientales aſſerunt priorē eſſe deum filio abſq; principio, anathema ſunt facti: Excepto Philogonio, Hellanico & Macario hominibus hæreticiſq; & ineruditis, quorum dicunt alij filium eſſe eructationem, alij promotionem, alij coingenitū. Cuiuſmodi impietates non poſſumus audire, etiam ſi hæretici infinitas nobis mortes interminentur. Nos uero aſſertionem ſentētiamq; noſtram & profeſsi ſumus & profitemur. Nō eſſe ingenitum filium, neq; ingeniti partem ullo modo. Extitiſſe ex nullo ſubiecto cuiuſquam uoluntatis aut cōſilij, ante tempora & ſecula: quodq; ſit plenius deo, unigenitus, inuariabilis, & anteq; gigneretur, uel cōderetur, uel fundaretur, nō erat. Perſequunt̄ nos quòd dixerimus, initium habet filius, ſed deus initio caret: propter hoc dictū nos perſequunt̄, & quod aſſeruimꝰ eſſe, de nihilo. Hoc aūt ita aſſeruimus, ut negaremus partem eſſe illum dei, uel ex ſubiecto quopiam extitiſſe: propter hæc igitur perſequuntur

Apparet ſcribendū ἀγεννήτῳ, nō ſως σ ἀειγενὴς non ἀγενὴς, itaq; facit Epiphanius

A ſequũtur nos, reliqua tibi ſunt nota. Ex ijs uero quorum in epiſtola nomina extant, Euſebius epiſcopus erat Cæſariæ. Theodotus Laodiciæ, Paulinus Tyri, Anazarbi Athanaſius, Gregorius Beryti, Aetius Lyddæ, ea nunc uocatur Dioſpolis. Hos igitur gloriabatur Arius ſecũ facere. Aduerſarios autem nominabat Philogonium Antiochenum præſulẽ, & Hellanicum Tripolitanum, & Macarium Hieroſolymitanum, quos & calumnijs impetere non ceſſabat, quòd diceret eſſe ſempiternũ filium, & omnia ſecula antecedere, æqualis cum patre honoris, & eſſentię eiuſdem. Sed Euſebius accepta illa epiſtola cœpit & ipſe impietatem ſuam euomere. Tum tales miſit literas ad Paulinum præſulem Tyriorum. Cap. VI

Domino meo Paulino, Euſebius in domino ſalutem. Neq; ſtudium domini mei Euſebij pro ueritate ſilentio mandatum eſt, ſed peruenit etiam ad nos uſque, nec de illa taciturnitas tua. Nos ut par fuit, magno gaudio, à domino noſtro Euſebio, à te dolore affecti ſumus. Metuendum enim tanti uiri taciturnitate uictoriam nobis ereptum iri. Quapropter te, qui non ignoras indignum eſſe bono et intelligente uiro, abſurdam ſententiam tueri, obticereúe ea quæ eſſe uera ſciat, incitata per ſpiritum ratione, obſecro ut de his tandem ſcribere incipias. Hoc & tibi & auditoribus tuis utile eſt futurum, præſertim ſi ſcriptionem conſentaneam ſcripturæ & inſiſtentem ueſtigijs cum ſermonum tum ſententiarum ipſius, inſtituere uolueris.

δεσπότης, hoc loco Dominus eſt, ſeruilior, ut uidetur uox quàm τοῦ κυρίου

B Neque enim eſſe duo ingenita audiuimus, domine, neque unum in duo diuiſum, nec corporeum quicquam paſſum didicimus aut credidimus. Sed unum quidem ingenitum, unum uero ex ipſo uerè, & non ex eſſentia eius factum, penitus expers naturæ ingeniti, neque ex illius eſſentia exiſtens, ſed quod factum prorſus diuerſum natura & poteſtate, ad perfectam ſimilitudinem affectionis & potentiæ creatoris extiterit. Cuius initium non modo oratione explicabile, ſed etiam cogitatione ſiue hominum, ſeu quorumcunque his potiorum, incomprehenſibile eſſe credidimus. Idq; non ſubiectione rationis noſtræ, ſed edocti à ſcriptura aſſerimus, condituram cadere in hoc & fundationem & generationem, eſſeq; natura inuariabili & ineffabili cum ſimilitudine eius qui fecerit, didicimus: quemadmodum ipſe ait Dominus, Deus condidit me initio uiarum ſuarum, & ante ſecula fundauit me, prius quàm ulla uallis eſſet gignit me. Quòd ſi hoc ex ipſo eſt ab ipſo ſcilicet erat tanquam pars eius, ſiue ex defluxu eſſentiæ, iam non conditum aut fundatũ perhiberetur. Neq; tu profectò ignoras domine. Quod enim ſit ex ingenito, condi amplius uel ab alio, uel à ſe ipſo, aut fundari nequeat, cum ſit ab initio ingenitum. Si uero quoniam genitus dicatur, ſubindicare uidetur, genitum ipſum ex paterna eſſentia, indeq; habere eandem naturam, meminerimus, non de ipſo tantum legi in ſcriptura, hoc quod GENITVM dicimus, ſed etiã de alijs per omnia naturæ diuerſæ. De hominibus enim di-

αὐτοῦ & ſic Epiphanium

cit: Filios genui & amplitudine extuli, ſed ipſi me reprobauerũt. Et deum ge nitorem tuum dereliquiſti. Et alibi: quis eſt qui peperit teſſellas roris? non ſanè naturam de natura, ſed de ſingulis quæ facta ſint, generationẽ ex ſententia ipſius narrans. Nam ex eius eſſentia nihil, ſed ex ſententia eius unum quodq; factũ eſt, ita quidem ut eſt factum. Ipſe enim deus eſt. At alia uerbo ad ſimilitudinem ipſius referuntur, alia libera ſua uoluntate illam conſequuntur. Cæterũ uniuerſa per ipſum à deo facta ſunt, omnia autẽ ex deo. Quæ accipies & perpolies pro tributa tibi diuinitus gratia, operamq; dabis ut quamprimum ad dominum Alexandrum perſcribas. Neq; mihi dubium, quin tuis eum ſis literis in uiam reuocaturus. Saluta omnes in domino: conſeruet te, domine, bene ualentem & orantem pro nobis gratia diuina. Huiuſmodi literarũ mutua illi miſsione ad bellum contra ueritatem armabantur. Tum blaſphemia hac in Aegyptiacis & Orientalibus ubiq; eccleſiis diſperſa, diſcordiæ ſingulis in oppidis & uicis pugnæq; de diuinis dogmatis oriebantur. Multitudo autem ſpectatrix dijudicatrixq; aderat, cuius pars his, pars illis accedebat. Erantq; omnia Tragico luctu digna. Nõ enim ut quondam externi & hoſtes graſſabantur in eccleſias, ſed ciues, familiares, conuictores, in ſe mutuo linguas pro haſtis exacuebant, uel ut rectius dicam, armabantur eiuſdem conſtitutionis ac corporis membra ipſa mutuo aduerſus ſeſe. A

Cap. VII B

His cognitis ſapientiſsimus rex, primum omnium conatus eſt fontem huius mali obſtruere. Itaque miſit quendam celebri ſapientia cum literis Alexandriam extinguendæ diſcordiæ gratia, & ſpe reconciliationis partium. Qua falſus, nobilem illam coegit Nicææ Synodum, conceſſo epiſcopis unà cum ſuis uſu publicorum aſinorum, mularum, iumentorum & equorum. Cumq; conueniſſent quotquot uiæ laborem poterant perferre, contulit & ipſe ſe Nicæam, cupidus & uidendi epiſcoporum cœtum, & conficiendæ inter ipſos concordiæ, iuſsitq; omnia eis neceſſaria liberaliter ſuppeditari. Fuit autem numerus epiſcoporum congregatorum decem & octo ſupra trecentos. Romanus epiſcopus ſenio confectus ipſe non affuit, miſit tamen presbyteros duos qui cõpoſitioni intereſſent. Multi tum apoſtolicis donis excellebant, multi ferebant in corpore ſuo, iuxta diuum Paulum inuſtas notas domini Ieſu. Ex horum numero cõſtabat Iacobum epiſcopum Antiochiæ in Mygdonia, quam uocant Syri & Aſſyrij Niſibin, mortuos ſuſcitaſſe & uitæ reſtituiſſe, aliaq; feciſſe innumerabilia miracula, quibus in hiſtoria, quæ Philotheos inſcribitur, ſeparatim expoſitis, non putaui hac in narratione locum futurum. At Paulus epiſcopus Neocæſariæ, caſtellum hoc eſt in ripa Euphratis, rabiem Licinij ſenſerat: debilitatas enim gerebat manus ambas, contactas candente ferro et correptis enectisq; articulorum mobilibus neruis. Alijs oculi dextri effoſsi erant, alijs dextra

στίγματα

eneruata

A eneruata brachia,in quibus & Paphnutius Aegyptius conſpiciebat. Et ut breui abſoluam, cernere illo in conuentu erat populum quendam Chriſti teſtium. Non tamen expers erat diuinus ille & celebris cœtus aduerſariorum quoque. intererant enim nonnulli haud inelegantes ſed exulcerati, & quaſi breuia pelagi occultantes malitiam ſuam, clandeſtini blaſphemiæ Arianæ patroni. Cum autem iam uniuerſi conueniſſent, præparatus erat à Rege locus amplus in Regia inſtructus ſubſellijs & ſolijs quæ epiſcoporum numero ſufficere poſſent, atque ita debito ipſis honore habito, iuſsit introire & conſultare de re propoſita. Ipſe quoque cum paucis poſtremum omnium ingreſſus eſt, & paruo in ſoliolo poſito aſſedit, præfatus ueniam prius & petita conceſsione ab epiſcopis. Tum unà cum illo totus ille diuinus cœtus conſedit. Et mox Magnus Euſtathius, qui Philogonio, cuius ſupra meminimus, in meliorem uitam digreſſo, inuitus præſul ac paſtor eccleſiæ illius fuerat, omnium epiſcoporum ſacerdotumq́ & Chriſti amantis plebis conſenſu conſtitutus. Is laudum igitur floſculis coronã texuit Regio capiti, & ſtudio erga diuinum negotium illius gloriæ præconia rependit. Qui cum dicendi finem feciſſet, laudatiſsimus rex mentionẽ habuit de concordia, & conſenſione, reuocata omnibus in memoriam ſuperiorum tyrannorum crudelitate, et qua ſuo beneficio quamq́ honorifica pace fruerentur: B tum nihil dixit eſſe indignius, quàm hoſtibus domitis, cum qui rebellare auderet inueniretur nemo, ipſos ſe mutuo impetere, & uoluptatem ac riſum conciliare inimicis: præſertim in diſputationibus rerum diuinarum, in quibus haberent ſanctiſsimi ſpiritus doctrinam perſcriptam. Euangelici enim & apoſtolici libri, necnon antiquorum prophetarum oracula planè inſtruunt nos, inquit, ſenſu numinis. Proinde hoſtili poſita diſcordia, ſumamus ex dictis diuini ſpiritus explicationes quæſtionum. Hæc & his ſimilia memorabat ille uelut amans paterni nominis filius ſacerdotibus, tanquam patribus, cupiens confieri apoſtolicorum dogmatum unitatẽ. Quibus cr aſſenſus maximæ cõuentus partis acceſsit, interq́ ſe cõcordiã & ſanitatẽ dogmatum conſtituerunt. Pauci tamen quorũ & ſupra meminimus, & præter hos Menophãtus Epheſius, Patrophilus Scythopolitanus, et Theogonius Nicæę, itéq́ Neroniadis Narciſſus, eſt aũt Neronias, alterius Ciliciæ urbs, quę nunc uocatur Irenopolis, & cum his Theonas Marmaritanus, Secundusq́ Ptolemaidos Aegyptię epiſcopus: hi igitur Apoſtolicis dogmatis refragabantur ſuſcepto patrocinio Arij. Habebant & dictatam fidei doctrinam, quam in commune propoſuere, quam lectam diſcerpſere omnes clamãtes germanam ſyncceramq́ non eſſe. Cumq́ per tumultuationem non mediocrem ipſorum perfidia & impietas accuſaretur, metu illi correpti exurrexere primi, & Arium abdicatione ſua damnarũt, excepto Secundo & Theona: atq́ ita amoto impietatis impedimento, cõcorditer uniuerſi dictarunt eam

fidem quæ ad hoc uſq; tempus in eccleſiarum cura ſeruatur, quam & in ſub A ſcriptionibus ſuis confirmarunt, atque ita conſilium dimiſſum eſt. Quos autem paulo antè nominauimus, fraudulenter & non ſimpliciter illi conſenſerant: teſtimonio ſunt ea quæ poſtea ipſi mouere contra propugnatores pietatis & quæ ab his ſunt aduerſus illos ſcripta. Euſtathius enim ille Antiochiæ epiſcopus, de quo & ante mentionem feci, de ipſis hæc ſcripſit, docens prius quid actum fuerit, & blaſphemijs refutatis, interpretatione etiam expoſita prouerbiorum huius dicti, Dominus condidit me initio uiarum ſuarum ad opera ſua. Cap. VIII

Epiſtola Euſtathij VErum nunc ad ea quæ geſta ſunt. Itaque cum propter hæc Synodus Nicææ coacta fuiſſet maxima, congregatis epiſcopis ducentis numero, ut ſeptuaginta qui ſupra fuerint taceam. Nam propter multitudinis turbam nō habeo certum numerum dicere, præſertim cum ne fuerim quidem nimis in comperiendo diligens: cumq; de fidei ratione quæreretur euidens iudicium, proferebatur libellus Euſebianæ blaſphemiæ. quo lecto, omnes qui audierant, detrimentoſæ illius peruerſionis dolore, ipſe autem autor ingenti pudore, affectus eſt. Ac iam quidē officina Euſebiana patefacta, nefarioq; ſcripto in omni conſpectu diſcerpto: nonnulli tamen ex cōpoſito prætendentes pacis nomen, compeſcuere eos qui optima dicendo proſequerentur. At illi Ariana dementia infatuati, ueriti ne in tanti conſilij unanimi con- B ſeſſu damnati exilio multarentur, proſiliunt in medium, & anathemate ipſi exterminant reprobatum dogma, ſuaq; manu concordi huic ſententię ſubſcribunt. Et præſidentię quidem ſuæ loca plurimos aſſiduitate ſumma prehenſantes, retinuere, cum potius deberent pudore confuſi retrocedere, ſed nunc clandeſtino, nunc palàm damnatas opiniones interpretātur, uariasq; ſtruunt argumentorum inſidias. Quærentes autem firmare zizaniæ plantas, intelligentes metuunt, & cognitores fugiunt, itaq; expugnāt præcones pietatis. Sed nos in ea opinione non ſumus, impios homines plus quàm numen diuinum ualere poſſe: ut enim iterum uires comparent, roburq; faciant, iterum mox opprimentur, iuxta graue dictum prophetæ Eſaiæ. Hactenus Magnus Euſtathius. At certaminum horum ſocius, & propugnaculum ueritatis Athanaſius, qui laudatiſsimo præſuli Alexandro ſucceſsit, epiſtolæ quàm Aphricanis miſit etiam hæc inſeruit: Cum enim qui conuenerant epiſcopi uellent ab Ariana impietate inuētas dictiones tollere, illud quod aiebant DE NIHILO, & quod appellabant creaturam & facturam filium. Et hoc, fuiſſe aliquando cum non fuerit, & eſſe mutabilis naturæ, reponere autem ſcripturas de quibus conſtaret: nempe filium eſſe ex deo natura unigenitum, uerbum, potentiam, ſapientiā ſolam patris, deum uerum, ut dixerat Ioannes, & Paulus ſcripſerat, Reſplendentiam gloriæ & characterem ſubſtantiæ paternæ. Tum factio Euſebiana impulſa ab improbitate ſenten

A te ſententiæ ſuæ, ut inter ſe colloquebantur: coniungamur & nos, nam & ipſi ſumus ex deo, unus eſt enim deus, ex quo ſunt omnia. Et uetera præterière, ecce innouata ſunt omnia, omnia autem ex deo. Recenſebant etiam quod in Paſtore ſcriptum eſt. Primũ crede unum eſſe deum qui omnia condidit, fecitq́ de nihilo ut eſſent. Vbi creaturæ propterea quòd à ſeipſis abſque autore non ſint, ſed initium habeant, factæ à deo dicuntur, at filius ſolus peculiariter ex patris eſſentia eſt. Hoc enim proprium unigeniti & ueri uerbi Dei. Atq; hæc in cauſa fuere cur aſcriberentur EX ESSENTIA. Poſt ea interrogati pauculi illi ut uidebantur, ab epiſcopis, an faterentur, nõ eſſe creatutam filium, ſed potentiam ſapientiáq́ ſolam patris, ac imaginem ſempiternam & per omnia indeprauabilem patris, ac deum uerum: deprehenſum fuit Euſebianos nutu inter ſe ſignificare, conuenire eadem etiam in nos, qui et ipſi dicamur imago & gloria dei. Et de nobis dictum eſſe, ſemper enim nos qui uiuimus, & poteſtates multæ ſunt. Et egreſſa eſt omnis poteſtas dei ex Aegypto, itemq́ eruca et locuſta uocatur ingens poteſtas. Et dominus poteſtatum nobiſcum, ſuſceptor noſter deus Iacob. Iam nos proprios quoq; eſſe dei non ſimpliciter planum fieri poteſt, cum ille nos etiam fratres appellarit. Quòd ſi deum uerũ eſſe filium aiunt, ſe non lædere, factum enim uerum eſſe. Talis fuit Arianorum corrupta ſententia. Ibi animaduerſa

B fraudulentia allegarunt Epiſcopi ex ſcriptura, reſplendeſcẽtiam, fontem, flumen, charactera ad ſubſtãtiam, & hoc in lumine tuo uidebimus lumen. Et hoc, Ego & pater unum ſumus, & luculentius deinceps ac compendioſius conſcripſere, EIVSDEM CVM PATRE ESSE FILIVM ESSENTIAE: quod ſuperioribus locis omnibus ſignificatetur. Quòd autem obmurmurare ſolẽt in ſcriptura has uoces nõ reperiri, ſtolida eſt refutatio. Qui enim ex alienis à ſcriptura uerbis ſtruxere impietatem (ſunt enim certe aliena à ſcriptura hæc: DE NIHILO, & FVIT aliquando cum non eſſet) queruntur ſe de ijs quæ in ſcriptura non reperiantur, quorum tamen eſt pia ſententia eſſe damnatos. Ipſi enim ore ſuo quæ quaſi in fimo repererãt planè protulerunt à terra: Epiſcopi uero, non ſibi illas uoces confinxere, ſed teſtimonio uſi patrum ita perſcripſerũt. Fuere enim Epiſcopi ueteres ab hinc annis circiter trecentos triginta, unus Magnæ Romæ, & alter ueſtræ urbis, qui redarguerunt aſſerentes creaturam eſſe filium, & nõ coeſſentialem cum patre: neq; hoc latebat Epiſcopum Cæſariæ Euſebium. Qui initio concurſitans cum Arianis, poſtmodo autem ſubſcribens Nicænæ ſynodo in ſuis etiam libris teſtatus eſt & affirmauit reperiri quoſdã priſcos doctos & ſpectatos Epiſcopos ac ſcriptores, uſos coeſſentialitatis uoce de patre & filij diuinitate. Illi itaq; occultato morbo ſuo, territi enim fuerant multitudine epiſcoporum, aſſenſerunt ijs quæ tum expoſita ſunt, accuſationẽ propheticam accerſentes. Clamat enim aduerſus ipſos huius uniuerſitatis Deus, populus iſte

lus iſte labijs me honorat, ſed cor ipſorum longe abeſt à me. Theonas uero A
& Secundus quum idem facere nollent conſenſu omniũ abdicati ſunt, quippe quibus Arij blaſphemia potior quàm Euangelica doctrina fuiſſet. Poſt hæc reuerſi in conſilium cõſcripſere Eccleſiaſticæ adminiſtrationis leges uiginti. Cum autem Melitius qui non diu ante Arianam rabiem, peruenerat ad epiſcopalem dignitatem, poſtea conuictus certorum maleficiorum, à diuo Petro Alexandrino epiſcopo, qui & corona teſtimonij redimitus eſt, ab illa fuiſſet deiectus, neq; æquo animo ferret emendationis ſententiam, compleretq; Thebaida & uicinam Aegyptum tumultu & motibus, exercens plane contra Alexandri præſidentiam tyrannida quandam: ideoq; ſcripſere eccleſiæ Alexandrinæ, quæ decreuiſſent aduerſus illius rerum nouarum ſtudium. Eorum, hoc eſt exemplum. Cap. IX

EPISTOLAE CONCILII NICAENI.

SAnctæ & ingenti, Dei gratia, eccleſiæ Alexandrinæ, & dilectis fratrib. Aegypti, Libyes, Pentapolis, Nicænum conciliũ & magnus ac ſanctus conuentus cõgregatorum Epiſcoporum ſalutẽ. Poſteaquam diuina gratia & opera pijſſimi regis coactus eſt magnus & ſanctus cõuentus Nicææ diuerſis ex prouincijs ac urbibus, neceſſarium eſſe cẽſuimus ab illo communiter etiam uos literas accipere, ut intelligere poſſetis quæ ſint cum propoſita & inquiſita, tum decreta & confirmata. Primum coram pijſſimo rege no- B
ſtro inquiſitum eſt in impia Arij dogmata, uiſumq; omnibus illa communibus ſuffragijs anathemate exterminari oportere, unà cum uerborũ ac ſententiarum blaſphemia, quibus uſus eſt in maledicendo filio Dei, quem diceret eſſe DE NIHILO, & non fuiſſe priuſquam naſceretur. Et fuiſſe aliquando cum non eſſet, & libertate uoluntatis ſuæ in bonũ ac malum procliuem fuiſſe dei filium. Hæc omnia Anathemate exterminata ſunt à ſancta Synodo, quæ ne audire quidem ſuſtinuit tantæ impietatis ac ueſaniæ ſententias, & illa maledicentiæ uocabula. Qui quidem eum finis excepit, aut uos iam audiuiſtis, aut eſtis paulo pòſt audituri. Nobis ſcribere non placuit, ne inſultare uideremur homini dignum ſuorum ſcelerum manupretium cõſecuto. Tantum tamen impietas illius ualuit, ut etiam Theonam Marmaricenum & Secundum Ptolemaidos Epiſcopum inuoluerit: quibus & ipſis eadem eſt merces perſoluta. Sed cum diuina gratia liberauerit Aegyptum, ab hac ſententiæ peruerſitate & blaſphemijs iſtis, atq; etiam eorum perſonis qui auſi fuere turbas & diſsidia excitare in pacato diuinitus populo, reſtent aũt Melitianæ petulantię, & eorũ quibus ipſe eccleſiaſticos honores mandauit, opera, ſignificabimus uobis, dilecti fratres, quid de illo quoq; ſynodus decreuerit. Cõſtitutione igiť & humanitate dictæ ſynodi, cũ eſſet reuera nulla uenia dignus, iubetur Melitius remanere in ſua urbe, ita ut neq; cõciliandi,

neq;

A neq; mãdandi honores eccleſiaſticos poteſtatẽ habeat, nec ulla in urbe aut regione cum hoc propoſito uerſetur, obtinereq; nudũ honoris nomen. Cæterum qui ab illo honores ſunt conſecuti, eos placuit ſacratioribus ſuffragiis confirmatos, hac lege cõiunctionis uſum retinere, ut ipſis quidẽ & honores ſalui ſint & functio conceſſa, ſecundi tamen habeant omnibus qui in quacunq; eccleſia aut uicina adminiſtratione poſt præmiſſam inquiſitionem à uenerabili collega noſtro Alexandro præfecti fuere: ne uel liceat his ullius pro ſua cupiditate nomẽ cõciliandi honoris gratia ſubiicere, neu quicquam moliri extra ſententiã epiſcoporũ catholicæ & Apoſtolicæ eccleſiæ, qui ſub Alexandro ſunt. Qui uero dei gratia ueſtriſq; precibus, factionibus nõ ſtuduerunt, reperti intaminati in uniuerſali & apoſtolica eccleſia, iis liberum ſit nomina quibuſcunq; honores conciliare uoluerint allegare, qui modo forte noſtra nõ ſint indigni, breuiterq; agere omnia præfinita legibus & ſtatutis eccleſiaſticis. Quod ſi quis forte eccleſiæ præſul obdormierit, ius eſto paulo ante receptis ſuccedere in locum demortui, ſi modo et mereri uidebuntur, & populus elegerit, ſic tamen ut ſuffragium & quaſi cõſignatio accedat epiſcopi catholicæ Alexandrinæ eccleſiæ. Hoc cum uniuerſis conceſſum ſit, Melitij tamen ipſius excepimus perſonam propter ſuperiorẽ ferociam, & intemperantem petulantiam illius, ne quam autoritatem poteſtatemq; obtineat B homo ferox ad ſimilia prioribus deſignãda. Hæc proprie & peculiariter ad Aegyptum adq; ſanctiſs. Alexandrinam eccleſiam pertinent. Quæ autem præterea ſtatuta decretaq; ſunt, cũ affuerit dominus & uenerabilis collega fraterq; Alexander, ipſe uobis, quibus & præfuit & interfuit omnibus, explicabit. Annuntiamus etiam uobis de cõcordia ſacratiſsimi paſcha noſtri, hãc partem quoq; ueſtris precibus obtinuiſſe perfectionem. Ita ut omnes orientales intrepide, quotquot non fecerunt prius nobiſcum & cum Romanis, iiſq; qui à primis tẽporibus obſeruarũt, de cætero nobiſcum celebrent. Gaudentes igitur tantis perfectionibus, obq; publicã pacem & omnium ſectarum amputationem, accipite honorificentius & amantius collegam noſtrũ ueſtrum epiſcopũ Alexandrum, cuius admodũ ſumus præſentia delectati, quiq; hac ætate tantũ laborẽ ſubiit ueſtræ cõmunis quietis cõficiendæ gratia, ut quæ bona eſſent dogmata firma retinerenť, per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, ſecundum uoluntatẽ confecta, ut quidem credimus, dei & patris, in ſpiritu ſancto, cui gloria in ſecula ſeculorum, amen.

TRINITAS COESSENTIALIS ET SEMPITERNA

Atq; hanc quidẽ medicinã adhibuit Melitio diuinus ille Pontificũ conuentus. Remanſere tamen uſq; in hoc tempus demẽtiæ illius reliquiæ, ſuntq; ibi monachorũ agmina quædã, qui neq; ſani dognatis fidem habẽt, & nouos in re eccleſiaſtica ritus uſurpant, nõ abhorrẽtes ab amentia Samaritarũ & Iudæorum. Sed rex literas miſit ad eos quoq; epiſcopos qui ad cõuentũ uenire

uenire non potuerant, & illos quæ acta eſſent certiores fecit. Quarum exemplum operæpretium facturum me putaui, ſi narrationi insererem, cum ex his amor erga deum ipſius planè perſpici poſsit. Cap. X A

Conſtãtinus Auguſtus eccleſiis. Reipſa & de mea felicitate comperi, quanta ſit benignitas diuinæ potentiæ: itaq; & in hoc ante omnia mihi propoſui elaborandum, ut à beatiſsimis catholicæ eccleſiæ turbis, una fides & concors dilectio ac erga omnipotemtem deum pietas obſeruaretur. Sed quoniam hoc aliter ſtabili firmoq; ordine conſtitui non potuit, quàm in cœtu omnium aut ſaltem plurimorum epiſcoporum coacto, ſingulatim inter ea quæ ſacratiſs. ad cultum pertinent dijudicaretur, Eam ob rem quam plurimis collectis, me quoq;, tanquam uno è numero ueſtro præſente: Minime enim negauerim, quo maxime gaudeo, eſſe in ſocietate miniſterij ue-
ἄχρι πάνυ ſtri: euſq; de omnibus conueniente inquiſitione tractatum fuit, dum omnia contemplanti Deo placita ſententia ad cócordiam unitatis producerentur in lucem, neque quicquam dubium ambiguumq; in fide uſpiam relinqueretur. Ibi etiam quæſtione mota de ſacratiſsimo paſchatis die unanimi ſententia decreuere, rectum eſſe ubique gentium illud eodem die celebrari. Quid enim à nobis honeſtius quid grauius fieri poſsit, quàm iſtam feſtiuitatem, unde ſpem habemus immortalitatis, eodem ordine & manifeſta ratione obſeruare infallibiliter uniuerſos? Ac primũ quidem indignũ uiſum eſt, peragere ſanctiſsimam illam feſtiuitatem conſuetudinis Iudaicæ imitatione, qui ipſi nefarie manibus proprijs excæcant animos ſuos: poſſumus enim Iudæorum reiecta gente, ueriore ordine, qui à tempore paſsionis & die eſt hucuſq; ſeruatus, completionem obſeruationis huius etiam ad futura ſecula tranſmittere. Proinde nobis cum inimiciſsima turba Iudęorũ commune eſſe nihil debet, qui à ſaluatore in aliam ſumus uiam inducti: quorumq; ſacratiſsimo cultui legitimus curſus ac decens præſcriptus eſt. Hunc igitur unanimiter tenentes fratres uenerabiles, à turpi illa conſcientia ſeſe quiſq; noſtrum abſtrahat. Eſt enim profecto perquam abſurdum, gloriari illos abſq; magiſterio ſuo hæc à nobis ſeruari non poſſe: quorum quæ poteſt obſecro eſſe intelligentia. Qui ab illo tempore quo dominum interemerunt, mentibus capti, non ratione, ſed quodã effreni impetu ſequuntur quo quemq; inſita rabies ſua impulerit. Ex eo hac quoq; in parte ueritatẽ uſq; adeo non uident, ut ſemper multumq; erroribus implicati, pro conueniente emẽdatione, eodem in anno iterum paſcha celebrent. Quid eſt igitur quod illos ſuadet ſequi, quos horribili errore laborare cõſtat. Non enim certe iterum eodem in anno paſcha feriari ſuſtineamus. Sed his etiam demptis par erat prudentiam ueſtram ſummo ſtudio & ardentiſsimis uotis anniti ne quam ſimilitudinem puritas animi ueſtri referret rituum hominũ peſsimorum. Ad hæc etiam hoc cogitandum eſt, nefarium eſſe, in re tanta, & tantæ feſtiuita-

A feſtiuitatis cultu diſcrepantiam inueniri. Vnam enim tradidit nobis liberta/ tis noſtræ diem Saluator noſter: nempe illam ſacratiſſimæ paſſionis, unam item uniuerſalem eſſe uoluit eccleſiã, Quæ & ſi partibus in multa ac diuerſa loca diſtributa eſt, uno tamen ſpiritu, id eſt diuino cõſilio fouetur. Hoc quo/ que conſideret ſapientia ſanctitatis ueſtræ: ꝙ ſit horrendum & deforme, eiſdem diebus alios eſſe ieiunijs, alios cõuiuijs operatos? Poſtꝙ Paſchales ferias, alios feſta & quietẽ ſectari, alios ſeruire ieiunijs. Ipſa igitur diuina uult prouidentia, quod & uos ipſos ſentire confido, hæc cõueniente emendatio/ ne perfici, et ad unam quãdam formam reduci. Eam ob rem, cumꝙ perfici hoc æquum ſit, ne qua nobis cum parricidis & domini noſtri iugulatoribus intercedat communitas: cumꝙ cõſtitutio ipſa ſit honeſta quam ſequuntur uniuerſæ occidentalium, meridionalium, Septentrionalium orbis terræ par tium eccleſiæ, atque etiam nonnullæ in quibuſdam Orientalibus locis, ideo in præſentia iudicarunt omnes conuenire, & ego ueſtram ſapientiam liben/ ter eſſe facturam promiſi, ut quod quidem in Romana ciuitate, Italiaꝙ & Africa tota, itemꝙ Aegypto, Hiſpanijs, Gallijs, Britannijs, Libya, uniuer ſa Græcia, & Pręfectura Aſiana ac Pontica, & in Cilicia, concordi ſententia obſeruatur, id ueſtra quoque intelligentia cupide amplectatur: quam con/ ſiderare decet, non modo quanto amplior memoratis in locis eccleſiarum B ſit numerus, ſed etiam iuſtiſsimum eſſe ut omnes communiter, id maxime uelint, quod rationis exquiſitio exigere uideatur, neꝙ ullam nobis cum Iu/ daico periurio communitatem eſſe oportet. Vtꝙ dicam in ſumma breuiter quod res eſt, omnium communi placuit iudicio ſacratiſsimam paſchatis fe/ ſtiuitatem, una eademꝙ die peragi: nam minime debet eſſe in tanta ſancti/ tate ulla diſſonantia: uiſumꝙ eſt hanc ſentẽtiam, honeſtatem ſummã com/ prehenſuram, in qua nulla prorſus eſſet alieni erroris & peccati cõfuſio. His ita inſtitutis, ſuſcipite lubentibus animis cœleſtem gratiã & planè diuinum mandatum. Quicquid enim in ſacris epiſcoporum concilijs conſtitutũ fue/ rit, id ad diuinam uoluntatem eſt referendum. Quare quæ à uobis perſcri/ pta ſunt omnibus dilectis noſtris fratribus exponere, & ipſi ſuperius dicta, ac obſeruationem ſacratiſsimæ diei ſuſcipere & conſtituere debetis. Ita cum in diu deſideratum ueſtræ affectionis conſpectum uenero, in una eademꝙ die ſanctas uobiſcum ferias celebrare, & undiꝙ gaudio uoluptateꝙ affici à uobis potero, ubi uidero diabolicam ſæuitiã à diuina potentia noſtris actis eſſe ſublatam, florente ubiꝙ ueſtra fide paceꝙ ac concordia. Seruabit uos deus, fratres dilecti. Cap. XI

HAec ſcripſit ijs qui abfuerant. Sed præſentes numero decem & octo ſupra trecentos, beneuolentia ſumma complexus, & ſuauiſsima ora/ tione allocutus eſt, & muneribus affecit: omnibus etiam cœnam dedit, uno in loco plurimis ſedibus præparatis præcipuos adhibens menſæ ſuæ, reli/

quis paſsim iuſsis diſcumbere. Conſpicatus autẽ quibuſdam dextros effoſ- A
ſos oculos, intellecta conſtantia pietatis illorum ob quam hoc ſupplicium
paſſi fuiſſent, admouit labra ſua ſauciatis locis, credens ſe inde benedictio-
nem ſugere. Sed peracto conuiuio, rurſus omnibus dona tribuit, miſit & li-
teras præfectis prouinciarum, quibus imperauit, ut frumentum præberetur
uirginibus ac uiduis, & ijs qui diuinis functionibus uacarẽt, ea quidem men
ſura, quam magis ipſius benignitatis ambitio, quàm accipientium uſus con
fecerat: horum trientem etiamnum accipiunt. Cum Iulianus quidem ille
Iouianus impius eripuiſſet uniuerſa, qui uero ei ſucceſſerat, ea quæ iam dantur impe-
raſſet præberi, quòd tũc fame graſſante uectigalia eſſent imminuta. Quod
ſi triplum fuit in Conſtantina collatione, facile fuerit uolenti perſpicere illi-
us regis munificentiam. Sed ne hoc quidem mandandum ſilentio uiſum
eſt. Rixatores enim quidam accuſationes aduerſus aliquot epiſcopos com-
poſuerant, illarum libellos obtulerant regi, qui acceptis, antequam concor-
dia perficeretur, mox lino colligauit & obſignauit annulo ſuo, iuſsitq́ aſſer-
uari. Poſtea conſenſionis opere abſoluto, prolatos in medium coram omni-
bus inflammauit, iureiurãdo dato, nihil eſſe quicquam illorum à ſe lectum.
Non enim, inquit, ſacerdotum exorbitationes uulgo innoteſcere oportet:
ne illis offenſi, ad delinquendum reddantur audaciores. Aiunt & hoc adie-
ciſſe. Se ſi forte oculis cõſpexiſſet ſuis epiſcopum alienum torum labefactan B
tem, obtecturum paludamento ſceleratum facinus, ne cui forte cernentium
illud uiſum noceret. Hac monitione tantoq́ honore ſacerdotibus habito,
hortatus eſt ut ſuum quiſq́ ouile capeſſeret. Ego autem Arianorum exe-
crandę peruerſitatis cauſa, qui non ſolum communes patres deſpiciunt, ſed
etiam ſuos negant, inſeram narrationi epiſtolam Euſebij Cæſarıẽſis quam
ſcripſit de fide, qua manifeſte redarguitur furor illorum: hunc enim uene-
rantes ut conſentientem, ſcriptis eius prorſus contradicunt. Scripſit autem
hanc epiſtolam, Arianis quidem defectionem ipſius, ut apparet, inſimulan
tibus: ſed ſcripta ipſa ſcriptoris propoſitum, & quæ de eccleſiaſtica fide ſint
acta melius declarabunt. Cap. XII

QVæ ſint acta in magna ſynodo Nicææ coacta, uidemini iam aliunde
didiciſſe: ſolent enim rumores rerum geſtarum certam iudicationem
præcurrere: ſed ne qua de fama, alienum ueritatis nuntium accipiatis, ne-
ceſſitáte ſuadẽte, tranſmiſimus uobis, primum propoſitam fidei à nobis de-
ſcriptionem, deinde alteram quam ipſi edidere adiectis quibuſdam ad no-
ſtras uoces. Noſtra igitur deſcriptio coram dei amãtiſs. rege pellecta, & bo-
na probataq́ inuenta, ad hunc ſeſe modum habet.

FIDES à nobis expoſita, ita ut accepimus à ueteribus epiſcopis, & in prima
inſtitutione, & cum lauacro tincti ſumus, quem admodum docent diuinæ
ſcripturæ: noſq́ in presbyteratus ac epiſcopatus functione credidimus atq́
docuimus

A docuimus, itaque & nunc credentes proponimus fidem noſtram. Ea hæc eſt. CREDO in unum deum patrem omnipotentem, factorem uniuerſorum uiſibilium ac inuiſibilium, & in unum dominum Ieſum Chriſtum, dei uerbum, deum ex deo, lumen ex lumine, uitam ex uita, filium unigenitum, primogenitum totius creationis, genitum ex patre ante omnia ſecula, per quem & omnia facta ſunt. Qui propter noſtrā ſalutem carnem induit, & inter homines eſt uerſatus, excruciatus, tertia die reſurrexit, & aſcendit ad patrem, reuerſuruſq́ eſt in gloria iudicatū uiuētes & mortuos: credimus & in unum ſpiritū ſanctum. horum quemq́ eſſe & ſubſiſtere credentes, patrē uere patrem, & filium uerum filium, & ſpiritum ſanctum, uere ſpiritū ſanctū: quemadmodum & dominus noſter mittens ad prædicationem diſcipulos ſuos dixit, profecti docete omnes gentes, baptizantes ipſos in nomē patris & filij & ſancti ſpiritus. Quæ affirmamus ita nos tenere, itaq́ ſentire: tenuiſſeq́ & olim ita, & in hac fide cōſpiraſſe, etiam ſi mors ſit ſubeunda, anathemate excludentes omnem impiam ſectam. Hæc nos ex corde & anima ſenſiſſe, ex quo ſapere cœpimus, & nunc in ueritate ſentire profiteriq́, deum teſtamus omnipotētem, & dominū noſtrum Ieſum Chriſtum, poſſumuſq́ certiſsimis probationibus demonſtrare & uobis planum facere, præteritis quoq́ temporibus ita nos credidiſſe atq́ prædicauiſſe. HAC fide noſtra B expoſita, nullus fuit contradicendi locus: ſed primum eſt dei amantiſsimus rex, rectiſſime comprehenſam fuiſſe teſtatus, & ſe ita ſentire confeſſus: illicq́ accedere cunctos, & his dogmatis ſubſcribere cohortatus eſt: ſic quidem ut una tantum obiectio, COESSENTIALITATIS, adſcriberetur, quam & ipſe eſt interpretatus, dici Coeſſentialem, qui nulla corporali affectione, nulla diuiſione, nulla reciſione, ex patre ſubſiſteret, cum fieri non poſſet, ut materiæ ac corporis expers intelligibilis natura, corporalem affectionem aliquam ſuſtineret. Hancq́ eſſe ſententiā dignam diuinis & arcanis dictis. Ita philoſophabatur ſapientia & pietate ſumma rex noſter, at illi prætextu addendæ dictionis COESSENTIALITATIS, hanc deſcriptionem confecerunt. FIDES DICTATA IN SYNODO. Credimus in unum deum patrem omnipotētem, factorem omnium uiſibilium ac inuiſibilium, Et in unum dominum Ieſum Chriſtum filium dei, genitum ex patre, unigenitum, hoc eſt, ex eſſentia paterna. Deum ex deo, lumen ex lumine, deum uerum ex deo uero, genitum non factum coeſſentialem patri, per quem facta ſunt omīa cœleſtia & terrena. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem, deſcendit & carnem humanitatemq́ induit, excruciatus, reſurrexit tertia die, aſcendit in cœlos, ueniet iudicatum uiuentes & mortuos. Et in ſanctum ſpiritum. Qui aūt dicunt, fuiſſe aliquando cum non eſſet, & non fuiſſe antequā naſceretur, & factum eſſe de nihilo, aut aſſerentes ex alia ſubſtantia, aut eſſentia eſſe mutabilem, aut uariabilem filium dei, eos anathemate

themate exterminat ſancta uniuerſalis & apoſtolica eccleſia. Hac deſcriptio ne ab ipſis ſubiecta, non relinquentibus nobis inexquiſitum quod dictum erat, Ex patris eſſentia, & COESSENTIALEM patri, rurſus quæſtiones & reſponſiones mouebantur, examinabaturq́ ratio ſignificationis dictorum. Ibi illud EX ESSENTIA fatebantur demonſtrare, eſſe ex patre quidem, ſed ut non partem patris. Hactenus igitur & nobis rectum eſſe uiſum eſt aſſentiri ſententiæ doctrinæ pietatis, quæ ſubijceret ex patre eſſe filium, non tamen ut partem eſſentiæ illius. Itaque & huic ſententiæ ipſi quoque acceſsimus, & dictionem admiſimus, cum nobis ob oculos uerſaretur, pacis propoſitum, & in recta ſententia perſeueratio. Similiter & illud GENITVM, ſuſcepimus. Aiebant enim quod FACTVM dicitur conueníre reliquis communiter creaturis conditis per filium, cum quibus filius conferri non poſsit: proinde ipſum non facturam eſſe ſimilem ijs quæ ipſe feciſſet, ſed præſtātioris eſſentiæ quàm ut creaturæ ulli apponi deberet, quam genitam ex patre docent diuina oracula, modo ineffabili & incomprehenſibili ab omni genita creatura. Ita & in hoc, COESSENTIALEM eſſe patris filium, excuſsis rationibus, conuenit. Non corporali ſanè, neq́ mortalium animantum modo: quippe neq́ per diuiſionem, nec reciſionē eſſentiæ. Imo ne affectionem quidem aliquam, aut mutationem narrationemue potentiæ paternæ, ab his enim omnibus aliena ingeniti patris natura: ſed hoc ſibi uelle, COESSENTIALEM eſſe patri, nullā penitus habere cum natis creaturis filium dei ſimilitudinem, eſſeq́ tantum omnibus modis ſimilem patri à quo genitus ſit, non ex alia ulla ſubſtantia eſſentiaue niſi paterna, cui & ipſi accedere cum tali interpretatione rectum eſſe cēſuimus. Nam priſcos quoſdam doctores & celebres Epiſcopos ſcriptoresq́ ſcimus in diſputatione deitatis patris ac filij inter alia etiam hanc dictionem COESSENTIALIS uſurpaſſe. Hæc de expoſita fide dicta ſint, in qua concordamus uniuerſi: non quidem abſque exquiſitione, ſed iuxta explicationem intellectus, quam coram dei amantiſsimo rege expendimus, congruentem cum rationibus prædictis. Etiam anathematiſmo ab ipſis poſt fidei expoſitionem adiecto aſſentiendum eſſe duximus, quòd à ſcriptura alienas uoces excluderent, à quibus penè uniuerſa confuſio & perturbatio eccleſiæ immiſſa fuit. Cum enim diuini inſtinctus ſcriptura nulla, habeat illud DE NIHILO. & illud fuit aliquando cum non eſſet, & quæ deinceps adduntur, rationem habere arbitrati huiuſmodi, dici ac doceri, aſſenſi ſumus decreto bono & honeſto: neq́ enim unquam antehac collegimus taliū uerborum uſum. Præterea excludi anathemate, hoc, ANTEQVAM NASCERETVR NON ERAT, non abſurdum iudicauimus, cum omnes confiteantur eum eſſe filium Dei prius etiam quàm naſcerēt carnaliter. Iam uero Dei amantiſsimus rex ratione etiam declarauit eſſe eum iuxta Diuinam generationem

A tionem ſuam ante omnia ſecula. Nam actu nondum genitum fuiſſe potentia in patre ſemper genitabili modo, cũ ſit pater ſemper pater, ut & rex ſemper & ſaluator, denique omnia, potentia, ſemperque ſe habeat ad eundem modum & ſimiliter. Hanc neceſſario uobis tranſmiſimus, chariſsimi, explanationem occultioris exquiſitionis & conſenſionis noſtræ. Nam optima ratione tunc ſtetimus uſque ad ultimum tempus, quæ alieniora in deſcriptione uiderentur recidentes. Mox uero omni poſita contentione ſuſcepimus ea quibus nihil lædebamur. Viſum eſt enim nobis placide expendentibus, dictorum ſententiã manifeſte conuenire cum ijs quæ paulo antè in noſtræ fidei expoſitione confeſsi fueramus. Cap. XIII

ἀγεννήτως legendum

κεκρυμμένα etſi in Epiphanio quoque eſt indicij uox

NOn eſſe igitur nouam appellationem Coeſſentialitatis, neque excogitatam ab illius conuentus patribus, ſed à maioribus ad poſteritatem deuolutam, perſpicuum teſtimonium dixit Euſebius. Idem & hoc illa in epiſtola docuit, omnes qui tum conueniſſent, unanimiter ſuſcepiſſe expoſitam fidem, ſed alibi quoque teſtatur cum honorifica imperij Conſtantini Magni mentione. His uerbis: atque ille quidem hæc locutus Romana lingua per interpretem: fecit illis conſultandi de propoſita re copiam. Ibi illi priores horum culpam in uicinos ſuos conferebant, at hi & defenſiones afferebant, & mutuas reprehenſiones. Cum autem ab utraque parte propoſita plurima fuiſſent, diſceptatióque eſſet initio, perquàm uehemens, au-
B diebat rex patienter omnia, & quieta intentione ea quæ proponebantur aſſumebat, & uiciſsim utriuſque partis dicta ſuſtentans, paulatim coniungebat ſecum contentioſos aduerſatores, necnon placide ſingulos compellans oratione græciſſante, cuius linguæ imperitus nõ fuit, & erat miti ac ſuaui ingenio, alios oratione conciliabat ſibi, alios deterrebat, collaudatis autoribus utilis ſententiæ. Neque deſtitit illos ad concordiam urgere, donec uniuerſos à diſceptationibus in eiuſdem ſententiæ ac dogmatis ſocietatem abduceret, ut & coniungerentur in fidei profeſsione, & in feſtiuitatis ſalutaris tempus idem, uniuerſi conſentirent. Corroborantur autem iam ea quæ omnibus fuerant communiter uiſa etiam ſcripto & uniuſcuiuſque ſignatione. Et paulo pôſt rurſum hæc ſimiliter appoſuit. His ad talem modum conſtitutis, dimiſit cõſilium, facta ſingulis redeundi domos ſuas poteſtate. Quibus cum gaudio reuerſis, ualuit poſtea una illa inter omnes ſententia, de qua coram rege conuenerat, coaleſcentibus quaſi in unum corpus ijs, qui dudum diſsipati fuerant. Ipſe rex ex hac perfectione lætatus, per has literas Synodi fructus uberrimos, cum ijs qui adeſſe non potuerãt, communicauit, populoque ubique cum urbano tum ruſtico pecuniarias largitiones liberaliſsime decernens, celebrauit feſtiuitatem Vicennalium, id eſt, uigeſimi anni Imperij ſui. Sanè fautores Arij, etiam ſi impium non ducerent contra dicere alijs patribus, ſaltem huic, quem ipſi admirari ſolent, docẽti unanimem illum conſen-

ſum fuiſſe,fidem habere conueniebat.Sed quādoquidem cum placitis ſuo/ A
rum quoq; patrum conflictantur,at illi turpitudinis & horroris plena Arij
morte conſiderata,fugere debebant ſummis uiribus impietatē quam pepe/
rit. Cum autem genus mortis illius non omnibus notum eſſe uideatur,pla/
cuit & illud narratione noſtra exequi. Cap. XIIII

CVm non modicum tempus ille Alexandriæ conſumpſiſſet, rurſum animum ad debacchandum in eccleſias appulit, negareq; cepit impietatem, & polliceri conſenſionem expoſitam patrum ſe recepturum eſſe. Sed cum neque diuo Alexandro,neq; ſucceſſori cum præſulatus tum pietatis illius Athanaſio probaret cauſam ſuam,redijt adiutus ab Euſebio Nicomedenſi Conſtātinopolim. Vbi quas ille turbas dederit, & iuſti in illum iudicis ſententiam,aptiſsime expoſuit per omnia opt. Athanaſius in ijs quę Apioni ſcripſit. Quam ipſam quoque partem inſertam narrationi ſubiecimus. Ego Conſtantinopoli non fui tempore mortis illius, ſed audiui relationem Macarij presbyteri,qui tum affuit. Accerſitus fuerat à Cōſtantino Arrius annitentibus Euſebianis:qui cum comparuiſſet,interrogat rex,an teneat fidem catholicæ eccleſiæ:tum ipſe iureiurando affirmauit recte ſe credere,& exemplū ſcripturæ fidei ſuæ,principi obtulit,celatis omnibus, quorum cauſa ab Alexandro epiſcopo eiectus eccleſia erat, & ſimulatione referens dictiones ſcripturæ.Itaque abſoluit imperator iuratum non ſenſiſſe ea, B
quorum inſimulatus ab Alexandro, fuiſſet eccleſia eiectus, ſic locutus : ſi recta eſt fides tua, probe iuraſti: ſin eſt impia fides tua, & iuraſti,iudicium de te erit Dei de cœlo. Atque ita egreſſum à rege uoluere Euſebiani illum ſolita ui introducere in eccleſiam , ſed beatus Alexander reſtitit illis, quòd negaret inuentorem hæreſeos in eccleſiam recipi oportere. Ibi deinde ad minas peruentum eſt ab Euſebianis qui dicerent ,quemadmodū perfeciſſent ut ipſo inuito ab Imperatore accerſeretur Arius, ita Arium quamuis ei contrarium eſſet, poſtero die unà cum ipſis in eius eccleſiæ communione futurum eſſe:erat autē cum hæc diceret ſabbatum. Eam ob rem epiſcopus Alexander perquàm contriſtatus, eccleſiam intrat, & manus attollit ad deum, ſeq; cum lamentis in faciē humi proſternit in ſacrario, & iacens in pauimento orabat:aderat & Macarius,qui & ipſe orabat,& audiebat clamātem epiſcopū. Duplex autē erat poſtulatio. Si Arius eſt cras futurus in cōmunitate eccleſiæ, dimitte me ſeruum tuum,neq; perdas iuſtum cum impio.Sin parcis eccleſiæ tuæ,cui te ſcio parcere, flecte oculos tuos ad uerba Euſebianorū, neq; tradas in uaſtationē & probrum hæreditatem tuam , auferq; Arium è medio, ne ipſo introeunte in eccleſiam,ipſa etiā unà cum eo ſecta recipi uideatur, neq; ſit poſthac ullum inter pietatem ac impietatē diſcrimen. Hæc precatus Epiſcopus deceſsit inde cum ſumma ſolicitudine, acciditq; res admirabilis & inopinata.Euſebianis enim interminantibus,ipſe quidem ora/

bat

A bat Epiſcopus: Arius aūt Euſebianorum fiducia admodum procax, ſeceſsit tanquam ad uentris opus in ſellas quaſdam, ac mox ut ſcriptum eſt, pronus crepuit medius, prolapſuſq́ ſtatim eſt exanimatus. Hic finis fuit Arij, quē concordem ſuum, ſummo pudore confuſi, ſepelierunt Euſebiani. At beatus Alexander gaudente eccleſia cœtum celebrauit, in pietate & dogmatū ueritate, cum omnibus fratribus, adorans & magnificans deum ualde: non quod illum mortuum eſſe lætaretur, quod abſit (omnibus enim eſt hominibus hæc lex poſita ut quiſq́ ſemel moriatur) ſed quia non humani iudicij ſententia declarata, ſed ipſe dominus iudex fuerat inter minas Euſebianorū & preces Alexandri, condemnata ſecta Ariana, quam demonſtraſſet indignam eſſe cōmunitate eccleſiaſtica, feciſſetq́ palàm illum quamuis teſtimonium haberet Imperatoris omniūq́ mortalium, à ueritate tamen eſſe damnatum. Talibus manipulis ſcelerati ſeminis collectis, ueſtibulumq́ intuitus futuræ pœnæ ſuæ Arius, ſuam ipſe impietatē ſupplicio accuſauit. Sed iam ad narrationē Imperatoriæ pietatis nos conuertamus. Omnibus enim ſubiectis Romano imperio populis literas miſit, quibus hortabatur illos, ut à priſtino errore reuocati, ſaluatoris noſtri diſciplinę ſe traderēt erudiendos, atq́ uniuerſos ad ueritatem deducēs, Epiſcopos inſuper ad inſtaurationes eccleſiarum excitabat, non literarum modo cohortatione, ſed ſuppeditatio-

B ne etiam ambitioſa pecuniarum & rerum neceſſariarum ædificationi: quod ipſum & ſcripta indicant, hoc exemplo. Cap. XV

Victor Max. Conſtantinus Auguſtus Euſebio. Perſequēte ad hoc uſque tempus tyrannide & nefarijs conſilijs famulos Chriſti ſaluatoris noſtri, credo chariſsime frater, neque mihi dubium eſt, quoniam omnium eccleſiarum res, aut negligentia corruptæ, aut metu impendentis iniuriæ diminutæ ſint: nunc uero reddita libertate, & dracone illo à publicis adminiſtrationibus, Dei quidem prouidentia, noſtro autem miniſterio repulſo, in ea ſum opinione, nemini eſſe diuinam potentiā abſconditā, omneſq́ qui aut metu, aut infidelitate, aut peccatis fuerint implicati, cognito eo qui eſſentialiter eſt, ad uerum & rectum uitę ſtatum reuerſuros eſſe. Quibus igitur aut tu præes eccleſiis, aut quo alios Epiſcopos, presbyteros, diaconoſq́ in loco præeſſe noſti, cohortare ut ſtudium operamq́ ſuam rebus Eccleſiaſticis impendant, ut aut quæ reſtant perficiantur, aut amplientur, aut ſicubi opus fuerit, noua ædificia excitentur: petes autem & ipſe & reliqui per te neceſſaria à præſidibus noſtris & prouinciali magiſtratu, quibus & ipſi ſcripſimus ut ſummo ſtudio petitionibus ſanctitatis tuæ obſequātur. Deus te ſeruet frater chariſsime. Huiuſmodi epiſtolas de eccleſiarum ædificationibus ad ſingularum prouinciarum Epiſcopos dedit. Quæ autem ſcripſerit Euſebio Palæſtino de curatione ſacrorum librorum, ex ipſis cognoſci literis rectiſsime poterit. Cap. XVI

VIctor Conſtantinus Auguſtus Euſebio. In urbe quæ noſtrum no- A men complectitur, auxiliante ſaluatoris Dei prouidentia, ingens hominum multitudo ſeſe addixit eccleſiæ, ita admodum augeſcente omnium ibi numero, admodum dignum uidetur etiam eccleſias in ea plures cōſtrui. Tu igitur ſuſcipe prompto animo placita uolūtatis noſtræ, quòd & prudentiæ tuæ ſignificare æquum cenſuimus, ut in membranis bonis quinquaginta codicum, cures planè & dilucide ab artificibus ſcripturæ elegantis peritis, exarari eos potiſsimum ſacrarū literarum locos, quorum uerba doctrinæ & uſui eccleſiarum maxime cenſueris conuenire. Dedit & clementia noſtra literas, ad generalem diſpenſatorē noſtrum, ut huic operi neceſſaria omnia ſub miniſtrari curet. Nunc erit ſedulitatis tuæ, ut huiuſmodi codices quàm celerrime conſcripti abſoluantur, qui autoritate literarum noſtrarum concedentium hoc iuris tibi, duo publica uehicula ſumes, quibus illi ad nos deportentur, perficiente negotium uno aliquo ex diaconis tuis. Ita enim potiſsimum bene ſcripti in noſtrum facillimum conſpectum uidentur eſſe peruenturi. Qui cum ad uos uenerit, humanitatē noſtram experietur. Deus te conſeruet frater chariſsime. SATIS eſſe hæc poſſunt, de quibus coniectura, uel iudicium potius fiat, conuerſum laudatiſsimum Regem fuiſſe totis uiribus ad ſtudiū pietatis: addam tamen & ſupra dictis ſaluatoris ſepulchri ſuſceptam ab illo curam. Cum enim cōperiſſet ueſanientes & amentia ſimulachrorum B cultus percitos ſubruiſſe ſepulchrum dominicum, ſperantes hac contentione ſaluationis noſtræ memoriam obliuioni mandatum iri, illo autem in loco extruxiſſe impuræ diuæ ædem ad Virginalis partus cōtumeliā, primum dirui abominandas ſubſtructiones, deinde aggerem propter fœditatem funeſtorum ſacrorum, longè ab urbe diſiici ac diſsipari, mox exædificari templum maximum ac pulcherrimum imperauit. Quæ omnia planius docentur epiſtola miſſa ad eius eccleſiæ præſulem, Is erat tum Macarius cuius & antè meminimus, quiq; in magna ſynodo affuerat, armaq; ceperat ſocia ad illius blaſphemias proſternendas. Cap. XVII

Victor Conſtantinus Max. Macario.

TAnta eſt gratia ſaluatoris noſtri, ut nulla dicendi facultas præſenti miraculo ſufficere poſſe uideatur. Nam ſignificationē paſsionis illius ſanctiſsimę, tam diu obrutam terra, ſic multorū annorum ſpatijs fuiſſe ignoratam, dum cōmuni omnium hoſte ſublato liberatis famulis ſuis appareret, omnem profecto admirationis ſtuporē ſuperat. Si enim omnes quotquot ubiq; terrarum ſunt ſapientes cōuenerint, iuſsiq; hac re dignam orationem habere tentauerint, ne minimæ quidem parti cōtentione ſua ſatis eſſe factu ri uidentur, uſqueadeo omnē humanæ rationis capacē natram iſtius miraculi fides excedit, quò planè cæleſtia humanis plus ualere declaratur. Quapropter, hoc ego ſemper in primis atq; ſolum ſpecto, ut quemadmodum

ſeſe

A ſeſe cotidie nouis miraculis profert ueritatis fides, ita mentes omnium no/ ſtrum in ſancta lege, caſtitate ac unanimi cupiditate ſtudioſiores reddãtur. Quod cum omnibus manifeſtum eſſe confidam, hoc maxime tibi perſua/ deas uelim, nihil eſſe maiori curæ mihi, quàm ut ſacrum illum locum, quem Dei mandato, de ſpurci ſimulachri impoſitione, tanquam deprimẽte quo/ dam pondere alleuaui, ædificiorum pulchritudine exornemus, qui ab initio quidẽ ſanctus Dei iudicio fuit, ſed multo poſtea ſanctior prolata in lucem ſalutaris paſsionis fide effectus. Decet igitur prudentiam tuam, ita omnia inſtituere & præparare neceſſaria, ut non modo omnibus præſtantior baſi lica, ſed etiam alia ad eum modũ perficiantur, ne quid uſpiam locorũ quod maxime eximium ſit, hanc fabricam poſsit uincere. De murorum aũt excita tione & opere, ſcito cõmiſsionem habere à nobis Dracilianum amicum no ſtrum, qui nunc ſplendidiſsima gubernatorum noſtrorũ loca adminiſtrat, necnon iſtius prouinciæ præfectũ noſtrum. Imperatum enim eſt à pietate noſtra, ut artifices ac operarij cum omnibus quæ requiri ad ædificationem à tua fuerimus certiores facti ſapientia, ſtatim per illius prudentiam tibi cu/ rentur. De columnis aũt ſeu marmore, quicquid ipſe cõtemplatione operis pretioſiſsimum ac aptiſsimũ futurum ſtatueris, da operam ut quamprimũ nobis perſcribas, quo undecunq; conuehi poſſint ea quæ conuenientia ope ri futura de tuis literis intellexerimus. Aequum enim eſt ut totius orbis terra
B rum maxime admirabilis locus digno ſplendore exornetur. Ipſius quidem Baſilicæ teſtudinem utrum laqueatam, aut alio quopiam genere operis con cludendam cẽſeas, uelim mihi ſignifices. Nam laqueata auro quoq; illuſtra ri poterit. Quod ſupereſt, ſanctitas tua prædictos prætores certiores red/ dat, quot operarijs artificibusq;, & quantis ſumptibus opus ſit futurũ, eaq; omnia da operam ut ad nos quoque quam primum referantur: non ſolum de marmore & columnis, ſed etiam de lacunari, ſi hoc tibi placuerit. Deus te conſeruet frater dilecte.

Cap. XVIII

HAs literas pertulit ipſa Imperatoris mater, Egregij illa filij genitrix, & ab omnibus celebrata, tantæ lampadis parẽs & nutrix pietatis. Ea igi tur tædium itineris, ſenectæ etiam labore contempto ſuſcepit, non enim diu poſt illud mortua eſt, nata annos octoginta. Mox autem ubi locum conſpe xit qui admiſiſſet communis ſalutis tormenta, abominandam illam ædem dirui & aggerem exportari iuſsit: oppreſſo uero ſepulchro iam apparente, uiſæ quoque ſunt iuxta dominicum monumẽtum tres defoſſæ cruces, qua/ rum nemo erat qui non pro certo haberet, unã fuiſſe domini ſaluatoris no/ ſtri, duasq; reliquas ſimul actorum in crucem latronum. Ignorabatur tamẽ illa quæ dominicum tetigiſſet corpus, & pretioſi ſanguinis ſtillicidia excepiſ/ ſet. Sed beatus Macarius præſul urbis illius, tali ratione dubitationem hanc explicauit. Fœminæ enim primariæ quæ diuturno morbo teneretur, ſingu/

latim

latim quamcꝫ crucē cum ardentibus precibus admouit, atcꝫ ita arcana uis A cognita eſt. Cum enim primum hæc crux muliebre corpus contigiſſet, grauem mox repulit morbum,& illam priſtinæ reſtituit ſanitati. Ita Imperatoris mater comperta re quam deſiderauerat, clauorū alios galeæ regiæ inſeruit,qui præſidio eſſent capiti filij ſui,& hoſtium tela repellerent:alios frenis equeſtribus coniunxit,& regi protectionem parans,et priſcum uaticiniū implens:longum enim eſt cum Zacharias propheta clamat:Et quod in frenis fuerit,ſanctum erit domino omnipotenti. Particulam autem crucis ſaluatoris,in Regia collocandam ſepoſuit, reliquum ex argento fabricata capſula in eam incluſit,epiſcopocꝫ urbis dedit aſſeruandam,ut monumentum ſalutis extaret ad poſteritatem. Vndicꝫ autem omnis generis materiam artificibus ſuppeditans, maxima & clariſsima illa templa extruxit, quorum pulchritudinem & magnitudinem hoc loco exponere ſuperuacuum duxi, currentibus illuc,ut ita dicam, uniuerſis Dei amantibus ad tantæ magnificētiæ ſpectaculum. Fecit & aliud dignum memoria laudatiſſima illa & ſuſpicienda Regina. Cōgregatis enim Virginalis uitæ cultricibus plurimis, ſedilibus præparatis diſcumbere illas iuſsit, & ipſa ut famula circumiens miniſtrauit, cibum apponēs,& pocula porrigens,& uinum infundens,& pelui allata de uaſe manali affudit aquam manibus illarum. His & alijs conſimilibus peractis redijt ad filium,& multis præceptis de pietate filio datis, ualedicendicꝫ B benedictionibus conſumatis,ex hac uita in meliorem tranſiit. Atcꝫ illa quidem mortua eo fuit affecta honore qui deberetur tanta cura tantóque feruore perſecutæ cultum omnium creatoris dei. At Arij factio ad conſilia improbiſsima reuerſi ſunt.

Cap. XIX

EA enim de cauſa manus ſuas non ſubtraxere concordiæ fidei,quo induti ouium pelles,ut lupi graſſari poſſent. Nam diuino Alexādro qui Arium confixerat oratione ſua,illo inquam Byzantio,hoc enim tum nomine Conſtātinopolis appellabatur,in uitam meliorē translato, Euſebius ad uocatus impietatis, oblitus earum legum quas pauloantè cum alijs pontificibus conſcripſerat,mox Nicomedia deſerta Conſtantinopolitanū arripuit ſolium,cum planè Canon interdicat omnibus cum presbyteris tum epiſcopis, tranſgreſsione in alias atcꝫ alias urbes. Mirum tamen eſſe non debet, fuiſſe audaces illos in prætereundo alias leges, qui ita cōtra unigeniti diuinitatem inſaniuerāt. Necꝫ primū huic nouitati ille ſtuduit,ſed iam ante idem facere auſus fuerat: commiſſa enim ſibi quondam Beruto,illam relinquens, Nicomediam occupauerat,qua poſtea eſt exactus ſynodi ſententia ob manifeſtam impietatem ſuam,unacꝫ etiam Nicæa Theogonius,idcꝫ Imperator Conſtantinus alteris literis ſuis demonſtrauit,quorum partem inſeram narrationi huic, miſſarum Nicomedenſibus. QVIS imbuit talibus innocentem multitudinē? Nimirum Euſebius crudelitate tyrannica initiatus.

Fuiſſe

A Fuiſſe enim ſemper transfugam ſanctorum multis eſt uidere argumentis. Hoc enim partim cædes Epiſcoporum, ſed uere Epiſcoporũ, teſtantur, partim grauiſsima Chriſtianorũ inſectatio manifeſtè clamat. Nam de illius erga me contumelijs nunc non loquar. Quibus cũ ſæuirent maxime aduerſariorum concurſiones, ipſe oculos ſpeculatores aduerſum me intendebat, & propemodum armato miniſterio præſto erat tyranno. Necq; quiſquam arbitratus ſit non me ad hæc plana facienda paratum eſſe. Certiſsimum enim eſt indicium, quòd manifeſto deprehendi à me contigerit presbyteros ac diaconos aſſeclas Euſebij. Sed hæc omittam, quæ non indignationis meæ, ſed pudoris illorum gratia protulimus. Hoc autem exercet cogitationem animi mei, quòd intelligo uos ad ſocietatem criminis uocari. De Euſebij eñ inſtitutione & peruerſione, conſcientia ueſtra à ueritate diſceſſit. Medicina tamen non ſera fuerit, ſi nunc ſaltem delecto epiſcopo fideli & integro reſpexeritis ad deum, quod & in præſentia eſt poteſtatis ueſtræ, & iam pridem debuerat iudicio ueſtro perfectum eſſe. Ille quẽ memorauimus Euſebius magnopere à quibuſdam tum adiutus, huc peruenit & impudenter rectitudinem ordinis acquiſiuit. Sed cum de hoc Euſebio charitati ueſtræ pauca ſcribenda ſint, meminit patientia ueſtra coactam eſſe Nicææ ſynodum, cui & ego reuerenter affui miniſterio conſcientię meæ: nullo alio conſilio quàm ut

B omnes in concordiam redigerentur, utcq; penitus redargueretur exterminareturcq; negotium illud, motum Arij primum Alexandrini dementia, confirmatum autem mox Euſebij abſurdo & exitiali ſtudio. Sed eũdem illum Euſebium, quo cenſetis, chariſsimi honorabiliſsimicq;, diſcurſionis labore, nempe conſcientia ſuperatum, quòue pudore cum conuicto omni ex parte mendacio cõflictatum eſſe? Subornauit enim diuerſos qui pro ſe apud nos deprecarentur, & ipſe petijt auxilium noſtrum, ne tanti delicti condemnatus priuaretur honoribus ſuis: deum facio horum teſtem, qui nobis bonitate ſua perpetuo aſsit. Me enim etiam peruertit, & indecenter ſeduxit ille, quod uos quocq; ſcire debetis. Nam tũc omnia quæ uolu erat obtinuit, cum malitiam animo ſuo penitus abſcõderet. Sed quæ nuper, ut alia prætercam facinora prauitatis ipſius, cum Theogonio ſocio ueſaniæ ſuæ deſignarit, quæſo cognoſcite. Imperaueram ut Alexandrini quidam, quòd à fide noſtra defeciſſent, huc mitterẽtur: nam illorum miniſterio diſſenſionum uidebatur flamma excitari. At iſti honeſti bonicq; epiſcopi, quos ſemel Synodi ueritas reſeruarat pœnitentiæ, eos non receperunt, ut eſſent tuto apud ſe loco, ſed uitæ ſuæ malitiam cum eis communicauerunt. Eam ob rem hoc cepimus aduerſus ingratos iſtos cõſilium, ut iuberemus arreptos ipſos in remotiſsima loca deportari. Quod reſtat, ueſtrũ eſt ea fide Deum ſpectare, qua ubique hoc fieri ſoleat, quacq; eſſe tranſigicq; omnia deceat. Ita nos ſi habeamus epiſcopos caſtos, orthodoxos, humanos, gaudemus. Quòd ſi quis audacter

dacter inconſultecꝙ ad memoriam, ad laudem peſtium illarum exarſerit: A
illius ſtatim audacia miniſtri Dei, hoc eſt mea executione, cohercebitur.
Deus uos conſeruet fratres dilecti. ATQVE ILLI tunc honoribus ſpoliati urbibusꝙ eiecti ſunt: commiſſa Nicomediæ adminiſtratione Amphioni, Nicææ Chreſto. Sed rurſus ſolitas fraudes uſurpantes, pro commeatu fallaciç uidentes eſſe humanitatem Regis, renouato certamine priſtinam potentiam recuperarunt. Cap. XXI

SEd Euſebius, ut dictum eſt, uiolenter occupato præſulatu Conſtantinopolitano, potentiæ incrementa faciebat, & familiaris effectus Imperatori, confidentiáque de frequente conſuetudine capta aduerſus propugnatores ueritatis rurſus produxit machinas ſuas. Ac primum prætexens cupiditatem uiſendorum Hieroſolymorum, hac fraude circumuento Imperatore, quod diceret ſe teneri deſiderio celebre ædificationis opus conſpiciendi, magno cum honore illinc diſceſſit, attribuente ei Imperatore & uehicula & comitatum. Adiunxit hnic ſe & Theogonius Nicænus ſocius, ut antè diximus, improborum conſiliorum ipſius. Cumꝙ uenifſent Antiochiam amico uultu omnia illis benigne præſtabantur, nam ueritatis propugnator Magnus Euſtathius, omni fraterno amore eos complexus eſt. Vbi autem ad ſacra deueniſſent loca & uidiſſent concordes ſuos, Euſebium Cæſarienſem, Patrophilum Scythopolitam, Aetium Lyddæ, Theodotum B
Laodiciæ epiſcopum, & alios Ariana labe inquinatos, indicarunt eis turbarum conſilia, & unà cum ipſis Antiochiam inuaſerunt: & aliorum quidem aduentui deductionis honor prætendebatur, ſed quod clanculum cóficiebatur, bellum erat aduerſus pietatem. Conducta enim muliercula quæ corpus ſuum proſtitueret, & linguæ illius obſequium mercati conſilium cóuocarunt: deinde alijs omnibus excluſis miſerrimam introducunt mulierculam, quæ infantem prç ſe ferens lactentem aiebat cum impudentibus clamoribus ſuſceptum genitumcꝙ illum ex Euſtathio. At ille qui calumniam manifeſte cerneret confictam contra ſeſe, poſtulabat ut ſi quem teſtem haberet eius rei eum in medium produceret: quæ cum habere ſe negaſſet, iuſiurandum ei defertur à iuſtiſſimis iudicibus, clamante palam lege probationes duum trium'ue teſtium cõfirmatione ualere. Et ſtatuente Apoſtolo poſtulationem aduerſus presbyterum, niſi cõfirmato crimine duum trium'ue teſtium non admitti oportere. Sed hi ſpretis legibus diuinis, accuſationem inteſtatam contra tantum uirum admittunt, cumꝙ illa confirmaret iureiurando clamores ſuos, puerum eſſe Euſtathij, mox ueritatis amici iudices cõtra illum, ut adulterum pronunciauerunt. Refragantibus autem alijs Pontificibus, qui nõ pauci aderant, reſpectu apoſtolicorum dogmatum, & ignoratione eorum quæ mouerentur, manifeſte contradicentibus, prohibentibusꝙ ſententiæ iniuſtæ parere Magnum Euſtathium, abiere illius fabulæ

compoſito-

A compoſitores quamprimũ ad regem, eiq́ꝫ perſuadẽt ueram accuſationem, & iuſtam fuiſſe condemnationis ſententiam, exiliumq́ꝫ cõficiunt, tanquam adultero & tyranno, pietatis & caſtitatis athletæ. Cap. XXI

ATq́ꝫ eſt ille per Thraciam abductus in Illyricam quandam urbem. Sed hi primum ſurrogant Eulalium, quo paulo poſt uita functo, uo/luerant illo transferre Euſebium Palæſtinum. Cui cum & ipſi contraria ea res eſſet, inſuperq́ꝫ prohibente imperatore, ſubiecere Euphronium, quo & ipſo mortuo, uixit enim in hoc honore annum tantũ unum & paucos men ſes, Placentio præſulatum eccleſiæ illius tradidere. His autem cunctis occul/te inerat Ariana labes, ideoq́ꝫ plurimi ſtudioſi pietatis, cum ſacerdotes tum plebs, deſertis eccleſiaſticis cœtibus, priuatim conueniebant. ij uocabantur Euſtathiani quòd talis coitio poſt Euſtathij exilium extitiſſet. Illa uero mi/ſerrima muliercula morbo grauiſsimo & diuturno correpta, prodidit inſi/dias & tragœdiam illam detexit, non duobus tribus'ue, ſed compluribus ſacerdotibus illis fraudibus indicatis. ſe enim aiebat pecunia conductam ad illam calumniam, nõ tamen falſum omnino iuratam fuiſſe, Euſtathij enim fabri cuiuſdam puerum eſſe. Atq́ꝫ hæc Antiochiæ belliſsima illa molita eſt factio. Cap. XXII

HIs temporibus & Indis illuxit diuinæ cognitionis iubar. Cum enim B ubiq́ꝫ celebris Imperatoris uirtus ac pietas, & uicini barbari docti eſ/ſent præſtare pace frui, quàm bello decertare, cõmiſcebantur ubiq́ꝫ com/mercio libero. Ibi Tyrius quidã externæ philoſophiæ deditus, incenſus cu/piditate perluſtrandæ ultimæ Indiæ, profectioni cum duobus adoleſcenti/bus fratris filijs accingitur: ſed poſtquam deſiderio ſuo ſatisfecerat, nauiga/tione in patriam reuertebatur: appulſaq́ꝫ naui in portum aquationis gratia, irruentes barbari, alios in mare demerſerunt, alios ſeruitũ abſtraxere. Atq́ꝫ ille quidem Tyrius inter mortuos relictus, adoleſcẽtes uero ad regem dedu cti ſunt: horũ nomina fuere uni Aedeſio, alteri Frumentio: quibus tempore terræ illius regi probatis prudentia eorum patefacta, cura Regiæ commit/titur. Quòd ſi cui hæc fingi uidentur, is recordetur, quid Ioſepho uſu uene/rit, & ad regnũ Aegypti reſpiciat, itemq́ꝫ prophetam Danielem tresq́ꝫ illos pietatis athletas. nam & hi de captiuitate ad Babylonis præfecturam deue nerunt. Sed rege mortuo maiore in pretio apud filium illius fuere. Educati autem in pietate hortabantur mercatores, ſi qui, quemadmodum mos fert Romanorum, adueniſſent, ut conuenire & ſacros ritus celebrare uellent. In/terq́ꝫ hæc elapſo longo ſanè tempore accedunt ad regẽ, petuntq́ꝫ pro mer/cede fidelitatis erga illum ſuæ, conceſsionem reditus in patriam ſuam. Quo impetrato, in Romanum ſolum reuerſi ſunt, manſitq́ꝫ Tyri Aedeſius, at Frumentius poſt habito conſpectu parentum ſuorum cura rerum diuina/rum Alexandriam perrexit, præſulemq́ꝫ urbis illius docuit qua eſſent cupi

ditate Indi uidendæ lucis intelligibilis. Tum eccleſiæ illius clauum tenebat A Athanaſius, qui audita narratione hac, quis autem reperiri poſsit, inquit, aptior ad caliginem iſtam ignorantiæ diſcutiendam, & inferendi diuinæ prædicationis luminis quàm tu? Hæc locutus & communicata cum eo gratia Pontificali, miſit ad iſtius gentis culturam. Qui & patria derelicta & contempto tanto pelago, peruenit ad gentem incultam, eamq; ſummo ſtudio excoluit, cooperante ſibi diuina gratia. Apoſtolicis enim miraculis, ſi qui forte ſibi reſiſtere conarentur, capiebat. Et ſignorum efficacia dictorum teſtis, permultos cotidie corripiebat, ac Indorũ quidem ad cognitionem dei Frumentius dux fuit. Cap. XXIII

AT Iberis eodem tempore mulier captiua uiam ueritatis demonſtrauit. Illa enim orationi aſsiduo uacabat, cubile ſtragulumq; habens molliculum extenſum humi ſacculum, delicatiſsime autem uiuens in continuis ieiunijs. Ex hoc labore Apoſtolica dona conſecuta eſt. Nam cum barbaris mos ſit, penuria medicorum, ex ſeſe mutuo de medicamẽtis quærere, quo quopiã aliquis in morbo uſus ſanitati fuerit reſtitutus, deuenit quædã ad laudabilem illam mulierem fœmina cum infirmo puero, cum maximis precibus, ut remedium morbi aliquod ſe doceret. Quæ accepto puero repoſitoq; in cubile ſuum, obſecrabat omnium conditorem Deum ut annuere precibus ſuis & infirmum puerum exoluere morbo uellet, qui exaudita ſupplici oratione ſanitatẽ illi reddidit. Ex hoc mirabilis mulier omnibus in ore fuit, neq; enim coniugem regiam fama huius facti latuit, quæ & ipſa cum difficili morbo teneretur accerſendam eam curauit, ſed hoc facere recuſauit elationis quadam mediocritate uſa. Tunc regina coacta malo dignitatem Regiam non paſſa obſtare ſibi, accurrit ad captiuam, quæ & ipſam in uilem lectulum ſuum illam reponens adhibuit ſalutarem morbo medicinam orationis. Recuperata igitur priſtina ualetudine obtulit ei Regina mercedem curationis rerum maxime expetendarum, aurum, argentum, tunicàs, pallas, quæq; alia largiri Regia munificentia cõſueuit. His ſibi illa opus eſſe negauit, ſed magnam futuram mercedem, ſi pietatem uellet cognoſcere, & expoſuit quam poterat illi accuratiſsime diuina præcepta, hortabaturq; ut diuinum templum excitaret ſaluatori ſuo Chriſto. Ita reuerſa regina in Regiam, ſubita percutit animum coniugis ſuæ admiratione facilis curationis, cui narrat potentiã dei quem captiua coleret, illumq; aiebat ſolum pro deo habendum, extruiq; templum & totam gentem ad cultum ipſius conuerti oportere. Rex quidem magnis uehebat laudibus miraculum declaratum in uxore ſua, ſed ab ædificãdo templo abhorrebat animus. Modico autem tempore elapſo, uenatum egreſſus, ab humaniſsimo domino, ut quondam diuus Paulus captus eſt. Nam improuiſa implicitus caligine ulterius non poterat progredi. Et comites quidem ſolita fruebantur luce, ſolusq; ipſe relictus

A lictus tenebrarum uinculis conſtringebatur. In maxima igitur dubitatione rationem ſalutis inuenit. Nam recordatus in fidelitatis ſuæ, & inuocato nomine eius dei quem coleret captiua, lucem recepit: tum profectus ad captiuam ſuſpiciendam mulierem, petijt ab ea demonſtrationem ædificij. At illi idem qui Beſelielem architectonica ſapientia compleuerat, hoc quoq; donum contulit, ut deſcribere poſſet diuinũ templum. Deſcribebat ergo ipſa, illi fodiebant & ædificabant. Sed iam in opere perfecto & concluſo tectis, cum deeſſent ſacerdotes excogitauit conſilium hac quoq; in re mulier: perſuaſit enim regi ut legatos mitteret ad Imperatorem Romanorũ, peteretq; pietatis ſibi doctore proſpici. Rex quidem uiam demonſtratam legationis mittendæ ſtatim eſt ingreſſus. Imperator uero cognita petitione (erat autẽ Conſtantinus ardentiſsimus amator ille pietatis) benignitate ſumma complexus legatos, præconẽ diuinæ cognitionis miſit illi genti uirũ, fide, intelligentia, moribus ornatiſsimum cum dignitate Pontificali, muneribus pluri mis adiectis. Atq; ille ad hũc modum petentibus ijs proſpexit, ſed in Perſidę alumnorum pietatis ultro cauſam ſuſcepit. Certior enim factus ab impijs eos exagitari, & regem ſeruientem erroribus uarijs inſidijs circumueni re, literas ad illum dedit, poſtulans ut & ipſe ad pietatem ſe cõuertere & cultoribus illius honorem habere uellet. Cap. XXIIII

B SEd melius fuerit ſcriptoris ſtudium declarare: Obſeruans diuinã fidem adipiſcor lumen ueritatis: ſequens lumen ueritatis, agnoſco diuinã fidẽ. Atq; de his, quod ipſa res docet, ſanctiſsimæ religionis cultum notũ facio, qui eſt magiſter cognitionis ſanctiſsimi dei. Huic me ſeruire confiteor: huiusq; dei adiutus ope, orſus ab ultimis Oceani finibus, uniuerſum orbem terrarum firmæ ſalutis ſpe erexi, ut om... quę iam cotidianis calamitatibus ſeruitij tot tyrannorum deficerent & extenuarentur, communiter à nobis uindicata, quaſi curatione quadam medica refocillarentur. Hunc ego deum ueneror, cuius ſignum dicatus eidem deo exercitus meus portat in humeris ſuis, & quocunq; per fas & ius contendit, proſpero ſecundoq; curſu utitur. Nobiſq; ex illorum ſplendidiſsimis trophæis non ſera rependitur gratia. Hunc ego Deum uenerari me immortali memoria profiteor, hunc mente perfecta & pura in cœlo eſſe perſpicio: hũc flexis genibus inuoco, auerſans omnem abominationis ſanguinem, & odores fœdos ac fugiendos, incantationum omnium igniculos declinans, quibus cunctis ſceleratus & infandus error inquinatus, plurimos totaſq; adeo gentes cõuellens infernis con tradidit partibus. Quæ enim omnium conditor deus per humanã pruden tiam propria benignitate ad uſum hominum protulit, ea ad uniuſcuiuſq; libidinem arripi non ſuſtinet. Mentem autem ſolummodo puram & intaminatam animam ab hominibus poſtulat, quibus uirtutis & pietatis opera metitur. Aequitatis & manſuetudinis factis oblectatur, amat mites, odit tur

ditate Indi uidendæ lucis intelligibilis. Tum eccleſiæ illius clauum tenebat A Athanaſius, qui audita narratione hac, quis autem reperiri poſsit, inquit, aptior ad caliginem iſtam ignorantiæ diſcutiendam, & inferendi diuinæ prædicationis luminis quàm tu? Hæc locutus & communicata cum eo gratia Pontificali, miſit ad illius gentis culturam. Qui & patria derelicta & contempto tanto pelago, peruenit ad gentem incultam, eamq́ ſummo ſtudio excoluit, cooperante ſibi diuina gratia. Apoſtolicis enim miraculis, ſi qui forte ſibi reſiſtere conarentur, capiebat. Et ſignorum efficacia dictorum teſtis, permultos cotidie corripiebat, ac Indorũ quidem ad cognitionem dei Frumentius dux fuit. Cap. XXIII

AT Iberis eodem tempore mulier captiua uiam ueritatis demonſtrauit. Illa enim orationi aſsiduo uacabat, cubile ſtragulumq́ habens molliculum extenſum humi ſacculum, delicatiſsime autem uiuens in continuis ieiunijs. Ex hoc labore Apoſtolica dona conſecuta eſt. Nam cum barbaris mos ſit, penuria medicorum, ex ſeſe mutuo de medicamẽtis quærere, quo quopiã aliquis in morbo uſus ſanitati fuerit reſtitutus, deuenit quædã ad laudabilem illam mulierem fœmina cum infirmo puero, cum maximis precibus, ut remedium morbi aliquod ſe doceret. Quæ accepto puero repoſitoq́ in cubile ſuum, obſecrabat omnium conditorem Deum ut annuere precibus ſuis & infirmum puerum exoluere morbo uellet, qui exaudita ſupplici oratione ſanitatẽ illi reddidit. Ex hoc mirabilis mulier omnibus in ore fuit, neq́ enim coniugem regiam fama huius facti latuit, quæ & ipſa cum difficili morbo teneretur accerſendam eam curauit, ſed hoc facere recuſauit elationis quadam mediocritate uſa. Tunc regina coacta malo dignitatem Regiam non paſſa obſtare ſibi, accurrit ad captiuam, quæ & ipſam in uilem lectulum ſuum illam reponens adhibuit ſalutarem morbo medicinam orationis. Recuperata igitur priſtina ualetudine obtulit ei Regina mercedem curationis rerum maxime expetendarum, aurum, argentum, tunicas, pallas, quæq́ alia largiri Regia munificentia cõſueuit. His ſibi illa opus eſſe negauit, ſed magnam futuram mercedem, ſi pietatem uellet cognoſcere, & expoſuit quam poterat illi accuratiſsime diuina præcepta, hortabaturq́ ut diuinum templum excitaret ſaluatori ſuo Chriſto. Ita reuerſa regina in Regiam, ſubita percutit animum coniugis ſuæ admiratione facilis curationis, cui narrat potentiã dei quem captiua coleret, illumq́ aiebat ſolum pro deo habendum, extruiq́ templum & totam gentem ad cultum ipſius conuerti oportere. Rex quidem magnis uehebat laudibus miraculum declaratum in uxore ſua, ſed ab ædificãdo templo abhorrebat animus. Modico autem tempore elapſo, uenatum egreſſus, ab humaniſsimo domino, ut quondam diuus Paulus captus eſt. Nam improuiſa implicitus caligine ulterius non poterat progredi. Et comites quidem ſolita fruebantur luce, ſolusq́ ipſe re-

lictus

A lictus tenebratum uinculis conſtringebatur. In maxima igitur dubitatione rationem ſalutis inuenit. Nam recordatus infidelitatis ſuæ, & inuocato nomine eius dei quem coleret captiua, lucem recepit: tum profectus ad captiuam ſuſpiciendam mulierem, petijt ab ea demonſtrationem ædificij. At illi idem qui Beſelielem architectonica ſapientia compleuerat, hoc quoq; donum contulit, ut deſcribere poſſet diuinũ templum. Deſcribebat ergo ipſa, illi fodiebant & ædificabant. Sed iam in opere perfecto & concluſo tectis, cum deeſſent ſacerdotes excogitauit conſilium hac quoq; in re mulier: perſuaſit enim regi ut legatos mitteret ad Imperatorem Romanorũ, peteretq; pietatis ſibi doctore proſpici. Rex quidem uiam demonſtratam legationis mittendæ ſtatim eſt ingreſſus. Imperator uero cognita petitione (erat autẽ Conſtantinus ardentiſsimus amator ille pietatis) benignitate ſumma complexus legatos, præconẽ diuinæ cognitionis miſit illi genti uirũ, fide, intelligentia, moribus ornatiſsimum cum dignitate Pontificali, muneribus pluris adiectis. Atq; ille ad hũc modum petentibus ijs proſpexit, ſed in Perſide alumnorum pietatis ultro cauſam ſuſcepit. Certior enim factus ab impijs eos exagitari, & regem ſeruientem erroribus uarijs inſidijs circumueniri, literas ad illum dedit, poſtulans ut & ipſe ad pietatem ſe cõuertere & cultoribus illius honorem habere uellet. Cap. XXIIII

B SEd melius fuerit ſcriptoris ſtudium declarare: Obſeruans diuinã fidem adipiſcor lumen ueritatis: ſequens lumen ueritatis, agnoſco diuinã fidẽ. Atq; de his, quod ipſa res docet, ſanctiſsimæ religionis cultum notũ facio, qui eſt magiſter cognitionis ſanctiſsimi dei. Huic me ſeruire confiteor: huiuſq; dei adiutus ope, orſus ab ultimis Oceani finibus, uniuerſum orbem terrarum firmæ ſalutis ſpe erexi, ut omnia quę iam cotidianis calamitatibus ſeruitij tot tyrannorum deficerent & extenuarentur, communiter à nobis uindicata, quaſi curatione quadam medica refocillarentur. Hunc ego deum ueneror, cuius ſignum dicatus eidem deo exercitus meus portat in humeris ſuis, & quocunq; per fas & ius contendit, proſpero ſecundoq; curſu utitur. Nobiſq; ex illorum ſplendidiſsimis trophæis non ſera rependitur gratia. Hunc ego Deum uenerari me immortali memoria profiteor, hunc mente perfecta & pura in cœlo eſſe perſpicio: hũc flexis genibus inuoco, auerſans omnem abominationis ſanguinem, & odores fœdos ac fugiendos, incantationum omnium igniculos declinans, quibus cunctis ſceleratus & infandus error inquinatus, plurimos totaſq; adeo gentes cõuellens infernis con tradidit partibus. Quæ enim omnium conditor deus per humanã prudentiam propria benignitate ad uſum hominum protulit, ea ad uniuſcuiuſq; libidinem arripi non ſuſtinet. Mentem autem ſolummodo puram & intaminatam animam ab hominibus poſtulat, quibus uirtutis & pietatis opera metitur. Aequitatis & manſuetudinis factis oblectatur, amat mites, odit tur

bulentos, diligit fidem, punit infidelitatem, omnem iactabundam poten/ A
tiam frangit, contumelias ſuperborum ulciſcitur, elatos faſtu funditus euer/
tit, humiliatis & patientibus tribuens quæ promerentur: ita & imperium
iuſtum magni ille æſtimans, ſua opitulatione confirmare, & regiam intelli/
gentiam tranquillitate pacis conſeruare ſolet. Minime decipi mihi uideor,
mi frater, cum deum hunc eſſe confiteor ducem ſaluatoremq́ omniũ, quem
multi hoc potiti imperio ueſanis erroribus ſeducti, abnegare conati ſunt.
Sed cuncti tali ſunt genere ultionis conſumpti, ut ubiq́ homines ſuperſti/
tes nullum aliud exemplum quærant execrandi ſimilium facinorum cona/
tus quàm illorum calamitatum imprecationem. Horum unum fuiſſe iudi/
co, qui quaſi fulmine diuinæ iræ hinc reiectus, ueſtraq́ in loca ablatus fuit,
trophæo uobis glorioſo pudore ſuo. Sed optime cecidiſſe uidetur, ut no/
ſtris quoq́ temporibus ſupplicia iſtorum proferrentur. Nam & ego aſpe/
xi finem illorum qui paulo antè nefaria dominatione perturbarunt deo di/
catum populum. Ideoq́ & Deo magnas gratias ago, quòd ſingulari proui
dentia illius, totum genus humanum quod legem colit diuinam, reddita
nunc pace in lætitia & gaudio uitam degat. Hinc etiam nobis ipſis perſua/
ſum eſt, Rempublicam optimo tutiſsimoq́ in loco uerſari, cum ob illorum
puram probatamq́ in concordia de numine, religionem, uniuerſa ipſe ad
ſeſe colligere dignatur. Hunc catalogum hominum, Chriſtianorũ inquam B
de quibus omnis mihi ſermo, cum audio primarijs in Perſiæ locis, plurimũ,
ut ſemper experiui, augeſcere, qua me uoluptate affici exiſtimas? Optime
igitur cum illis, ſimiliterq́ tecũ optime agitur, quia cõmuniter cum utriſq́.
Ita enim omnium rerum dominum clementem, propitium, benignum ha/
biturus es. Iſtos igitur cum tantus es, committo tibi, eoſdemq́ tibi in ma/
num trado, cum es celeberrimus pietatis laude. Quos pro humanitate tua
amore ac beneuolentia complectare, immenſam tibi nobiſq́ per fidem læ
titiam conciliaturus. TANTAE curæ optimo omnium regi erant quicunq́
pietate ornati eſſent, ut non modo ſuorum ſolicitudinem, ſed alienis quoq́
dominis ſubiectorum procurationem capeſſeret, quod illius ſtudium diui/
nus compenſauit reſpectus, cum habenis cõmiſsis Europæ totius, & Afri/
cæ, & præterea maximæ Aſiæ partis, tum amore conciliato ſubditorum
qui frena cum uoluptate etiam paterentur, in Barbarorum inſuper imperio
illius ſeruitute aliorum uoluntaria, aliorũ armis bellicis confecta, excitatiſq́
ubiq́ trophæiſq́ & præconijs uictoriarũ Imperatoris. Sed hæc & ab alijs
copioſius celebrata ſunt, & nos proſequi inſtitutã narrationem debemus.
Laudatiſsimus igitur rex Apoſtolicas curas ſuſcipiebat animo ſuo, at Pon/
tifices non ſolum non ædificare eccleſiam, ſed illius etiam fundamenta labe
factare conabantur: nam illius & Apoſtolicorum dogmatum principes ua
rias texentes calumnias, impulſos in exilium agebant. Non enim expleta
ipſorum

A ipſorũ inuidia famoſæ illa cõtra Euſtathiũ fabulæ cõpoſitione, etiã alteram turrim max.pietatis conuellere ſumma uariaq; molitione tentauerũt:quam & ipſam tragœdiam q̃ potero breuiſsime recenſebo. Cap. XXV

ALexandro admirabili illo ſene, qui Arij blaſphemiam deuicerat, uita poſt menſes v à conuentu Nicæno, ſua functo, præſulatum eccleſiæ Alexandrinæ Athanaſius cepit, uir ab ineunte ætate diuinis præceptis in/nutritus, omnibus aũt in gradibus Eccleſiaſtici ordinis cũ admiratione uer/ſatus. Hic in magno illo conuentu, nullũ certamen pro Apoſtolicis dogma/tis cum fugere uideretur, à ueritatis quidẽ propugnatoribus gloriam, ab ad uerſarijs uero ut oppugnator odium & inimicitias cõſecutus eſt. Erat autem cum Magno Alexandro admodũ iuuenis & diaconi locum obtinẽs. Cum igitur ij qui bellum aduerſus unigenitũ Deum gerere decreuerant, re eſſent præſentiam animi ipſius in defendenda ueritate experti, cognouiſſentq; A/lexandrinæ tenere eccleſiæ gubernacula, prçſulatũ ipſius exitio futurum im pietati ſuæ crediderunt: itaq; tale quiddã machinant̃. Melitius quem ſyno/dus Nicæna abdicauerat, nõ deſinebat motus turbaſq; excitare in Thebai de, & uicina Aegypto. Huius factionis illi pecunia cõductis quibuſdã, quo ſuſpicio accuſationis uitaretur, perſuadent, ut ad Imperatorẽ curſitent & per calumniam Athanaſium inſimulent exactionum in Aegypto, quas ipſe in/
B ſtituat & de quibus collectam pecuniam ſuppeditet cuidam ſtudenti nouis rebus. Ita doloſe captatis Imperatoris auribus, effecere ut Athanaſius Con ſtantinopolim accerſeretur, qui cum aduenïſſet accuſationiſq; falſitatem co arguiſſet, diuinitus illi attributam eccleſiam recuperauit. Hoc & rex ipſe o/ſtendit in literis ad Alexãdrinam eccleſiam miſsis, quarum & ipſarum clau/ſulam inſeram narrationi noſtræ. Cap. XXVI

NOn potuit improbitas iſtorum credite mihi fratres, nõ potuit nocere Epiſcopo ueſtro. Nihil aliud ſtuduere quàm ut noſtris temporibus conſumptis nullum haberent in uita pœnitentiæ ſpatium: quare uobis ipſis auxilio ſitis moneo, ueſtrum amorificum ſtudium urgete, omnibus uiribus exagitate eos qui cupiunt abolere gratiam concordiæ ueſtræ, & reſpicien/tes ad Deum, mutuo amore uos complectimini. Ego ueſtrum Epiſcopum Athanaſium libenter uidi, ſicq; ſum allocutus ut quem uirum Dei eſſe cre/derem. Cap. XXVII

SEd ne ſic quidem iſtorum cohercita eſt impietas, quin aliam texerent fa bulam, cui nemo unquam ueterum Tragicorum, aut comicorum ſimi/lem dedit. Nam rurſus conductis accuſatoribus de factione illa deducunt ad regem cũ ſummis clamoribus de ſceleratis & nefarijs auſis Athletæ uir/tutis: his aderat doctor Euſebius & Theogonius, itemq; Theodorus Perin thius, Perinthus aũt hoc tẽpore Heraclia nominatur: affirmabant aũt faci/nora eſſe intolerabilia quæq; ferre nullius aures poſſent. Ita perſuadẽt Regi

ut ſynodum cogeret Cæſariæ Palæſtinæ, ibi enim erat inimicorum illius A
plurimum, iuberetq́ cauſam in ea Athanaſii dijudicari. Habebat fidē illis
Imperator ut ſacerdotibus, imperauitq́ fieri quod petierant. Sed diuus A/
thanaſius iudicij iniquitatem declinans ad concilium non uenit. Tum illi na
cti ualidiores prætextus calumniarū, bello aduerſus ueritatem ſuſcepto, hoc
adijciunt prioribus ſceleribus, ut deferant apud Imperatorē Athanaſiū, de
audacia & tyrannide. Neq́ omnino ſpes eos fruſtrata eſt: tum enim iratus
rex clementiſsimus literis Athanaſio, & declarauit indignationem ſuam, &
imperauit ut Tyrum ſe cōferret: ibi enim ſynodum coactum iri: ſuſpicatus,
ut opinor, fugere Cæſariā Athanaſium propter præſulem illius. Miſit autē
et ad concilium tales literas, quales ab ornato pietate mitti debuere: quarum
exemplum hoc eſt. Cap. XXVIII

CONſtantinus Imperator ſanctæ ſynodo Tyri. Erat, ut arbitror, cōſen/
taneum, decebatq́ quietem temporis huius, minime ſeditionibus tur/
bari eccleſiam, cunctoſq́ Chriſti famulos à cōuicijs abeſſe. Quoniam uero
nonnulli furore non ſanæ contentionis acti, non enim dicam uiuētes ad in/
dignum ſe modum, conātur omnia cōfundere, quo nihil mihi calamitoſius
uidetur accidere poſſe: ideo currentes uos, ut dicitur, incitatione mea cohor/
tor, ut omni mora poſita, cōuenire ſumma celeritate, & conficere ſynodū ue
litis: & ſuccurrere deſtitutis ope, medicinā facere laborantibus fratribus, co/ B
agmētare diſsipata membra, emendare peccata, pro eo atq́ tempus poſtu/
lat: quo tot prouincijs rectam concordiam reddatis, quam, quod abſurdiſsi
mum uideatur, paucorum hominum perdidit ſuperbia. Hoc ipſum & Deo
cunctorum domino gratiſsimū, & ſupra omnē ſpem meam: & nobis ipſis,
ſi quidem pacem reuocaueritis, non uulgari gloriæ futurum eſſe, neminem
eſſe omnium mortalium qui nō fateatur exiſtimo. Proinde quod ſupereſt,
ne cunctemini, ſed intento nunc iam ſtudio, date operam ut quamprimum
de propoſitis decidatur, congreſſi cum ſynceritate ſumma, ac fide, quod ma/
xime ſaluator noſter cui ſeruimus, quaſi ædita uoce ubiq́ exigit. Quod ad
nos attinet nihil patiemur deſiderari bonitatis noſtræ: omnia de quibus li/
teris ueſtris ſignificatum eſt, ſumus executi. Scripſi Epiſcopis quibus uolui/
ſtis, ut ſuam curam in hoc concilio ad ueſtram adiungerēt. Miſi iſtuc Dio/
nyſium uirum conſularē, qui quos uobiſcum in concilium ire oporteret ad/
monendo, & ea quæ gererentur in primisq́ ordinem animaduertēdo, præ
eſſet cōuentui. Si quis enim, quod uſu uenturū non puto, ueſtrā iuſsionem
nunc quoq́ paruipendens adeſſe noluerit, aderit hinc à nobis, qui Impera/
torio mādato illū in exiliū agat, doceatq́ nō oportere aduerſari præſcriptio
ni Regiæ ꝓpoſitæ de ueritate. Quod reſtat, ueſtræ eſt ſanctitatis opus, una
nimi iudicio conuenientē curationē circumſpicere, tam ijs qui uoluntate ſua
q́ qui errore deliquerunt: qua in re neq́ odio, neq́ gratia moueri, ſed eccle/
ſiaſticam

A ſiaſticam & apoſtolicã ſequi regulam debetis,ſimul ut omni maledicentia li berctis eccleſiam,ſimul ut curas noſtras alleuetis: ſimul etiam ut pacis gratia reſtituta diſsidentibus,maximam gloriam uobis ipſis concilietis. Deus uos conſeruet fratres dilecti. Ita igitur Epiſcopis Tyrum ad concilium congregatis, adueniunt cum alıj quidam nouorũ dogmatũ inſimulati, è quorum unus numero fuit Aſclepas Gazenſis, tum mirabilis Athanaſius. Sed ego primum exponere uolo tragœdiam accuſationis,atq; ita celebris illius iudicıj narrationem ſubtexere. Cap. XXIX

ARſenius erat quidam Epiſcopus ſocietatis Melitianæ,hunc illa factio occultarat, uolueratq; longiſsimo tempore eſſe in abſcondito. Tum dextram manum reſectam de cadauere aliquo, & cõditam repoſitamq; in arcula lignea,ubique circumferebant, prædicantes reciſam eſſe de Arſenio, & in Athanaſiũ homicidæ crimina congerentes. Sed oculus ille qui cuncta uidet,diutius latere Arſenium paſſus non eſt,ſed primum quidem in Aegypto ac Thebaide compertum illum uiuere, mox & Tyrum delatus ipſe fuit, ubi Tragico clamore manus illa oſtentabatur iudicibus. Hunc ueſtigati familiares Athanaſii in hoſpitium deductum latebris inuitum includũt: ipſe magnus Athanaſius mane ad conciliũ affuit. Ibi introducunt mulierculam impuræ uitæ,ea clamabat ſibi uirginitatem profeſſę,ab hoſpite Athanaſio B per uim uitium oblatum eſſe. Hæc cum illa diceret,ingreditur reus comitatus laudabili presbytero nomine Timotheo. Iubẽtibus autem iudicibus ut defenſione uteretur Athanaſius, tacuit ille quaſi Athanaſius non eſſet. Timotheus uero cõuerſus ad mulierem:egóne,inquit, mulier unquam tecum conſueui,aut introıj domum tuam? At illa impudentiore cum clamore adorta Timotheum,manuq; prolata digito eum deſignabat: tu inquiens uirginitatem mihi eripuiſti:tu me caſtitate ſpoliaſti. Quæq; alia ſolent effutire magnitudine impuritatis profligati pudoris fœminæ. Atq; ita cũ ſumma infamia eorum qui fabulam compoſuerant,erubeſcentibus iudicibus quotquot conſcıj erãt, dimiſſa eſt muliercula. Sed magnus Athanaſius negabat dimitti illam oportere, niſi indicatis ıjs qui ſubornaſſent. Accuſatores uero alia ſe habere grauiora crimina uociferabantur, quæ nulla ratione aut arte diſſolui poſſent: proferre enim uelle quibus non auditus ſed aſpectus aduocaretur. Ita locuti memorabilem illam arculam oſtendunt,& conditam detegunt manum: qua uiſa ad facinoris abominandi mentionem exclamarũt omnes,quiq; uerũ credebant,quiq; ſcirent eſſe falſum,ſed latere Arſenium confiderent. Aegre autem cohibito clamore & ſilentio mediocri confecto, quærit reus num quis aſsit qui Arſenium nouerit: cumq; affirmarent multi admodum ſe illum noſſe, iubet produci hominem, ruſumq; interrogat, eſſetne iſte Arſenius à ſe intercemptus,& quæſitus ab aduerſarıjs,etiã quem mortuum affeciſſet contumelia ſpoliatæ dextræ: fatentibus autem omnibus eum

bus eum eſſe, palliolo ipſius direpto, oſtendit ambas manus dextram ac ſi- A
niſtram. Et aliam, inquit, nemo quærat: ſingulis enim hominibus binæ tan
tum à conditore omniũ manus collatæ ſunt. Quibus adhunc modum de-
monſtratis, accuſatores quicq́ ex iudicibus conſcij eſſent cum occulere ſe cu-
pere deberent, optarecq́ ut ſibi tellus dehiſceret, tumultu & ſeditione pertur
barunt concilium. Quod dicerent eſſe Athanaſium ueneficum & quibuſ-
dam præſtigijs fallere oculos hominum, irruebant in illum diſcerpere iugu-
larecq́ conantes, qui paulo ante homicidium accuſauerant. Sed quibus ab
imperatore fuerat negotium datum ne quid paterentur turbulente geri, cæ
dem auerterant uictoremcq́ Athanaſium manibus hoſtium ereptum naui
gio ſalutem quærere iuſſerunt. Qui profectus ad regem docuit illum qua-
lem tragœdiam aduerſus ſe excitare aduerſarij auſi fuiſſent. Hi uero quoſ-
dam ſuorum ad Mariotem mittunt, nempe Theogonium Nicææ epiſco-
pum, Theodorum Perinthium, Maren Chalcedonium, Narciſſum Cilica,
quicq́ alij cum his faciebant. Sed Mareotes regio eſt Alexandriæ, cogno-
mentum ſortita à lacu Mario. Ibi illi mendacia texere, & literas quaſdam cõ
fingere, & detectas calũnias tanquam uera crimina deferri rurſum per hos
ad regem curauerunt. Cap. xxx

SEd ipſi Aeliam ſe contulerunt, iuſſerat enim rex ſynodum Tyro tranſ-
ferri Aeliam. Conuocatis undique alijs ad noui templi dedicationem, B
miſit & prætores aliquot quorum beneuolentiam erga ſe ſingularem, quoſ-
q́ue pietate ac fide claros eſſe perſpexerat, quibus imperarat ut benigne o-
mnibus omnia præberentur, non ſacerdotibus modo eorumcq́ aſſeclis, ſed
alijs quoque qui undecunque accurriſſent. Ipſa ara diuina, regijs tapetibus
doniscq́ aureis ac gemmatis, conſpiciebatur ornata. Itaque celebrata ſplen-
didiſsima feſtiuitate, illi quidem domum quiſque ſuam reuerſi ſunt, rex
uero cognita feſtiuitatis lætitia & magnificentia, uehementur gauiſus eſt,
egitq́ue gratias omnium bonorum largitori, à quo hanc etiam petitionem
obtinuiſſet. Cum autem aduenisſet Athanaſius cum querimonia iniqui
iudicij, imperauit ut poſtulati Epiſcopi coram ſe apparerent. Qui cum
affuiſſent, metu certiſsimæ conuinctionis à prioribus calumnijs receſſere,
ſubiecerunt cq́ Imperatori minatum eſſe Athanaſium frumenti ſe curatio-
nem impediturum eſſe: quibus fide habita, Imperator in urbem eum Gal-
Treueris liarum relegauit, nomine Treuerim, erátque annus ille imperij ipſius Tri-
ceſimus. Cap. xxxi

ELapſo autem anno & paucis menſibus cum eſſet Nicomediæ, morbo
corripitur. Ibi quòd ſciret quàm eſſet incerta hominum uita, donum
ſuſcepit ſacri baptiſmatis. Id enim facere ad illud uſcq́ tẽpus diſtulerat, quia
in Iordane fluuio ſe conſecuturũ ſperauerat. Reliquit tres filios hæredes re-
gni, Conſtantinum, Conſtantium, & minimum natu Conſtantem. Reſti-
tuit autem

A tuit autem Alexandriæ decreto ſuo Athanaſium, quamuis adeſſet Euſebius & ſummis uiribus diſſuaderet. Cap. XXXII

NEque mirum ulli uideri debet, tantos illum uiros per errorem exilio multaſſe. Credidit enim pontificibus celantibus quidem improbitatem ſibiq; imponentibus ſpecie & claritate ſua. Non autem fugit eos qui diuinos libros uerſant, planè deceptum prophetam Dauidem, deceptum autem non à pontifice, ſed ſeruo uernaculo, & maſtigia, Siba inquam, qui de Miphiboſeta mendacia regi dixerat, quibus ereptũ agrum illius obtinuit. Quod non ita accipi dictum uelim, quaſi propheta à me accuſetur, ſed defenſionem parare placuit regij facti, & oſtendere imbecillitatẽ humanæ naturæ, ac docere, nunquã accuſatoribus tantum quamuis fide dignis, credendum, ſed alteram reſeruandam eſſe reis aurem. Ipſe quidem imperator ad meliorem uitam conceſsit. Cap. XXXIII

SEd prætores ac duces & cæteri, in aurea illum arcula repoſitũ Conſtantinopolim tranſtulerunt, copijs omnibus præeuntibus ac ſequentibus, cum acerbis lamentis ob ereptionem illius. Non enim aliter experti fuerant atq; clementiſsimum parentem. Verum quantus corpori huic honor ſit habitus, quantoq; tempore in regia ſtetetit, in expectationem reditus filij, exponere ſuperuacuum fuerit, cum alij ſcripſerint, quibus intereſſe cognoſcereq; facile fuit, quàm ſoleat moderator omnium honoratos eſſe uelle fideles famulos ſuos: quibus ſi qui fidem non habent, contemplati monumentum ſtatuamq; illius credant, non ſolum ſcriptis, ſed etiam domino qui dixit, honorantes me honorabo, & ſpernentes me ſpernam.

B

ECCLESIASTICAE

HISTORIÆ THEODORITI EPISCOPI CYRENSIS.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

DIVVS quidẽ Athanaſius poſt annos duos & quatuor menſes Treuerenſis exilij Alexandriam redijt. Miſit & Conſtantinus rex maximus natu filiorum Conſtantini magni, qui imperabat in Gallia occidentali, Alexandrinæ eccleſiæ hoc exemplo literas.

CAPVT II

COnſtantinus Cæſar populo Catholicæ Eccleſiæ urbis Alexandrinæ. Non arbitror fugere COGNITIONEM ANIMI ueſtri, qua cauſa quondam adorandæ legis interpres Athanaſius in Gallias relegatus fuerit

Vel fidelitatis ueſtræ, ſi ſit εὐνοίας

fuerit,nempe ſæuiente in caput ipſius cruentorum & hoſtilium inimicorum A ferocia, ne qua indignitate afficeretur peruerſione improborum. Cuius ad ludibrium ereptus faucibus urgentium ſe, iuſſus eſt ſub me uitam degere in ea omnium rerum neceſſariarũ copia qua fuiſſet in iſta urbe ſua, etiamſi nobilis uirtus ipſius diuino freta auxilio, grauioris fortunæ onera pro nihilo ducere conſueuiſſet. Quapropter & ſi chariſsimæ pietati ueſtræ dominus noſter beatæ memoriæ Conſtantinus dei amantiſsimus pater meus, Epiſcopum illum in locum ſuum reſtituere uoluit: tamen quoniam humana ſorte præuentus, prius fato ſuo eſt defunctus quàm uoti compos efficeretur, officiũ meũ eſſe duxi, diuinæ memoriæ Imperatoris ſequi & explere uoluntatem. Veſter autem Epiſcopus cum in conſpectum ueſtrum uenerit, qua reuerentia à nobis tractatus ſit uobis exponet. Neq; ſanè mirandum ſi quid illius cauſa faciendum nobis putauimus: mouit enim incitauitq; ad hoc animum meum cum ueſtri deſiderij imago, tum uiri tanti conditio. Diuina prouidentia uos conſeruet fratres dilecti. Cum his literis uenit diuus ille Alexandriam: & ab omnibus ſtudioſe cupideq; excipitur, urbanis, ruſticis, primoribus, uulgo: ſolis læſis Ariani furoris ſodalibus reuerſione ipſius. Quare ad molitionem ſuarum machinarum redibant Euſebius ac Theogonius & tota illa factio, rurſumq; regis adoleſcentioris aures pertundebant. Narrabo autem & huius à rectitudine dogmatum apoſto- B licorum ſeductionem. Cap. III

CONſtantia quæ eſſet nupta cum Licinio ſoror fuit Conſtantini: huius in familiaritatem presbyter quidam Ariana labe infectus ſe inſinuauerat, malum quidem callide tegens, ſed inter colloquendũ ſæpe aiebat calumnijs circumuentum fuiſſe Arium. Hanc laudatiſsimus rex poſt impij uiri interitum omni ſtudio complexus uiduitatis incommoda nulla ſentire patiebatur, aderat & morienti illi, curabatq; pro eo atq; res ferebat. Tunc illa accerſitum presbyterum hunc imperatorem rogauit, ut commendatum ſibi eſſe ſineret, qui & precibus ipſius annuit, & quod promiſerat præſtitit, permiſſa maxima presbytero uſus ſui libertate. Sed quamuis benigne tractaretur, non tamen fuit auſus palàm facere malum ſuũ, cum uideret quanta eſſet regiæ mentis in re diuina firmitas: ſed Conſtantino in immortale regnũ diſcedente diſtributo hoc fatis obnoxio filijs, neq; tum præſente quoquam illorum, credidit teſtamentũ ſoli huic presbytero, mandans ut Conſtantio traderet: nam quod eſſet in uicinioribus locis citius quàm reliqui uidebatur eſſe aduenturus. Ex hoc presbyter hic cõciliatus Conſtantio, nam ut mandatum fuerat teſtamentum tradiderat, in neceſsitudinem regis peruenit, utq; ſe frequentaret iuſſus eſt. Animaduerſa autẽ animi Conſtantij inſtabilitate, quæ Euripo ſimilis eſſet ac arundinibus à contrarijs uentis agitatus, ad bellum contra euangelica dogmata ſuſcipiendum animatur. Itaq; frequenter

A frequenter deplorans Eccleſiaſticas tempeſtates, omnem harum cauſam in eos conferebat qui doctrinæ fidei inſeruiſſent nuſquam in ſcriptura repertam uocem COESSENTIALITATIS, ex quo diſſenſio iſta cum inter ſacerdotes tum plebem exiſteret, atque hinc ad Athanaſii & concordium accuſationem, ac ponendas inſidias procedebat. Huius opera ſocietateq́ uſi Euſebius & Theogonius ac Theodorus Perinthius (fuit autem in primis eruditione clarus Theodorus, extantq́ cōmentarij ab eo in ſacra Euangelia conſcripti, ſed ferè Heracleotam nominant) Illi igitur cōtinue, quippe uicini & IN REGIS CONSPECTV, plurima affirmabant mala eſſe de reſtitutione Athanaſii exorta, Neq́ Aegyptū ſolum ea procella implicari, ſed etiā Palæſtinā atq́ Phœnicen & alias gentes finitimas. Cap. IIII

Græca ſic uerti, ϰ τὸν βασιλέα ὁρῶντες, ſed deeſſe aliquid uidetur

HIs & ſimilibus ſermonibus oppugnato leuiſsimo animo regis perſuaſerunt illi, ut exigeret eccleſia Athanaſium, qui præuiſis inſidijs ceſsit ipſe, ſeq́ contulit in Italiam: nam Romano Epiſcopo (paſcebat autem eam tum eccleſiam Iulius) perſcripſerant Euſebiani compoſitas calumnias in Athanaſium. Iulius igitur Eccleſiaſticam ſecutus legem, & ipſos Romæ ad eſſe iuſsit, & diem dixit diuo Athanaſio, qui cupide ſimul atq́ citatus fuit accurrit: fabulæ autem autores, Romam uenire neglexerunt, quòd facile mendacia ſua deprehenſum iri cernerent. Verum ouibus paſtore ſpoliatis B lupum pro paſtore præficiunt, Gregorium quendam nomine: is annos ſex crudelius quàm ulla fera beſtia in ouile graſſatus, pœnam tandem improbitatis dedit, acerbe ab ipſis ouibus interemptus. Athanaſius uero profectus ad Conſtantem (nam maximus natu frater Conſtantinus in bello perierat) deplorabat coram eo Arianæ manus inſidias, & lamentis proſequebatur bellum ſuſceptum ab illis aduerſus Apoſtolicam fidem, reuocans in memoriam regi patris acta & ſynodum maximam ab ipſo coactam, & legitimam confirmationem eorum quæ à patribus fuiſſent conſcripta. Inter hæc cum lachrymis obteſtans Imperatorem, ad æmulandum patrem ſuſcitauit. Statim enim his auditis ſcribit fratri monetq́ illum ut paternæ pietatis inuiolatam conſeruare hæreditatem uelit, qui pietate & regnum ſtabilierit, & Romanorum tyrannos oppreſſerit, & uicinos ſubegerit Barbaros. His literis adductus Conſtantius, inducit conuentum Sardicæ, ea eſt Illyriæ urbs, Metropolis Daciæ gentis, adeſſe iubet Epiſcopos tam orientis quàm occidentis: nam & alia multa eccleſiæ mala ſynodicam curam requirebant. Cap. V

PAulum enim epiſcopum Conſtantinopolitanum propugnantem ſana dogmata, accuſauerant Ariano malo contacti, ſeditionis, cui ſe ducem ille præberet, congerentes & alia quædam, de illo calumniarum genere quæ infamiam præconibus pietatis imponere ſolent. Sed populus cum tūc Sardicam abduci metu inſidiarum aduerſariorum, paſſus non eſt. Paulo

poſt uero ſeducto leuiſsimo imperatoris animo, urbe eſt regia exactus, traductusq́ Cucuſum. Oppidum illud eſt paruũ, quondam in Cappadociæ cenſu, nunc uero annumeratũ Armeniæ poſteriori. Sed non fuere confuſores omnium rerũ contenti in ſolitudine Paulum eſſe, ſed miſsis cruentæ uoluntatis ſuæ miniſtris morte illum uiolenta ſuſtulerunt è medio. Hoc ipſum docet diuus Athanaſius in Apologia exilij ſui, his uerbis: nam Epiſcopum Conſtantinopolis Paulum perſecuti inuentũ Cucuſi in Cappadocia, manifeſte curarunt ſtrangulandum, uſi carnifice Philippo præfecto: erat enim is & ſectæ ipſorum princeps, & ſceleratorum conſiliorum adminiſter. Tales homicidij fructus Arij tulit maledicentia, congruentibus auſis illorũ aduerſus miniſtros unigeniti cum rabie contra ipſum. A

Cap. VI

SEd hoc orco, uel ut uerius dicam, regno cœleſti tranſmiſſo, in locum demortui Macedonium ſubſtituunt, rari idem ſentire quod ſe: ſimili enim blaſphemia in ſanctiſsimum ſpiritum utebatur. Sed paulo poſt & hunc repulerunt, quod creaturam appellare nollet quem filium nominat ſcriptura. Ita huius ab illis ſeceſsione, nouæ ſectæ autor extitit. Qui neq; ipſe coeſſentialem patri filium eſſe confitetur: docet tamen ſimilem per omnia eſſe genitori. Creaturæ autem nomen planè imponens ſpiritui. Sed hæc longo ſanè poſt tempore, ita ut diximus geſta ſunt.

Cap. VII

SArdicæ uero pontifices conuenere ducenti quinquaginta, ut docent antiquæ narrationes. Eodẽ uenit & magnus Athanaſius, & Aſclepas Gazenſis: cuius & ſupra mentionẽ feci, & Marcellus epiſcopus Ancyræ, Metropolis Galatiæ, qui & epiſcopus tempore ſynodi magnæ fuerat: uenere & accuſatores illorũ & hæreticę manus principes, qui pridem in Athanaſii cauſa iudices fuerant. Cognita autem ſynodi conſtantia & ſanitate in ſeruandis diuinis præceptis, ad concilium ne citati quidem uenerunt, ſed & accuſatores & iniuſti iudices fuga ſe ſubduxere: quę ipſa literis ſynodi plana fiunt, earumq́; exemplum inſerui euidentiæ gratia, narrationi. B

Cap. VIII

SAncta ſynodus Sardicę dei gratia coacta, à Roma, Hiſpania, Gallia, Italia, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Myſia, Dacia Dardania, altera Dacia, Macedonia, Theſſalia, Achaia, Epiro, Thracia, Rhodopa, Aſia, Caria, Bithynia, Helleſponto, Phrygia, Piſidia, Cappadocia, Ponto, Phrygia altera, Cilicia Pamphylia, Lydia, inſulis Cycladib. Aegypto, Thebaide, Libya, Galatia. Palæſtina, Arabia, omnibus ubiq; epiſcopis & collegis catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ dilectis fratribus in domino ſalutem. Multa quidem ſæpius Arianus furor aduerſus dei ſeruos cuſtodes rectæ fidei auſus eſt: adulterina enim ſuppoſita doctrina, expellere orthodoxos tentauerunt, ſed tantam nuper in fidem impreſsionem fecere, ut ad aures dei amantiſsimorũ quoq; regũ ea res perueniret. Quapropter & dei amantiſsimi reges adiuuante dei gratia congregauerũt nos ex diuerſis pro-

A ſis prouincijs ac urbibus, & hanc ſacratiſsimam ſynodum in Sardicenſium urbe coegerunt, ut omni diſſenſione ſublata, omniq; fidei peruerſitate ex/pulſa, ſola pietas in Chriſtum ab uniuerſis cõſeruetur. Affuere enim orientales epiſcopi excitati & ipſi à pijſsimis regibus maxime propter rumores, quos iactabant ſæpius de fratribus noſtris & collegis dilectis, Athanaſio epiſcopo Alexãdriæ, & Marcello epiſcopo Ancyrogalatiæ, & Aſclepa Gazæ: quorum & calumniæ forte etiam ad uos permanarunt. quodq; etiã ueſtras aures tentauerint conturbare, ut & ea quæ aduerſus innocentes dicti/tant fidem inuenirent, & prauitas ſectæ ipſorũ careret ſuſpitione. Sed non diu facere talia permiſſum illis fuit. Eſt enim dominus qui eccleſijs pręſidet, pro his & omnibus nobis mortem paſſus, & per eaſdem largitus omnibus nobis aſcenſionem in cœlos. Iam pridem igitur ſcripſerant factio Euſebij, Maræ, Theodori, Theogonij, Vrſacij, Valẽtis, Menophanti & Stephani, collegæ noſtro Iulio Epiſcopo Romanæ eccleſiæ, accuſationem in memo/ratos collegas noſtros, Athanaſium epiſcopum Alexandriæ, & Marcel/lum Ancyranum in Galatia, & Aſclepam Gazęum: ſcripſerant & aliorum locorum epiſcopi, teſtimonia de puritate collegæ noſtri Athanaſij, & ſigni/ficarant, omnia quæ Euſebiani afferrẽt mendacijs & calumnijs referta eſſe. Etſi autem maxime ipſorum calumniæ proditæ iudicatæq; ſunt, cum quia B citati ab amico & collega noſtro Iulio non apparuerunt: tum de ijs quæ ipſe Iulius epiſcopus ſcripſit: profecto enim ueniſſent ſi non obſtitiſſet me/tus facinorum perpetratorum contra collegas noſtros: tamen quæ in hac ſancta & magna ſynodo fecere, clarius demonſtrant inſidiationes illorum. Cum enim in Sardicenſium urbem & ipſi ueniſſent, uiderentq; adeſſe & Athanaſium, Marcellum, Aſclepam, aliosq; fratres noſtros, iudicium ſu/bire formidarunt, neq; ſemel ac iterum, ſed ſæpenumero citati, non parue/runt citatoribus: quamuis uniuerſi epiſcopi cõuẽtus, inq; primis uenerabilis ſenex Oſius, qui & ob ætatem, & confeſſionẽ, & tanti laboris tolerantiam, omni eſſet honore ac reuerentia dignus, expectarent hortarenturq; illos ut iudicio ſe ſiſterent, ubi ea quæ iactaſſent ſcripſiſſentq; & in abſentes colle/gas noſtros, probare præſentibus illis poſſent. Sed ut diximus citati nõ af/fuere, hoc etiam ipſo facto prodentes calumnias ſuas, tantum nõ ipſi pro/clamantes inſidias & conſpirationẽ ſuam, detrectatione iudicij. Qui enim ſe quæ dixere de alijs probaturos eſſe confidunt, ne in faciem quidem illos accuſare metuunt. Quãdoquidem aũt non apparuere coram nobis, de cæte/ro obſcurum nemini fore ſperamus, quamuis iterum ad maleficia ſua redie/rint, quòd cum nullius criminis cõuincere collegas noſtros poſſent, nunc ca/lumnijs impetere abſentes uoluerint, quos præſentes fugerint. Fugerunt e/nim, chariſſimi, nõ ſolum conſcij calumniarum aduerſus noſtros, ſed etiam ideo quia uiderant adeſſe qui uariorum criminum poſtulationes contra in/

ſtituere uellent. Proferebantur enim uincula & ferrum: aderant de exilio re/ A
uocati, & aderant adhuc exulantium collegæ, aderant cognati & amici per hos interemptorum: quodq́ eſt grauiſſimum, epiſcopi aderant, quorũ alij ferrum & cathenas oſtendebant quas illi impoſuiſſent, alij mortis erant teſtes compoſitæ calumnijs eorum. Eo uſq; enim dementiæ proceſſere, ut epiſcopum etiã interimere conarentur, & interemiſſent, niſi elapſus fuga fuiſſet è manibus ipſorum. Surrexit igitur collega noſter beatus Theodulus, qui fugeret calumnias illorum, quibus mors illi decreta fuerat. Erãt qui uulnera oſtenderent, erant qui fame ſe afflictos quererẽtur. Neq; uulgaria producebantur teſtimonia, ſed totarum eccleſiarum, quarum cauſa qui uenerant earumq́ legati, docebant facinora illorũ, in quibus erant Enſiferi milites, turba clauata, minæ iudicum, ſuppoſitiones falſarũ literarum: lectæ enim literę ſunt factionis Theogonij cõpoſitę aduerſus collegas noſtros, Athanaſium & Aſclepam, quibus etiã reges erga eos inſtigabantur. Hæc arguebantur à quibuſdam qui tum diaconi fuiſſent Theogonij: prætereq; hæc, nudatæ uirgines, inflammatæ eccleſiæ, cuſtodiæ collegarũ noſtrorũ: quorum omnium nulla alia cauſa reperitur, niſi abominabilis Arianæ ſectæ furor. Nam ut quiq; defugiebant autoritatẽ ordinis illorum, huiuſmodi ſubire neceſſe habebant. Quæ conſiderantes in anguſtias cogitationũ ſuarum coacti ſunt: cum enim puderet facinorũ, quæ uidebant proditũ iri, contulere ſe in Sardicenſem urbẽ, ne quã præberent ſuſpicionẽ quaſi metu delictorũ abfuiſſent: B
conſpicati autem eos quos calumnijs ſuis uexarant, quoſq; afflixerant, poſitis ob oculos accuſatoribus & argumẽtis, citati apparere non ſuſtinuerũt. Cum interea collegæ noſtri Athanaſius ac Marcellus & Aſclepas, cõfidentiſsime & quererentur, & poſtularent, ut adeſſe uellent, non modo ſe confutaturos calumnias illorum, ſed etiam quanta eſſent in eccleſia ab ipſis perpetrata ſcelera, demonſtraturos eſſe. At illi ita magno in metu fuere conſcientia ſua, ut fugam arriperent, ſuaſq; hæc ipſa coarguerent calumnias, & confiterentur ſcelera. Quamuis autem potiſsimum cum prioribus tum his factis illorum malignitas & calumniæ indicentur, tamen ne quem hac fuga prætextũ noui maleficij inuenire poſſint: conuertimus animos noſtros iuxta ueritatis ſermonem; ad examen compoſitarum ab eis fabularum. Et hoc propoſito, deprehendimus ex eis quæ geſta eſſent, ſycophantas, nihilq; niſi inſidias collegis noſtris molitos eſſe. Arſenius enim quem ab Athanaſio iugulatum fuiſſe perhibebant, uiuit & cenſetur inter uiuos, quo uno reliqua quæ iactare ſolent facile patet eſſe conficta. Vbi autem uentum eſt ad rumores de poculo fracto à Macario presbytero Athanaſij, teſtes producti ſunt Alexandrini, & Mareotenſes, & alij, qui docerent eorũ nihil eſſe commiſſum. Epiſcopi etiam Aegyptij literis ad Iulium collegam miſſis confirmant, ne ſuſpicionem quidem ullam horum fuiſſe. Aiunt etiam ſeſe
habere

A habere illi monumenta rerum ſecreto geſtarum,in quibus tamen & ethnici & catechumeni interrogarentur. Et unus catechumenus interrogatus diceret ſe intus fuiſſe cum eum in locum Macarius ueniſſet, & alter Iſchyram quem in ſuis iſtis ſermonibus iactitant in cella ægrotum iacuiſſe. Vnde palàm fit prorſus nihil arcani tum geſtum,quòd intus fuerint catechumeni,& Iſchyras morbo decumbēs abfuerit. Nam & Iſchyras mētitus libros quoſdam diuinos exuſtos ab Athanaſio,idem qui hoc mendacium dixiſſet,confeſſus eſt ſe quo tempore affuerit Macarius ægrotum decubuiſſe,ut uel hoc calumniæ illius detegantur. Denique nec cædem tribuerunt impudentiæ Iſchyræ,epiſcopum ut nuncuparent,qui presbyter nondum fuiſſet factus: præſentes enim presbyteri duo,qui cum Melitio affuiſſent, poſtea ſuſcepti à beato Alexandro epiſcopo Alexandrino, & nunc coniuncti Athanaſio teſtimonium dixere ſcire ſe nunquam illum presbyterum factum, neq; in Mareote Melitium habuiſſe, aut eccleſiam aut quenquam cum munere eccleſiaſtico. Itaq; qui presbyter non eſſet, eum epiſcopi dignitate auxerunt, ut hoc nomine in calumnijs audientium animos percellerent. Lectū etiam eſt ſcriptum collegæ noſtri Marcelli, deprehenſaq; eſt fraudulentia Euſebianorum.quæ enim ille in quæſtionibus poſuerat, ea illi ut aſſerta inſectati ſunt. Perlectum igitur fuit ſcriptum totum, quæq; ante quæq; poſt quæ-
B ſtionum poſitiones continebat, & inuenta eſt uiri recta fides. neq; enim à ſancta Maria initiū dabat deo uerbo, neq; finem habiturum regnū ipſius, ſed & carere principio & ſempiternum fore aſſerebat. Protulit & collega noſter Aſclepas commentarios Antiochenos, cum ibi tum adeſſent accuſatores adeſſetq; Euſebius Cæſarienſis,docuitq; ſententijs iudicantiū epiſcoporum ſe abſolutum eſſe. Merito igitur, dilecti fratres, merito illi citationi creberrimæ non obedierunt, merito aufugerunt, atq; repulſi conſcientia ſua, confirmarunt fuga ſua opinionem calumniarum: ipſiq; uera eſſe comprobarunt, quæ præſentibus crimina accuſatores intendetant. Iidem ſuper omnia hæc accuſatos quondam Arianæ ſectæ,& expulſos, non ſolum ſuſceperunt, ſed etiam prouexerunt honoribus, ita ut ex diaconis presbyteros, ex presbyteris epiſcopos facerent, nullam aliam ob cauſam quàm ut conſita dilatataq; impietate, pietatis fidem opprimerent. Horum ſunt præter Euſebianos capita, Theodorus Heracleota, Narciſſus Neroniadis Ciliciæ, Stephanus Antiochenus, Georgius Laodiciæ, Acacius Cæſariæ Palæſtinæ, Menophantus Epheſi in Aſia, Vrſacius Sigiduni in Myſia, Valens Myrſi in Pannonia: hi enim epiſcopos, qui cum ipſis ab Oriente uenerant cum ſancta ſynodo congregati, & omnino eccleſiam dei frequentare paſſi non ſunt, Sardicæq; priuatos conuentus & conſpirationes cum interminationibus fecerunt, neq; Sardicæ iudicio prorſus ſe ſiſtere, neq; cum ſancta & magna ſynodo uoluerunt cōiungi: ſed officij cauſa, ut quod iuſtum eſſet

ſoluiſſe crederentur, huc profecti, ſtatim retro ſe abripuerunt. Hæc omnia A cognoſcere nobis facile fuit, ex Macario Palæſtino & Aſterio Arabe, qui cum unà adueniſſent deſeruerunt infidelitatem illorum. At hi dixere, quicquid in ſanctam ſynodum factum eſſet, id illorum uiolentiæ qua eſſent affecti aſcribi debere. Addebant & hoc, ſe ueris dogmatis patrocinantes, nobiſcum congredi prohibitos fuiſſe: uehementer enim minari, edictaqꝫ facere illos in deſertores ſuos. Eam ob rem in una domo omnes ſimul manere curarunt, ne minima quidem diſcedendi cuiquam permiſſa licentia. Quoniam igitur reticeri tacitumqꝫ relinqui non oportuit, quid calumniarum illi ſtruxiſſent, deqꝫ uinculis, cædibus, uulneribus, falſarum literarum inſidijs, pulſationibus, nudationibus uirginum, exilijs, expulſionibus, incendijs eccleſiarum, tranſgreſſionibus de paruis oppidis in uicinas potiores adminiſtrationes, præcipueqꝫ de abominabili ſecta Ariana, qua nunc opera illorum oppugnatur uera fides: ideo dilectos fratres ac collegas noſtros Athanaſium Alexandrinũ epiſcopum, & Marcellum Ancyrogalatiæ, Aſclepam Gazę, quiqꝫ unà cum ipſis funguntur miniſterijs domini, eos innocentes & puros eſſe pronunciauimus, miſſis in ſingulas illorum Eccleſiaſticas adminiſtrationes literis, quibus ſingularum eccleſiarum populo, Epiſcopi ſui puritas declararetur: utqꝫ ſcirent eum ſibi Epiſcopum habendum ac expectandum: eos uero qui inſtar luporum irruerunt in eccleſias alienas, B Gregorium Alexandriæ, Baſilium Ancyræ, Quintianum Gazæ, neqꝫ epiſcopos appellandos, neqꝫ adeo Chriſtianos, fugiendamqꝫ ipſorum conſuetudinem uniuerſis, non accipiendas ab ipſis, non ad ipſos literas mittendas eſſe: factionem autem Theodori Heracleotæ Europæ, Narciſſi Neroniadis in Cilicia, Acacij Cæſarienſis Palæſtini, Stephani Antiocheni, Vrſacij Sigidunenſis Myſi, Valentis Myrſenſis Pannonij, Menophanti Epheſini, Georgij Laodiceni, quamuis metu perculſi ab Oriente non aduenerint, tamen quòd eſſent à beato Alexandro Epiſcopo, quondam Alexandrino abdicati, & quia Arianam fouent inſaniam, & propter crimina quæ illis intenduntur, ſancta ſynodus conſentientibus ſuffragijs epiſcopatu abdicat: eoſqꝫ decernimus non ſolum epiſcopos non eſſe, ſed neque in conſuetudinem fidelium admittendos: par eſt enim ut qui à paterna eſſentia, ac diuinitate filium ſeparant, & alienant uerbum à patre, & ipſi à catholica eccleſia ſeparentur, alieniqꝫ ſint à nomine Chriſtiano. Proinde & apud nos & omnes alios anathema ſunto, quòd cauponati ſint uerbum ueritatis: ſubiectio enim eſt Apoſtolica, quicunqꝫ aliud annunciauerit uerbis extra illud quod accepiſtis, anathema eſto. Cum huiuſmodi ne quis conuerſetur præcipite. Non eſt enim cõmercium luci cum tenebris. Hos longè à uobis repellite. Non eſt enim cõſonantia inter Chriſtum & Belial. Cauete etiam dilecti fratres, ne quid literarũ illis mittatis, neu quid accipiatis ab eis. Etiam

Epiphanius plus uerborũ uidetur legiſſe

uos

A uos dilecti fratres & collegæ facite ut tanquam præſentes ſpiritu, approbetis ſynodi acta, & ſuffragia ueſtra ſubſcriptionibus adiungatis, ut conſenſio ab omnibus ubique gentium collegis noſtris cuſtodiatur. Abdicamus autem eijcimusq; eccleſia eos qui affirmant: Deum eſſe quidem Chriſtum ſed non Deum uerum: Filium, ſed non uerum filium: Genitum eſſe ſimulq; ingenitum. Ita ſe intelligere genitum fatentur, ſicut dixerint, quod ſit genitum, illud eſſe. Chriſto etiam qui ante ſecula eſt tribuunt finem & initium, quod non quidem momento temporis, ſed ante omnia tempora habeat. Et paulo quidem antè aſpis Ariana uiperas ædidit duas, Valentem & Vrſacium. Qui gloriantes abſq; omni dubio profitētur Chriſtianos ſeſe eſſe, dicuntq; quòd & uerbum, & ſpiritus, & crucem, & cædem, & mortem tulerit, & reſurrexerit: & quod contendit cœtus hæreticorum, diuerſas eſſe ſubſtantias patris & filij & ſancti ſpiritus, eaſq; eſſe ſeperatas. Nos uero accepimus doctiq; ſumus & hanc tenemus catholicam traditionem fidemq; ac confeſsionem unam eſſe ſubſtantiam quam hæretici eſſentiam uocant, patris, & filij, & ſancti ſpiritus. Et ſi quærant quæ ſit filij ſubſtantia, confitebimur eandem, quam & patris eſſe confiteamur. Neq; unquam fuiſſe abſq; filio patrem, neque filium abſq; patre, neq; poſſe fieri ut quod uerbum eſt ſpiritus ſit. Eſt enim abſurdiſſimum affirmare, fuiſſe unquam patrem abſque filio. Neque poſſe nominari, neque eſſe, teſtatur ipſe filius his uerbis. B Ego in patre & pater in me: & ego ac pater unum ſumus. Nemo negat noſtrum eſſe genitum: ſed genitum aſſerimus ante omnia, quæ uiſibilia & inuiſibilia uocant, factorem & opificem archangelorum & angelorum, & mundi, & humani generis: quoniam ita dicit. Sapientia omniū docuit me: & omnia per ipſum facta ſunt. Si enim initium haberet, fieri non poſſet ut ſemper eſſet: iam quod ſemper eſt uerbum, initium non habet. Deus autem finem nulla ratione admittit. Non dicimus patrem eſſe filium, neque rurſum filium patrem eſſe. Sed pater eſt pater, & filius patris filius. Confitemur filium eſſe potentiam patris: confitemur uerbum eſſe Dei patris præter quod nullum ſit. Verbum uerum Deum, ſapientiam, & potentiam docemus eſſe filium. Sed non ideo filium dicimus, ut reliqui appellantur filij, cum illi aut per hūc propter regenerationem Dij ſint, aut per adoptionem filij uocentur, non ob unam ſubſtantiam quæ eſt patris atq; filij. Confitemur unigenitum & primogenitum, ſed uerbum unigenitum quod ſemper ſit ac fuerit in patre, primogenitum autem ad hominem referimus. Differt autem à reliqua creatione, quia etiam ex mortuis primogenitus. Confitemur unam patris & filij diuinitatem. Neque quiſquam dicit maiorem eſſe patrem filio propter diuerſitatem ſubſtantiæ, aut diſcrimen: ſed quoniam paternum nomē maius eſt filij nomine. Illa autem iſtorum maledica & perdita interpretatio dixiſſe eum contendit: ego & pater unum ſumus,

propter conſenſum & concordiam inter ipſos. Condemnamus aũt omnes A nos catholici, ſtultam & miſerabilem ſententiam illorum, qui dicunt, ut homines mortales mutuis odijs & offenſionibus diſsideant, & poſtea reconcilientur, ita diſſidium & reditum in gratiam inter patrem omnipotentem & filium accidere poſſe. Quod eſt abſurdiſsimũ dictu ac cogitatu. Nos uero & credimus & aſſeueramus, & ita ſentimus, ſacram hanc uocem, ego & pater unum ſumus, ſignificare ſubſtantię unitatem, quæ ſit unà patris, & unà filij. Et hoc credimus, abſq; fine & abſq; initio regnare hunc cum patre, neq; tempore definiri, neque deficere regnum ipſius. Nam quod eſt ſemper, neque eſſe unquam cœpit, neque deſinere eſſe poterit. Credimus autem & aſſumimus paracletum ſanctum ſpiritum, promiſſum collatumq; nobis à domino ipſo. Et hunc miſſum credimus, idem excruciatus non fuit: ſed homo eſt excruciatus indutus acceptusq; de Maria uirgine, homo inquam cruciatibus obnoxius. Homo enim mortalis, Deus autem immortalis eſt. Credimus reſurrexiſſe tertia die, non deum in homine ſed hominem in deo, quem & dono obtulit patri ſuo, liberatum à peccato & interitu. Credimus opportuno & præfinito tempore omnes ipſum, & de omnibus iudicaturum. Tanta eſt autem dementia iſtorum, tamq; craſſa caligine animi excæcati ſunt ne lucem aſpicere poſſint ueritatis, ut non intelligant, quæ ſententia ſit huius dicti, VT ET IPSI IN NOBIS VNVM SINT. B cum ſit manifeſtum, cur unum, quia apoſtoli ſpiritum ſanctum acceperant, & tamen ipſi ſpiritus non erant, neq; quiſquam eorum illa ſapientia, illa potentia, ille unigenitus fuit. Sicut ego & tu, inquit, unum ſumus, ita & ipſi in nobis unũ ſint: quinetiam clare diſtinxit uox diuina, in nobis, inquit, unum ſint: non dixit, ſicut nos unum ſumus, ego pater, ſed diſcipuli inter ipſos coniuncti & uniti unum ſunt, fide, confeſſione, gratia, qui & pietate dei patris, & domini ac ſaluatoris noſtri benignitate ac amore unum eſſe poſsint.

EX HIS literis intelligere eſt, accuſatorum calumnias, & priorum iudicum iniquitatem, & ipſorum præterea dogmatum ſanitatem. Non enim ſolum de diuina beati patres natura nos docuere, ſed etiam rationem illius & ordinem explicarunt. Conſtans cognitis ijs quæ gerebantur, iniquo tulit animo leuitatem fraternam, iratus inſtigatoribus & abutentibus facilitate illius: quapropter duos Sardicenſis concilij delectos epiſcopos, cum literis ad fratrem miſit, adiunxit ijs & Tribunum Salianum nomine, qui pietate & iuſtitia præfulgebat. Literæ autem non monitionem tantum ac ſubiectionem, ſed minas quoque pio rege dignas complectebantur. primum enim mandabatur fratri, ut aures præbere epiſcoporum ſermonibus, & audacias ac iniurias Stephani cognoſcere, atq; Athanaſium ipſum ouili ſuo, patefactis aduerſum eum ſtructis calumnijs, & iudicum ueterum iniquitate & odio, reſtituere uellet. Additum erat, niſi pateretur hæc ſibi perſuaderi, niſiq;

A ri, niſiq́ quod æquum ſit faceret, ſeſe ipſum occupata Alexandria redditu/rum Athanaſium cupientibus ouibus, & eiecturum aduerſariorũ manum. His literis acceptis Cõſtans qui tum Antiochiæ eſſet, pollicetur ſe facturũ omnia, quæ uellet ſocius dolorifici partus, ſuus. Quæ res admodum contraria ueritatis hoſtibus, impulit illos ut ſceleratiſsimam & impiam iſtam fabulam darent. diuerterant autem in diuum pontificum par, ſed Tribunus alio in hoſpitio manebat.

Caput IX

STephanus uero, ille enim gubernabat tum Antiochenam eccleſiam, naufragium demerſit. Habebat autem cum alios tyrannicæ audaciæ ſocios, quorum miniſterio ad calamitates infligendas orthodoxis utebatur, tum unum ducem iuuenem qui per audaciam & ſcelera uitam degeret, qui non modo ſolebat homines de foro abducere cum cõtumelia & uerberibus: ſed irruens etiam in domos, uiros mulieresq́ honeſtate ornatas impudentiſſime proripiebat. Et ne nimis ſim in memoranda huius improbitate uerboſus, exponam aduerſus optimos uiros iſtos audaciſſimum facinus illius. Ex cuius nefario ſcelere facile poſſit coniectura de reliquis fieri. Adit ille ad ſcortum quoddam, & ait requiri eam ab hoſpitibus quibuſdam qui modo aduenerint, ut cum ipſis illam noctem ſit. Deinde quindecim factioſos abſcondit in macerijs propinquis cliuo: mox cum muliercula adeſt, & pro-

B nuntiata teſſera de qua conuenerat, adeſſe ſentit conſcios, ita accedit ad atrienſem ianuam diuerſorij Epiſcoporum: eaq́ aperta, conduxerant enim miniſtrum ad hoc factum pecunia, introducit mulierem & conclaue foresq́ demonſtrat ubi forte alter epiſcoporum cubabat, iubetq́ intrare, at ipſe abit acceſſitum factionem ſuam. Forte autem Euphratas, hoc erat ſenior nomine in primis ædibus accubuerat, ſed Vincentius (ſic alter nominabatur) manebat interiori in cubiculo. ingreſſo autem ſcorto, Euphratas ubi ſtrepitum pedum audit, quærit quis accedat: ſcorto uero reſpondente, Euphratas admodum perturbatus, formidabat dæmonis ludibria, qui muliebrem uocem præſentaret, inuocatq́ auxilium Chriſti ſaluatoris. Inter hæc & Onager, hoc enim erat nomine ſcelerati manipuli dux, qui manibus & armis contra pios uteretur, aderat cum ſua manu, clamatq́ improbos eos quibus improbitas iudicij ſubeunda eſſet: ingenti autem orto clamore concurrunt ſerui, excitaturq́ etiam Vincentius & occluſa ianua atrienſi, nõ niſi ſeptem de factione comprehendi potuere: Onager quidem inter alios euaſerat, ſed muliercula quoque retenta fuit. Mane uero ſuſcitato tribuno comite ſuo in regiam ueniunt, & Stephani auſa furoresq́ non iudicium neq́ quæſtionem deſiderare clamant. At tribunus ingenti clamore petebat ut rex in ſceleratum facinus non ſynodice, ſed iure animaduerteret. Et ad tormenta quidem primos offerebat Epiſcoporum clericos, ſimulq́ miniſtros Stephani poſtulabat. Illo autem impudenter altercante, quòd negaret uer-

beribus clericos affici oportere,placuit & regi exquiri facinus in regia.Tum A.
primũ muliercula interrogatur à quo fuiſſet in diuerſoriũ epiſcoporum in/
troducta.quæ reſpondit ueniſſe ad ſe adoleſcentẽ, qui diceret adeſſe hoſpi/
tes & quid illi requirerẽt,ab eoq́ꝫ ueſpere ſe introductam,poſtea quæſitam
manum ſuam inuentamq́ꝫ intra ianuam atrienſem collocaſſe, hortatum ut
in primas ædes irruerent: addebat & interrogationem epiſcopi, & metum
ſuum,illiusq́ꝫ orationem,& irruentium impetum. Caput X

HIs auditis produci de captis natu minimum iudices imperant,qui non expectato tormento uerberum, fabulæ compoſitionem totam exponit,& autorem omnium eſſe Onagrum confitetur.Qui adductus dicit ſe illa egiſſe Stephani iuſſu.Ita comperta Stephani malitia,mandant Epiſcopis qui aderant exautorationem illius, & eccleſia eijciunt. Non tamen hæc penitus Ariana labe carere potuit. Succeſſit enim illi Leontius gẽte Phryx,animo uerſuto,& tectis inſtar ſcopulorũ fraudibus. Sed de hoc paulo poſt. Tunc uero Conſtantius turbulenta aduerſus Epiſcopos cõſilia re ipſa edoctus,literas miſit magno Athanaſio,ſemel,iterum,tertio,quibus cum ut ab occidente reuerti uellet hortabatur:ego autem breuiuſculã epiſtolam quam ſecundo miſit,inſeram narrationi. Caput XI

COnſtantius Victor,Auguſtus,Athanaſio. Etſi ſuperioribus literis ſignificauimus tibi quomodo ſecure ad noſtrum comitatum peruenire poſſes,quòd cuperemus te in locum tuum reſtituere:tamen & has literas dedimus ad conſtantiam tuam, quibus te hortaremus, ut omni dubitatione & formidine poſita cõſcenſis publicis uehiculis,operam dares,ut ad nos uenias,quò adipiſci,quæ cupis poſſes. B Caput XII

ITa reuerſum Athanaſium benigne ſuſcepit, & recipere iuſsit Alexandrinam eccleſiam.Sed qui tum multum in aula poterant,infecti Ariano malo, ſaltem unam aiebant relinquere eccleſiam Athanaſium oportere ijs qui cum eo coniungi nollent. Quæ cum illi Regi ſubijcerent,& rex cum Athanaſio locutus eſſet, par, inquit ille, eſt ut regiæ uoluntati mos geratur: ſe tamen & ipſum petere ac poſtulare aliquid uelle. Tum rex libenter ſe facturum quicquid petijſſet,ait. At ille, Antiochenis, inquit, qui coniungi quum potientibus eccleſiarum nolunt, opus æde ad precationes, æquumq́ꝫ eſt his quoq́ꝫ templum unum concedi. Cum autem rex annuiſſet, quòd æquum petere illum diceret,non placuit ea res principibus ſectę,& neutri parti eccleſiam apud alteram dari oportere aſſerunt. Ita admirante rege mittitur Alexandriam Athanaſius: nam Gregorius iam ab ipſis Alexandrinis cæſus interierat. Conſpecto igitur paſtore ſuo,publica conuiuia feſtaq́ꝫ maxima inſtituebant,& ad honorem ipſius, & ad dei laudem: ſed nõ diu poſt Conſtans eſt mortuus.

Caput

A Caput XIII

COnſtantio uero,qui quò uolebãt duci conſueuerat,in memoriã reuo/carunt fraternũ diſsidiũ,cuius cauſa Athanaſius fuiſſet, quamq̃ parũ abfuiſſet,quin illi ruptis naturæ uinculis bellum aduerſum ſe mutuo ſuſcipe rent. Quibus ſeductus Conſtantius, non ſolum exterminari, ſed iugulari quoq; diuum Athanaſium imperat,miſſo cum magna militum manu Se/baſtiano quodam,qui illum ut ſceleratũ interimeret. Quæ autem fuerit hu ius expeditio, quoq; ipſe modo euaſerit Athanaſius, cui illa euenere, quiq; mirabili ratione ſalutẽ retinuit,melius narrare poterit,qui in Apologia exi/lij ſui ita exequitur. EX QVIRANT tamen & modum diſceſſionis & cog/noſcant ex ſuis. Aderant enim & Ariani cum militibus,qui & inſtigarent e/os contra nos, & indicarent ignorantibus me. Quòd ſi ita ſunt animo du/ro ut hoc caſu nihil afficiantur, ſaltem recognoſcentes pudore cõfuſi obtice ant. Iam nox erat,& quædam pars populi peruigilabat,quòd poſtridie fu/tura eſſet congregatio. Cum repente affuit dux cũ militibus plus quinquies mille,armatis enſibus ſtrictis,arcubus ac ſagittis,clauis,ita ut ante quoq; di ximus, & eccleſiam quidem undiq; circumdederat ſtipatam militibus, ne quis poſſet de illa elabi. At ego inconueniens ratus in tanta perturbatione deſerere populũ,ac non potius offerre me ipſum diſcrimini,reſidens in ſo

B lio,iubeo diaconum Pſalmum legere,& auſcultare populum, Quoniam in ſeculum miſericordia eius: atq; ita uniuerſos diſcedere & redire domus ſu/as. Cumq; irrupiſſet deinde Tribunus, & cinxiſſet militibus ſacrarium ut nos caperent:qui ibi erant & clerici & è populo,clamabant,& nunc tandem iubebant me recedere. At ego negabam prius me abiturum quàm ſingu/los euaſiſſe cernerem. Surgens igitur & orationem imperans,ita omnes ro/gabam ut abire uellent, ſatius eſſe, inquiens, me in periculum uenire quàm ullum ex ipſis lædi. Cum igitur exijſſent plurimi, & reliqua pars ſequere/tur, qui remanſerant apud me monachi & clerici, quidam abſtrahere me: atque ita, teſtem facio ueritatem, cingentibus ſacrarium militibus, cingen/tibus & eccleſiam,pertranſiuimus ducente ſeruanteq; domino. Et non co/gniti ab ipſis receſsimus, magnificantes Deum, quòd non prodito popu/lo,ſed illo prius dimiſſo ſalutem quærere,& manus illorum effugere potue/ramus.

Caput XIIII

ITa cum euaſiſſet Athanaſius cruentas hoſtium manus, Georgius alter lupus potentiam in oues nactus eſt, qui crudelius quàm ullus lupus ur/ſus'ue, aut pardus in oues graſſatus, profeſſas perpetuam uirginitatem, nõ ſolum Athanaſij abnegare ſocietatem, ſed etiam abiurare patrum fidem coegit. Huius crudelitatem adiuuabat Sebaſtianus quidam militarium or/dinum dux, qui ad ignem in media urbe excitatum adductas nudas uirgi/nes,iubebat fidem abnegare. At illæ horrendum & miſerabile fidelibus in/

fideli/

fidelibusq́ ſpectaculum, infamiam illam in magno honore ponebant, & A
uerbera pro fide fortiter ſufferebant. Sed & hæc clarius ab illorum paſtore exponentur. DEINDE ingreſſus Alexandriam miſſus ab ipſis Georgius Cappadox, auxit mala quæ ab ijs didicerat. Poſt ſeptimanam enim paſchatis uirgines in carcerem conijciebantur, Epiſcopi ducebantur uincti à militibus, domus uiduarum & pupillorum diripiebantur, rapinæq́ ac inſultus domatim fiebant, noctu deportabantur Chriſtiani, domus cõſignabantur, & fratres clericorum pro clericis in diſcrimen ueniebant. Quæ cum eſſent horrenda, tamen audacia ſequente ſuperabantur. Nam populus ſeptimana poſt ſacram pentecoſten ieiunio peracto, conuenit in cœmiterio ad orationem, nemo enim cum Georgio coniungi ſuſtinebat. Quo intellecto, inſtigat peſsimus ille Sebaſtianum ducem qui Manichæus eſſet, qui cum militari manu armata, ſtrictis enſibus, & arcubus ac ſagittis impetum in populum facit, ipſa dominica die. Repertisq́ paucis qui orantes remanſerant (plurimi enim illo tempore domos ſuas redierant) eiuſmodi deſignauit facinora, qualia maxime decerent obedientem illis. Rogo enim inſtructo & adductis uirginibus ad ignem, cogebat profiteri fidem Arianam: quas cum cerneret uictrices eſſe, nudatarum ita faciem contudit, ut longo tempore poſt uix agnoſci poſſent. Contudit & nouo quodam modo comprehenſos uiros quadraginta. Virgis enim palmæ non receſis ſpinis, ita B
dorſa eorum detexit, ut longa aliquibus curatione ob infixas ſentes opus fuerit: quidam etiam impatientes doloris ut morerentur. Quotquot autem ſuperſtites remanſerant & totum uirginum cœtum exilio multauit, deportatis in magnam Oaſin. Sed cadauera primum quidem reddi ſuis uetuerunt, ac ut lubitum fuerat abſconſis illis, & inſepultis abiectis, ſperabant ſe celare tantam crudelitatem poſſe. Hoc fit à dementibus maximo animi errore. Nam propinquis cæſorum gaudentibus ſuorum confeſſione, corpora autem cum luctu requirentibus, multo uehementius redarguebatur crudelitas illorum. Ex Aegypto & Lybijs mox etiam epiſcopos exterminauerunt, Ammonium, Muium, Caium, Philonem, Hermen, Pleniũ, Pſenoſirim, Nilamona, Agapiũ, Anagamphum, Marcum, Dracontiũ, Adelphium, Ammoniũ alterum, & alterũ Marcum, Athenodorũ, tum presbyteros Hieracẽ, & Dioſcorũ: fuit autẽ tanta exterminationis acerbitas, ut alii qui illorũ in itinere, nonnulli in exilio morerentur. Trucidarunt inſuper amplius triginta Epiſcopos. Studebãt enim ſecundũ Achab, ſi quo modo poſſent tollere ueritatẽ. Idem & conſolationũ libellis miſſis uirginibus quæ grauiſſima illa ſuſtinuerant, hæc quoq́ addidit. OB HOC, inquit, nemo ueſtrũ nimia triſtitia afficiatur, ſi iſti impij ſepulturã nobis inuidẽt & efferri nõ patiuntur. Nã hunc etiã ultimum actũ Ariani explicãt, ut portis occluſis ſepulchris quaſi lemures aſſideãt, nequis mortuorũ locum habere poſſet. Hęc &
his

A his ſimilia Alexandriæ deſignauit Georgius. Sed diuo Athanaſio, nullus
ſatis munitus ubi defenderetur, locus uidebatur: cum à rege eſſet imperatũ,
ut ſibi uel uiuus adduceretur, uel afferretur caput mortui, maxima mercede
propoſita executotibus uoluntatis ſuę.

Caput XV

At ipſe Conſtantius tenente Magnentio occidentẽ poſt interfectum
Conſtantẽ in Europam cõtendit cum exercitu aduerſus tyrannum,
ſed ne hoc quidem grauiſſ. bellum pacatas eſſe eccleſijs ſinit: perſuadent e-
nim illi, cui perſuadere quiduis eſſet facile, & qui hæretico malo laborarer,
ſynodum cogere Mediolani, ea urbs eſt Italiæ, ac primum compellere uni-
uerſos, ut exautorationi iniquorum Tyriorum iudicum ſubſcribere, atqꝫ
ita Athanaſio eiecto eccleſia, aliã exponere fidei formulam uellent. Ac con
uenere quidem Epiſcopi parentes regio edicto, ſed neutrum illorum face-
re ſuſtinuerunt: quinetiam palàm præſentem regem coarguebant impij &
iniuſti imperij. Itaqꝫ & eccleſijs exacti & in ultima orbis terrarum loca rele
gati fuere. Et hoc ipſum admirabilis Athanaſius ſcripſit in illa Apologia
ſua. QVIS memorare omnia poſſit quæ illi perpetrarunt: iam enim pace
parta eccleſijs & orante in congregationibus populo, epiſcopus Romanus
Liberius, Paulinus Metropolitanus Galliarũ, Dionyſius Metropolitanus
Italiæ, Lucifer Metropolitanus Sardiniæ inſulæ, Euſebius Italus, omnes
B epiſcopi & ueritatis præcones arripiuntur & aguntur in exilium, nullo peni
tus prætextu, niſi quod à ſecta eſſent Ariana alieni, neqꝫ Arianorum ca-
lumnijs erga nos ſubſcribere uoluiſſent. Nam de magno & uenerabilis ſe-
nectæ confeſſore uere HOSIO, quid ego dicam? neminem enim huius exi-
lij ignarum eſſe arbitror, cum non modo non obſcurus, ſed potius celeber
rimus ſit ſenex ille. Cuius enim non fuit ille concilij princeps? Aut quis il-
lius refragari potuit rectæ ſententiæ? Quæ eccleſia non habet pulcherri
ma patrocinij illius monumenta? Quis acceſſit ad hunc triſtis & non abijt
cum gaudio? Quis aliquid petijt & ab illo diſceſſit falſus ſpe ſua? Contra
hunc tamen audacia quoque ipſorum ſe extendit, quod ſciret quales per
impietatem calumnias ſtruerent, & ſubſcribere inſidijs illorum quibus nos
peterent, nollet. His patet quid erga hos ſanctos auſi iſti fuerint. Quas au
tem alijs plurimis poſuerint inſidias Arianæ cohortis ductores, in hoc eo
dem libro diuinus uir narrauit. QVEM autem ſunt omnium perſecuti cui
prehenſo non pro ſua libidine illuſerint? quem quæſitum inuentum non
ita tractarunt, ut aut mortem miſerabilem, aut omnis generis contumelias
ſuſtineret? quicquid enim iudices facere uidentur, hoc totum ab iſtis excita-
tur, ac ſunt iudices potius iſtorum uoluntatis ac ſceleris adminiſtri. Vbi igi-
tur locũ eſt cernere in quo non extent monumenta malitiæ iſtorum? cui diſ-
ſentienti à ſe non aliquo prætextu calumniam ſtruxere exemplo Ieſabelæ?
quę non luget ob inſidias iſtorum eccleſia? Antiochia quidem deplorat Eu

ſtathium

ſtathium confeſſorem & orthodoxum, Balaneæ Euphratium, Pontus & Antaradus Quintianum ac Carterium, Adrianopolis Eutropium amantiſſimum Chriſti, cumq́ꝫ illo Luciũ, cui ſæpenumero cathenis iniectis, mortem tandem intulerunt, Ancyra Marcellum, Berœa Cyrum, Gaza Aſclepam, hos enim fraudulenti poſt multas contumelias in exilium egere. Erga Theodulum autem & Olympium Thracas, nec non me & presbyteros meos, ita ſe geſſere, ut deprehenſis pœna capitis ſufferenda fuerit. Et fortaſſe mortui iam iaceremus, niſi tum quoq́ꝫ præter opinionem eorum interitum uitaſſemus, eiuſmodi miſere ad Donatum aduerſus Olympium eiq́ꝫ coniunctos literas. ad Philagrium uero contra nos. Tales auſus ſunt factionis impiæ aduerſus ſanctos. Hoſius autem hic erat Epiſcopus Cordubæ, celebris in magna Nicena ſynodo, & princeps Sardicenſis. Lubet narrationi intexere liberrimas uoces laudatiſsimi Liberij & admirabilem ſermonem habitum cum Imperatore Conſtantio: quos illius temporis amantes dei perſcripſere, qui acuere excitareq́ꝫ ſtudium amatorum diuinarum rerum facile poſſint. Hic ſucceſſerat Iulio, qui poſt Syluestrum Romanam eccleſiam rexerat. Capur XVI.

CONSTANTIVS Imperator inquit. Nos quòd Chriſtianus eſſes, dignum te iudicauimus Epiſcopatu urbis noſtræ. Et ideo accerſiuimus ut hortaremur te nefariæ dementiæ impij Athanaſij abnegare ſocietatem. Hoc enim orbis terrarum comprobauit, & decreto ſynodi alienum ab Eccleſiaſtica ſocietate pronunciauit. LIBERIVS Epiſcopus inquit: Imperator, Eccleſiaſtica iudicia cum ſumma iuſtitiæ obſeruatione fieri debent. Quare ſi tuæ pietati placet, iudicium cogi impera, ubi, ſi damnandus Athanaſius uideatur, ſentẽtia in illum ordine modoq́ꝫ eccleſiaſtico feratur. Nam fieri nequit, ut condemnetur à nobis, de quo iudicium datum nõ ſit. CONSTANTIVS Imperator inquit. Totus orbis terrarum condemnauit ſcelera illius, ſed ipſe à primis temporibus omnes eludit. LIBERIVS epiſcopus inquit. Quotquot ſubſcripſere, haud ipſi uiderant quæ facta eſſent: ſed gloriæ & metus & à te infamiæ cauſa. IMPERATOR. Quid eſt gloria, metus, infamia? LIBERIVS. Quicunque gloriam dei non diligentes, præferentesq́ꝫ illi munera tua, quem nunquam oculis aſpexerant abſque iudicio condemnarunt: quod eſt Chriſtianis indignum. IMPERATOR. Atqui coram eſt condemnatus in Tyria ſynodo, & condemnatus quidem ab epiſcopis omnibus totius orbis terrarũ. LIBERIVS. Coram ille nunquam eſt condemnatus. Quotquot enim tunc conuenerunt, & eum damnauerunt, fecere hoc nulla ratione, cũ ille de iudicio receſſiſſet. EVSEBIVS Eunuchus inquit. In ſynodo certe Nicæna declaratum eſt, illum à catholica fide eſſe alienum. LIBERIVS. Quinq́ꝫ tantummodo iudicarunt ſociorum nauigationis ipſius in Mareote, quos miſerant, ut aduerſus reum ſcripturas

ptuiras

A pturas compararent: horum duo mortui ſunt Theogonius & Theodorus, reliqui tres adhuc uiuunt, nempe Mares, Valens, Vrſacius. Ab his ipſis miſsis, huius rei cauſa, Sardicæ ſuffragia collecta ſunt: qui ſynodo etiam libellos obtulere petentes ueniam, quod in Mareota per calumniam ſcripturas ſecum confeciſſent in Athanaſium, quos libellos etiamnum in manibus habemus. Vtris igitur ut adiungamur perſuaderi nobis conuenit? Iis'ne qui prius damnarunt & poſtea petierũt ueniam, an his qui illos nunc damnarunt? INQVIT EPICTETVS Epiſcopus. Imperator, non facit iſte uerba tecum quo tantæ ſibi curæ ſit fides aũt eccleſiaſtica iudicia, ſed ut apud Senatores Romanos gloriari poſsit oratione concluſum à ſe eſſe Imperatorem. TVM IMPERATOR Liberio, Quota, inquit, pars tu es orbis terrarum, qui ſolus facis cum homine ſcelerato, & orbis terrarum ac mundi totius pacem diſſoluis? LIB. Non diminuitur ſolitudine mea uerbum fidei. Nam & olim TRES SOLVM inuenti fuere qui edicto reſiſterent. EVSEBIVS Eunuchus, facis tu, inquit, Imperatorẽ noſtrum Nabuchodonoſorem? LIB. Minime equidem: ſed ſic tu abſque ratione condemnas hominem qui in iudicium adductus non fuit. At ego prius generalem orbis ſubſcriptionem proponi nolo, qua confirmatur fides expoſita Nicææ. Atque ita reuocatis fratribus noſtris de exilio & reſtitutis

B in ſuum quoque locum: ſi turbas conſenſu cum Apoſtolica fide ſuo, in eccleſiis excitare uideantur, tum uniuerſos conuenire Alexandriæ, ubi & reus, & accuſatores & defenſores illorum ſunt, & inquiſitio in illos diſceptatióque inſtitui poterit. INQVIT Epictetus epiſcopus. Sed neque publica uehicula ſufficere poterint epiſcoporum itineribus. LIB. Neque indigent publicis uehiculis eccleſiaſtica, ſuisqúe epiſcopis ad mare mittendis quæcꝫ eccleſia ſuffecerit. IMPERATOR Quarum forma eſt expreſſa retexi nequeunt, plurium enim epiſcoporum calculus ualere debet. Tu es unus qui amicitiam tueris ſcelerati illius. LIBERIVS, nunquam auditum, inquit, eſt abſente reo pronuntiaſſe de ſcelere iudicem, tanquam priuato irritatum erga illum odio. IMPERATOR. Ille quidem læſit uniuerſos, ſed neminem æque ac me. Qui non contentus interitu iunioris fratris mei, nunquam ceſſauit beatum Conſtantẽ impellere ad inimicitias noſtras, ſed nos ſumma manſuetudine & inſtigantis & inſtigati impetus tulimus. Nullus mihi tantus ſucceſſus cordi eſt, necꝫ aduerſus Magnentium, neque aduerſus Siluanum, atque ſceleſti huius à rebus eccleſiaſticis amotio. LIB. Ne ulciſcare inimicitias, Imperator, in epiſcopis. Manus enim eccleſiaſticorum ſanctificationi uacare debent. Proinde ſi tibi uidetur, iube in ſuum quemcꝫ locum reſtitui epiſcopos, & ſi fuerint congruentes uiſi cum illo qui tuetur recte ſententiæ fidem expoſitam Nicææ, tum conuentu habito tractent de pace mundi: ne innocentem uirum oppreſsiſſe uidearis. IMPERATOR.

Rr Vnum

Vnum eſt quod quęritur. Volo enim tibi gratum eſſe conſenſum cum eccleſiis, & Romam reuerti: quare cõſule paci, & cum ſubſcripſeris redito Romã. A
LIB. Vale iam dixi fratribus Romanis, potiores enim ſunt mihi leges Eccleſiaſticæ quàm uita Romæ degenda. IMPERATOR. Habes igitur ſpacium trium dierum, quo deliberes, uelisne poſt ſubſcriptionẽ Romam reuerti, an aliquem locum quo traducaris eligere. LIB. Trium dierum uel etiam menſium ſpacium rationem non immutat. Quare mittas me licet quo libet. IMPERATOR poſt duos dies requiſitum Liberium & perſeuerantem in ſententia imperauit relegari Berœam quæ eſt in Thracia. LIBERIO abeunti miſit imperator ſolidos quingentos in ſumptus. Liberius illi qui attulerat, abi, inquit, redde imperatori, opus enim his eſt militibus ipſius. Similiter & regina miſit ei totidem, quos & ipſos referri iuſsit ad imperatorem, quod eſſe illi opus diceret ad expeditiones. Si autem opus his imperatori non fuerit, det, inquit, Auxentio, & Epicteto, quibus opus eſt. Cumq; ab illis noluiſſet accipere, detulit alios ei Euſebius Eunuchus. cui Liberius, deuaſtatis eccleſiis, inquit, orbis terrarum, nunc mihi eleemoſynam offers ut condemnato? Quin tu abi & Chriſtianus prius efficere. Ita poſt hos dies cum quicquam accipere noluiſſet in exilium agitur. Cap. XVII

Athleta quidem ueritatis uictoriæ compos, in Thraciam ut imperatum fuerat, uenit. Poſt annos autem duos, cum Romæ eſſet Cõſtantius, Magiſtratuum & primariorum ciuium coniuges obſecrant maritos, ut ſupplicent Conſtantio pro paſtore qui reſtituatur eccleſiæ ſuæ, ſeq; niſi impetraſſent, deſertis ipſis, ad magnum illum paſtorem deuenturas minantur. Qui reſpondent ſe formidare iracundiam imperatoris, ſibiq; non magnam eſſe ſpem ueniæ quòd uiri eſſent. Vos autem, inquiunt, ſi ſupplicetis illa, non lædet. Et horum alterum conſequemini, ut aut admittat deprecationem ueſtram, aut certe nullo malo affectas dimittat. Hac uia demonſtrata, accedunt laudabiles matronæ ad imperatorem precioſiſsimis ueſtibus ornatæ, quo magis imperator nobiles ratus precibus uoluntatiq; ipſarum gereret morem. Erat autem deprecatio talis. Miſereri uellet tantæ ciuitatis ſpoliatæ paſtore ſuo, & expoſitæ luporum inſidijs. ſed Imperator reſpondit, non illam paſtore alio indigere quæ prudentem bonumq; haberet: fuerat autem creatus poſt Liberium unus ex diaconis illius, uir fidelis, Felix nomine, qui incorruptam quidem ſeruabat Nicææ expoſitam fidem, ſed uiolatoribus illius coniungi non uerebatur: nemo tamen omnium ciuium Romanorum in ædem orationis eſt ingreſſus cum ipſe intus foret. Quod ipſum & matronæ tum regi ſignificarunt. Itaque flecti ſe paſſus, iuſsit optimum quidem Liberium de exilio reuocari, ſed amborum eſſe communem eccleſiæ adminiſtrationem. His literis lectis in circo exclamauit multitudo, egregiam eſſe imperatoris ſententiam, qui ſpectatoribus in duas partes diuiſis

A uiſis & à colore cognominatis, his unum, itemq; alteris unum præficeret. Ita dicterijs inceſſentes Imperatoris literas, exclamãt uno ore, nam et uoces ipſas ponere uiſum eſt, unus deus, unus Chriſtus, unus Epiſcopus. Poſt has amantiſsimæ Chriſti plebis uoces reuertit̃ admirabilis Liberius, cui cedẽs Felix in aliam urbem ſe contulit. Hæc appoſui ad hiſtoriam Epiſcoporum qui Mediolani conueniſſent, ut congruum fuit, nunc autem redeo ad ordi- nem geſtorum. Cap. XVIII

Electis igitur undique propugnatoribus ueritatis, arbitrati hi qui pro arbitrio ſuo uerſarent uoluntatem regiam, facile ſe contrariam ſibi fi- dem diſſoluturos, & Arianam ſtabilituros, perſuadent Conſtantio, ut A- rimini indicat conuentum tam orientalium, quàm occidentalium Epiſcopo rum, utq; iubeat eſſentiam & Coeſſentialitatẽ eximi de formula fidei, hæc autem erant inuenta à patribus, quibus fraudes Arianæ expugnaren tur. Sed de his aiebant extitiſſe eccleſiarum diſsidia: coactis autem omni- bus tentabant Ariana labe contaminati, imponere conſilio, & in primis oc cidentalibus ſimplicis uitæ & morum hominibus. Negabant enim feren- dum ut eccleſiæ corpus diſtraheretur, propter duas uoculas, preſertim quæ in ſcriptura nuſquam reperirentur. Sed profitendum filium ſimilem eſſe ge nitori per omnia, eſſentiæ uero nomen, ut à ſcriptura alienum omittẽdum.

B At enim illi fraude animaduerſa, eos qui hoc dicerent abdicãt, & ſuam ſen- tentiam imperatori per literas declarant. Aiebant autem ſe filios ac hære- des eſſe in Concilio Nicæno congregatorum patrum: quorum ſi quid ſcri- ptis demere, aut quæ ad optimum modum abſoluta eſſent addere alia uel- lent, ſuo ſe facto ſpurios eſſe demonſtraturos, qui culparent ea quæ patres geſsiſſent. Sed euidẽtius fidei eorum exacta regula literis ab ipſis Conſtan- tio ſcriptis indicatur. Cap. XIX

Diuina iuſsione & pietatis tuę mandato, ueterum dogmatis fide noſtra accedimus. Arimini enim omnes occidentales epiſcopi conuenimus, ut & catholicæ eccleſiæ fides cognoſceretur, & manifeſti fierẽt qui aliter ſen- tiunt. Poſt longam enim & diutinam deliberationem optimum factu ui- ſum, eam quidẽ quæ ab antiquo permanet, quamq; & prophetæ & euan- gelia & apoſtoli per Chriſtum dominum noſtrum prædicauerunt, à quo & tuum imperium cuſtoditur & protegitur robur tuum: Eam igitur fidem placuit tenere ac conſeruare, & conſeruatam uſque in finem cuſtodire. Ab- ſurdum enim ſimul atque impium iudicauimus, mutare quicquam eorum quæ recte iuſteq; conſtituta eſſent, omnium qui Nicææ quondam conue- nere coniũcta cum clariſsimi imperatoris Conſtantini patris tui ſententia: quorum doctrina & intellectus in omniũ mortalium aures ac animos pro- mulgatione ſua influxit, eaq; ſola aduerſata Arianæ ſectæ illam perdide- runt: ijs non Ariana modo ſed reliquæ etiam ſectæ exterminatæ ſunt: his

neq; ſine metu erroris addi, neq; diſcriminis demi quicquã poteſt. Nam alterutro facto, iam aperta feneſtra fuerit libidini aduerſariorũ. Itaq; Vrſaciũ & Valentẽ qui principes eſſent, & cõſentientes cum Ariano dogmate, pronuntiatũ eſt à noſtra ſocietate excluſos eſſe, cuius fruendi gratia, ueniã quondam petiere delictorũ quorum ſibi conſcij eſſent: quod teſtantur exempla literarum, quibus illi ut parceretur ſibi, ueniamq; à nobis impetrauerunt. Eo autem hæc tempore acta ſunt quo conſilium ſynodi Mediolanenſis habebatur, præſentibus & Romanæ eccleſiæ presbyteris. Cum autem cõſtet & Conſtantinum memoria poſt mortem quoq; dignum, ſumma cura & exquiſitione, conſcriptam fidem expoſuiſſe, uita illo poſt ſuſceptum baptiſma functo, & ad meritam quietem tranſgreſſo, abſurdum fuerit poſt hunc quicquam innouare, atque tot ſanctos confeſſores & martyres, qui hoc dogma & conſcripſerint & inuenerint, deſpicere: quos nuſquam ſententia ſua à ueteribus eccleſiæ legibus diſceſsiſſe ſciremus, quorum etiam fidem Deus ad tempora imperij tui traduxit per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, à quo tibi imperiũ eſt collatum tantum, ut illo uniuerſus orbis terrarum includatur. Rurſus igitur miſerabiles illi & deplorati animi, nefaria audacia indicarunt impiæ ſententiæ ſuæ præconia, conatũ euertendorum omnium ueritatis ordinum. Cum enim tuo mandato conſilium ſynodi haberetur, tum illi fraudulentiæ ſuæ denudarunt cogitationes, tentauerũtq; per maleficia & turbulentiã nouas deciſiones, reperto ad tale ſodalitium conueniente quodam Germano & Auxentio & Caio, autoribus ſectarum & ſeditionis, à quibus defenſa doctrina omnem copiam blaſphemiæ ſuperat. Poſtquàm uero intellexere à ſe uoluntare ac ſententia ſodales ſuos in improbitate diſsidere, tranſiere ad conſeſſum noſtrum, ut ſcripturis adeſſe uiderentur. Tempus autem breue erat, quo & ipſorum conſilia arguebantur. Sed ne ſimilia pericula eccleſiæ ſæpe ſubeunda ſint, néue omnia perturbatione & tumultu confundantur, optimum uiſum eſt antiqua decreta, ut legitima & inconcuſſa ſeruanda confirmare, ſuprà autẽ memoratos ſeparare à cõmunitate noſtra. Eam ob cauſam miſimus legatos qui de his facerent certiorem æquitatem tuam, quibus has literas dedimus indices propoſiti in concilio noſtri. Ante omnia aũt in mandatis habent à nobis legati, ut ab antiquitate & legitimis rationibus ueritatis comprobationem ducant. Qui etiam docebunt pietatem tuam. Non ut Vrſacius & Valens dixerint, pacem futuram eſſe, euerſione legitimorum: poterunt'ne uero pacem eſſe pati, pacis diſſolutores? Quare ab his contentiones turbæq; potius, & in reliquis ciuitatibus & in eccleſia Romana exiſtent. Quapropter ſupplicamus tuæ æquitati, ut benignis auribus & placido aſpectu legatos noſtros admittere, neque pati uelis, quicquam innouari ad cõtumeliam iam uita ſua defunctorum: ſed retinere nos ſinas decreta & leges patrum, quas uniuerſas ſapienter pruden-

terq; &

A terç & in ſancto ſpiritu,conditas affirmare non dubitauerimus. Nam quę ab his noua quadam ratione iam recedunt, fidelium extingunt fidem, infidelium excitant crudelitatem. Supplicamus etiam, ut eos qui in externis locis degunt,quosç cum ætatis onera tum paupertas inopiaq́ue premit, in ſuum quemque locum benigne reſtitui imperes, ne deſertæ ſpoliatæç Epiſcopis maneant eccleſiæ. Præter hæc omnia obteſtamur, ne quid prioribus deciſionibus, uel detrahatur uel adijciatur, ſed in patrum pietate omnia irrupta teneantur,cuſtodita & his & totius poſteritatis temporibus, néue de cætero affligas nos & adminiſtrationibus proprijs moueas:pręſtesç hoc potius,ut epiſcopi cum populo quiç ſuo orationibus uacare,deprecarique pro imperio,ſalute, pace tua poſsint, quam diuinitas ſempiternam tibi largiatur. Legati noſtri afferunt & ſubſcriptiones & nomina epiſcoporum,qui etiam erudient pietatem tuam ſcripturis diuinis. CUM his literis miſsi legati ad Imperatorem Sed qui Regia potentia abutebantur principes ſectæ iſtius,epiſtolam regi attulere,ipſos uenire in conſpectũ illius paſsi non ſunt, quòd dicerent curis Reipub. Imperatorem eſſe implicatum. Hoc ab ipſis fiebat eo conſilio quòd ſperarent tædio diutinæ moræ & cupiditate reuertendi ad eccleſias, coactum iri epiſcopos, ut oppoſitum ſectæ uallum ipſi ſubruerent & diſsiparent. Sed fruſtra hæc moliebantur. Iterũ enim miſsis B ad Imperatorem literis,petiere propugnatores fidei ab illo, ut & legatos ad mittere, & ſibi poteſtatem diſcedendi facere dignaretur. Earum literarum exemplum ſequitur. Cap. XX

VIctori Conſtantio Imperatori epiſcoporum Arimini cœtus. Literas Clementiæ tuæ,domine glorioſiſsime imperator, accepimus, quibus ſignificas, te propter publicas occupationes hactenus legatos noſtros uidere non potuiſſe, iubesç ut reuerſionem illorum expectemus, ut rationem noſtram & dogmata ueterũ conſiderare poſsis. At nos tibi ſignificauimus nullo modo à propoſito nos diſceſſuros. Quod & ipſum iterũ his literis docemus tuã clementiã,obteſtantes ut clementibus oculis,& has literas paruitatis noſtræ,quibus reſpondimus pietati tuæ,& illas quas attulere tuæ benignitati legati noſtri, quæç ipſi à nobis mandata habent libenter ſuſcipias. Quàm aũt triſte fuerit & inconſentaneũ feliciſsimis tẽporibus tuis,tam multas eccleſias uideri Epiſcopis carere, non minus ꝙ nos tua intelligit clementia. Quare rurſum te glorioſiſsime Imperator obſecramus,ut ante hyemis aſperitatẽ,ſi placeat humanitati tuæ, iubeas ad eccleſias nos redire noſtras, ut omnipotẽti Deo,& Chriſto filio ipſius domino & ſeruatori noſtro, pro ſtatu potentiæ tuæ, unà cum populo,quemadmodum fecimus ac facimus, maximo ſtudio ſupplicare poſsimus. Cap. XXI

HIs literis allatis Imperatori, aduerſarij animo illius exacerbato, deducunt inuitos pleroſque Epiſcopos in urbem Thraciæ Nicam nomi-

ne:& alijs ſimplicibus circumuentis, alijs territis perſuadent, ut idem face- A
rent quod ipſi molitione ſua in pietate: eſſentiamq́ ac coeſſentialitatem e-
ruerent è fide, procq́ his imponerent SIMILITVDINEM. Sed & hanc formulam expoſui non quòd uera ſit, ſed quòd Arianam factionem redarguere uideatur, cum ne ipſam quidem teneant horum temporum complices impietatis illius, ſed pro ſimilitudine diſsimilitudinem prædicent. CREDIMVS in unum & ſolum, uerum Deum patrem omnipotentem, ex quo ſunt omnia. Et in filium Dei unigenitum, ante omnia ſecula, & omne principium genitum ex deo, per quem omnia ſunt facta uiſibilia & inuiſibilia: genitum autem unigenitum ſolum ex ſolo patre, Deum ex Deo, ſimilem genitori ſuo patri iuxta ſcripturas, cuius generationem nouit nemo, niſi ſolus genitor pater. Hunc ſcimus unigenitum deum filium mittente patre aduenìſſe de cœlis, ſicut eſt ſcriptum, ad euertendum peccatum & mortem: et natum ex ſpiritu ſancto, ac Maria uirgine, ut ſcriptum eſt, ſecundum carnem: uerſatum cum apoſtolis, & perfecto munere ſuo iuxta patris uoluntatem affixum cruci: mortuum & ſepultum: deſcendiſſe ad inferos, cum ipſius orci terrore: reuerſum à mortuis tertia die, conuerſatum cum apoſtolis dies quadraginta totos: acceptum in cœlos, ſedere à dextris patris: uenturum ultima reſurrectionis die cum gloria paterna, redditurum unicuiq́ quale ipſe fecerit. Et in ſpiritum ſanctum, quem ipſe unigenitus Dei filius B
Ieſus Chriſtus Deus ac dominus promiſerat ſe miſſurum humano generi, paracletum, ut ſcriptum eſt: ſpiritum ueritatis, quem & miſit, egreſſus in cœlos & ſedens in dextra patris. Inde eſt uenturus ad iudicium uiuentium & mortuorum. Verum eſſentiæ nomen quòd à patribus ſimpliciuſcule inſertum, & uulgo parum intellectum, offendicula pareret, quia in ſcriptura nuſquā memoraretur, placuit eximi, & de cætero nullam penitus fieri mentionem eſſentiæ, maxime cum diuinæ literæ nuſquam meminerint patris ac filij eſſentiæ. Neq́ adeo neceſſarium eſſe, de perſona patris & filij & ſancti ſpiritus, unam ſubſtantiam nominari. Similem autē perhibemus filium eſſe patri, quemadmodum & diuinæ ſcripturæ dicunt & docent. Omnes autem ſectæ, quæ aut pridem reiectæ, aut nuper exortę diuerſa ſtatuunt, ab huius ſcripturæ expoſitione, anathema ſunto. His alij per impoſturam, alij per terrores ſubſcripſere. Qui autem accedere noluiſſent in ultima loca terrarum deportati ſunt. Cap. XXII

QVòd autem omnes ueritatis athletæ, & in primis occidētales accuſent, teſtantur ſcripta illorum ad Illyricos. Fuit autem ſcriptionis princeps Damaſus, uir uarijs uirtutum generibus ornatus, qui poſt Liberium præſulatum Romanæ eccleſiæ ſortitus eſſet. Cum hoc faciebant nonaginta Epiſcopi Italiæ & Galatiæ, quæ nunc Gallia appellatur, congregati Romæ, quorum & ipſorum nomina exponere nimis longum arbitratus ſum.

EPISCO

A EPISCOPI Romæ in ſancto congregati concilio, Damaſus & Valerianus ac reliqui, Dilectis fratribus Epiſcopis in Illyrico ſalutem in Deo. Perſuaſum nobis eſt ſacerdotes Dei, ſanctam fidem noſtram fundatam in doctrina Apoſtolorum: eam igitur uos tenere, eámque tradere populo, quæ nulla in parte diſſentit à patrum definitionibus, à quibus cæteros inſtrui æquum eſt. Sed relatione Gallicanorum & Venetorum fratrum cognouimus quoſdam ſectis ſtudere, quod malum ne exiſtat non ſolum pro uidere epiſcopi, ſed ad imperitiam & ſimplicitatem quorundam utentium interpretationibus ſiniſtris, deinceps ſeſe opponere debent diſſentienti doctrinæ, uidereq́ꝫ quotieſcunque percuſſerint aures diſſenſionis tela, ne rurſum labantur, ſed patrum potius ſententijs inhæreant. Itaque Auxentium Mediolanenſem, perſcriptum eſt in primis huius rei condemnatum eſſe. Par igitur eſt, ut uniuerſi doctores LEGIS in orbe Romano legitima ſententia ſint, & ne contaminent fidem diuerſitate doctrinarum. Etenim cum primum hæreticæ improbitatis fructus matureſcere & hos fructus ferre cœpere, qui & nunc de Ariana maledicentia admodum ſubuehuntur, patres noſtri numero trecenti decem & octo in Nicæno certamine, hunc murum aduerſus diabolica arma præfinierunt, atque hoc remedio letiferauenena repulerunt. Quare credi debet patrem & filium eſſe u- *Locus mēdoſus uiſus*

B niuseſſentiæ, unius diuinitatis, unius uirtutis, unius potentiæ, unius characteris: itémque unius ſubſtantiæ, ac eſſentiæ ſpiritum ſanctum quoque: quicunque autem aliter ſentiunt alieni à noſtra ſocietate iudicandi ſunt. Sed hanc ſalutarem definitionem & adorandam conſultationem, nonnulli poſtea alijs conſultationibus corrumpere ac uiolare tentauerunt. Quin etiam ab ipſo ſtatim initio illi qui Arimini coacti ad nouationes & retractationes fuere, hactenus rectitudinem omnium conſeruarunt, ut confiterentur ſe alio orationis genere ſubductos, ac non ſenſiſſe quod diuerſum eſſet ſententiæ patrum concilij Nicæni. Præiudicium certe numeri Ariminenſis conuentus nullum eſſe poteſt: quando ita eſt habitus, ut neque Romani epiſcopi, cuius ante omnia ſententiam cognoſcere debuerant, neq́ꝫ Vincentij, qui tam multis annis præſulatus conſeruauit integritatem, neq́ꝫ aliorum conſenſus illis acceſſerit, ac maxime cum, ut diximus, per inſidias circumuenti ipſi cedentes, niſi rectiore ſententia, ſibi illa non placere teſtati ſunt. Perſpicit igitur ueſtra ſynceritas, hanc ſolam fidem quæ Nicææ autoritate Apoſtolica fundata ſit, aſſidua firmitate tenendam eſſe. Et nobiſcum & Orientales qui catholicam eccleſiam agnoſcant, & Occidentales gloriari. Perſuaſum autem nobis eſt eos, qui diuerſitatis malo laborent, ipſo conatu ſuo non ita multo poſt à communitate noſtra diſiunctum, & Epiſcopales honores illis ereptum iri, ut populus liberatus à ſeditionibus eorũ reſpirare poſsit. Nam cum ipſi erroribus ſint impliciti, ſpes eſſe nequit, ut erroribus populus per ip- *ὑμετέρα*

ſos exoluatur. Proinde facite ne ueſtræ reuerentiæ iudicium diſcrepet ab omnium ſacerdotum Dei iudicio, quo firmos fixosq́ ſtare uos confidimus. A
Itaque & nos unà uobiſcum in recta perſiſtere fide debemus. Oblectare nos uelit dilectio ueſtra, remiſsis ad nos literis ſuis. Valete fratres honorabiliſsimi.

Cap. XXIII

MAgnus etiam Athanaſius in epiſtola ad Afros, ita ſcribit de ſynodo Ariminenſi. HIS demonſtratis, quis ferat eos qui Ariminenſem aliamúe quampiam ſynodum præponant Nicænæ? Ac quis non potius oderit eos, qui reijciunt patrum decreta, & proponunt recentiora hæc, nuper Arimini contentione & ui expreſſa? Quis etiam cum illis hominibus ſocietatem iungere uelit, qui ne ſua quidem ipſi tuentur. Cum enim in decẽ pluribusq́ ſynodis ſuis nunquam eadem perſcripſerint, nonne planè ſingillatim perſcriptiones ſuas carpunt? Accidit quidem eis quod proditoribus Iudæis: ut enim illi deſerto fonte uitæ effoderunt ſibi lacus, qui aquam continere non poſſent, quod ipſum ſcriptum eſt à propheta Hieremia: ita hi belligerantes cum generali orbis terrarũ ſynodo, effoderunt ſibi ſynodos multas, quæ uniuerſæ inanes & quaſi fabulæ euanidæ repertæ ſunt. Quare nemo ferat uel Ariminenſem, uel aliam quamcunq́ ſynodum contra Nicænam nominantes. Nam & illi qui Ariminenſem iactant, ignorare quæ ibi geſta ſunt, uidentur. Scitis enim chariſsimi certiores facti ab ijs qui Arimini B
in concilio fuere, Vrſatium, Valentem, Eudoxium, Auxentium, quiq́ unà cum illis fuit Demophilum, priuatos eſſe autoritate ſua, quòd diuerſas à Nicæni Cõcilij perſcriptionibus inſtituiſſent, cũ poſtulatum fuiſſet, ut anathemate ferirent Arianã ſectam, ipſiq́ facere recuſaſſent, ac potius ſuſcepiſſent patrocinium illius. At epiſcopi uere germani ſerui domini & recte credentes, fuere autem circiter CC. perſcripſere ſolã in Nicæa fidem traditam ſufficere, neq́ quicquam præter hanc amplius, aut minus quærendum ac ſentiendum. Hęc ipſa & Conſtantio, qui conuenire eos iuſſerat, indicarunt. Sed quibus autoritas Arimini adempta eſſet, profecti ad Conſtãtium effecere, ut & contumelioſe haberentur, & minis ad ſuas adminiſtrationes reuerti prohiberentur condẽnatores ſui, utq́ Thracia hyeme affligerentur, ſi quo modo adigere poſſent, ut innouationes ſuas admitterent. Proinde ſi qui iactant Concilium Ariminenſe, præferant horum exautorationem, quæq́ Epiſcopi tum perſcripſerunt, uetantes amplius quicquam præter conuenta inter patres Nicæni Concilij quærere, neq́ aliam præter illam nominare. Sed hæc iſti celant oſtentantes acta per uim in Thracia, quo ipſo declarant ſe eſſe de ſecta Arianorũ, alienos à ſanitate fidei. Ipſam quidem illam magnam ſynodum ſi quis uelit cum hac comparare, facile perſpexerit illorum religionem, & horum incogitantiam. Nam Nicæna ſynodus non fuit de exautoratis coacta, & confeſsione ſua aſſeruit eiuſdẽ eſſe filium ac patrem

eſſentiæ

A eſſentiæ: at hi ſemel, iterum, tertium in Arimino ipſo exautorati, auſi tamen fuere perſcribere, eſſentiam aut ſubſtantiã deum habere non eſſe dicendũ. Atq; in occidente Ariana ſodalitia huiuſmodi inſidias moliebantur ſtrue/bantq; dogmatis ueritatis. Cap. XXIIII

ANtiochiæ uero poſt Stephanum, qui fuerat præſulatu priuatus cum ſucceſsiſſet Placito, eccleſiæ adminiſtrationem ſuſcepit Leontius, arre/pta illa contra conſcriptas leges Nicææ, quòd ſua ipſe ſibi manu genitalia excidiſſet. Huius audaciæ cauſam beatus Athanaſius expoſuit his uerbis. NAM Leontius cum in ſuſpitione eſſet, non caſte cum quadam muliere no/mine Euſtolia cõſueſcere, excidit ipſe ſeſe quò libere degere cum illa poſſet. Quo facto ſuſpitionem nequaquam aboleuit, nihilo tamẽ minus cum eſſet presbyter exautoratus fuit. De alia autem uita ipſius hæc ſcribit. EGO ue/ro malignitatem & fraudulentiam ipſius breuiter oſtendã. Nam cum pars eſſet Arianæ blaſphemiæ, ſummo ſtudio illum morbum celare nitebatur, quodq; cerneret bifariam diuiſos ſacerdotes & plebem, unamq; partem ac commodare glorificationi filij coniunctionem ET: alteram prępoſitionem PER filio, ſpiritui autem IN, applicare, ipſe quidem ſilentio glorificationem memorabat, & tantum clauſulam IN SECVLA SECVLORVM ſic proferebat, ut ab aſtantibus exaudiri poſſet. Quòd ſi alia quædam nõ pro/

B derent magnam ingenij illius malitiam, uideri alicui poterant talia fuiſſe ab eo facta communis concordiæ reſpectu: cum autem uarijs fraudibus ador/tus ſit eccleſiæ aduocatos, complexus omni cura participes iſtius impieta/tis, nulli dubium fecit quin labem mali occulerit, cum metu multitudinis, tum minarum Conſtantij formidine, qui edixiſſet ſeueriſsime cõtra eos qui auderent diſsimilem dicere filium. Sed huius conſilia ipſa facta declaraue/runt. Quotquot enim ſequebãtur apoſtolica dogmata, neq; curabat ille ne/que honoribus prouehebat: Arianæ autem ueſaniæ participes, & plurimũ apud illum poterant, & ſacerdotalibus dignitatibus augebantur. Illis tẽpo/ribus Aetius doctor Eunomij, qui ſuis inuentis locupletauit Arianã male/dicentiam, in ordinem diaconorũ peruenit. Verum Flauianus & Diodorus qui in philoſophica ſanctimoniæ uita exercerentur, palàm propugnabant apoſtolica dogmata, & maximopere redarguebãt inſidias, quæ à Leontio pararentur pietati, quòd ille hominẽ in ſumma improbitate enutritũ, per'q; impietatem ad ſplendorem uiam affectantem, diaconatus honore ad ma/nifeſtam perniciem eccleſię dignatus eſſet. Interminabantur etiam ſe à com/munitate diſceſſuros & collaturos in occidentem ubi palàm facere moli/tiones illius uellent. His territus Leontius, functionem publicam ademit Aetio, ſed colere & tueri non deſinebat. Verum admirabile hoc par Fla/uianus & Diodorus, ſacerdotis functionis ius nondum conſecuti, cum po/pulo uerſabantur, diéque ac noctu inſtigabant omnes ad pietatis feruo/rem

σὺν non δι᾽ ō ut op. ut fuerit tale, gloria patri per filiũ in ſpiritu ſancto

rem. Hi primi in duas partes diuiſi cœtibus pſalmos accinentium, inſtitue A runt alternis Dauidicam melodiam decantare, quod Antiochiæ fieri cœptum peruagatum uſque quaq; eſt, & ad fines orbis terrarum peruenit. Iidem diuinarum rerum amatoribus ad monumenta martyrum congregatis, cum illis in celebrando Deo perſeuerabant. Hæc cernens Leontius prohibere ſe tuto poſſe non putauit, quòd uideret ſumma beneuolentia populum optimis illis uiris adiunctum eſſe, ſed moderatione coloratis uerbis hortabatur hoc, ut potius in eccleſiis ipſis, exercere illam functionem uellent: qui morem ei geſſere, quamuis minime malitiam ipſius ignorarent, & ſocietatem ſuam libenter in eccleſias traduxerunt ad celebrationem ſancti domini cohortantes. Nulla tamen res adduxit Leontium, ut corrigeret malitiam ſuam, perſonáque aſſumpta moderationis tegebat ſcelera Stephani & Placiti. Nam quicunque à ueritate dogmatum diſſentiebant, tametſi uitam turpiſsimam degerent, eos in ordinem presbyterorum ac diaconorum referebat. At omnibus uirtutum generibus ſplendentes, tenacesq; dogmatum apoſtolicorum, inhonotatos relinquebat. Eam ob cauſam in clero plurimi inueniebantur hæretica peſte cõtacti, pars autem maxima populi propugnabat uera dogmata: neq; enim illi auctores doctrinæ promere blaſphemias manifeſte audebant. Verum Placiti Stephani ac Leontij impia & nefaria Antiochiæ perpetrata facinora, tam multiplicia ſunt, ut pe- B culiare narrationis opus deſiderare: támque grauia ut Dauidicæ querimoniæ carmine proſequenda uideantur: Ecce enim inſonuerunt inimici tui, & oſores tui extulerunt caput. In populum tuum intenderunt malitioſam ſententiam ſuam, & inſidias poſuerunt ſanctis tuis. Dixerunt, adeſte ut internitione deleamus eos de gẽte, néue in memoria remaneat Iſraeliticũ nomẽ. Sed nos reliquã narrationi inſtitutæ partem attexamus. Cap. XXV

GErmanicia urbs ſita eſt in finibus Cilicum, Syrorum & Cappadocũ, cenſeturq; cum Euphratenſi prouincia. Huius præſul Eudoxius, cognita Leontij morte, Antiochiam ſe contulit, ibidemq; in præſulatũ ut aper inuaſit, uaſtans uineam dominicam: neq; ille ut Leontius improbitatem inſitam occulebat, ſed rabie manifeſta ferebatur in Apoſtolica dogmata, & quicunq; auſi fuiſſent contradicere ſibi, eos omnis generis calamitatibus obruebat. Eo tempore Ancyræ in Galatarum Metropoli clauum eccleſiæ tenebat Baſilius ſucceſſor Marcelli, ſed Sebaſtiæ præerat Euſtathius in Armenia. Hi perſpecto Eudoxij ſcelere & rabie, fecerunt per literas Imperatorem Conſtantium de illa certiorem. Imperator tum in occidẽte morabatur & deuictis ſublátisq; tyrannis Reipub. inſtaurationi operam dabat. Erant autem illi familiares Imperatori, & propter laudabilem uitam multum autoritate apud ipſum ualebant. Cap. XXVI

His

A His igitur cognitis miſit Antiochenis literas Conſtantius, quibus ſigni ficabat, non conceſſum à ſe tenere præſulatum eccleſiæ illius Eudoxium, quòd ipſe iactitaret: imperauitq́ exigi eum urbe, pœnas daturum fa cinorum ſuorum Nicææ in Bythinia, quo in loco conuentum indixit. Sed ipſe Eudoxius per eos qui plurimum apud regem poterant, hoc effecit ut conuentui locus Nicææ præfiniretur. Sed omnium rerum moderator, cui tam planè futura ac præterita explorata ſunt, admirabili quodam terræ motu impediuit conuentum, quo terræ motu maxima pars urbis diſiecta, & ciuium plurimi perditi fuere. Quo cognito qui conuenerant maxima cum formidine ad ſuam quiſq́ eccleſiam reuerſi ſunt. Hoc mihi quidem diuinæ ſapiētiæ opus uidetur. Cum enim ea in urbe à ſanctis patribus apoſtolicæ fidei perſcripta doctrina, & poſtea diuerſa conuocati eodem perſcripturi fuerint, diſsipauit ille eccleſiarum reſpectu conſilium, ne Ariana ſodalitas occaſionem nāciſceretur fallaciæ, ſimilitudine nominis, qua circumuenire poſſent ſimplices, appellantes, & hanc Nicęnam ac proferentes tanquam illam antiquam. Poſtea inſtigatus ab Eudoxij accuſatoribus Imperator, Seleuciæ conuentum habendum indixit, ea eſt urbs Iſauriæ maritima, princeps illius gentis. Ibi congregari orientales Epiſcopos nec non Ponticos, atque Aſianos imperauit. Præſidebat tum Cæſariæ in Palæſtina Acacius, qui Eu
B ſebio ſucceſsiſſet: eum quondam Sardicena ſynodus abdicauerat: ille tamē ſententiæ à tanta Epiſcoporum multitudine contra ſe latæ nequaquam paruit, per ſummum contemptum omnium. Sed Hieroſolymis poſt Macari um illum cuius non ſemel mentionem fecimus, præſulatum gerebat Maximus, uir in propugnanda pietate excellens. Nam & oculum dextrum amiſerat, & inciſum trahebat dextrum brachium. Hoc & ipſo in expertē ſenectutis uitam tranſgreſſo, collata dignitas Epiſcopalis gratiæ Cyrillo fuerat, promptiſsimo defenſori apoſtolicorum dogmatum. Inter hos orta de prin cipatu contentione, maxima mala ſuæ quiſq́ parti conciliauit. Nam Acacius arrepta quadā læui occaſione exautorauit Cyrillum & expulit Hieroſolymis. Ille uero Antiochiam pulſus præterijt, ꝙ reperiſſet ſpoliatam paſtore. Tarſum autem profectus cum mirifico Syluano ſe coniunxit, hic enim tum præſul erat eccleſię Tarſenſis. Quo cognito, ſtatim literas ad eum dedit Acacius, faciebatq́ certiorem de exautoratione Cyrilli. Syluanus tamen & reuerentia Cyrilli & multitudinis reſpectu, quæ iucundiſsime frueretur doctrina illius, nequaquam à functione eccleſiaſtica abegit Cyrillum. Cum autem conuentum iam eſſet Seleuciæ, coniungebatur in conſilio Cyrillus cum Baſilio, Euſtathio, Sylnano & horum ſocijs. Sed & Acacius aduenerat ad congregationem epiſcoporum, qui aderant circiter centum quinquaginta, negabat tamen ſe prius cum eis ſententiam ſuam communicaturum, quàm è conuentu uideret exactum Cyrillum, iam ante nudatum Pontificatu. Ibi

tu. Ibi nonnulli cupidi pacis orare Cyrillum, ut cedere paulifper uellet: & A
pollicebantur poſt conſtitutionem dogmatum, ipſius quoꝗ cauſam ſe eſſe
dijudicaturos. Quibus cum Cyrillus morem gerere nollet, deſeruit Acacius
concilium ac diſceſsit. Cumꝗ ueniſſet ad Eudoxium, urgentem formidi-
nem illi exemit, confirmauitꝗ ſocium in accuſationibus ac certaminibus ſe
illi futurum. Ac ad conuentum quidem uenire uetuit, ſed cum illo aſſumpto
Conſtantinopolim eſt profectus. Cap. XVII

IBi tum Conſtantius reuerſus ex occidente degebat. Coram quo multis accuſant conuocantꝗ improborum hominum conſpirationem ad perniciem & uaſtationem eccleſiarum. Quibus accenditur animus Imperatoris. Sed præcipuam indignationem mouit compoſita de Cyrillo fabula. Nam cum laudatiſsimus rex Conſtantinus in honorem Hieroſolymitanæ eccleſiæ dediſſet Macario Epiſcopo in urbe illa ueſtem ſacram, qua indutus miniſterio ſacri baptiſmatis fungeretur (hæc fuerat pretioſa, contexta auro) uendidiſſe eam Cyrillum memorabant, mercatumꝗ quendã cantatorem ſcenicum, qui illa indutus inter ſaltandum collapſus intcrierit & mortuus fuerit. Hoc, inquiunt, ſocio de alijs ſententias ferre aggrediuntur. Quam nacti occaſionem principes in aula, perſuadent Imperatori ut non quidẽ acciri totum conuentũ, nam à multitudine metuebãt, ſed decem præcipuos de illo iubeat, inter quos fuere Euſtathius Armenius, Baſilius Galata, Syluanus Tarſenſis, Eleuſius Cyzicenus. Qui cum aduenisſent hortabantur Imperatorem, ut curaret in Eudoxij blaſphemias ac iniquitatem inquiri. Sed ipſe de ſubiectione diuerſum ſentiẽtium reſpondit, uelle ſe prius fidei cauſam decidi, atꝗ ita procedi ad inquiſitionem in illum. Tum Baſilius fretus Imperatoria familiaritate libere inuehi in Imperatorem, & coarguere inſidias erga apoſtolica dogmata illius: quibus offenſus Imperator, ſilere eum iubet, qui autor eſſet turbarum in eccleſiis. Obticente igitur Baſilio: quando igitur, inquit Euſtathius, placet decidi de fide, aſpice Imperator ad has blaſphemias Eudoxij temerario auſu effuſas aduerſum unigenitum. Atꝗ hæc locutus æditum librum obtulit Imperatori, in quo cum alia pleraꝗ perſcripta impie, tum hoc inerat. Quæ diſsimilitudine quapiam proferuntur, ea ſunt re ipſa ſeu iuxta ſubſtantiam diſsimilia. Vnus eſt deus pater ex quo omnia: & unus eſt dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, diſsimilitudo autem certe eſt inter hæc, Ex quo & per quem: diſſimilitudo igitur & inter Deum ac patrem & filium. Hæc cum recitari feciſſet, impietate illa ſupra modum offenſus Imperator, quæſiuit de Eudoxio an ipſius hoc ſcriptum eſſet, qui ſtatim negauit, contulitꝗ illud in autorem Aetium. Aetius autem is erat quem dudum accuſationis à Flauiano & Diodoro metu Leontius diaconatu mouerat, Georgius uero inſidiator Alexandrinorum ſocium habebat impiæ oratiõis & ſcelerati conatus ſui. Sed illo tẽpore aderat

B

A unà cum Eunomio apud Eudoxium. Nam Leontio mortuo cum Eudoxius Antiochenæ eccleſiæ præſulatũ arripuiſſet, reuerſus cũ Eunomio ex Aegypto, neq; alius ullus aptior locus uiſus illi fuerat, quòd Eudoxiũ cerneret non ſolum impietatis eundẽ ſenſum tenere, ſed etiã Sybaritico luxu diſſolutum eſſe. Itaq; paraſitica aſſentatione unà cum Eunomio adhæſit ad lectulos illius: modoq; huic modo illi ſeſe uẽtris cauſa ingerebat. Imperator quidem poſt hoc reſponſum introduci Aetium iubet & ingreſſo librum oſtendir, ac rogat num ipſe illum peperiſſet. At ille & actorũ, & quamobrẽ interrogaretur ignarus, gratiamq; ſperans ſi confeſſione ſua illũ ſibi conciliaſſet, reſpondit ſe parentem eſſe ſcriptorum eorum. Itaq; Imperator conſiderata magnitudine impietatis, ſtatim iuſſit exulatũ deportari quendam in locum Phrygiæ. Sic ille regia excidit, & hunc fructum tulit blaſphemiæ ſuæ. Sed Euſtathius in eadem ſententia & Eudoxium eſſe aiebat, cuius conſuetudine & cõuictu Aetius uſus, quiq; opinionis ipſius in perſcribenda hac blaſphemia adminiſter fuiſſet. Eſſe autem magnum argumentum cõſcientiæ, quòd nemo niſi ipſe affirmare potuerit ſcriptũ illud ab Aetio cõpoſitũ. Iudicij tamen, inquit, ô rex, certitudo, nõ coniecturæ eſſe debent: proinde probet omnibus nobis Eudoxius non ſentire ſe idem, anathemate execrando ſcriptũ Aetij. Admodum placuit hoc imperatori, fieriq; ſtatim imperat. Eudoxius

B uero diu tergiuerſatus, & uarijs artibus eludere tentauit prouocationẽ. Indignante aũt Imperatore, & interminante exulaturũ cum Aetio tanquã ſociũ impię ſententię, ibi propriã negauit doctrinã, quam & illo tẽpore & poſtea ſemper celebraret: ſed & ipſe oppoſuit Euſtathius, oportere ipſos quoq; notare anathemate appellationem coeſſentialitatis, quæ ſcripta nuſquam reperiretur. Tum Syluanus cur non & ipſi abdicarent quæſiuit, & eijceret è diuinis cœtibus, illa DE NIHILO & conditeram, & diuerſientialitatẽ, quæ neq; in Propheticis, neq; Apoſtolicis ſcriptis inuenirentur. Hoc & Imperator cenſuit, & iuſſit anathemate illa inflicto tolli. Quod grauatim & prius contra differentes multa, ſed iram imperatore ſuam non diſsimulante, abdicarunt & hæc quæ Syluanus protulerat. Tum demum uero uehemẽtius inſtare, ut anathema etiam Coeſſentialitatis conficerent. Sed Siluanus ipſis imperatoriq; tali concluſione ueritatem declarauit. Si de nihilo non eſt, neque condita, neq; de diuerſa eſſentia Deus uerbum, coeſſentialis eſt igitur genitori Deo, ut Deus ex deo, & lumen ex lumine, & habet eandem cum genitore naturam. Hoc cum ipſius dictum & ueritatem & uim haberet, nemo tamen illi accedebat, clamoremq; Acacij & Sidoſij ſodalitas tollere, & indignari Imperator, interminari ſe expulſurũ illos eccleſijs. Tum Eleuſius ac Syluanus & alij, penes eum reſpondent eſſe quid ſupplicij, & penes ſeſe quid de pietate atq; impietate cõſtituant. Nunquam autem ſe facturos ut à paterna doctrina deficiant. Ibi Conſtantius qui admiratione proſequi debuerat

ἑτεϱουσίου

buerat & ſapientiam & uirtutem, atq; etiam libertatem in defendendis do/ gmatis apoſtolicis illorũ, eccleſijs ipſos expulit & imperauit alios ſubrogari. Tunc Eudoxius tyrannice inuaſit in ſedem eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Cyzicenam autem poſſedit pulſo Eleuſio Eunomius. Quibus geſtis abdi/ cari ſcripto Aetium Imperator iubet, illicq; parentes mandato, abdicant illũ ſententiæ ſuæ ſocium. Mittunt & de eo literas Georgio Alexãdrino, quam & ipſam epiſtolam ut improbitas eorũ manifeſta fiat inſerere placuit. Nam nullo in diſcrimine poſuiſſe comperiuntur & conſentientes ſecum & diſſen. tientes à ſeſe. Caput XXVIII A

EXemplum literarum miſſarum à tota ſynodo Georgio contra Aeti/ um diaconum ipſius nefariæ blaſphemiæ gratia. SANCTA ſynodus congregata Conſtantinopoli domino reuerendiſsimo Epiſcopo Alexan/ driæ Georgio ſalutem. Condemnato à ſynodo Aetio propter nefaria & offenſionum referta ſcripta ipſius, fecere Epiſcopi quod eccleſiaſticis legi/ bus conſentaneum eſt, ut & honore diaconatus priuaretur, & expelleretur eccleſia. Noſq; editis monitionibus legi nefandas epiſtolas ipſius uetui/ mus, ac omnes hortati ſumus, ut illas tanquam inutiles, & infructuoſas abij cere uellent. His addimus nunc etiam anathematis aduerſum ipſum & aſ/ ſeclas ſententiam, ſi in propoſito perſeuerauerint. Ac par fuerat quidem ut omnes qui conuenerant in ſynodo Epiſcopi auerſarentur autorem offen/ ſionum, turbarum, diſſidiorum, ſuſurrationum in toto orbe, ſeditionum in eccleſijs, atq; ab lata aduerſus eum ſententia nequaquam diſcrepare: ſed præter uota & expectationem noſtram, Serras, Stephanus, Heliodorus ac Theophilus ipſorumq; aſſeclæ, nõ acceſſere ſuffragijs noſtris, neq; uoluere ſubſcribere latæ ſententiæ: quamuis Serras etiam alia inſolentia & rabie ple na promulgata à prædicto Aetio accuſaret. Aiebat enim inſultum temera/ riæ audaciæ profiteri, ſibi à Deo nunc reuelari quæ hactenus uniuerſis oc/ culta eſſe ille uoluiſſet. Poſt quæ furioſæ gloriationis uerba Aetij, quorum ipſe teſtis eſſet Serras, non mouebantur tamen ullis precibus, neq; adduce/ bantur illi ſupra memorati ut ſuos calculos adiungerent ad iudicium no/ ſtrum, Nos tamen patientia ſumma longo ſanè tempore ſuffragia de ipſis protraximus, nunc indignando, nunc hortando, ſępe obiurgando, interdũ obſecrando, ut accederent nobis, & conſona decreta perſcriberẽt uniuerſæ ſynodo, pertulimuſq; eos diu, ſi forte audire nos, ſiue intelligere & flecti uel lent. Sed cum lõgo tempore inſtantibus nobis admittere preces noſtras & decretum de Aetio ſequi nollent, leges Eccleſiaſticas pluris fecimus quàm amicitiam illorum: pronũciauimuſq; aduerſus eos & à nobis ſeparauimus, relicto illis ſpatio totius ſemeſtris, intra quod reuerſioni & pœnitẽtiæ locus quoq; eis, ſi cuperent ad unitatem & cum ſynodo in gratiam redire, conceſ ſus eſſet. Decreuimuſq; ſi intra hoc tempus conuerſi concordiam fratrum B

ſuorum

A ſuorum appetierint,& conſenſerint decretis, in eccleſiam recipiendos, & in conuentibus etiam autoritatem charitatemq́ apud nos recuperaturos eſſe: ſin obſtinati in audacia ſua perdurarint propter humanam obſeruantiam, & patui fecerint Eccleſiaſticas leges, tum igitur alienos eſſe ab Epiſcopali dignitate: & ſi exautorationem expectarint, ſuccedi,ut neceſſitas poſtulat,ipſis ab alijs epiſcopis uolumus, quo legitima inter ſe eccleſia debito ordine conſentiat cuſtodiētibus omnibus ubiq; Epiſcopis uinculum charitatis,qui omneis eadem doceant cōcinnati eodem animo & eadem ſententia. Vt igitur conſtaret tibi de ſynodo decretis miſimus has literas bonitati tuæ, quibus parentem optamus te in gratia Chriſti pacifice & legitime gubernare ſubiectas tibi eccleſias. Caput XXIX.

HVnc Eunomius extollit ſcriptis ſuis & hominem Dei nominat ac uarijs laudibus celebrat.Sed tum & aderat apud abdicantes eū, & ab ipſis Epiſcopalem honorem conſequebatur. Sed factio Eudoxij atq; Acacij cum tenerent conſtituta Nicææ in Thracia,quorum ſupra meminimus,alios ſurrogarūt Baſilio & Eleuſio illorumq́ſocijs. De quibus memorare ſingulatim ſuperuacaneum putaui, quare hiſtoriam de ſolo Eunomio perſequar. Cum enim hic ad Cyzicenā perueniſſet eccleſiam uiuēte adhuc Eleuſio,ſanitate plebis conſideráta,& quòd uideret Imperatorem infenſum ha-
B bere creationem filij unigeniti dei, monuit Eunomium ut ſententiam ſuam celaret,neq; aperiret accuſationē uenantibus:nam per occaſionē,inquit,poterimus aliquādo,promulgare quæ nūc tegimus,inſtituendo ignorātes,aduerſantes aūt adducendo,cogendo,ſupplicio.His monitis parens Eunomius inſidioſe conuolutam proferebat impietatem. Verum innutriti ſcriptis diuinis perſpectos latentes dolos ægre quidem ferebant, ſed palàm aduerſari audaciæ non ſapientiæ eſſe rebantur. Sub perſona igitur hæreticæ prauitatis domum ad illum deueniunt,petuntq́ explanationem dogmatis, & ne patiatur ſe à ueritate diutius uarietate opinionum auferri. Tum animoſior factus aperuit quæ antea celauerat Eunomius. At illi indignum & impium eſſe dicebant non uniuerſis qui ſub ipſo eſſent cōmunicari ueritatem:ita his & ſimilibus Eunomius ſeductus ſermonibus nudare cœpit in cœtibus eccleſiaſticis blaſphemiam ſuam. Illi igitur ardenti ſtudio incitati primum Conſtantinopolim cōtendunt,& deferunt apud Eudoxium nomen Eunomij:quod cum ille nō reciperet,acceſſere ad Imperatorem, queſtiq; ſunt de ſcelere Eunomij,qui maiorem ſereret doctrina ſua impietatem, quàm Arij fuiſſet. Quibus ad irā prouocatus Imperator,mandat Eudoxio,ut in accerſitum ad ſe Eunomium inquirat,& ſiquidem fuerit cōuictus impietatis,priuet Epiſcopali munere. Sed cum interpellatus ſæpenumero ab accuſatoribus differret rem & moras necteret, reuerſi illi ad Imperatorem queruntur ac clamitant,nihil eorū quæ mandarit ab Eudoxio obtineri poſſe,patiq; il-

lum tantam urbem addictã Eunomĳ blaſphemĳs. Tunc Conſtantius ipſi A interminari Eudoxio exilium, niſi iudiciũ de Eunomio daret, & in conuictũ animaduerteret. Harũ ille minarũ timore motus ſcribit Eunomio, iubetq́ꝫ fuga Cyzico ſe ſubducere, ſibiq́ꝫ ipſi ſuccenſere qui conſilio ſalutari non paruerit. Atqꝫ ipſe quidem Eunomius metuens ceſſit Cyzico, nõ tamen tulit tacite infamiam, ſed & ſe ab Eudoxio proditum, & affectum iniuria Actium prædicabat. Ex eo tempore ſuos ille ſeparatim cœtus habuit: nam q̃tot quot in doctrina dogmatisq́ꝫ conſentiebant cum Eunomio, ĳ defecerunt ab Eudoxio tanquam proditore Eunomĳ, ſeq́ꝫ coniungentes cum Eunomio cognomentum illius obtinuere, & nunc quoqꝫ Eunomiani uocantur. Sic igitur dux ſectæ Eunomius extitit, & Arianam blaſphemiam accumulauit. Seruiẽtem autem ipſum morbo ambitionis ſeparatim cœtum cogiſſe, ipſa res clamat. Cum enim fuiſſet expulſus quondam Actius, ſequi illum noluit quamuis magiſtrum ſuum, & quem hominem Dei nominaret, ſed manſit copulatus cum Eudoxio. Poſtea uero quàm damnatus impietatis & pœna affectus fuit, ſynodi ſententia non ſtetit, Epiſcoposq́ꝫ ac presbyteros creauit ipſe expers dignitatis Epiſcopalis. Atqꝫ Hæc Conſtantinopoli acta ſunt.

Caput XXX

SEd in Perſia habebat exercitum aduerſus Romanos rex Sapores. Venit igitur Antiochiã Conſtantius ut copias cogeret cõtra hoſtes. Quos B quidem repulit nõ Romanus exercitus, ſed piorum inter Romanos Deus. Quam uictoriam nunc deinceps exequar narratione mea. Niſibis, quæ ab aliquibus Antiochia Mygdoniæ uocatur, ſita eſt in finibus Perſarum ac Romanorũ imperĳ. In hac Epiſcopus ſimul atqꝫ princeps ciuitatis ac dux erat Iacobus, cuius etiam ſupra mentio facta eſt: hic renidebat radĳs apoſtolicæ gratiæ. Verum admirabilia & memorabilia huius ſigna, cum expoſuerim in Deo dicata hiſtoria, qui Philotheos inſcribitur de illo noſtra, ſuperuacuum duxi hoc quoqꝫ loco enumerare. Vnum tantum inſtitutæ narrationis cauſa recenſebo. Obſidebãt Perſicæ copiæ commiſſam adminiſtrationi huius urbem, quæ Romanæ eſſet ditionis. Ea in obſidione ſeptuaginta diebus conſumptis, multis machinis admotis mœnibus ac molitionibus omnium generum, itemq́ꝫ uallo ac foſſis perfectis, expugnari urbs non potuit. Ibi Perſę fluuĳ, Mygdonius nominatur, tranſitq́ꝫ per mediam urbem, alueo obſtructo, & utrinqꝫ exaggeratis ad magnam altitudinẽ ripis, impetum aquæ ubi immenſum in modum auctas & aggerem inundare uident, ſubito in muros Niſibinos immittunt: quo tanquã machina illato, cum uim illius murus ſuſtinere non poſſet, conuulſus diſiectusq́ꝫ eſt. Idem accidit & aduerſæ parti murorum, qua exitus erat fluminis, quæ & ipſa ui illius impulſa ruinam fecit. Quibus animaduerſis ſperabat Sapores nullum deinceps in capienda urbe ſibi laborem ſubeundum eſſe. Et cum quidem diem quie-

uit

A uit, ſimul ut inundationes abiret, ſimul ut fluuius decreſceret, tranſiretq́ poſſet. Poſtera autem die omnibus copijs urbem aggreditur: dumq́ aperta omnia diſſipatis muris eſſe confidit, cernit refectum murum, ſeq́ laborem ſuum fruſtratum fuiſſe. Nam diuinus uir ille, & precibus ſuis, & cõfirmatis militibus ac ciuibus cum murum inſtaurauerat, tum machinis inſtruxerat, ut irruentes repellere in procliui eſſet. Hæc autem perficiebantur ab illo non ad murum curſitante, ſed in adyto diuini templi ſupplicante Deo. Saporem autem non ſolum celeritas extructionis, ſed aliud etiam uiſum perterruit. Vidit enim ſtantem in muro quendam ornatu Imperatorio, ſplendoremq́ conſpexit purpuræ & diadematis. Ac ſuſpicatus adeſſe Imperatorẽ Romanorum, mortis interminabatur ſupplicium ijs qui nuntiarant abeſſe. Illis uero aſſeuerantibus ſe uerum nuntiaſſe, & Conſtantiũ Antiochiæ morari, uiſi ſignificationem intelligens, Deus, inquit, propugnat Romanos. Et indignatione concitatus, emiſit ſagittam in aera, non quidem ſpe configendi eum qui corpus non haberet, ſed impotentia furioſi animi ſui. Tum admirandus Ephrem, qui apud Syros celeberrimus ſcriptor haberetur, orare diuum Iacobum, ut murum conſcendere, ſuumq́ uultum barbaris oſtendere, & tela execrationum ſuarum in illos conijcere uellet. Cui obſecutus diuinus ille homo, turrim quendam cõſcendit: & conſpicatus innumerabilem
B multitudinẽ, aliud nihil imprecatus eſt, quàm ut crabrones & culices eis immitterentur, ut per exilia animalcula potentia opitulatoris declararetur. Ibi ſtatim effundi crabonum & culicũ nubes, & in proboſcidas cauas Elephantorum incubare, complereq́ aures equorum ac reliquorũ iumentorum: impetus autem tanti beſtiolarum impatientia, rumpere elephanti & equi lora & ſeſſores excutere, denique turbatis ordinibus in fugam irreuocabilem conuerti. Ita ille infeliciſſimus rex edoctus hac parua & benigna inſtructione uim protegentis pios Dei, reduxit exercitum ab obſidione, non uictoriam ſed pudorem referens. Caput XXXI

HOc tempore morabatur Antiochię Conſtantius: ſedata igitur tempeſtate & Perſico bello confecto, rurſum cogebat Epiſcopos, compellebatq́ cum coeſſentialitatem tum diuerſieſſentialitatem abnegare. Illius urbis ſolium occuparat, poſt Leontium Eudoxius, qui inde expulſus & poſt multarum ſynodorum celebrationẽ Conſtantinopoli arrepta, uacantẽ paſtore reliquerat eccleſiam Antiochenam. Tum epiſcopi qui undique coacti plurimi aderant, ante omnia aiebãt proſpiciendum de paſtore eccleſię, atque ita demum unà cum illo communiter de dogmatis conſultandum eſſe. Illo tempore diuus Meletius cũ gubernaret quandam Armeniacã urbem, offenſus ſubditorum inobedientia aliò ſeſe contulerat, & priuatus otioſam degebat uitam: eum rati factio Ariana concordem conſentientemq́ habere in dogmatis, à Conſtantio ut crearet Epiſcopũ Antiochiæ impetrant. Auda-

ciſſime enim omnes leges uiolabant,dum ſtabilirent impietatem ſuam:fun A
damentumq́ erat impietatis cunctarum ſanctionum tranſgreſſio:multaq́
extant multis in partibus orbis terrarũ nullo exemplo ab illis facta. Sed ſtu
dioſi dogmatum apoſtolicorũ, non ignorantes qua eſſet magnus Melitius
& ſanitate ſententiæ,& claritate uitæ, & uirtutis copia, nequaquã refragari,
ſed anniti ut de illo decretũ ſcriberetur, & ab uniuerſis ſubſcriptiones adde-
rentur. Idq́ datur quaſi cõmune depoſitum aſſeruandũ Euſebio Epiſcopo
Samoſatenſi,ſtrenuo ueritatis pugili. Accerſito autẽ ab Imperatore,appro-
pinquantiq́ ad urbem Melitio, obuiam proceſſere omnes ſacris Pontifici-
calibus initiati, proceſſere & alij cœtus eccleſiaſtici: deniq́ uniuerſa ciuitas,
unà cum Iudæis ac Græcis, cupidi celeberrimum illum aſpiciẽdi Melitium.
Tum rex & illum & alios diſertos iubet explicare populo, quod ſcriptũ eſt:
Dominus condidit me principio uiarum ſuarũ ad opera ſua: negocio dato
notarijs,ut perſcriberẽt quæ à quoq́ dicerentur, neq́ ullam exquiſitiorem
doctrinam eſſe poſſe credidit. Ibi primus Georgius Laodicenus euomere
fœtorem hæreticum, poſt quem Acacius Cæſarienſis, media quadam uia
incedens, longiſsime quidem ſe remouit à blaſphemia illorũ,non tamen a-
poſtolicam præſcriptionẽ exactam integramq́ cuſtodiuit. Tertio ſurrexit
Magnus Melitius,& rectitudinẽ Theologicæ regulæ protulit, ad ueritatis
quaſi amuſſim reſpiciẽs,ne quid nimis neue plus diceret q̃ oporteret. Cuius B
dicta cũ omnium acclamatione cõprobarentur, cumq́ peteretur ut cõpen-
dio quodã totã doctrinam cõplecti uellet, tribus erectis digitis,& mox ad-
ductis duobus unũ tenẽs erectũ,dignam laude uocẽ illam edidit. Tria ſunt
quæ intelliguntur, unũ aũt quod cõpellamus. Aduerſus quam doctrinã ij
quorum animos inſederat Ariana peſtis,exacuere linguas ſuas,& texere ca
lumnias,quòd Sabellianum dogma diuum aſſerere Melitium, dicerent, ac
mouere quidem Euripum illum qui facillimo momento huc illucq́ impel-
leretur: effeceruntq́ ut Melitius relegaretur in patriam ſuam, moxq́ Eu-
zoium pro illo ſubiecere, manifeſtum patronum Ariani dogmatis: cumq́
eſſet diaconus magnus, eum Alexander unà cũ Ario dignitate priuauerat.
His geſtis ſtatim ſana pars populi ab altera Ariano malo infecta, ſeparata
cõuentus habere cœpit in apoſtolica eccleſia, in ueteri urbe,ut uocatur, ſita:
nam triginta annis poſt inſidias ſtructas laudatiſſ. Euſtathio,pertulerãt A-
rianam prauitatem,ſuſtentati melioris temporis ſpe:ubi uero apud illos cre
ſcere impietatem uiderunt, eisq́ qui defenderent apoſtolica dogmata cum
palàm bella indici,tum clanculum ſtrui inſidias, & eſſe eiectũ Diuum Meli
tium,illiq́ in præſulatu ſubrogatum Euzoium principem ſectæ,tum recor
dati ſunt eorum quæ ad Loth dicuntur,ſaluans ſalua animam tuam:& præ
terea Euangelicarum legum,quæ planè edicunt:ſi oculus tuus dexter offen-
diculo tibi ſit,excidendum illum & abijciendum:quæ ſimiliter à domino,&
de ma-

A de manu ac pede ſanciuntur. Et additur: expedit enim tibi unum potius perire membrum tuum, quàm totum corpus in gehennam conijci. Et eccleſiæ quidem diuiſio, ita ut diximus accidit. Caput XXXII

VErũ admirabilis Euſebius, cuius & ſupra meminimus, cuiq; eſſet creditum commune decretum, cum cerneret conuentis non ſtari, reuertitur in commiſſam ſibi urbem. Sed illi metuentes à ſcripturæ teſtimonio perſuaſere Imperatori, ut ad Euſebium mitteret illos qui celerrime reſponſa ſolent referre, qu òd crebro in curſu equos mutẽt: quorum cum unus cum Imperatoris mandatis ad illum ueniſſet, non eſt integrum mihi, inquit admirabilis Euſebius, reſtituere commune depoſitum, niſi cõgregatis uniuerſis qui mihi commiſerunt. Quo renuntiato inflammatus ira Imperator, literas illi miſit, quibus petebat decretum ſibi mitti, cum adiunctis minis ni faceret, amiſſurum eum dexteram manum. Hæc tamen ad perterrendum illum tam uehementer ſcripſerat: nam tabellario ne faceret fuerat imperatũ. Cum igitur reſignatis literis uidiſſet diuinus homo quid ſupplicij interminaretur ſibi Imperator, prolata unà cum dextera manu etiam læua, ſeca, inquit, ambas: nam commune decretum non reſtituam, tam clarum teſtimonium Arianæ prauitatis. Hanc illius cognitam fortitudinem admodum admiratus Conſtantius, laudare nunquam deſtitit. Nam & inimici admirantur aduerſariorum excellentias, compulſi magnitudine actionum. His temporibus

B ex Syria reuertitur Conſtantius, reſciuerat enim Iulianum quem Europæ Cæſarem declarauerat, maiora moliri: & exercitum contra auctorem bonorum ſuorum cogere. Inq; itinere uita ſua defungitur in Cilicia: carebat enim opitularore relicto à patre ſibi, cum nõ ſeruaſſet hæreditatem ſynceram pietatis paternę: quapropter & acerbe fuit cõqueſtus quòd fidem immutauiſſet.

ECCLESIASTICAE A

HISTORIAE THEODORITI EPI SCOPI CYRENSIS LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

CONSTANTIVS quidem cum gemitu & querimonia, ob mutatã fidem paternam, exceſſit è uita. Iulianus uero tranſgreſſus in Aſiam ex Europa, & cognita Conſtantij morte tanquã remoto aduerſario cõfidenter occupauit imperiũ. Hic in iuuenili ætate adhuc impubes cum fratre Gallo ſuxit lac piæ doctrinæ. Cap. II.

SEd & in annis pubertatis atq; adoleſcentiæ eandem doctrinã non amiſit: cum timeret uero Conſtantiũ, qui propinquos ſuos metu Tyrannidis iugularet, acceptus in cœtum legentium, in cõuentibus eccleſiaſticis recitabat populo ſacros libros, & ædem martyrũ cœpit extruere, ſed nõ fuit illa grata martyribus perſpicientibus peruerſionẽ in impietate illius. Nam fundamenta imitata inſtabilitatẽ animi ipſius, antequam cõſecrarẽtur collapſa ſunt, atq; hic fuit curſus primæ ſecundæq́; ætatis Iuliani. Cap. III

SEd cum Conſtantius mouiſſet in occidentem, quo traheretur bello Magnentiano, declarat in Oriente Cæſarem Gallum, qui pietatis cultor & B
fuit & permãſit. Tum Iulianus fructuoſum metum eiecit animo, ſummaq́; confidentia, quod non debuerat, cõcepit regni cupiditatem. Quam ob rem & in Græcia diſcurrebat, quærebatq́; uates & diuinos à quibus de euentu deſiderij ſui certior fieret. Et incidit in quendam qui ſe prędicturũ ea polliceretur, qui illum in ſimulachrorum ædis adyta introduxit, & inuocauit fallaces dæmones: quibus qua ſolent facie apparentibus, cogitur ille metu inſcribere fronti ſignum crucis: at dæmones conſpecta figura dominici trophæi & ſtragis ſuæ memores, mox euanuerũt. Sed pręſtigiator animaduerſa cauſa fugæ illorum Iulianũ obiurgat, qui & confiteri timorem ſuum & admirari crucis uim, cuius figura territi fugatiq́; eſſent dæmones. At præſtigiator caue, inquit, optime uir, hanc fuiſſe cauſam ſuſpicere fugæ illorum: nõ enim formidine, ut tu ais, ſed odio facti tui aufugerunt. Ita circumuentum miſerum ſacris initiat & nefario ſcelere imbuit: ac ſpoliauit quidem infeliciſs. hominem pietate cupiditas regni. Verum imperiũ adeptus diu tamen occuluit impietatẽ, metu potiſsimũ militũ, qui instructi eſſent diſciplina pietatis. Primum enim laudatiſs. Imperator Cõſtantinus liberatos priſtino errore, inſtituerat præceptis ueritatis, poſteaq́; filij illius firmiorem reddiderant paternam doctrinam. Etſi autem Cõſtantius non admittebat uocem coeſſentialitatis, circunuentus ab ijs qui quouis ducere eum poterant, ſignificationem tamen manifeſte cõfitebatur, quòd diceret filium germanum ante ſe-

cula

A cula ex patre genitũ, Deum uerbum: prorſus abdicatis ĳs, qui auderent con
dituram dicere filium, ſimulachrorũ autem cultum funditus deleuerat. Di/
cam & aliud laudabile factũ illius, unde facile poſſit cõiectura fieri de ſtudio
erga res diuinas illius. In expeditione enim belli Magnentiani coactis co/ Baptiſma ſi/gnificat
pĳs, uniuerſis ſuaſit ut diuina ſecum myſteria cõmunicari uellent: ſemper e/
nim incertum eſſe finem uitæ, multo autem maxime in bello, ubi tot undiq;
millia telorũ, iaculorum, haſtarũ immitterentur, tot enſes gladĳq; uibraren
tur, aliæq; machinæ inſtruerentur, de quibus uiolenta mors inferri ſoleret:
itaq; unumquenq; precioſam ueſtem illam indutum eſſe oportere, qua ma
xime illa in uita opus ſit futurũ. Quòd ſi quis, inquit, noluerit hoc tempore
amiculũ illud ſibi circundare, is nunc iam dimiſſus domum reuertatur: nam
niſi mecum initiatis in bello ſocĳs uti non uolo.

Caput IIII

HAec nota compertaq; erant Iuliano, itaq; celabat impietatem animi
ſui, ſtudioq; quodam omniũ beneuolentiã ſibi cõciliandi, Epiſcopos
qui fuerant in exiliũ à Conſtantio in ultima terrarũ loca miſſi, ad ſuã quęq;
eccleſiam capeſſendam reuocauit. Ea lege promulgata: reuertitur Antiochi
am diuus Melitius: Alexandriã celeberrimus Athanaſius: ſed Euſebius ac
Hilarius Italici, & Lucifer qui ſortitus fuerat adminiſtrationẽ Sardiniæ in/
ſulæ, in Thebaide Aegypti quo relegati fuerant à Conſtantio, degebant. Ii
B congregati cũ alĳs concordibus, dicebant oportere eccleſĳs pacẽ & conſen/
ſionẽ reparari. Non enim illæ ab aduerſarĳs modo oppugnabantur, ſed ip
ſæ etiã inter ſe diſſidebant. Nam Antiochiæ in duas partes diuiſum erat ſa
num corpus eccleſię, quod iam olim ſtudioſi laudatiſſimi Euſtathĳ ſeiuncti
ab alĳs peculiares cõuentus haberẽt, & alĳ diſiuncti cũ admirabili Melitio
ab Ariana factione, ſacrorũ munere fungerentur in ueteri urbe, ut uocatur.
Erat aũt utriuſq; partis una eademq; fidei cõfeſſio, quod ambæ propugna
rent Nicęnã doctrinam, ſola aũt contentione & præſulum ſtudĳs diſiunge
bãtur. Neq; alterius ſanè morte diſſidiũ extingui potuit. Mortuo enim an/
te creationẽ Melitĳ Euſtathio, ſeparatiſq; cultoribus pietatis poſt exilium
Melitĳ & creationẽ Euzoĳ à cõmunitate impiorum, & peculiares habenti/
bus cœtus, adduci nõ potuere illi qui Euſtathĳ cognomentũ acceperant, ut
cũ eis copularentur. Euſebĳ tamen ac Luciferi pars rationẽ inuenire coniun
ctionis nitebatur, placebatq; Euſebio ut Lucifer ſe Alexandriã conferret,
eaq; de re cũ magno Athanaſio cõmunicaret, ſe aũt concordiæ ſuſcepturũ
eſſe laborẽ aiebat. Sed Lucifer Alexandriam non uenit: profectus aũt An/
tiochiam, utriq; parti concordiam copioſa oratione ſuaſit: cum uero ſibi ab
Euſtathianis cõtradici uideret, quorum dux eſſet Paulinus presbyter, illum
ipſis quod fieri non oportuit, Epiſcopum præfecit.

Caput V

HOc, diſſidiũ iſtud diuturnũ magis reddidit, durauit enim annis quin/
que & octoginta uſq; ad pręſulatum laudatiſſimi Alexandri, qui ade

ptus

ptus gubernaculum Antiochenę eccleſiæ,omni ratione inita,& ſummo ſtu A
dio ac promptitudine annifus, diſtractũ membrum cũ reliquo eccleſiæ cor/
pore reconcinnauit. Sed diſſidiũ tum augebat Lucifer, manſitq́ꝫ lõgo ſanè
tempore Antiochiæ:quò cũ Euſebius ueniſſet,cognouiſſetq́ꝫ immedicabile
malum de nõ apta medicina effectũ eſſe,in occidentẽ naui conſcenſa reuerti
tur. At Lucifer in Sardiniã reuectus alia quædam adiecit Eccleſiaſticis dog/
matis, quæ quibus placuerant de huius appellatione cognomentũ etiam ſi/
bi imponebant,ut Luciferiani diu quidem uocarentur,quod tamen dogma
extinctum obliuione obrutũ eſt. Hæc igitur accidere reuocatis Epiſcopis. Iu
lianus uero iam detecta impietate ſua cõpleuit ſeditionibus urbes. Receptis
enim animis ſimulachrorũ ſeruitute capti,patefacere ædes ſimulachrorũ, &
execrabiles obliuioneq́ꝫ inuoluẽdos cultus inſtaurare, Tum altaria igne re/
ſplendere,& terra hoſtiarũ ſanguine pollui,ipſe aer nidore & fumo inquina
ri;bacchabundi aũt furore dæmonum quos colebant,circũ uias curſitabant
cum rabioſo clamore ac ſtrepitu,inq́ꝫ ſanctos ſcurrilitate & dicterijs inuehe
bantur,neq́ꝫ ullis in pompis illorũ à conuicijs temperabatur. Quæ maledi/
cta cum ferre pietatis cœtus non poſſet, conuicia illis rependebat, & redar/
guebat errorem quem ſequerentur. Tũ operarij iniquitatis offenſi, quibus
accederet cõmeatus audaciæ,licentia ab Imperatore, uerberibus indignum
illos in modum multabant.

Caput VI B

NAm ſceleratiſsimus rex,quum æquum eſſet conſulere paci ſubditorũ,
mutuis erga ſe odijs populos inſtigabat, patiebaturq́ꝫ audaces inſul/
tare moderatis: honoresq́ꝫ domi ac militiæ mandabat crudeliſsimo cuiq́ꝫ,
qui manifeſte quidem non adigebant ad ſacrificia amatóres pietatis, ſed o/
mni genere cõtumeliæ illos afficiebant, auferebanturq́ꝫ etiam munera quæ
magnus Cõſtantinus largitus fuerat ſacerdotibus. Auſa quidem illius tem
poris eorum, qui nexu ſimulachrorum erroris tenerentur, ita multa ſunt ut
peculiare ſcriptũ requirant: nos tamen paucula de plurimis memorabimus.
Nam Aſcalone & Gazæ(urbes hæ ſunt Palæſtinæ) uirorum ſacerdotali di
gnitate præditorum,itemq́ꝫ mulierum perpetuam uirginitatẽ profeſſarum
aluos diſſecuere,& ordeo compleuere,ac porcis eſcam obiecere. Sebaſtæ ue
ro,quæ & ipſa cum illa gente cenſetur, aperuerunt arcam Ioannis baptiſtæ,
& oſſibus combuſtis diſſiparunt cinerem.

Caput VII

SEd in Phœnicia perpetratũ nefarium facinus,quis ſine lachrymis narra
uerit? Erat Heliopoli quæ iuxta Libanũ ſita eſt diaconus quidam Cyril
lus nomine: is imperante Conſtantino inflammatus ardore diuino, multa
ſimulachra quæ adorarentur illis in locis confregerat, cuius abominabiles
iſti facti memores, non modo ipſum interemerunt, ſed etiam uentre diſſe/
cto guſtarunt iecur illius. Nec tamen fugit hoc omnia contemplantem ocu
lum,dederuntq́ꝫ illi dignas facinore pœnas: nam quotquot illo ſcelere con/
tacti

A tacti fuerant,primũ dentes qui ſimul exciderant uniuerſi,deinde & linguas amiſere, quæ ipſæ putredine ac fluxibus conſumerentur. Poſtremo aſpe/ ctu etiam priuati ſunt,ſuoq́ʒ malo prædicarunt uim pietatis. Emeſæ quæ ui cina eſt urbs, conſecrarunt paulo antè extructam eccleſiam Dionyſio Gy/ nidi,quod mollem ſonat,ibiq́ʒ poſuere ridiculum ſimulachrum eius gemini ſexus. Doroſtoli,urbs ea celebris in Thracia,Aemilianum in certamine ui/ ctorem Capitolinus præſes totius Thraciæ rogo impoſitum concremauit. Marci uero Arethuſij tragœdia Aeſchyli ac Sophoclis magnitudinem elo quentiæ deſiderat, qui illius afflictiones digna expoſitione exornent. Hic enim imperante Conſtantino ſimulachrorum quoddam templum & euer terat,& illo in loco ædificarat eccleſiam:tum Arethuſij Iuliani animaduerſa uoluntate inimicitias erga illum ſuas detegunt, ac ille quidem fugere primũ iuxta Euangelicum præceptum conatus,ubi ſenſit ſuorum quoſdam pro ſe cõprehendi, reuerſus ſanguinarijs illis ſeſe obtulit. Qui illum cũ cœpiſſent, neq́ʒ miſericordia ſenectuté,neq́ʒ pudore ſtudium uirtutis proſecuti, homi nem uita & doctrina ornatum primum nudant,& corpus illius pulſant,to/ tumq́ʒ uerberibus lacerant,mox in fœtidas cloacas abijciunt, & inde retra/ ctum proponunt ſtilis cõpungendum pueris. Poſtremo in corbẽ collocant iuſculoq́ʒ & melle inunctũ, ſuſpendũt ſub dio in grauiſſimo ęſtu,pabulum

B ueſpis & apibus. Hęc ab illis fiebãt quòd duorũ alterũ extorquere cuperẽt, uel ut ſubuerſum templum inſtauraret,uel ædificationis impenſas reſtitue/ ret. At ille grauiſſimos cruciatus perferens, recuſabat facturũ quicquã quod peterẽt. Tum rati quòd pauper eſſet tantũ pecuniæ exoluere cum nõ poſſe, dimidium remittere ſeſe aiunt ſi ſolueret reliquum. Ipſe uero ſuſpenſus ſau/ cius puerorũ ſtilis & à ueſpis ac apibus depaſtus,nõ modo nõ prodebat do lorem,ſed etiam impios deridebat. illosq́ʒ aiebat eſſe humiles & terrenos,ſe arduum & ſublimem. Tandem poſtulantibus illis non magnam ſummam pecuniæ,at ille ad impietatem,inquit,obolum cõferre unum, perinde ualet, ac ſi quis conferat omnia. Ita uicti dimiſerunt eum,& admiratione fortitudi nis ipſius à diuerſis ad diuerſa tranſierunt,deq́ʒ ore illius didicere pietatem. Verum alia innumerabilia ijs temporibus temerario auſu ab impijs in pios perpetrata terraq́ʒ ac mari fuere:nam & iam dei ille hoſtis palam leges con/ tra pietatem figebat.

Caput VIII

AC primum Galilæorum liberis (ita enim appellabat cultores ſaluato/ ris noſtri) interdixit uſu Poeticæ Rhetoriceſq́ʒ, ac philoſophicarum artiũ. Nam proprijs,inquit, ut in prouerbio eſt, pennis configimur:ex no/ ſtris enim libris arma capiunt,quibus in bello aduerſus nos utantur. Poſtea aliam tulit legem,qua exigebantur militia Galilæi.

γαλιλαίων παῖδας, græca figura Galilæos dixit

Caput IX

EOdem tẽpore Athanaſius,quaſi quidã ueritatis quinquertio: rurſum adijt aliud periculũ. Impatientes enim dæmones linguæ & deprecatio nis

nis uirium, miniſtros ſuos ad illius conuicia ſubmittebant. Edebantur igitur A
cum aliæ multæ uoces, quibus poſtularetur à principe impietatis, ut Athanaſium in exilium pelleret: tum hoc uociferabantur, ſi maneret Athanaſius nullum Græcum remanſurum, nam ſuo cœtui conciliaturū uniuerſos. Quibus ſupplicationibus admiſſis, nō ſolum pelli cum Iulianus, ſed penitus tolli imperat. Cum autem illi metuerent ſocietas ipſius, prædixiſſe fertur, turbas eas mox abituras eſſe, nubes enim appellaſſe quæ cito diſſoluerentur. Ceſſit tamen cum aduenire contra ſe miſſos comperiſſet, & nactus in ripa fluminis nauigium, Thebaicam regionem petere conſtituit. At is qui interficiendi illius mandatum habebat, cognita fuga illius celerrime inſequitur: anteuerterat tamen eam quidā neceſſarius Athanaſij, qui hortaretur ipſum ut curſum intēderet. ibi qui aderant orabant ut ad deſertum declinaret: ſed ipſe gubernatorem retorquere nauigium Alexādriam uerſus iubet, ita cum recta contra inſequentem ferrentur, occurrit is qui mortis acceperat mandata, & quàm longè abeſſet Athanaſius interrogat: ille uero non longe abeſſe reſponſo dato, dimiſit eum: ipſe uero Alexandriam redijt, ubi quamdiu uixit Iulianus, deinde latuit. Cum autē cogitaret animo Iulianus expeditionem in Perſas, ad omnia oracula quæ in imperio Romano eſſent fideliſſimos ſuorū miſit: ipſe uero Pythium Daphnæum orauit, ut futura ſibi aperire uellet: ſed ille obſtare uaticinijs ſuis uicinos mortuos reſpondit, quibus B.
in alium locum translatis prędictiones ſe editurū, quod facturus niſi repurgato luco non ſit.

Caput x

Erant autem tunc illic poſitæ reliquiæ clariſſimi uictoris martyris Babylæ, & qui cum illo unà decertarant, adoleſcentum quorundam, apparebatq; fallacis uatis conſueto mendacio obſiſtere gratiam martyris. Idem & Iulianus intelligens, tenebat enim ex antiqua adhuc pietate martyrū potentiam, ipſe quidem inde corpus mortuum tranſtulit nullum: reliquias autem uictoriæ compotū martyrum tradidit deportādas Chriſti cultoribus, qui cupide in lucum uenere, & arcam plauſtro impoſuerunt, præeuntibus turbis & choreis ac cantibus Dauidicam melodiam inſonātibus, & ſingulis membris accinentibus. Erubeſcāt omnes qui adorant ſculptilia. deiectionē enim dæmonis arbitrabantur translationem martyris.

Cap. xi

Hanc ſibi infamiam iſto facto impoſitam nō ferens Iulianus, poſtero die comprehendi choreæ illius duces imperat. Ibi Saluſtius qui prætor eſſet, quamuis adminiſter impietatis, perſuadere aggreditur tyranno, ne cupidis gloriæ Chriſtianis cōficeret ipſe quod maxime optarent. Vbi uero uidit Imperatorem moderari iræ ſuæ non poſſe, adoleſcentem quendam ardoris ui præditum in foro ambulantem arripi iubet, & publice in ligno appendi loriſq; cędi dorſum, unguibus autē perfodi latera. Hoc fiebat mane orto die uſq; ad occaſum, tum ferro uinctū in cuſtodiam dedit. Et poſtridie

rem

A tem narrat Iuliano, fortitudinemq́ adoleſcẽtis demõſtrat, fieriq́ ait illa ad laudẽ Chriſtianorũ & deuictionẽ ipſius. Ita fide habita hoſtis ille dei alios ſimiliter affligi noluit: quin etiã Theodorũ liberari è carcere iubet, ſic enim nominabatur adoleſcens ille, ſtrenuus athleta ueritatis: cũ poſtea aliqui interrogarunt, nunquẽ ſenſiſſet cruciatũ, cum ſuſtineret tam crudelia & acerba tormenta. Quibus ille reſpõdit initio ſe ſenſiſſe nõ magnũ, poſtea apparuiſſe quendam qui faſciola molli & frigidula crebro de facie detergeret effluentem ſudorẽ, ſeq́, forti animo ut eſſet, hortaretur. Quapropter ceſſantibus carnificibus, nõ ſe delectationem, ſed triſtitiã percepiſſe. Nam ſimul & illum refocillatorem ſuũ diſceſsiſſe. Dæmon quidem ille fallax uates, martyris gloriam auxit, ſuaq́ nudauit mendacia: fulmen aũt cælitus demiſſum totũ templum incendio cõſumpſit, & in minutiſsimos pulueres redegit ipſius Pythij ſimulachrũ: erat autem ligneum deſuper auro inducto. Hoc Iulianus auunculus Iuliani prætor orientis cũ nocte reſciuiſſet, celeritate ſumma Daphnen uenit auxiliũ latum Deo quem adorabat. Sed ubi uidit, qui uerbo Deus eſſet, re ipſa puluerem factũ, flagris afficiebat æditu os, ſuſpicans ab aliquo Chriſtiano inflammatũ fuiſſe templum: illi tamen inter uerbera quoq; ueritatẽ dicebãt. quodq́ nõ inferne, ſed ſuperne incendiũ extitiſſet. confirmabaturq́ hoc ſermonibus quorundã uicinorũ ruſticorum, qui dicerent fuiſſe fulmen cælitus irruens à ſe conſpectum.

B Cap. XII

SEd hæc ita accidiſſe cũ impij iſti cõperiſſent, inſuper aduerſus omnipotentem Deum armabantur. uaſaq́ ſacra Regio ærario inferri tyrannus imperabat, & magnã eccleſiam quam Cõſtãtinus ædificarat, ianuis obſeratis, inuiam reddidit ijs qui illic cõuenire ſoliti fuerant, ea tenebatur illo tempore à factione Ariana: uerum in diuinum tẽplum unà cum Iuliano præto re orientis ingreſſus fuit Felix quæſtor theſauri Imperialis, & Elpidius procurator pecuniæ rerumq́ priuatarũ Imperatoris: hũc uocare ſolent Romani comitẽ priuatorum. Aiunt aũt Felicem ac Elpidium à Chriſtiana fide in gratiam impij regis deſciuiſſe. Ac Iulianus quidẽ ad ſacram menſam miſit lotium: Euzoio uero conato prohibere, alapam inflixit, ferturq́ dixiſſe, ſtabula Chriſtianorũ diuinæ curationis eſſe. Sed Felix cõſpicatus ſacrorũ uaſorum pretia, nam Cõſtãtinus ac Conſtantius illa parauerãt ambitioſe, en, inquit, qualibus uaſis miniſtratur Mariæ filio. Sed impiæ & furioſæ audaciæ huius non diu pòſt pœnas perſoluerunt.

Cap. XIII

NAm Iulianus ſtatim graui morbo correptus putreſcentibus inteſtinis interijt: cum excrementa iam non magis per meatus ſuos eijcerentur, ſed eſſet ſceleratum os uia illorum, quod blaſphemiæ fuiſſet inſtrumẽtum. Ferunt tum coniugẽ ipſius præclara fide fœminã, hæc dixiſſe marito: æquũ eſt mi uir laudare te Chriſtum ſaluatorẽ, qui tibi hac inſtructione ſuam potentiam oſtenderit. Neſcires enim aduerſus quẽ pugnares, ſi patientiæ ſuæ

indulgens,nõ infixiſſet has tibi diuinitus ille plagas. His ſermonibus & ur/ A
gente malo declaratur infelicis cauſa morbi: & ipſe quidem ſupplicauit Im/
peratori ut eccleſiam reſtitueret quibus adempta eſſet, ſed non impetrauit,
atq; ita finijt uitã. Felix uero & ipſe diuino flagello impetitur,mittensq́; die
noctuq́; ex ore ſanguinem, cum illo conflueret undiq; ex toto corpore, ita
ſanguine tandem omni effuſo extinguitur & tradit̃ morti ſempiternę: atq;
has dedere illi pœnas impietatis ſuæ. Cap. XIIII

ILlo tẽpore adoleſcens ſacerdotis filius, qui in impietate educatus fuerat,
cœtui piorum adiungitur. Erat enim mulier ueneratione nobilis & digna
ta diaconatus honore, familiaris matris illius:ea uenientem ad ſe cum matre
admodum adhuc adoleſcentulum complexa adq; pietatem cohortata fue/
rat. Mortua autem matre,ſimiliter ad ipſam fruiturus conſueta diſciplina a/
doleſcens ueniebat. Firmiter autem adhereſcente conſilio mulieris, rogat
magiſtram, qua uia & effugere paternam ſuperſtitionem,& ueritatis quam
prædicet particeps fieri poſſe uideatur. Illa reſpõdit,deſerendũ eſſe patrem,
præferendumq́; illi utriuſque ipſorum creatorem, & faciendum ut aliam in
quampiam urbem concedat, ubi occultari & uitare manus impij regis poſ/
ſit:de qua re ſibi curam fore ait. Tum adoleſcens: ueniam igitur, & quod re/
ſtat, deponam apud te animam meam. Paucis poſt hæc diebus Iulianus
Daphnen ad publicum epulum uenit,cum hoc erat & adoleſcentis illius pa B
ter qui ſacerdos ſequi illum ſoleret, aderat & ipſe cum patre adoleſcẽs & al/
ter frater eius,qui ædituali hoc fungerẽtur munere, ut cibum imperatorium
luſtrarent: feſta autem ea ſeptem dies Daphne celebrabãtur. Prima igitur
die aſtans adoleſcẽs in lectulo imperatorio,luſtratis epulis, & cõſueto more
impletis abominatione: curſu fertur Antiochiã & cum ad illam mirabilem
fœminam ueniſſet,ego quidem aſſum tibi ſicut promiſeram, nũc tuum erit
utriuſq; saluti prouidere & facere promiſſa. Ibi illa mox conſurgens ad Dei
hominem Melitium deducit adoleſcentem, qui iubet eum in ſuperiore tum
parte domus manere. At pater filium quærens totam Daphnen circuibat,
& peruenit in urbem quoq;,cunctiſq; in uijs & angiportis oculis omnes in
partes intentis ueſtigabat illum:tãdem cũ ad ędes ueniſſet diui Melitij ſur/
ſum latis oculis uidet illum proſpiciẽtem per cancellos, & accurrẽs correptũ
abſtrahit:domumq́; reductũ, primum uerberibus plurimis concidit, mox
etiam uerua candentia infligit manibus pedibuſq; ac dorſo,tandem cõclu/
ſo illo in cubiculo foris obſerato Daphnen reuertitur. Hæc ipſum illũ ego
iam ſenem narrantem audiui:qui & hoc addebat,ſe tum quaſi numine cor/
reptum & plenũ gratia diuina contriuiſſe omnia paterna ſimulachra, quàm
autem fuiſſent imbecilla tum quoq; riſu proſequebatur. Sed cum poſtea
in mentem ueniſſet quid eſſet à ſe actum, metuentem patris reuerſionem
deprecatum ſe fuiſſe dominũ Chriſtum, ut ſe reſpicere & perfringere ſeras
& pandere

A & pandere fores uellet. Nam tua, inquit, cauſa hæc paſſus ſum & feci, quæ cum dixiſſet aiebat reſiluiſſe ſeras & apertas fuiſſe fores, ſe autem recurriſſe ad magiſtram ſuam:eam ſe ornatu muliebri in conclaui ſedere iuſsiſſe,& poſtea iterum deduxiſſe ad diuum Melitium: à quo Cyrillo qui tum Hieroſolymorum eſſet Epiſcopus,traditum, in Palæſtinam perueniſſe. Idem poſt Iuliani mortem & patri ſuo dux fuit ad ueritatem, nam & hoc inter alia nobis expoſuit:atque hac ratione hi delati ad cognitionem Dei, ſalutis participes facti ſunt. Cap. XV

SEd Iulianus licentius ac impudentius iam aduerſum pietatem arma ſumebat. Vultu quidem ac perſona benignitatis laqueos atque decipulas ponens,quibus circumuēti in impietatis perniciē inciderent. Primum enim fontes, qui in urbe & Daphne eſſent abominandis ſacris inquinauit, ut qui limphis uteretur,cum eodem & abominatio communicaretur: deinde omnia in macello uenalia ſimiliter polluit:nam luſtrabantur panes, carnes, fructus,olera, & quæ alia uictui comparantur. Hæc cernētes cognomento ſaluatoris inſignes, gementes quidem & quiritātes aduerſabantur facinus, uti tamen non dubitabant obſecuti legi apoſtolicæ: quicquid enim ait, in macello uenit,edite,abſq; diſcrimine propter conſcientiam. Duo tamen excellentes milites (ſcutiferi enim erant & ſatellites Imperatoris) quodam in conuiuio aliquanto uehemētius deplorauerāt facinus illud nefarium, uſi etiam
B admirabilium & excellentium Babylone puerorum uerbis,dicentes, tradidiſti nos regi iniquo,trāsfugæ ſuper omnes gentes in terra. His à quopiam ex cōuiuis proditis,accerſit opt.uiros Imperator,& quid dixerint ſciſcitatur. At illi arrepta occaſione libertatis de Imperatoris interrogatione, & feruorem ſuum laudabilem exacuentes, Imperator, inquiunt,nos in uera pietate educati,ſeruientes opt.legibus, à Conſtantino & filiis illius latis, queſti ſumus cum uideremus cuncta repleri abominationibus, & funeſtis ſacris cibos potusq; pollui: hæc domi deplorauimus, & querimur nūc apud te,neque quicquā aliud in tuo nos offendit imperio. His auditis manſuetiſsimus ille & ſapientiſsimus,ut quidē perhibent ſimiles ipſius, exuit mox perſonā benignitatis,& oſtēdit impietatis faciē, acerbisq; ac intolerabilib. afflictos uerberibus, hac uita priuauit, uel potius à miſero ſeculo iſto liberauit, & uictrices illis coronas confecit.Supplicij tamē illius cauſam afferebat, non pietatē pro qua mortem ſubijſſent,ſed petulantiam:animaduerſum in eos qui contumelioſi fuiſſent erga Imperatorem. atq; hos iuſsit rumores diſpergi, quòd inuideret athletis ueritatis,martyrum nomē ac honores: fuere autem nomina horum Iuuentius & Maximianus, qui & ab Antiochena ciuitatē precioſa monumenta conſecuti ſunt, & pro certamine de ueritate annuis feſtis honorantur.Sed & alij proceres ac magiſtratus pari uſi libertate,æqualibus coronis fuerunt redimiti. Cap. XVI

NAm & Valentinianus qui paulò poſt Imperiū obtinuit, tunc erat tribunus, ductor ſatellitum cuſtodum regiæ, non celauit pro pietate feruorē ſuum: attonitus enim ille chorū ducebat in fanum Fortunæ, utrinq; autem ad ianuas ſtabant æditui, luſtrationibus purgātes, ut arbitrabantur, ingreſſuros: ubi cum uideret Valentinianus qui antecederet Imperatorem, guttam aſperſam chlamydi ſuæ, fecit quo utrunque regnum meritus fuit: æditui enim pugnum inflixit, quod pollutum ſe non purgatum diceret. Quo conſpecto ſceleratiſsimus iſte imperat in exilium eum deportari, in caſtellum quoddam ſitum in deſerto, ubi uitam ſuam degeret. Sed is elapſo anno uno & paucis menſibus mercedem tulit confeſsionis ſuæ, Romanorum imperium: non ſolum enim in illa uita præmijs afficit iuſtus iudex eos quibus diuinæ res curæ ſunt, ſed interdum ſanctorum laborum rependit ſtatim præmia, & largitionis illius benignitate futurarum ſpem confirmat. Tyrannus autem & aliud aduerſus pietatem molitus eſt. Nam cum aurum diſtribueret, ſicut eſt mos antiquus, militaribus ordinibus, aſſedit ipſe quidem in ſolio regio: præter morem autem appoſuerat aram cum carbonibus, & iuxta in menſula thus: & ut quiſque accedebat accepturus aurum, iuſsit prius indere in foculum thus, & ita aurum de manu ſua ſumere. Hæc decipula à pleriſq; prorſus non animaduertebatur: quidam tamen qui ſenſerant, morbo prætenſo illos difficiles laqueos uitauerunt. Erant & qui cupidi auri negligerent ſalutem ſuā, erant & qui formidine proderent pietatem. Verum poſt peſtilentem hanc diuiſionem pecuniæ, in quodam contubernio cum alijs quidam qui illud aurum acceperāt cœnabāt: horum unus poculo accepto non ante bibit, quàm ſalutare ſignum impoſuiſſet. Tum quidam conuiuarum per reprehenſionem contrarium eſſe hoc factum ijs quæ paulò ante deſignaſſet ait: ille uero exquirere quid eſſet quod cōtrarium uocaret: ibi igitur alter recordari cū thutis, & abnegationis ſuæ, iubet: nam aduerſari hæc Chriſtianæ confeſsioni. Cap. XVII.

QVo audito, magna pars accumbentium exclamare & lamentari, & capillis euulſis exilire de conuiuio perq; forū currere, ſeſeq; profiteri maxima uoce Chriſtianos eſſe, & fraudulētia Imperatoris circumuētos, ac nūc palinodiam canere, atq; per ignorantiam admiſſum dedecus noua pugna abolere uelle. Cum talibus clamoribus in regiam curſu perueniunt, accuſantes Imperatoris impoſturas, & poſtulantes ſe in ignē conijci, ut igne polluti alio igne repurgentur. Hæc & alia his ſimilia iactantes incēderunt animum fugitiui illius, qui tum amputari eis capita imperat. Cumq; educerentur extra urbem ſequebatur multitudo hominum, ſuſpiciens fortitudinem animorum, & admirans libertatem pro pietate illorum: ſed poſtquam ad locum ubi malefici ſupplicijs affici ſolerent, peruētum fuit, orabat carnificem unus inter illos natu maximus, ut feriret primum omnium ceruicē minimi natu, ne ad

A ne ad conſpectũ cędis aliorum ipſe formidine corriperetur. Hic igitur cum iam fixiſſet humi genua, & carnifex nudaſſet enſem, accurrit quiſpiam nuntius liberationis illorũ, & è longinquo clamans prohibebat interfectionem. Tum iuuenis ille indignatus non conceſſum ſibi fuiſſe mortem ſuſtinere, ſcilicet Romanus, inquit, ita enim appellabatur, dignus non fuit qui Chriſti martyr nominaretur. Ac auertit quidem necem malitioſus ille, hanc gloriã athletis inuidens, in urbibus tamen remanere paſſus non eſt, ſed in ultima Romani imperij loca expulit. Cap. XVIII

QVin & Artemium, dux erat ille Aegyptiacorum militum, quòd pluri ma ſimulachra deieciſſet cum ſub Conſtantino gereret magiſtratum, non modo omnibus rebus ſpoliauit, ſed tandem etiam trũcauit capite. Hęc faciebat & his ſimilia, ille manſuetiſsimus & minime iracundus, ut prædicant impij: ego uero inſeram narrationi huic factum etiam mulierum memorabile: nam & mulieres huius rabiem diuini feruoris inſtinctu, contempſere. Cap. XIX

PVblia erat ijs temporibus nobiliſsima fœmina, & celeberrima propter egregiam uirtutem ſuam. Hæc modico tempore nuptiarum iugo ſubdita præclarum fructũ obtulit Deo. Ioannes enim qui diutiſs. princeps fuit presbyterorum Antiochiæ, ac ſæpe electus præſul perpetuus uitator dignitatis illius, de hoc admirabili ſolo pullulauit. Hæc habebat ſecũ cœtum uir B ginum caſtitatẽ uitæ profeſſarum, ſemperq́ celebrabat Deum creatorem ac ſaluatorem: prætereunte uero Imperatore altius carmen commune modulabantur, contemptui nimirum & riſui habentes furias illius. Accinebãt autem potiſsimum ea quibus ſimulachrorum infirmitas inceſsitur, cumq́ Dauide inſonabãt: ſimulachra gentium argentũ & aurum, opera manuum humanarum: & narratione quàm nihil ſentirent abſoluta, addebant, ſimiles ijs fiant qui faciunt ea, & uniuerſi illis freti. His Iulianus cum ſummo dolore auditis, imperat illis ut ſe prætereunte ſileant. Quæ paruipendẽs leges eius, maiore cum cura choros inſtituit, iuſsitq́ ut prius ueniente illo canere: Exurgat Deus & diſsipent inimici eius. At Iulianus grauiter tulit & adduci ad ſe imperauit magiſtrã chori, & conſpecta anu uenerabilis ſenectæ, neq́ miſericordia canorum motus, neque honore habito uirtuti animi ipſius, iubet unum de ſatellitibus utranq́ ei in genam alapas affligere; & manibus reddere rubentem. Ea uero maximi in honoris loco poſita hac contumelia, reuertitur domunculã ſuam, & ut antè conſueuerat impetebat illum ſpiritalibus carminibus, imitata autorẽ ipſorũ & doctorem, qui ſpiritum malum illum qui Sauli moleſtus eſſet repreſſerat. Cap. XX

NAm & Iulianus conciliatis ſibi dæmonum furijs ſine fine ueſaniebat in pietatem. Itaque & Iudæos cõtra credentes in Chriſtum armauit. Ac primum illis cõuocatis, quærit cur cum ſacrificare lege ipſorum iubean-

tur,ipſi ſacrificia nulla celebrent. Quibus reſpõdentibus circunſcriptum eſſe A cultũ ſuum uno loco, ſtatim imperat hoſtis Dei ſubuerſum inſtaurari templum,ſperans demens ſe domini prędictionem conuicturum mendacij,cuius multo magis ueritatem declarauit. Nam hac oratione magna cum uoluptate audita faciunt Iudæi omnes in toto orbe terrarum ciues ſuos ea de re certiores,qui undiq; concurrentes ſummo ſtudio operas pecuniamq́; conferebant ad ædificationem. Adminiſtrauit autem plurima etiam ipſe qui illam iuſſerat,non laudis cupiditate,ſed infeſto in pietatẽ animo, miſitq́; unà negotij impij dignum quendam præfectum: fertur autem habuiſſe illos ligones,falces, corbes argenteæ materiæ præparatos operi. Cum autem fodere & aggerem efferre cœpiſſent, urgebatur opus diem totum ab infinita multitudine hominũ, ac noctu agger ſua ſponte de crepidine redundabat: ſed & ipſi reliquias omnes ædificij diſiecerant ſpe nouæ extructionis. Comportatis autem gypſi & calcis multis modiorum milibus,derepente irruens uenti impetus ac turbo, cum fragore & procellis diſperſit uniuerſam materiam: quibus tũc quoq; inſanientibus, neq; admittentibus inſtructionem diuinæ patientiæ,primũ ingens cooritur terræmotus, & illos penitus ab arcanis ſacris Dei alienos admodum perculit. Sed ne ſic quidem formidantibus infertur de foſsis fundamentis ignis,plurimosq́; opus urgentes inflammauit,alios ad fugam compulit: inſuper cum magma turba noctu ſub uicina porticu ſomnũ caperet, delapſum repente ædificium unà cum tecto totum,oppreſsit qui ſub illa dormiebant uniuerſos. Ac illa ipſa nocte ſimiliter & poſtera,conſpectum fuit in cœlo ſignum fulgidum crucis,& ipſorum ueſtes Iudęorum crucibus replebãtur,non ijs tamen fulgidis,ſed coloris atri. Hæc uidentes fieri aduerſarij illi Dei, metu diuinorũ flagrorum, aufugiunt & redeunt domos ſuas, cum confeſsione, eſſe illum Deum qui à maioribus ipſorum fuiſſet ligno affixus. Hæc & ad Iuliani aures peruenere, ſed & ipſe ut Pharao quondam obduruit corde. B

Cap. XXI

VErum animoſis factis nuntio mortis Cõſtantij Perſis bello inducto, acceſſere illi ad terminos Romanorum. Viſum igitur Iuliano exercitum cogere, qui tamen careret propugnatore: miſit & Delphos,& in Delum ac Dodonam & ad alia oracula, qui ſciſcitarentur de uatibus, num in expeditionem proficiſci deberet. Sed illi & proficiſci iubebant & uictoriam ſpondebant. Vnum autem inſeram narrationi oraculũ ad reprehenſionem mẽdacij. Id ita habet: Omnes nũc excitati ſumus Dij, ut feramus trophæa Thera iuxta fluuium,ſed horum ego ductor ſum futurus ferus bellipotens Mars. Horum quod ad numeros attinet uerſuum ineptias cauillẽtur, ſi qui eloquentem Deum & Muſarum principem nominant Pythium:mihi quidem mendacio deprehenſo ſubit miſerari illum qui his deceptus fuit. Thera aũt fluuiũ Tigrim uocauit, qui feræ eſſet cognominis. Huius fontes ſunt

in Armeniacis

A in Armeniacis montibus. Ipſe per Aſſyrios fluit & accipitur ſinu perſico.
His miſer ille oraculis circumuentus,& ſomniabat uictoriã,& cõfecto bello
Perſico, oppreſsionẽ Galilæorũ concipiebat animo, Chriſtianos aũt Gali/
læos appellabat, ratus hoc nomine illis contumeliã imponi : quẽ in ſtudiȷs
educatũ par fuerat intelligere,mutatione nominis exiſtimationẽ nullius læ/
di. Neq; enim ſi diceretur Socrates Critias,aut Pythagoras Phalaris , ulla
labe mutatione nominis aſperſi fuiſſent: neq; ſi Nereus Therſitæ uoce nun
cuparetur, amiſiſſet à natura ſibi tributã formam. Sed horũ nihil in mentẽ
illi ueniebat putabatq; admodum nos inconueniente appellatione dolere:
idem & oraculorum mendaciȷs fide habita, minabatur in eccleſiis dedicatu
rum ſe impuræ Deæ ſimulachrum. Cap. XXII

CVm talibus mouens minis ab uno Berrœæ uiro deuictus fuit. Is ante
quoq; clarus fuit, princeps nimirũ Berrœenſis Reipub. ſed multo cũ
feruor animi reddidit clariorem. Nam cum cognouiſſet delatũ filium ſuum
in augeſcentem illo tẽpore impietatem,eiecit illum domo ſua, & palam ab/
dicauit. Qui in proximo ciuitati ſtatiuo (ſtatiui uocantur, idonea diuerſioni
loca)obuiam factus Imperatori , & qua ipſe ſententia ſit,& patris abdicatio
nem exponit. At ille iubet otioſo eſſe adoleſcentem animo : ſe enim ipſi pa/
trem reconciliaturum. Cumq; ueniſſet Berrœam,inuitat magiſtratus & pri
B mates ad cœnam,inter quos erat & pater adoleſcẽtis iſtius . Eum eodem in
lectulo cum filio diſcumbere iubet,& inter epulandum,ad patrẽ conuerſus,
non æquum mihi,inquit, uidetur uim facere ſententiæ quæ in diuerſum fe/
ratur,& ſe aliò transferri nolit pati . Proinde neq; tu cogas filium tuum no/
lentem ſequi dogmata tua:nam ne ego quidem te cogo mea ſequi, cui nihil
eſſet factu facilius. At ille exacuens animũ ſuum diuina fide,de hac furia, in/
quit ,uerba facis Imperator ? qui odio Dei mendacium prępoſuit ueritati.
Tum imperator induta perſona manſuetudinis.Heus tu, inquit, à maledi/
ctis abſtine.Et intuitus adoleſcentẽ,mihi,inquit,res tuæ curæ erunt,quãdo
quidem patri ut eſſent perſuadere non potui. Hoc ego factum non temere
narraui,ſed ut oſtenderẽ non ſolũ libertatẽ admirabilẽ mirifici hominis, ue
rum etiam plurimorũ contemptũ potentiæ illius. Cap. XXIII

NAm & Antiochiæ uir quidam opt.qui longo tempore puerorum pæ
dagogũ ageret, familiaris erat, quippe eruditior quàm uulgus pæda/
gogorũ eſſe cõſueuiſſet, principi doctorũ temporis illius. Libanius hic fuit
ille apud Sophiſtas nobilis:qui impius & in expectatione uictoriæ Iuliani
imaginans minas, quęrit de pædagogo illo per deriſionem noſtrorũ, quid
faceret fabri filius ? At ille repletus diuina gratia , quòd paulo pòſt euentu/
rum eſſet,prædixit . Reſpondit enim ſandapilam concinnare fabricatorem
huius uniuerſitatis,quem tu,inquit , Sophiſta per riſum fabri filium nomi/
naſti. Neq; multis poſtea diebus nuntium de morte furioſi Imperatoris,ip/

ſecꝫ in ſandapila allatus eſt, & iactātia minarum euanuit,cum maxima glo A
ria Dei. Cap. XXIIII

SEd & corpore expertium uitam intra corpus referēs, Iulianus inquam, Saba Syrorum linguæ cognomento,cuius geſta in Deo dicata, hoc eſt Philotheo hiſtoria,memorantur. Ille igitur ſtudioſius deprecabatur deum conditorem omnium cum cognouiſſet interminationes illius.Eo autem ipſo die quo cæſus fuit Iulianus, reſciuit inter preces cecidiſſe. Quamuis pluſquam uiginti ſtatiuis exercitus abeſſet ab illo loco,in quo uacabat curis pietatis Saba. Aiunt aūt deprecantē ipſum cum lachrymis & ſupplicantē dementi dño,ſubito repreſſo fletu,letitia repletū,& uultu hilari fuiſſe, quo gaudium mētis facile declararet. Hac eius familiares mutatione notata orant, ut exponat ſibi occaſionē gaudij: tū ille reſpōdit. Suē agreſtē uaſtatorē uineæ domini pœnas exoluiſſe iniuriarū erga Dominū ſuarum,& nunc iacere mortuū necꝫ amplius ab eius inſidijs metuendū eſſe. His auditis læti exilire oēs,& gratiarum actiones cecinere Deo. Cognitum autem fuit ex nuntijs mortis illius, eo ipſo die ac hora extinctū fugitiuū iſtum fuiſſe, quo hoc accidiſſe ſenex cognouerat ac prædixerat. Cap. XXV

IPſius autem temeritatem manifeſtius mors demōſtrat:traiecto enim fluuio qui dirimit Romanorum à Perſis imperium,& exercitu traducto,ſtatim nauigia exuſſit, cogens non cohortans ad bellum gerendum milites. B
Boni quidem Imperatores ſubditos confidentia replere ſolent, & ſi quādo triſtes uiderint recreare & ſpe erigere: at iſte quicquid bonæ ſpei erat mox præcidit,reuerſionis quaſi ponte exuſto. Iidem illi undicꝫ neceſſaria ad uictum militibus conquirere compararecꝫ conſueuere: at hic ſapiens Imperator,necꝫ curauerat è pacato ſolo illa apportari,necꝫ de præda hoſtilis regionis ſubminiſtrari poterant Nam culta loca deſerēs per deſerta faciebat iter, ubi & uictus & potus inopia à militibus laborabatur. Deerant & uiæ duces,incꝫ deſerta terra errabatur,quibus omnibus ſapientiſsimi regis prodebatur ſtultitia. Inter lamenta autem & queremonias, ex inopinato inueniūt iacentem ſaucium illum furore aduerſum creatorem ſuum percitum. Necꝫ ei opitulatum iuxta promiſſum Martem bellipotentē: ſed & mentitum Apollinem oraculis ſuis,& tonantem fulmina in interfectores non iaculatum gloriationemcꝫ minarum in pauimentum proſtratam eſſe. Quis tamen iuſtiſsimum illud uulnus inflixerit,nemo ad hunc uſcꝫ diem reſcire potuit. Alij enim à quopiam effugiente uiſum humanum illatum: alij à quodam paſcua ſequēte eorum,qui Iſmaelitæ dicūtur:nonnulli militem quempiā fame & deſerto itinere inſtigatū: ſed ſiue impactus enſis illi ab angelo ſeu ab homine fuit,certum eſt quicuncꝫ fecerit diuinæ illum uoluntatis adminiſtrum fuiſſe. Iulianum quidē uulnere accepto, impleſſe manum ſuā ferunt ſanguine,& ſparſo illo in aera dixiſſe,uiciſti Galilæe,ſimulcꝫ & uictoriā confeſſum

& maledi-

A & maledictum auſum eſſe, ita erat ille attonitus. Sed poſt cædem eius patuere præſtigiæ incantationum ipſius. Cap. XXVI

NAm Carræ urbs etiamnũ retinet impietatis illius reliquias. Hac tranſiens ſtultus ille, Edeſſam eĩ ad ſiniſtrã ornatã pietate reliquerat, ingreſſus in tẽplum impiæ religionis, & peractis ibi quibuſdã cum ſocijs abominationis, ſeras & ſignũ impoſuit ianuę, reliquitq́; cuſtodes fani milites aliquot, quibus mandatũ erat, ne quem introire anteq́; reuerteretur ipſe, ſinerent: ſed nuntiata morte eius, & ſuccedente pio regno impietati, ingreſsi admirandã Imperatoris fortitudinẽ & ſapientiã conſpiciunt. Vident enim mulierculam ſuſpenſam capillis, amputatis manibus, cuius perſecta aluo fugitiuus ille fortaſſe de epate Perſicam cognouerat uictoriã: atq; hoc deprehenſum abominabile facinus Carris fuit. Cap. XXVII

ANtiochiæ uero aiunt multas arcas in Regia refertas humanis capitibus inuentas eſſe, multisq́; in puteis cadauera humana: talis eſt enim impiorũ Deorũ diſciplina. Sed Antiocheni cognita cæde illius publicis epulis & feſtis indulgebant: neq; in eccleſiis ſolum, atq; ad martyrũ monumenta choreas agebant: ſed in theatris prædicabant crucis uictoriã, & uaticinia illius cachinnis proſequebãtur. Ponam etiã dignã admiratione Antiochenorum uocem, ut illius memoria ad poſteritatẽ quoq; conſeruetur. Cõmu-
B niter enim clamabant uniuerſi: ubi ſunt uaticinia tua, ô Maxime ô ſtulte? Vicit Deus & Chriſtus eius. Cap. XXVIII

NAm Maximus erat illis temporibus profeſſor quidem philoſophiæ, reuera autem magus & qui prædicere ſe futura poſſe gloriaretur. Antiochenos autem à præſtantiſsimo Petro & Paulo diuinis inſtructos dogmatis, & feruide amantes uniuerſarum rerum Dominum ac Saluatorem, perſeuerantiſsime ſemper flagraſſe odio Iuliani conſtat. Neq; illum idipſum clam fuit. Itaq; & librum aduerſum eos compoſuit, qui Miſopogon, id eſt, Barbæ odium inſcribitur, Sed ego huius de tyranno libri finem hunc choreæ faciam: neq; enim committendum duxi, ut pietatis regno impiam dominationem copularem.

ECCLESIASTICAE A

HISTORIÆ THEODORITI EPISCOPI CYRENSIS, LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

INTERFECTO IVLIANO, prætores duceſq; in ex-
ercitu conueniunt ad deliberationem de Imperatore de-
ligendo, qui & copiarum in hoſtili regione proſpicere ſa-
luti, & res Romanas in maximo diſcrimine, & ut dicitur
à Græcis, in acie nouaculę poſitas, planeq; Iuliani perdi-
tas temeritate, reparare poſſet. Quibus conſultantibus,
exercitus omnis una uoce Imperatorem poſtulat Iouianum, qui neq; dux,
neq; in illo concilio eſſet, uir tamen clarus ac nobilis, & multis egregijs faci-
noribus celeber, corpore ingens, animo excelſo, in bello ac grauibus certami
nibus ſemper uictor. Neq; illi formido tyrãni obſtiterat quo minus libere
in impietatẽ inueheretur, ut promptitudine uoluntatis ſuæ martyribus Sal-
uatoris noſtri annumerandus eſſe uideať. Duces igitur interpretati conſen-
ſionem exercitus diuinũ quoddam eſſe ſuffragiũ, producunt in medium for
tiſsimum illum uirum, & conſtructum ſubito editiorẽ locum illum aſcende
re iubent: tum omnibus illum imperialibus acclamationibus Auguſtum ac B
Cæſarem appellantibus, mirificus iſte uir ſolita libertate ſua, neq; principũ,
neq; incertæ militũ uoluntatis reſpectu motus: non poſſum, inquit, ego qui
Chriſtianus ſum, talium Imperator, neq; Iuliani copiarum rex eſſe, impro-
ba aſſuetarũ diſciplina. Nam huiuſmodi prouidentiæ diuinæ expertes, ex-
pugnationi ac delectationi hoſtibus eſſe ſolent. Hac audita oratione, excla-
mauere cõmuniter uniuerſi: ne dubites Imperator, néue repellas imperium
noſtrũ, ut improbum: Imperator es enim Chriſtianorũ futurus, qui in pie-
tatis diſciplina educati ſint, cum grandiores inter nos doctrinã Conſtãtini
perceperint, minores aũt illis Conſtantius inſtruxerit. Neq; iſtius proxime
mortui diuturnum imperij tempus fuit, ut circumuentis quibuſdam ad infi
gendum malum ſuffecerit.

Cap. II

MAgnam attulit hæc oratio uoluptatem Imperatori, atque ita curam
cogitationemq; ſuam ad communem ſalutem contulit, ut de hoſtili
regione illæſum reducere exercitum poſſet. Neque tamen deliberationi lo-
cus relictus fuit, ſed carpſit ille ſtatim fructus ſeminum pietatis. Nam deus
omnipotens declarauit mox prouidentiam ſuam, & præſentem inopiam
ſoluit: poſtquam enim cognouit hũc Imperatorem creatum rex Perſarum,
miſit legatos de pace: & cibos exercitui curauit, & forũ in deſertis locis pro-
poſuit. Triginta igitur annorum pace facta, integrũ de hoſtium ſolo abdu-
xit exercitum. Reuerſus autem in loca imperij ſui, primum omnium legem
tulit

A tulit, quã & epiſcopi de exilio reuocabantur, & reddebantur eccleſiæ ſeruatoribus fidelibus fidei Nicænæ. Miſit & Athanaſio propugnatori dogmatũ illorum literas, petijtq́ ut exquiſitam omnium ſibi rationem perſcriberet. At ille conuocatis epiſcopis præcipuis quibuſdam, reſcripſit Imperatori ſeruandam fidem Nicææ expoſitam, tanquam conſentaneam apoſtolicis dogmatis, cuius & ipſius eorum qui lecturi ſunt utilitatis gratia epiſtolæ exemplum ſubieci. Cap. III

Religioſiſsimo et clementiſsimo Victori Auguſto Iouiano, Athanaſius ac reliqui epiſcopi, qui uenerunt ex perſona omnium, Aegypti, Thebaidos ac Libyarum Epiſcoporum. Digna eſt amante Dei Imperatore cupida uoluntas perdiſcendi cœleſtia. Ita enim eſt cor tuum uere in manu dei, & imperium multorum annorum curriculo in pace adminiſtrabis. Cũ igitur uoluerit pietas tua cognoſcere ex nobis fidem catholicæ eccleſiæ, gratijs hanc ob rem actis Domino, uiſum eſt ante oĩa ſubijcere religioni tuæ fidem confeſsione patrum Nicææ confirmatam. Hac enim quidam reprobata: nobis quidem multiplices ſtruxere inſidias, quia non accederemus ſectæ Arianæ: autores uero in eccleſia catholica fuere hæreſeos & diſsidiorũ. Vera ſanè fides & pietati conſona in dominum noſtrum Ieſum Chriſtum manifeſta eſt, omnibus nota lectaq́ in diuinis ſcripturis: nam & hac perfe-
B cti ſancti teſtimonium dixere, & nunc mortui fruuntur domino. Manſiſſet autem fides illa integra ſemper, niſi quorundam hæreticorum improbitas corrumpere fuiſſet auſa. Nam Arius & illius factio euertere hanc & pro ipſa impietatem introducere tentauerunt: qui dicerent Dei filium eſſe de nihilo, & conditum, & creaturam, & mutabilem, quibus non paucis impoſuerunt, adeo ut quoſdam qui in magna exiſtimatione eſſent ſeduxerint maledicentia ſua. His occurrentes ſancti patres congregati, ut diximus, Nicææ, anathemate exterminauerunt Arianam hæreſim, Catholicæq́ eccleſiæ fidem perſcripta confeſsione confirmarunt, ut hac ubiq́ promulgata incendia hæreticorum extinguerentur: quæ & ipſa ubiq́ in omnibus eccleſiis legebatur & prædicabatur. Sed poſtquam renouare quidam Arianam hæreſim cupiunt, alijq́ plane audent reprobare cõfeſsione patrum Nicæę conformatam fidem, alij fingunt ſe quidem aſſentiri, ſed reuera negant, falſa interpretatione coeſſentialitatis, qui & maledicunt ſancto ſpiritui quòd dicant conditum eſſe & creaturam factam per filium: ideo neceſsitate compulſi conſiderata peſte, quæ de hac blaſphemia in populos graſſaretur, ſtuduimus tanſmittere pietati tuæ Nicænæ fidei confeſsionem, ut intelligeret Religio tua quanta illa perſcripta fuerit cura, quantóque opere fallantur, qui ſua doctrina ab ipſa diſcedant. Hos uero ſcias Auguſte Dei amantiſsime, hanc eſſe à ſeculo prædicatam, quam confirmarit patrum Nicæna ſynodus confeſsione ſua. Quibus aſſentiuntur omnes ubique eccleſiæ, in Hiſpania

pania, Britannia, Gallia, Italia tota, Campania, Dalmatia, Myſia, Macedonia, uniuerſa Græcia, om̃es in Africa, Sardinia, Cypro, Creta, Pamphylia, Lycia, Iſauria, Aegypto tota, Libya, Ponto, Cappadocia, ac uicinis in locis: nec non omnes Oriẽtales eccleſiæ, præterquam paucæ facientes cum Ario. Nam cunctarum, quas memorauimus ſententias uſu comperimus, & indices habemus literas, ſcimusq́ꝫ Auguſte amantiſsime Dei non poſſe paucos ſi qui contradicunt, prę iudicare toti orbi terrarum. Illi enim longo tempore Ariano in morbo depoſiti, contentione maiore aduerſantur iam pietati. Vt autem hæc cognoſcatur, quamuis prius cognita, à pietate tua, ſtuduimus cõfeſsionem Nicænæ fidei, patrum trecentum decem & octo Epiſcoporum ſubiungere. Ea eſt talis: CREDIMVS in unum Deum patrem omnipotentem, omnium uiſibilium ac inuiſibilium factorem. Et in unum deum Ieſum Chriſtum filium dei genitum ex patre unigenitũ, hoc eſt, de paterna ſubſtantia: Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum uerum ex Deo uero: genitum non factum, coeſſentialem patri, per quem facta ſunt cœleſtia & terreſtria omnia: qui deſcendit propter nos homines, & propter ſalutem noſtram, carnem, humanitatemq́ꝫ aſſumpſit: paſſus, ſurrexit tertia die, aſcẽdit in cœlos, uenturus iudicatũ uiuos & mortuos. Et in ſpiritum ſanctũ. Qui autem dicunt, fuiſſe quondam cum non eſſet, & priuſquam gigneretur non fuiſſe, & factum de nihilo, aut ex altera ſubſtantia eſſentiaue, aut conditum, mutabilem, uariabilẽ filium Dei, eos anathemate exterminat ſancta catholica & apoſtolica eccleſia. Hanc fidem amantiſsime Dei Auguſte tenere neceſſe eſt, tanquam diuinã & apoſtolicam. Necꝫ quiſquam conuellere debet probabili contentioſoue ſermone, ſicut ab initio Arianus fecit furor, qui aſſereret de nihilo filium Dei, & fuiſſe aliquando cum non eſſet, & conditum, factum mutabilem eſſe. Nam ob hæc & Nicæna ſynodus, ut diximus, anathemate exterminauit hanc hæreſim, confeſſa fidẽ ueritatis. Non em̃ ſimpliciter dixere ſimilẽ eſſe filiũ patris, ne ſimpliciter ſimilis dei, ſed deus uerus ex Deo uero crederetur. Sed et coeſſentialitatẽ perſcripſere, quod propriũ eſſet germani & ueri filij ex uero & naturali patre. Necꝫ ſeparauerunt ſanctũ ſpiritũ à patre & filio, ſed unà potius cũ utrocꝫ glorificarunt in una ſanctę trinitatis fide, eo quòd & una ſit in ſancta trinitate diuinitas. Cap. IIII

HIs literis lectis confirmauit Imperator de rebus diuinis ſententiam & affectum ſuum: tulitq́ꝫ alteram legem, qua reſtituebatur conſtitutum Magni Conſtantini de largiendo frumentum eccleſiis, ſublatum à Iuliano, nimirum qui aduerſum Deum & ſaluatorem noſtrum bellum ſuſcepiſſet. Sed quàm ingruens de impietate illius fames non patiebatur totam conferri Conſtantini largitionem: trientem Iouianus, tum præberi iuſsit, totum pollicitus, cũ fames ceſſaſſet. Talibus legibus auſpicia regni exornans, Antiochia ad Boſphorum cõtendit. Dadaſtanæq́ꝫ, uicus is ſitus eſt in finibus

Bithynię

A Bithyniæ & Galatarum, finiuit uitam ſuam. Ipſe quidem pulcherrimo inſtructus uiatico ingreſſus iter, ſed magno dolore relicto expertis imperatoriam clementiam illius. Mihi autem omnium moderator in pœnam malorum noſtrorum oſtendere tantum nobis bona uidetur, & mox ijſdem ſpoliare. Docereq́ue uelle quàm facile ſit ei præbere quæ lubeat, ſimulq́ue & arguere, quàm bonis ſimus indigni, & ad meliorẽ uitam capeſſendam nos cohortari. Cap. V

TVnc milites ſubita Imperatoris morte cognita, illum ut mortuum parentem luxerunt, Imperatoremq́ue deſignarunt Valentinianum illum qui æditio alapam inflixerat, & in caſtellum fuerat relegatus, uirũ excellentem non fortitudine ſolum, ſed prudentia, & moderatione, & iuſtitia, & corporis magnitudine præſtantem. Ita autem Imperatorio excelſoq́ue animo fuit, ut cum exercitus adiungere ei uellet ſocium imperij, dixerit ille id quod ab omnibus celebratur: penes uos fuit milites, cõmittere mihi habenas imperij cum nondum eſſem imperator: ſed in poſſeſſione imperij cum ſim, quod reſtat, non ueſtrum, ſed meum fuerit gerere Reipub. curam. Hanc orationem admirantes probanteſq́ue milites ſequebantur nutus regni illius. Qui accerſito de Pæonia fratre ſuo, quod utinam non feciſſet, communicauit cum ipſo imperium, nondum quidem contacto dogmatum corruptione.

B Huic Aſiæ & Aegypti ſceptro tradito, ipſe Europam ſibi deſumpſit, & profectus in occidentem omni incolas iuſtitia inſtruxit, initio ſumpto à prædicatoribus pietatis. Nam Auxẽtio Ariana labe infecto, cui commiſſa Mediolanenſi eccleſia, quiq́ue multis in ſynodis abdicatus eſſet, defuncto uita ſua, accerſitos Epiſcopos, ita alloquitur Imperator: non poteſtis ullo modo ignorare, quippe innutriti diuinis literis, qualem eſſe conueniat eum cui Pontificalis dignitas committenda ſit, quodq́ue non doctrina ſolum, ſed etiam moribus ac uita inſtruere ſubditos debeat. atq́ue ita totius honeſtatis ſe proponere exemplum, ut doctrinæ ſuæ adminiſtratio ipſa teſtimonium dicat. Proinde & hoc tempore eum collocate in Pontificali ſolio, cui nos quoque imperij moderatores, noſtra ſubdamus ſyncere capita, cuiuſque reprehenſiones (cum enim homines ſimus & offendere neceſſe eſt) tanquam medicinæ curam libenter admittamus. Cap. VI

HAec locutum, iubet ſynodus ipſum deligere aliquem ſuffragio ſuo ſapientẽ & pietate ornatum. At ille maior, inquit, quàm ut à me præſtari poſsit res eſt: multoq́ue fuerit melius uos decernere diuina gratia dignatos & participes ſplendoris illius. Ita illi egreſsi ſecum conſultabant, incolæ aũt ciuitatis diſsidebant: cum una pars huic, altera illi ſtuderet. Nam contacti Auxentij morbo ſubijciebant conſentientes ſecum: ſana uero pars & ipſa eos qui ſuę eſſent ſententię. Hoc diſsidio animaduerſo Ambroſius, qui gentis illius tum prætor eſſet, metuens ne quid nouaretur, celeriter in eccleſiam

Vu accurrit

accurrit, tũ illi cõtẽtione omni poſita, cõmuni uoce clamauere Ambroſiũ ſibi A
præponẽdũ epiſcopũ, qui nondũ tamẽ ſacris initiatus erat. Cap. VII

ITaq; Imperator iubet ſtatim initiari & creari epiſcopum laudatiſsimum uirum. Nouerat enim omni amuſsi rectiorem eſſe mentem & exactiores norma ſententias eius, ſuſpicabatur etiam diuinum hoc fuiſſe ſuffragium, de diſsidentium concordia faciens coniecturã: cumq; ille ſanctiſsimus baptiſmatis diuinum donum & Pontificalem ſuſcepit dignitatem, hoc hymno optimus omnium Imperator, qui ſemper præſens fuerat, Dominum & ſaluatorem laudaſſe fertur: gratiam tibi domine omnipotens & ſaluator noſter, cum huic uiro qui haberet à me commiſſa corpora, tu animas tradidiſti, & approbaſti ſuffragium meum. Poſt paucos dies elapſos Ambroſius in colloquio Regio cum ſumma libertate reprehendit quædam quę parum recte à prætoribus gererentur. Tum Imperator, nõ fuit mihi, inquit, unquã ignota hæc tua libertas, quam cum haberem exploratam, non modo non obſtiti, ſed etiam adiuui creationem tuam, proinde affer medicinam delictis animarum noſtrarum ſecundum præſcripta diuinarum legum. Hæc Mediolani Imperator dixit & fecit. Cum autem intellexiſſet in Aſia ac Phrygia diſſenſiones eſſe inter quoſdam de dogmatis diuinis, ſynodũ in Illyrico coegit, in qua decreta confirmataq; diſsidentibus illis miſit. Decreuerant autem qui conuenerant, Nicenam fidem ualere oportere. Dedit & ad eos B
coniunctim cum fratre literas, hortans ut decretis iſtis ſtare uellent. Recitabo & eam legem qua manifeſte prædicatur pietas illius, ſimiliter & Valentis ſanitas illius tẽporis in rebus diuinis declaratur. Cap. VIII

IMperatores Maximi diui, Victores Auguſti, Valentinianus, & Valens & Gratianus, Epiſcopis Diœceſeos Aſianę, Phrygię, Carophrygiæ, Pacatianæ in domino ſalutem. Synodo ingenti coacta in Illyrico poſt lõgam quæſtionem de ſalutari uerbo demonſtrarunt beatiſsimi Epiſcopi eſſe trinitatem coeſſentialem patrem & filium & ſanctum ſpiritum. Quam prorſus fungentes debitis muneribus colunt, cultu inquam Magni regis. Et noſtra potentia eandem prædicari mandauit: ſic tamen ne qui dicant, huius cultus promulgationem eſſe Imperatoris moderantis terræ huic, non ferentes eius mandata qui ſalutis noſtræ curam gerens illa edixit. Vox enim eſt Euangelij dei noſtri quæ adhuc pertinet, perſoluite Cæſari res Cæſaris, & res Dei Deo. Quid uos dicitis Epiſcopi & antiſtites ſalutaris uerbi? Si ad hunc ſe modũ habent argumenta probationum ueſtrarũ, tum uos mutuo amore complectimini, & abuti Imperatoria dignitate nolite, néue perſequimini ueros miniſtros Dei, quorũ precibus & bella ſedantur in terra, & auertuntur incurſus transfugarum angelorum. Qui omnes noxios dæmones ſtudent abigere precibus ſuis publica ſecundum leges munia ſubire ſciunt, potentiæ Imperatoris non obloquunt͂, ſed ſyncere & Magni Imperatoris

ac Dei

A ac Dei mandata cuſtodiunt,& noſtris legibus ſubijciuntur at uos inobedi-entes reperti eſtis. Nos quidem ordine à primo ad ultimũ proceſsimus tra-ctatione noſtra:ipſi uero uoſmetipſos abalienaſtis. Volumus tamẽ à uobis puritatem retinere, utq; Pilatus,in iudicio de Ieſu Chriſto,cuius eſt admini ſtratio noſtra,cum nollet interimere tantũ, & qui ad cruciatus ſeſe cõſitmaſ-ſet, conuerſus ad Orientalẽ plagam, aquam iuſsit affundi manibus ſuis: & lotis illis,innocens ſum,inquit,ego ſanguinis huius iuſti. Ita et noſtra poten tia ubiq; edixit,ne quis perſequatur,neue exagitet aut iritet operatores in a-gro Chriſti,neu repellat procuratores Magni regis,ne hodie quidẽ ſub no ſtra potentia gloriari uideamini, ac cum illo confirmato ad cruciatus pati te-ſtamentum ipſius quaſi in ſanguine Zachariæ. Sed quotquot quidem fece re cum hoc dirupti ſunt & traditi mortis condemnationi, unà cum adiutore ipſorum noxio dæmone, dum ueniat ſupernus rex noſter Ieſus Chriſtus. Hæc mãdata noſtra habẽt Amigetius,Ciceronius, Damaſus,Dailampo, & Brunduſinus, qui auribus ipſi ſuis percepere. Sed & acta ipſa unà uobis miſimus unde quæ in ornata uirtutibus ſynodo geſta ſint cognoſcere poſsi tis. CONFITEMVR ſequentes Magnum & orthodoxum concilium, co-eſſentialem eſſe filium patri. Neq; ita intelligimus coeſſentialitatem, ut pri-dem nõnulli interpretati fuere,qui fallaciter ſubſcripſere,& nunc faciunt qui

B dam qui patres illos nominãt uim huius uocis euertẽtes, & ſequẽtes eos qui tradidere ſimilitudinẽ coeſſentialitate innui: quatenus nulli reliquarũ creatu rarum per ipſum factarũ ſimilis filius ſit, ſed ſolo aſsimilẽ patri. Nam qui ſic interpretantẽ eximiã quandam eſſe creaturã filium Dei impie decernunt. Nos uero in ea ſentẽtia ſumus, qua & Romana ſynodus & Gallica, unam eſſe ac eandẽ eſſentiam patris & filij & ſancti ſpiritus,in tribus perſonis,hoc eſt tribus perfectis ſubſtantijs. Confitemur & ſecundũ expoſitionẽ Nicæ-nam carnẽ induiſſe filium Dei illum coeſſentialẽ,à ſancta uirgine Maria,& inter homines habitauiſſe, compleſſe pro nobis omnẽ ordinẽ muneris ſui, in genitura,paſsione,reſurrectione & aſcenſione in cœlos: reuerſurumq; & redditurũ nobis pro uita uniuſcuiuſq; in die iudicij conſpicuũ in carne, & o-ſtendentem diuinã potentiam ſuam, Deum qui carnem ferat,& non homi nem qui Deum ferat:his diuerſa ſentientes anathemate exterminamus. Si militer & eos qui ipſi non ſyncere anathema infligunt,ei qui dixerit, non fu iſſe filium priuſquam gigneretur, ſed ſcripſerit fuiſſe in patre potentia ante-quam re ipſa gigneretur. Hoc enim quadrat in oẽs creaturas,quę cum Deo non ſemper fuere, cũ filius apud patrem ſemper ſit ſempiterna genitus ge-neratione. Hæc ſummatim tũc Imperator præſcripſit, ſed ego ipſius etiam ſynodi literas inſeram narrationi. Cap. IX

Locus à mendis ſuſpectus

In trãslatione negatio omittitur

Epiſcopi Illyrici eccleſiis Dei,& Epiſcopis Diœceſeos Aſianæ: Phrygiæ Carophrygiæ,Pacatianæ,ſalutem in domino. Cõgregati unum in lo-

cum poſt longam quæſtionem de ſalutari uerbo, demonſtrauimus coeſſen- A tialem eſſe trinitatem patris & filij & ſancti ſpiritus. Parcę fuit ut literas ad uos mitteremus: non qui argutijs perſequeremur cultum Trinitatis, ſed ad eos qui humilitate animi meriti eſſent. Has igitur curamus uobis per dilectum fratrem ac collegam noſtrum Elpidium presbyterum. Non ſanè in ſcriptis manuum noſtrarum, ſed in libris ſalnatoris noſtri Ieſu Chriſti legitur: ego quidem ſum Pauli, ego uero Apollo, ego uero Cephæ. Nunquid Paulus crucifixus eſt pro uobis, aut eſtis baptizati in nomen Pauli? Atque hæc ſatis fuerant paruitati noſtræ, cur omnino nihil literarum ad uos daremus, propter metum quem iſthinc proclamatis toti prouinciæ ueſtræ, ſegregantes ſanctum ſpiritum à patre & filio: ſed ob hæc ipſa neceſſarium duximus mittere ad uos dominum ac collegam noſtrũ Elpidium à Regina Imperij Romani urbe Roma cum his literis, qui cognoſceret an talis eſſet prædicatio ueſtra. Si qui enim non prædicant coeſſentialitatem trinitatis, anathema ſunto. Sed & ſi quis cum illis ſe cõiunxerit anathema eſto: prædicantibus autem coeſſentialem eſſe trinitatem paratum eſt regnum cœlorũ. Proinde uos obſecramus fratres ne diuerſam doctrinam, neu aliud dogma ſequamini, ſed ſemper ac aſsiduo prædicantes coeſſentialem eſſe trinitatem, uelitis hæreditatem adire regni Dei. His de rebus ſcribentes & ſubijcientes exarauimus has ad uos literas. Deq; ijs qui epiſcopi conſtituuntur conſtitu- B tiue fuere collegis noſtris, ſi erunt in hoc ordine, & hac dignitate uiſi idonei, ut inde, ſin non erunt, ut è presbyterorum numero legantur. Similiter & presbyteri & diaconi creabũtur ex ipſo ſacerdotali ordine, ut ſint undiq; inculpabiles cum à iudiciorum, tum militaribus magiſtratibus. Hæc pluribus perſequi non eſt uiſum, quòd miſerimus unũ ex omnibus dominũ & collegam noſtrum Elpidium qui cognoſceret diligenter prædicationẽ ueſtram, eſſetne ſicut dictum fuerat à domino & collega noſtro Euſtathio. Quod ſi pereſt quamuis in errorem incideritis, exuto ueteri homine induite nouum. Et idem frater & collega Elpidius docebit uos prædicationem ueræ fidei. Quod ſancta trinitas illa coeſſentialis cũ Deo ac patre & ſancto ſpiritu ſanctificata ſit atq; glorificata. Apparuit pater in filio, filius in patre cũ ſancto ſpiritu in ſecula. Hoc enĩ manifeſtato poterimus manifeſte cõfiteri ſanctæ trinitatis coeſſentialitatem, ſecundũ olim expoſitam fidẽ Nicææ quã & patres cõfirmauerunt. Atq; cũ hac prædicatione fidei poterimus fugitiui illius dæmonis uitare inſidias. Nã hoc oppreſſo diſsidio licebit mutuo inter nos pacificarũ literarũ in quiete ſalutationibus utamur. Nunc perſcripſimus uobis ut ſciretis abdicatos à nobis cõtactos furore Arij, qui non confitentur filium ſanctumq; ſpiritum eſſe ex patris eſſentia, eorũ nomina ſubiecimus: Policronius, Telemachus, Fauſtus, Aſclepiades, Amantius, Cleopater. Et quibus actis ſit gloria patri & filio et ſancto ſpiritui in ſecula ſeculorũ, amen.

In trãslatione eſt additum Filio, ipſe tamen intellectus etiam addit, ut ſit ſanctam trinitatem quod ad filium attineat coeſſentidem eſſe etc. Nam de hoc primũ fuerat quæſitum

Valere

A Valere uos optamus in patre & filio ſeruatore noſtro Chriſto cum ſancto ſpiritu, multis annorum curriculis. Cap. x

LAudatiſsimus quidem Imperator tanta cura complectebatur Apoſtolica dogmata. Illis temporibus fuit Audęus quidam Syrus gente ac lingua, nouorum repertor dogmatum, qui tunc ſcelera quæ diu parturierat in lucem edidit. Primum enim incogitanter intuens quod ſcriptum eſt: Faciamus hominem ad imaginem noſtram ac ſimilitudinem, humanā formam numinis ſuſpicatus eſt, crediditꝗ corporeis incluſum illum eſſe membris, non intellecta ſcripturæ ſententia, quæ ſæpenumero diuinis effectionibus humanorum membrorum nomina imponit: nam ita qui ſubtiliora non capiunt, hoc modo de prouidentia Dei edocentur. Huic impietati & alia non diſsimilia quædam adiecit. Nam compilato errore Manetis: neque ignis, neque tenebrarum opificem eſſe dixit Deum omnipotentem: ſed hæc & huiuſmodi occulit factio illius. Traduntur autem excluſi eſſe à cœtibus eccleſiaſticis, quoniam aliqui eorum execrandum fœnus exercerent, aliqui cū mulieribus non legittimis nuptijs ſociatis improbe uiuerent. Verum ſi qui his uitijs non tenentur ij cum illis libere coniunguntur. Et aiunt propterea ſeparatam uitam agere, cum occultent dogmatum ſuorum blaſpheniam: quin etiam ipſum inſtitutum arrogantiæ plenum, & quædam Phariſaicæ B doctrinæ poſteritas eſt. Nam Phariſæi accuſabant animorū & corporum medicum, dicentes ſanctis apoſtolis: cur magiſter ueſter cibum carpit cum publicanis ac peccatoribus? Et per prophetam quoq; de talibus ait Deus: qui dicunt purus ſum, ne me attingas, hic eſt fumus iræ meę. Sed horum coarguere dementiam præſentis non eſt temporis: quare ad reliquam narrationem tranſeamus. Cap. xi

IIſdem temporibus pullulauit & Meſſalianorum ſecta, precatores uocāt, qui Græce nomen illud interpretautur. Habent & aliam appellationem impoſitam ex ipſa re. Correpti enim numine dicuntur, de percepta cuiuſdam dæmonis ui, quam ſancti ſpiritus præſentiam eſſe putant: hoc morbo penitus correpti omnia opera manuum auerſantur tanquā improba, ſomnoq; indulgentes, uiſa ſomniorum prophetias nomināt. Huius ſectæ principes fuere Dadoes & Sabas & Adelphius & Hermas & Symeones atq; inſuper etiam alij, qui quidē ab eccleſiaſtica ſe communitate nequaq; ſeparauerunt, quod dicerent neq; prodeſſe, neq; lędere quenq; diuinam eſcam, de qua Chriſtus dominus ait, qui comedit carnem meā & bibit meum ſanguinem uiuet in ſeculum. Sed morbum illū celare tentant, & inter redargutiones quoque impudenter negant, eosq; qui ſentiunt quod ipſi geſtant in animo ſuo abdicant. Letoius igitur gubernator eccleſiæ Melitenæ, uir feruore diuino præditus, cum uideret hunc morbum hauſiſſe multa monaſteria, uel potius ſpecus latronum, & concremauit illa, & lupos de grege repulit.

Ad eundem modũ & laudatiſsimus Amphilochius,cui Lycaonum metro A polis regenda commiſſa eſſet,totam gẽtem gubernãs: poſtquã ſenſit hanc luem in illa quoq; loca ueniſſe,ſtatim abegit,& ouilia quæ illa depaſceretur, hac labe liberauit. Flauianus quoq; celeberrimus cum eſſet Pontifex Anti/ ochenus,ubi cõperit hos Edeſſæ congregari,& ſuum uirus uicinis inſtillate, miſſa monachorũ cohorte,deduxit Antiochiam, & negantibus confeſsio/ nem morbi ita extorſit. Accuſatores aiebat calũnioſos,teſtes mẽdaces eſſe: ſed Adelphium admodũ grãdem natu blande cõpellans, iuxta ſe aſsidere iubet,Nos quidem,inquit,ô ſenex poſt maiorẽ uitæ peractam partem,exa ctius nouimus & humanam naturã, & molitiones dæmonum aduerſario/ rum cognouimus,uſu etiam didicimus largitatem gratiæ: iſti uero adoleſcẽ tes cum ſint neq; exquiſitam harum rerum teneant rationem,ſpirituales au dire ſermones non ſuſtinẽt: quapropter mihi expone, quomodo docea/ tis,& aduerſantem ſpiritum recedere,& aduenire gratiam ſanctiſs. ſpiritus. His uerbis delinitus ſenex, totum uenenum occultatum euomuit: nemini prodeſſe quicquã ſanctum baptiſma omniũ qui ipſum conſequerentur: ſo/ lam aũt ſedulam orationem expellere domeſticum dæmonem. Nam unũ/ quenq; qui naſceretur trahere de primo parente ut naturam ſic dęmonum quoq; ſeruitutẽ. Sed his ſedula oratione fugatis,tum deinde aduenire ſan/ ctiſsimum ſpiritum, cum ſignificatione ſenſibili & inuiſibili præſentiæ ſuæ, B quo corpus perturbationum motibus liberetur, & animæ ad deteriora in/ clinatio prorſus auertatur,ut deinceps neq; ieiunio reprimẽte corpus, neq; doctrina refrenante & ad decus ac ordinem inſtituente opus ſit. Quæ ſi cui contigerint, iam non illum modo petulantia carere corporea, ſed planè eti/ am præuidere uentura, & diuinam trinitatem oculis contemplari. Tum di/ uus Flauianus effoſſo puteo fœtido, & elicitis aquis impietatis, infelici ſeni, inueterate,inquit,diebus malis coarguit te os tuũ hand ego, & labia tua con tra te dixere teſtimoniũ.Itaq; prodito morbo, Syria illi exacti in Pamphy/ liam conceſſere,eamq; impleuere peſte hac. Sed ego nunc ad proſequendũ narrationem ueniam, & initium exponam tempeſtatis quæ pleraſq; in ec/ cleſiam undas fluctuſq; incuſsit. Cap. XII

VAlens ſuſcepto imperio Apoſtolicis primum dogmatis ornatus erat: in Thracia autem prædas agentibus Gothis tranſgreſsis Iſtrum, con ſtituit eos exercitu coacto bello reprimere. Placuit igitur non ſe nudum gra tia diuina in aciem producere, ſed munitum undiq; ſacri baptiſmatis arma/ tura. Conſilium hoc fuit opt. & ſapientiſsimũ, ſed quæ fuere conſecuta ma/ gnam mollitiem animi ipſius, & ueritatis deſertionem oſtendunt. Idẽ enim uſu uenit miſero,quod Adamo primo parenti noſtro: nam & hic delinitus oratione coniugis ſuę in ſeruitutem incidit,non captus ab hoſtibus,ſed ſub iectus fraudi uerborum muliebrium. Illius enim uxor prior irretita laqueis

Ariani

A Ariani erroris,irretiuit, & ipſum adduxit ad cōmunem ſecum in barathrū caſum. Huius facti dux & autor erat Eudoxius, qui adhuc tenebat Cōſtantinopolis clauum non regendo,ſed euertendo nauem. Cap. XIII

IS igitur inter baptiſmatis ſacra miſerrimo illum iureiurando ad cuſtodiā impij dogmatis deuincit,& expulſionem uniuerſorum,qui diuerſa in ſententia eſſent. Ita ille deſerta Apoſtolica doctrina, aduerſariæ partis eſt factus:necq; longo poſt tēpore cōpleuit quæ fuerat iuratus, nec adhuc peregerat. Exegit enim Antiochia magnū Melitiū, Samoſatis diuum Euſebium, Laodiciáq; priuauit admirando paſtore ſuo Pelagio. Hic in adoleſcentia iugum nuptiarum ſubierat, in ipſo aūt lectulo prima die nuptiarum,perſuaſit ſponſæ ſuæ ut caſtitatē pluris faceret q̄ concubitum, docuitq; charitatē tenere illam fraternam potius q̄ copulam maritalem. Huius perfectæ caſtitatis cum haberet gemellas ac pares alias uirtutes quæ cum ipſa choros ducerent,communi ille ſuffragio præſul electus fuit. Sed inimicus ueritatis ſplendorem adminiſtrationis nihil reueritus exulatum in Arabiam hunc, in Armeniā Melitium,in Thraciā miſit Euſebium abundantē ſudoribus apoſtolicis:qui cum uideret multas eccleſias carere paſtoribus,militari ornatu et tiara capiti impoſita,Syriā circuibat Phœnicēq; ac Palæſtinam,creās presbyteros & diaconos,et alijs in rebus conſtituens eccleſias. Quòd ſicubi concordes inueniſſet Epiſcopos prouehebat illos ad præſulatus requirētium eccleſiarum: ſed qua ille fortitudine ſuſceperit legē Imperatoris exigētem ipſum in Thraciam ignorari oportere non exiſtimaui. Cap. XIIII

B

VEnerat miniſter illius qui afferebat crepuſculo ueſpertino: tum ille & ſilere & diſsimulare cauſam aduentus ſui eum iubet: nam ſi cognouerit multitudo à prima inſtitutiōe diuino feruore prędita,in flumē te,inquit, demerget, & à me poſtea exigetur pœna mortis tuæ. Hæc locutus & de more ueſpertino munere ſuo functus, incipientis ſomni tempore, ſide habita uni ſeruorum,ſolus egreditur ſenex pedes: ſequebatur & ſeruus cum ceruicali ac libro: cumq; ueniſſet ad ripas fluuij,nam muros urbis Euphrates præterfluit, cōſcendit nauigium & remiges Zeugma uerſus curſum tenere iubet. Orta autem die Zeugma peruenerat Euſebius:Samoſata uero lamētis & queſtibus complebantur. Nam cum ſeruus ille neceſſarijs Euſebij mādata quædam expoſuiſſet, quos ille ſecum proficiſci, & quid librorū afferri ſibi uellet,uniuerſi lachrymis proſecuti ſunt ereptionē paſtoris ſui,plenusq; fuit fluuius nauigantium. Sed ubi in conſpectum deſiderati paſtoris ſui peruenere,lamentis ac gemitibus, atque adeo fontibus lachrymarum profuſis conabantur illi perſuadere,ut maneret, neq; pecudes proderet lupis. Cum uero eis non obſequeretur,memoraretq; recitans Apoſtolicam,legem quæ planè iuberet magiſtratibus & potētibus ſubijci,ibi alij aurū, alij argētum, ueſtes alij, alij ſeruos offerunt, ut profecturo in externū & longe remotum

ſolum. At ipſe non multis à notioribus quibuſdam acceptis, poſtquam ar- A
mauit doctrina & precibus uniuerſos, & ad propugnandum Apoſtolica dogmata hortatus fuit, ad Iſtrum diſceſsit. Tum illi reuerſi in urbem ſuam, & ſe mutuo exacuentes, expectabant luporum incurſiones. Exponam autem, & fidei horum uehementiam ac perfectionem. Iniuriam enim facere eius uidear, ſi nõ ſempiternam ipſis conciliauero memoriã narratione mea. Cum enim Ariana factio, ſpoliato grege optimo omnium paſtore, alium in locum ipſius præſulem ſummiſiſſent, nemo omniũ qui urbem incoleret, non in paupertate uitam degentes, non ſuperbi diuitijs, non ſeruus, opifex, agricola, hortulanus, deniq; neq; uir nec mulier, iuuenis aut ſenex, in cœtũ eccleſiaſticum conuenit. Itaq; ille ſolus erat cum nemo eum uel aſpiceret uel alloqueretur: & ſi tradunt eum magna uſum fuiſſe moderatione, cuius rei argumentum dicam. Voluerat aliquando lauare, & ſerui occluſerant oſtium balnei, neq; admittebant quenq;: tum ille multitudine foris aſtãte uiſa, pandi fores & cõmuni uti balneo audacter iubet. Idem & introgreſſam illam ante oculos ſuos cum uideret aſtantem, inuitabat ut calidis aquis ſecum frui uellent: ſed illi cum ſilentio aſtabant. Quod cum ueneratione ſui fieri crederet, ſurgens ſtatim abijt: ibi hæretica abominatione aquas etiam contactas rati, ipſas quidem in cloacas emiſere & recentem parari iubent. Quo cognito, præſul relicta urbe, diſceſsit infeſtam colere urbem ſtolidi & admodum B
dementis eſſe exiſtimans.

Cap. XV

EVnomio deſerente Samoſata (hoc enim erat ille Epiſcopus nomine) ſummiſerunt in locum eius Lucium, lupum & inſidiatorem gregis. Ipſæ autem oues quamuis paſtore ſpoliatæ, tamen officia paſtoris exequebantur: nam apoſtolican doctrinam ſeruabant incorruptam. De odio autem erga illum uniuerſorum altera hæc narratio facile edocebit. Ludebant pila in foro pueri delectationis gratia: per forum autem illo iter faciente accidit ut uni elapſa pila per aſini ipſius pedes uolueretur: tũ exclamauerunt pueri contaminatam eſſe pilam arbitrantes. At ipſe re animaduerſa iubet unum ex ſequentium numero reſiſtere & recognoſcere quid facerent, ibi pueri igne accenſo traiecere per flammas pilam ita credentes illam luſtrari. Nec me fugit factum hoc cum puerile eſſe, tum de reliquijs rituum priſcorum: facile tamen hinc cõiectura fieri poterit de odio quo ciuitas illa Arianã factionem proſequuta fuit. Cæterũ Lucius manſuetudinem Eunomij non eſt imitatus, ſed adduxit magiſtratus, ut multos alios in exiliũ agerent ſacerdotalis ordinis: quoſdam etiam præcipue defendentes res diuinas in imperij Romani ultima loca eiecit. Euolcium quidem diaconum in deſertũ oppidulum Oaſin, Antiochum uero cum clarum propinquitate magni Euſebij, cuius erat fratris filius, tum ſua uirtute admodum illuſtrem, atq; etiam dignitate ſacerdotali præditum, in extremam quopiam Armeniam relegauit. Sed hu-

ius quæ

A ius quæ fuerint pro rebus diuinis pugnę, in ſequentibus explicabitur. Nam cum diuus Euſebius poſt multa certamina, & certaminibus reſpõdentes uictorias martyrum quoq; morte clauſiſſet diem ſuum, cõuenit de more gentis illius concilium: aduenit & Iouianus, qui tum Pergenſis Epiſcopus erat. Hic modico fuerat tempore coniunctus cum Arianiſtis: cum aũt uicti ſuffragijs ſuis diuo Euſebio Antiochum ſufficerent, adductumq; ad menſam diuinam cogerent genua flectere, & ipſe conuerſus uidiſſet Iouianũ quoq; imponentem manum capiti ſuo, repulit illam, petijtq; ne intereſſet numero conſecrantium ſe, quòd ſufferre manum adminiſtram blaſphemiæ ſacrorũ poſſe ſe negaret. Atq; hæc non poſt longum tempus geſta ſunt. Tunc autẽ abductus fuit in Armeniam interiorem: diuus autem Euſebius iuxta Iſtrũ manebat, deprędantibus Gothis Thraciam & urbes obſidentibus ſicut ipſius ſcripta indicant.

Cap. XVI

BArſen quoq; cuius adhuc celebris memoria eſt, non Edeſſæ ſolum & huic uicinis regionibus, ſed etiã in Phęnicia Aegyptoq; & Thebaide: has enim gentes omnes adijt peruectus luce uirtutis ſuæ. Eum igitur primũ Valẽs manere in inſula Arado imperat. Vbi uero intellexit infinitã undiq; ad eum cõfluere multitudinẽ (nam & morbos plenus ille apoſtolica gratia, oratione pellebat) miſit Oxyrinchum, quod Aegypti eſt oppidũ: cumq; ce-B lebritas illius eo quoq; cõciret omnes, miſit in ultimum quoddã & uicinum hoſtibus caſtellum ſenẽ dignũ cœlorum habitatione. Caſtello aũt nomen eſt Pheno. In Arado relictum ipſius lectulũ hodie quoq; magno in honore eſſe aiunt. Multi eñ ægroti in illum collocati ſanitatẽ per fidem recipiunt. Tum igitur Valens ſpoliatis ouilibus paſtore, lupũ pro paſtore illis immiſit. Verum cum omnes deſerta urbe ante illam cõuenirent, uenit ipſe Edeſſam: præfecto aũt qui tum erat Modeſtus, mandarat, coactis cũ ſuis militibus, qui uectigalia exigere ſolerent, tum ijs qui de legionibus adeſſent, diſijcere cõcurſantem multitudinem, in eosq; ſcipionibus ac fuſtibus, atq; adeo bellicis armis uti ferireq; ſi opus eſſet. Præfectus igitur mane imperatum faciebat, & tranſiens per forũ conſpicatur mulierculam ferentẽ in ulnis puerũ admodumq; feſtinantẽ. Nam contemptis omnibus per primos ruebat ordines. Ardens enim diuino feruore animus nullo tangitur humano metu, ſed terrores tales pro riſu ac ioco ducit.

Cap. XVII

PRæfectus autem illam conſpicatus & facto ipſius animaduerſo, accerſit, rogatq; quo eat. Cui illa: didiceram diuinis famulis motas inſidias, properoq;, inquit, ad cõcordes mecũ in fide, ut cũ ipſis unà perpetiar cędem quam inferre uultis. At infantem, inquit ille, quorſum geſtas? ſocius erit hic, inquit muliercula, & ipſe mihi huius amabilis mortis. His auditis de muliere, et intellecta pręſentia animorũ omniũ: renũciat ad regẽ, fruſtraq;, inquit, iſta cædes patrabitur: nam infamiam ſolum decerpemus hoc facinore, neq;

tamen

tamen extinguemus promptitudinē illorum. His uerbis expectatorū malo A
rum ſenſum auertit à multitudine: ſed principes, presbyteri inquā, & diaco/
ni imperant adduci, ut horum alterū fieret, uel ut ipſi admitterent lupi ſocie
tatē, uel exigerent urbe, mitterenturq́ in ultima quædā loca. Coactis igitur
uniuerſis placida illos oratione adducere nitiē, ut legibus Imperatorijs pare
re uellent. Demētiæ enim aiebat eſſe ſimile tantorū ac tot hominū domino
Imperatori obſiſtere non numeroſam ſanè turbam. Cap. XVIII

ASTantibus autem cum ſilentio omnibus, ad primarium inter illos, is erat Eulogius uir laude dignus, conuerſus præfectus, cur nihil, inquit, reſpondes ad ea quæ ſunt à me dicta. Ille uero, non arbitrabar, inquit, meū eſſe reſpondere, cum interrogatus non ſim. Atqui, inquit præfectus, longa oratione cohortatus ſum nos ad optima. Hæc uniuerſis, inquit Eulogius, ſunt dicta, abſurdumq́ iudicaui alios depellere reſponſione mea. Quòd ſi ſolum me forte interrogaris, non ſum celaturus ſententiam meam. Coniungere igitur, inquit præfectus, cum Imperatore. Tum ille placide & feſtiue: Nunquid unà cum imperio etiam ille Pontificatum eſt conſecutus? At præfectus irrideri ſe ſentiens moleſte tulit, adortusq́ conuitijs ſenem his quoque in ipſum inuehitur. Neq́ ego hoc dixi, attonite, ſed ne conſortiū Imperatoriæ ſocietatis reſpueretis monui. Poſtquam uero ſenex, & paſtorem, inquit, habemus & nutus illius ſequimur, comprehenſos cum ipſo octoginta miſit in Thraciam. Qui cum deportarētur, maximo ſtudio curaq́ ubiq́ excipiebantur: nam & ex urbibus & de uicis occurrebatur illis, acclamationeq́ omnium uictores athletę pronunciabantur. Sed inuidia inſtigatos aduerſarios excitauit, ut Imperatori ſignificarent quantum honoris pro ſperata ignominia illis habitum eſſet. Iubet igitur illos per paria diſsipari, & partim in Thraciam, partim in ultimam Arabiam, partim etiam in Thebaidos diſpergi oppidulis. Tradūt autē crudelitate ſumma diſtractos tū eos quos iunxiſſet natura, & ſeperatos à ſe fratres fuiſſe. Eulogius quidem primarius inter illos, & cum eo Protogenes, Antinonem in Thebaida deducūtur, ſed ego neq́ horum uirtutem obliuione patior inuolui. cum enim reperiſſent conſentientem ibi Epiſcopum, in eccleſiaſticis aderant conuentibus: cumq́ ualde exiguum eſſe cœtum uiderent, ſciſcitantur cauſam & cognoſcunt incolas urbis Græcos, id eſt, infideles eſſe. Fuit hoc illis pro eo ac debuit, dolori, deplorauerūtq́ infidelitatem eorum: ſatis tamen eſſe lachrymas non arbitrati, omnes uires ad medicandū illos cōuerterūt. Ac diuus quidē Eulogius in conclaui occluſus, die noctuq́ ſupplicabat omnipotēti deo: admirandus uero Protogenes inſtructus Eunomij literatura & notariorū ſcientia, inuento idoneo loco ubi ludū aperire & inſtituere pueros poſſet, magiſter iuuētutis efficitur, imbuitq́ illam diuinis literis, dictata proponēs Dauidica carmina, & tradens ediſcendos cōuenientes apoſtolicæ doctrinæ locos. Vno aūt

forte

A forte puero morbo correpto uenit ad eum Protogenes ægrotantem in domo ſua,& dextra ipſius apprehēſa,oratione repulit morbū: quod cum alio rum quoq; puerorum parentibus innotuiſſet,deduxere & ipſi eum domos ſuas,& orabant ut infirmis ſuccurreret. At ille negabat prius ſe ſupplicaturū deo ut morbum fugaret, quàm infirmus donum ſacri baptiſmatis ſuſcepiſſet. Cupide parebant patres urgente deſiderio ſanitatis ſuorum,atq; ita cōiunctim corporis ac animi ſanitatem percipiebant. Cum autem perſuaſiſſet alicui ſano,ut ſuſciperet diuinam gratiam, deducebat eum ad Eulogium & pulſatis foribus hortabatur,ut aperiret, & imponeret adducto dominicum ſignum: qui cum indignaretur interrumpi orationem, magis aiebat Protogenes opus eſſe errantium ſalute. Erat tum omnibus admirationi Protogenes,qui cum tanta miracula faceret,diuineq; cognitionis lumen tam multis conferret,tamen cederet primas Eulogio, ſi qui quos nactus fuiſſet ad illum adduceret: merito igitur multo maiorem præſtantioremq; uirtutem ipſius eſſe credebant. Iam autem ſedata tempeſtate & tranquilla ſerenitate reuerſa,reuocantur illi de exilio: deduxere igitur eos uniuerſi cum querelis ac lachrymis,inq; primis præſul eccleſiæ,cui deinceps illorū agricultura carendū eſſet. Poſtquā uero rediere in patriam, diuus Eulogius,transgreſſo magno Barſe in expertem doloris uitam,ad gubernacula eccleſię quam ille rexerat,
B uocatur: at Protogeni illi admirabili Carrenſe ſolum exercendum delegatur. Erant autem Carræ admodum incultæ & Græcis carduis refertæ, quæ præcipuam ſedulitatem requirerent. Sed hæc pace eccleſiarum conſtituta accidere. Cap. XIX

AT Valens, omnibus, ut ſemel dicam, eccleſiis cum paſtores ademiſſet, Cæſariam contendit quam Cappadoces habent. Ibi tum præſulatum gerebat Baſilius lumē orbis terrarum: præmiſerat autem pręfectum qui aut efficeret ut ſuſtineret Baſilius communitatem Eudoxij, aut eum ſi facere nollet in exilium ageret. Nam fama uiri illius iam pridem ad eum per uenerat: itaq; ipſe primus illum adoriri nolebat, quòd metueret, ne ſi forti animo excepiſſet, atque etiam repuliſſet incurſionem ſuam, alij de ipſo exemplum caperent, ſed hæc molitio ſimilis apparuit telæ araneæ. Satis enim utilitatis alijs Pontificibus ueterum exempla afferebant, quaſiq; quædam turres firmum conſeruabant murum fidei. Cum autem præfectus Cæſariam ueniſſet acceſſitum ad ſe magnū Baſilium honorifice tractauit, placideq; allocutus hortabatur,ut tēpori cedere,neq; tot eccleſias adducere in diſcrimen uellet tenui exquiſitione dogmatis: promittebat & ab Imperatore illi amicitiam,& à ſe occaſione illius multa beneficia. At diuus ille uir adoleſcentulis congruere tales ſermones reſpondit: nam hos & his ſimiles inhiare huiuſmodi rebus,qui uero eſſent innutriti diuinis literis, eos nullā ſyllabam illarū in diſcrimen uenire pati poſſe,ſolereq; ſi res poſcat, nullum genus mortis

nus mortis pro illis ſubeundum recuſare. Imperatoris quidem amicitiã magni ſe pẽdere cum pietate, qua remota perniciosã eſſe dicere. Ferebat hoc ęgre pręfectus,aiebatq́ eum deſipere. Tum Magnus Baſilius,utinam ſempiterna,inquit,hæc mea ſit deſipientia. Denuntiato igitur exilio iubet eum cogitare quid agat,& poſtero die ſententiam ſuam explicare,hisq́ ſermonibus crebræ minę miſcebantur. Ibi aiunt Magnũ reſpondiſſe Baſiliũ,eundẽ ſe illi poſtridie quoq́ reuerſurum, uideret modo ne animum mutare, néue minas exequi nollet. Poſt hoc colloquiũ occurrit Imperatori præfectus, exponitq́ regi quid dixiſſet Baſilius, ea qua eſſet uir ille uirtute fortitudineq́ ac pręſentia animi. Sed Imperator tacuit,& ita uenit in urbem:ibi comperit diuinitus inflictas domui ſuæ plagas eſſe:nã & filius in morbo iacebat neq́ aberat procul ab orci oſtio, & uxor uarijs malis oppugnabatur. Agnouit igitur cauſam triſtium, diuinumq́ hominem cui ſupplicium fuerat intermi natus obſecrauit,ut ad ſe domum deueniret. Duces ergo mandatum Imperatoris exequuti adducunt in Regiam Baſilium. Ibi ille conſpectum filium regis qui uicinus eſſet morti, pollicetur ſe uitæ reſtituturum, ſi fuiſſet ei ſanctiſsimi baptiſmatis donum à pio quopiam collatum, quo dicto abijt. At Imperator iureiurando,ut demens quondam Herodes initiatus,negocium dedit quibuſdam qui aderant partium Arianarum baptizãdi pueri, qui ſtatim eſt deinde mortuus. Quare ductus pœnitentia Valens & conſiderata noxia ueritate iuriſiurandi,ad diuinum templum uenit,et Magni Baſilij doctrinam ſuſcepit,& altari quæ ſolent offerri dona impoſuit:quin etiam eum intra cortinam ubi ſedebat aduocauit, & multa ipſe de rebus diuinis uerba fecit,& illum facientẽ audiuit. Aderat ibidẽ quiſpiã culinę Imperatoriæ magiſter Demoſthenes nomine, qui orbis terrarum magiſtrum reprehendẽs barbare loquebatur. Tum diuus Baſilius ſubridens, etiam Demoſthenem illiteratum,inquit,uidimus. Cumq́ ille offenſus amplius minaretũ:tuum eſt, inquit Magnus Baſilius,curare iuſculorũ condimenta:nequis enim cum ita ſordidatis auribus exaudire tractationes dogmatum diuinorum. Hæc tum iſti Baſilius dixit: ſed Imperator eam reuerentiam habuit illi, ut opt. agros quos poſsidebat ijs in locis,donaret pauperibus, qui eſſent ſub cura ipſius, qui toto labefactati corpore multo maxima curatione indigebãt. Ad hunc modum primum Imperatoris impetum Magnus declinauit Baſilius:ſecundo uero reuerſus oblitus priorum omnium,obſidebatur enim animus ipſius ab ſeductoribus,rurſus hortari cœpit,ut ad alteram partem ſe conferret: ſed cum hoc ille perſuaderi ſibi nequaquam ſineret, iubet perſcribi legẽ exilij: quam cum confirmare manu ſua conaretur, nullius potuit perficere literæ apiculum,nam calamus contritus fuit. Quod cum & altero & tertio calamo accidiſſet, ipſe tamen confirmationem urgeret impiæ legis, tum dextra concuti ac tremere: ibi demũ animo ille exhorreſcẽs arreptam utraq́ manu

chartam

A chattã diſcidit: probauitq́ moderator omniũ, & alijs eueniſſe talia permiſſione ſua, & Baſilium meliorẽ ꝗ̃ qui ſuſtinere deberet repertũ. Atq́ hoc Baſiliano facto declarauit potentiã ſuã: illo aũt diuerſo ordine gubernationis ſuæ, optimorum uirorũ fortitudinem promulgauit. Cap. XX

HAc igitur in parte fruſtrata eſt ſpes incurſionis Valentem. Alexãdriæ autem uictore Athanaſio, poſt crebra certamina, quibus numerus palmarũ reſpõderet, laboribus ſoluto, & in quietã ac liberã uitam digreſſo, ſucceſſit Petrus uir optimus. Hunc beatũ Athanaſii caput primũ ſuffragio ſuo præſulẽ deſignarat, quod ratum habuere tum ſacerdotalis ordo tũ magiſtratus ac primarij, deniq́ uniuerſus populus gaudium ſuum acclamationibus lætis teſtatuseſt. Particeps enim Petrus fuerat ſudorũ Athanaſii, domiq́ ac foris nuſquam ab illo diſceſſerat, omniſq́ generis pericula cum illo ſubierat. Quam ob rem & uicini Epiſcopi, quiq́ ſeparatim in religioſa philoſophia exercebantur, deſertis ludis ſuis accurrebant, uolebantq́ ut hæreditatem adiret Petrus Athanaſii ſolij. Cum uero iam eſſet in Pontificalem ſedem impoſitus, ſtatim prætor gẽtis illius coacta quadã Græcorũ ac Iudæorum turba, ſepta eccleſiæ cinxit, iuſſitq́ exire Petrum, ni faceret enim ſe inuitum expulſurum. Hoc quaſi in gratiã Imperatoris ille aiebat, ut malis afficeret diuerſa ſentientes, ſed re uera indulgens impiæ iræ. Pendebat enim de B cultu ſimulachrorũ, neq́ feſta alia ſplendidiora eſſe, quàm iactationem eccleſię credebat. Hac improuiſa oppugnatione cognita admirabilis Petrus, clam exiuit & nauigio conſcenſo Romam eſt profectus. Elapſis aũt paucis diebus, aduenit Antiochia Euzoius cum Lucio eiq́ eccleſias cõmiſit, cuius iam ante Samoſata impietatem ac iniquitatem fuerãt experta. Verum multitudo doctrina Athanaſii paſta, hoc contrario uiſo cibo, ab conuentibus eccleſiaſticis ſeparauit. Cap. XXI

AT Lucius ſatellitio uſus ſimulachrorum cultoribus, alios uerberibus lacerat, alios ad exilium adigit, quorundam etiam ritu barbarico domos populatur. Sed ipſe admiratione dignus Petrus, hæc ſua epiſtola melius narrauerit: quam ego poſt unius ſcelerati facti Lucij expoſitionem narrationi noſtræ inſeram. Viri aliquot in Aegypto imitantes angelorum uitam ciuilibus ſe ſubduxerunt turbis, & illis deſerta loci ubi degerẽt prætulerant, frugiferis redditis arenoſis & ſterilibus illis fructificantes deo ad ſuauiſſimũ & pulcherrimum modum: In hac cum alij multi principes, optimus autem ludimagiſter philoſophantis in religione turbæ fuerat celeberrimus ille Antonius, per quem effectũ eſt, ut uirtutis palæſtra religionis exercitio, illa deſerta eſſe loca uiderentur. Huius tum ſodalitatem (nam ipſe cum præſtantiſsimo ac præclariſsimo cõmeatu profectus iam tenebat nulli uento expoſitos portus) ille miſer ac infeliciſsimus inſectatus eſt, ac diuinorũ iſtorũ cœtuum principes, Macariũ, inquã, illum celebrẽ, & alterũ huic cognominem,

& Iſidorum,ac alios protractos de ſpecubus in quãdam inſulam relegauit, A quæ ab impijs incolebatur hominibus, quiq; nullum unquam habuerant magiſtrum pietatis. Cumq; non longe eſſet nauis ab illius inſulæ terra, dæmon qui ibi colebatur, conſecratũ deferens ſibi ſimulachrũ, quæ antiqua domus illi erat, inſania exagitauit filiam ſacerdotis, & furibundam deduxit in litus, cui nauis à remigibus appellebatur: utensq; inſtrumento lingua puellæ clamabat hac, ut Philippis quõdam illa quę Pythonis haberet ſpiritum, exaudiebatq; uox iſta dæmonis ab omnib. tam uiris q̃ mulieribus. O potentiam ueſtrã, famuli Chriſti, undiq; à uobis exigimur. De urbibus acuicis, de mõtibus ac uallibus, de carente incolis deſerto: ſpes erat in hac paruula inſula inquilinatũ noſtrum poſſe uitare tela ueſtra, ſed & hæc nos eſt fruſtrata. Huc enim eſtis ab inſectatoribus eiecti, non quò uos moleſtia afficeremini, ſed nos ut per uos expelleremur. Deſerimus & hanc inſulam, inpetimur enim radijs uirtutis ueſtræ. Hæc & huiuſmodi alia locuti, puellã humi proſternunt, ipſi mox è medio abeunt. Sed diuinus ille cœtus oratione celebrata puellam excitatam ſanam ac ualentem reſtituunt patri. Hoc miraculum qui uiderant aduoluti pedibus ſanctorum ſupplicabãt, ut ſe ſalutis uiatico inſtruere uellent. Ac ſimulachrorum quidẽ ſubruerunt lucum, illuſtrati uero radijs doctrinæ, ſanctiſsimi baptiſmatis donũ accepere. Hæc fama cũ in urbem percrebuiſſet, undiq; omniũ concurſus eſt factus, conuicia in Lu- B cium iacentiũ, ac dicentium futurũ, ut diuina ſe ira corriperet, niſi fuiſſet diuinus ille cœtus liberatus. ita metu tumultuantis ciuitatis, cœleſtibus hominibus permiſit Lucius, ut redirẽt in ſpecus ſuos. Satis hæc quidẽ fuerint ad demonſtrationem Lucij ſceleris ac improbitatis: ſed melius facinorũ illorũ auſa exponent admirabilis Petri literæ: quarum uitans prolixitatem de medio excerpta quædam narrationi inſeram.

Cap. XXII

GEntis illius prætor Palladius, qui ſectæ eſſet gentilis quiq; ſimulachrorum gratia periclitari, & aduerſum Chriſtum bellum exercere nunq; dubitaſſet. Is igitur coactis memoratis copijs, tali in eccleſiã impetu ferebatur, ac ſi barbaros ſubiugandos adoriretur. Tunc quidẽ tunc deterrima accidere, quæ conatus exponere tantũ, ſubijciente max. mihi dolorẽ memoria, ingentẽ lachrymarũ uim profudi. Quod ſanè fieret diutiſsime, niſi diuina cogitatione à me repreſſę fuiſſent. Nam in eccleſiã quę Theonæ uocatur introgreſſæ copiæ, pro uerbis grauibus ſimulachrorum laudes perſonabant, pro lectione ſacræ ſcripturæ turpes plauſus manuum & fractas fœde uoces edebant: contumelias uero eas erga Chriſti uirgines uſurpabãt, quas & memorare lingua non ſuſtinet ob turpitudinem, & quicunque audierat, ſi non deſiperet modo, aduerſus illas obturabat aures ſuas, optabatq; ſe ſurdum potius eſſe quàm audire talem fœditatem. Atq; utinam uerbis tantum peccarent ac non re ipſa uincerent orationis obſcœnitatem: ferri enim conuitia

poſſunt

A poſſunt qualiacũq; ab ijs in quibus cognitio Chriſti & doctrina diuina manet. Sed iſti qui eſſent uaſa iræ comparata ad interitum, curuato naſo obſcœnos per nares ſonos, clarum & quaſi, ut ita dicam, de aquæ fiſtulis eiaculantes, diſcerpebant ueſtes ſanctarum Chriſti uirginum, quarum religioſa exercitatione ſanctitatis imago exprimeretur: atq; ita, ſicut natura tulerat, nudas per urbem totam quaſi triumphãtes agebant, illudebantq; cum obſcœnitate pro arbitrio ſuo: erantq; omnino crudelia, & barbarica omnia. Quòd ſi quis miſericordia motus dehortatione ſua obſiſtere auderet, uulneratus diſcedebat. Verum, ó rem calamitoſam, multis illarum uis uitiũq; oblatum, multæ illarum pulſatione fuſtium cum capita tunderentur exanimatæ ſunt: quarum neq; ſepulturæ corpora mandare cõcedebatur. Multa itaq; etiamnum quiritantibus parentibus corpora non cõparent. Sed quid ego parua percurro, neq; ingentia potius exequor? Cur immoror his & nõ feſtino ad urgentia? ad quorum narrationem ſatis ſcio admiratione perciti manebitis diu exanimati nobiſcum, ſtupentes cogitatione manſuetudinis domini, qui non funditus hanc uniuerſitatẽ confecerit. Quæ enim, ut ſcriptum eſt, neq; facta, nec audita ſunt in diebus patrũ noſtrorum, ea ſuper altari ipſo perpetrarunt impij. Tanquam enim in proſcenio diſſolutæ actiones, puerũ uirilem ſexum abnegãtem & affectantẽ muliebrem, ſtibio, ſicut

In trãslatione eſt additũ angelorũ, quod ſi & in Græco legatur, ut legi debere puto, ſic fuerit ſententia: quarum religioſa exercitatio angelicam quandã imaginẽ repræſentaret

B ſcriptum eſt, oculos litum & fuco rubentem os, ueluti ipſorum ſimulachra confuſa uirili ac muliebri figura, impoſuere ſuper ſanctũ altare ubi ſpiritus ſancti aduentum expetimus, qui illic circulari compoſitoq; motu huc & illuc manus torquens ſaltaret, huic illi & clarum arridebant, & nefarias acclamabant uoces. Sed & hoc rati nõ nimiæ peruerſitatis opus, & præterita bella magis quàm nephanda eſſe, ex ipſis unum notiſsimæ turpitudinis nudatum ueſtibus ſimul ac pudore ita ut in lucem edimur, collocant in ſolio eccleſiaſtico, appellantq; cõcionatorẽ turpem aduerſus Chriſtum. Nam pro diuinis uerbis fœditatem, pro oratione graui obſcœnitates, pro pietate impietatem, pro continentia fornicationem memorabat, docens cõmoda eſſe uitæ, cum alia, tum adulterium, uenerem maſculam, furta, crapulam, potationes. Inter hæc, cum ego ab eccleſia diſceſsiſſem, (quid enim facerẽ aliud cum irruerent milites, cũ eſſet conducta argento ad ſeditionẽ multitudo, ubi pecuniæ cupiditas, ubi gẽtilium copiæ & maximæ promiſsiones) tum igitur noſter ſucceſſor aduenit, Epiſcopatũ, ut aliquam dignitatẽ mundanam auro mercatus, Lucius affectans improbitatem & geſta luporum. Non hunc conſtituerat conuentus orthodoxorum Epiſcoporum, non uerorum clericorum ſuffragia, non populi poſtulatio, quemadmodum eccleſiaſticis iubetur ſanctionibus. Aderant autem illi (ſimpliciter enim ingredi urbem non potuit) nõ aliqui Epiſcopi, non presbyteri, non diaconi, non populi multitudo, non deducebatur à cultoribus uitæ ſolitariæ cum hymnorum diuinæ

Videtur in Græco codice μικρὸν omiſſum eſſe.

ſcripturæ cantu: ſed cum illo Euzoius erat, qui pridem cum Ario diaconus A
in urbe noſtra Alexandria, à ſynodo ſancta & magna Nicæna exautoratus fuerat, & nunc præſularis eſt peſtis Antiochenorum. Huic comitabatur largitionum comes cum ingenti militum manu, in omni ſemper impietate nobilis, nomine Magnus, qui imperante Iuliano, Eccleſiam Berytiorum, quæ illuſtris eſt urbs Phœnicum, incenderat: fueratq; coactus candē de ſua pecunia reſtituere imperante felicis memoriæ Iouiano: neque multum abfuit quin capite truncaretur, niſi multorum interceſsione clementiam Imperatoris obtinuiſſet. Nunc ueſtrum feruorem conſiderare decet, quem & oro ut ad animaduerſionem incitare uelitis, quanta peccata in eccleſiam Dei commiſſa fuerint, cum talis, qualem dixi, tyrānus bellum nobis intuliſſet: ſimul enim ille à pietate ueſtra, & omnium ubiq; orthodoxorū Epiſcoporum ſæpenumero abdicatus Lucius, occupauit iuſtiſsimis ſibi de cauſis infenſam urbem: nō enim hic modo, ut ille maledicus in Pſalmis inſipiens, dicit: Non eſt Deus uere Chriſtus, ſed & actionibus ſuis cum perditus tum exitialis eſt, cum gaudeat blaſphemijs quæ in ſeruatorem noſtrum immittuntur ab ijs qui neglecto creatore ſeruiunt creaturæ. Recte enim hoc à me dicitur, cum ſceleſtus prope ita ut Græci à recentium numinum ueneratione non abhorreat. Nam tales laudationes coram ei accinebāt: Fauſtus aduentus tuus Epiſcope, qui filium negas: Serapis propitius te adduxit, nominantes ſimulachrum patriæ ſuæ. Nullum interceſſerat momentum, ſuprà memoratus Magnus impietatis illius inſeparabilis ſocius & acerbus ſatelles, ac crudeliſsimus prætor, cogit ſuæ curæ commiſſas multitudines, comprehenſosq; presbyteros & diaconos numero decem & nouem, quorum aliqui excederent annum ætatis ſuæ octogeſimum, quaſi reos flagitij alicuius aut legum Romanarum contrarij facinoris, in publicū iudiciū adducit, ibiq; perpellere adoritur (ignarus legum uirtutis Chriſtianorum) ut paternam ab apoſtolis miniſterio patrum acceptā fidem prodere uelint, affirmās hæc grata futura eſſe humaniſsimo quoq; Auguſto Valenti: moueri uos infelices clara uoce clamās, ſinite ut accedatis dogmati Ariano. Veniam enim uobis numen, etiā ſi ueſtra ſit uera religio, facile daturū eſt, qui non ueſtra ſponte, ſed ui coacti feceritis: coactioni enim ſemper relinquitur defenſio, uoluntatis aūt eſt accuſatio. Proinde hac ob oculos cōſideratione poſita, accedite libenter & abſq; cunctatione ad ſubſcribendū dogmati Ariano, quod nunc iſte, nomine eum appellans, Lucius prædicat. Neq; enim uos clam eſt, ſi pareatis Imperatoribus, uos pecuniā, opes, honores conſecuturos: abnuentib. uero uincula, tormēta, quæſtiones, flagra, carnificinas propoſitas, nec nō pecunijs ac poſſeſsionibus ademptis patria carendum, & exilij triſtiū quorundam locorum cōdemnationem ſubeundam eſſe. Ita ille uir egregius, temperatis affectu charitatis minis, hortatione ſua oēs deducere à ſententia pietatis

A tis nitebatur. At illi nullum maius tormentũ eſſe arbitrati proditione pieta-tis,ſicuti reuera eſt,compulſi ad reſpõdendũ talibus uerbis uſi ſunt, quibus uirtute & forti animo minas ſimul ac fraudes illius proſtrauerũt. Deſine de cętero,deſine huiuſmodi nos territare oratione,ceſſa uerba inania proferre. Nos enim neq; nouitium uenerantes,neq; recentem Deum, etiam ſi tu fru ſtra undabundus ſpumes,irruasq; ut uentus uehemens,non depellemur ta men de pietatis uita quandiu uiuere licebit. Nunquam ſenſimus Deum eſſe à potentia, ſapientia,ueritate remotum,nunquam eum qui modo pater mo do non pater foret,ſecundum iſtum impium Arianum, cum opinione eſſe temporalem aut momentaneum filium. Si enim iuxta ueſaniam Arianorũ creatura eſt filius,minime coeſſentialis patri,ad nihilum recidet etiam pater, qui abſq; filij ſubſtantia,iuxta ipſos,pater aliquando nõ fuerit. Si uero ſem-per eſt pater,cum ſubſtantia nimirum ex ipſo progeniti ueri non quaſi de-fluentis germinis,pati enim certe Deus nequit:an non demens ac rabioſus, qui aſſerit fuiſſe aliquando cum non eſſet filius? per quem omnia ut gratio-ſa eſſent ſunt conſtituta. Noſtri igitur totius orbis patres,(à quibus alienati iſti ſpurij ſunt) ut conuenit,congregati Nicææ exterminarunt anathemate prauitatem Arianæ ſentẽtiæ, quam nunc iunior iſte defendit. neq; illi, quò tu adigis diuerſientialem à patre filium perhibuere, ſed ex eadem eſſentia,

B quo recte & pie intellecto de collatis nõ paucis ſacræ ſcripturæ locis, coeſſen tialem illum confeſsi ſunt. Hęc & huiuſmodi alia cum diceret in uincula con iectos multis diebus aſſeruauit,ſi quomodo poſſet à pietatis ſententia dimo uere. Sed illi potius ut in ſpatio ſtrenui inprimis athletæ omi formidine pul ſa,perungentes ſeſe rebus à patribus diuina mente fortiter geſtis, confirma bantur in ſenſu pietatis,gymnaſium quoddã uirtutis credentes eſſe tormen ta. Ad hoc igitur certamen illorum cum eſſent,ut beatus Apoſtolus,inquit, ſpectaculo angelis ac hominibus, accurrit tota ciuitas, uiſuri athletas Chri-ſti,qui fortitudine uincerent tortoris iudicis flagra,& tropheą excitarent de impietate per ſuam patientiam,& de Arianis triumphos agerent, quos op-preſſos acerbus iſte hoſtis minis ſimulatq; dolis prodere erga Chriſtum impiæ factioni uoluiſſet. Deſperans igitur à tormentis infeſto animo infli-ctis,omni populo querente ac multum lamentante, acerbus & ab humani-tate prorſus alienus ille,uſitatam turbulentiæ multitudinem rurſum ad iudi cium,uel potius inanẽ condemnationẽ conuocat,in maris litore,ubi redem-ptæ mercede aduerſus hos uoces conſueto more emittebãtur à ſimulachro rum cultoribus atq; Iudæis: cumq; nollent manifeſtæ impietati Ariani fu-roris cedere,fertur ſententia,omni iudicium circũſiſtente populo deploran-te,Alexandria eos deſerta Heliopolim proficiſci debere,cuius incolarum ne audire quidem quiſq; Chriſti nomen ſuſtinet: ſunt enim ſimulachratores uniuerſi: Poſthæc,iuſsis nauem illis conſcendere,ipſe ſtans in littore(prope

 enim

enim in publicis balneis pronuntiata ſententia fuerat)ſtrictũ oſtentabat enſem,quo ſe terrorem incuſſurum ſperaret, illis qui ancipiti gladio hoſtes dæmonas ſæpe ſauciauerant:atq; ita iubet nauigare, nullo neq; cõmeatu,neq; omnino fugę ſolatio attributo,quod in primis admirabile ac incredibile ſit, undabundo mari atq; illo ipſo facto,ut opinor,cõmoto,nolenteq́;, ut ſic dicam,miniſterio ſuo illorum iniuſti imperij in parte uerſari: demonſtrabat enim ignorãtibus etiam barbaram iudicis illius uoluntatẽ. Vere igitur poſſumus de his dicere,obſtupuit cœlũ: nam tota ciuitas cum hæc fierent lamentabatur, & nunc quoq; in planctu eſt. Quorũ alij manibus alternis de pectore plauſus excitabant claros: alij manibus oculisq́; in cœlum ſublatis de ui teſtificabantur modo non his uerbis: Audi cœlum & auribus percipe terra,quam indigna facinora cõmittantur. Deniq; eiulatu omnia erant plena: & lamentorum carmina ubiq; celebrabanť, deq; lachrymis omniũ ſubito manabat fluuius inundatione ſua maris penè undas obſcurãs Sed cum ille ſupra dictus in litore aſtans iam uela ſuſtollere nautis imperaret:tum confuſi eiulatus,uirginum,mulierum,ſenum,adoleſcentulorum,lamentaq; uehemẽtibus implicata lachrymis,ac uniuerſæ multitudinis clamores, accumulatos undabundi maris ſtrepenteſq; impetus abſcondebant. Illis autem ita Heliopolim uerſus iter tenentibus,ubi omnes eſſent ſuperſtitioſi,ubi diabolica uoluptaria uigeret uita,ubi horribiles beſtiarum ſedes,circũ ubiq; montibus cœlum attingẽtibus,tum reliqua in media urbe multitudo publicè priuatimq; luctus ac querimonię uerba uſurpabat,qui neq; flere permittebantur,ædicto prætoris urbis,Palladij, qui & ipſe eſſet ſuperſtitioſiſsimus. Nã multi ex ijs qui lachrymas profudiſſent, arrepti & coniecti in carcerem, deinde lacerati ictiq; flagris ac torti, Phenneſia poſtea ac procõneſia in metalla miſsi fuere, homines eccleſiæ cũ diuino feruore propugnatores: magna enim pars fuit ſolitariam uitam colẽtium,& propter exercitia religionis manentium in deſertis locis,cum quibus numero triũ ac uiginti, paulò poſt diaconus etiam qui attulerat nobis communitatis ac conſolationis literas ab amico noſtro Damaſo Epiſcopo Romano, uinctis poſt tergum manibus publice à lictoribus trahebatur,tanquam inſignis aliquis maleficus:qui magis quàm ullus homicida tortus, ſaxis & plumbi maſsis ceruice diu quaſſata,ad eundem modum, ut alij nauem conſcendit cum ſignum diuinæ crucis fronti afformaſſet,& neglectus omnisq; curæ expers,in Phẽneſia metalla,quæ æris ſunt,deducitur. Iudice aũt inſuper etiam tenera puerorum corpora torquẽte,aliqui inter tormenta iacuere expertes exequiarũ, cum hanc ab illo ſibi unam & extremam conſolationem peterent parẽtes,fratres,cognati,deniq; uniuerſa ciuitas. O uero ſingularem inhumanitatem iudicis,uel potius damnatoris,ueritatis pugiles trahuntur cum homicidis,& illorũ inſepulta manent corpora, ſtrenui athletæ proiecti eſca iacent feris ac uolucribus

A bus:qui patrum miſericordia tangerentur propter conſcientiam, capitibus tanquã ob ſcelerata facinora obtruncati fuere. Quæ Romana lex: quæ Barbarorum ſententia puniuit ob patres ſuſceptũ dolorem? Quando ueterum ullus ſimile facinus deſignauit? Iuſsit olim Pharao necari maſculi ſexus Hebræorum fœtus, hoc expreſſerat mandatum coniuncta cum metu inuidia: quanto aũt his illa humaniora? quanto in optione iniuriæ potiora, quàm in comparatione ſceleris minus mala? quamuis ſanè inter ſe ſcelera inſeparabilia ſint. Superant fidem quæ memoramus, inhumana, immania, crudelia, barbara, immitia, acerba. Ipſi tamen Ariani furoris miniſtri inter hæc læta feſta agitabant. Tota autem ciuitate in luctum effuſa, non enim erat domus, ut in Exodo legitur, in qua non eſſet mortuus, haud acquieuere petulantia obdurati quo minus amplius ad ſcelera exercerẽtur. Voluntatẽ enim incitantes ad deteriora, ad Epiſcopos uſque prouinciæ uirus improbitatis ſuæ protulere, uſi ſatellite iniuriarum comite largitionum, cui nomen Magno, ut ſupra diximus, ac illorum aliquos ad iudicium adduxerunt: alios quibus ipſis lubuit modis circumuenere, undiq; omnibus ponentes laqueos, ut impietate poſſent capere, neque quicquam inauſum relinquentes, ſed circumeuntes ad exemplum diaboli patris ſectæ ipſorum quærentesq; quem deglutirent. Sed cum omnino illos conatus erga cunctos ſui fruſtrarentur:

B tum undecim Aegyptiacos Epiſcopos, uiros qui ab ineunte uſq; ætate exercendæ religionis gratia in deſertis locis cõſenuiſſent, quiq; pietatem fidei inculpabilis prædicarent, & educati lacte piorum dogmatũ uictoria ſæpe potiti in congreſſu dæmonum, uirtute ſua uenerabiles aduerſario, in Arianam ſectam ſapientiſsima oratione fuiſſent inuecti: eos igitur inſtructi ab iſtius Magni crudelitate, exules eiecerunt in urbem nomine Diocæſariam, cuius incolæ Iudæi eſſent trucidatores domini. Et tamen ut Orcus, non ſaturati morte fratrum, audent demẽtes ac furioſi ubiq; terrarũ monimenta crudelitatis ſuæ relinquere, affectantes famã nobilitatis facinoribus. Ecce enim rurſum clericos catholicæ eccleſiæ manentes Antiochiæ, cum quibuſdã in ſolitaria uita ſpectatis, quòd conſtituiſſent non relinquere inteſtata tragica illorum facta, imperatorijs obſtreperi auribus effecere, ut Neocæſariã in Pontum mitterent, qui fortaſſe quæ illorũ locorum barbaries, uita etiã ſunt ſpoliati. Tales tempora iſta tragœdias tulere, dignas quidẽ obliuione ac ſilẽtio, ſed narratione comprehenſas, ad opprobriũ eorũ qui linguas ſuas uibrarũt contra unigenitũ. Qui morbo blaſphemiæ implicati, non modo configere dominum huius uniuerſitatis conantur, ſed etiam aduerſum pios famulos illius exitiale bellum ſuſceperunt.

Cap. XXIII

HIs temporibus Iſmaeliticæ manus prædas agebant in uicinia Romani imperij duce Mabia, oblita ſexus ſui & induta animum uirilem. Hæc poſt non paucos conflictus fœdere facto, lumen accepit cognitionis

diuinæ: itaq; petit ut pontifex mittatur genti ſui Moſes quidam, qui in finibus Alexandriæ ac Palæſtinæ moraretur. Hac Valens petitione delata, ad ſe iubet adduci diuinum hominem Alexandriam, atq; ibi pontificali gratia inſigniri, propter eius loci uicinitatẽ. Quò cum deductus fuiſſet, cerneretq; Lucium imponere ſibi manum uelle, abſit, inquit, ut tua me manus conſecret. Te enim inuocante, ſpiritus gratia non uenit. Tum Lucius unde hanc coniecturam inquit facis, cum hoc dicis? Non, inquit, ille, coniecturã ſequẽs dico, ſed certo ſcio: pugnas enim cum apoſtolicis dogmatis, & contraria illis doces, cumq; blaſphemia uerborum ſcelera coniungis factorum: cui enim impio non fuit per te inſultandi eccleſiaſticis cœtibus occaſio? Quis laude dignus uir non eſt exactus? Quam feritatem barbaricam non obſcurauerũt cotidiana auſa tua? Hæc ille confidentiſsime dicebat, audiebaturq; à Lucio iugulaturiente. Quem cupidum cædis inferendæ metus coercebat exorituri iterum belli paulo antè ſepulti. Itaq; iubet ad alios epiſcopos deduci, quos ipſe poſtulaſſet. Tum ſuſcepta cum admirabili fide gratia pontificali, proficiſcitur ad eos qui accerſiuerant, quibus apoſtolica doctrina ac miraculis ad ueritatis uiam dux fuit. Alexandriæ quidem hæc ita Lucius auſus, & diuina prouidentia moderata eſt.

φονῶν

Cap. XXIIII

CONſtantinopoli uero refertam nauem pijs presbyteris abſq; ſaburra in altum propulere Ariani. Mox alio nauigio ſummiſere factionis ſuæ aliquot cum igne, qui presbyterorum nauem incenderent. Quo facto, conflictati illi aliquantiſper cum igne ac mari, tandem in profundum demittuntur & coronam martyrũ obtinent. Valens autem cum degeret Antiochiæ licentiam omnibus conceſsit, cum Græcis, tum Iudæis, tum etiã ſub nomine Chriſtiano abhorrentia à doctrina euangelica prędicantibus: tum & Græcorũ ſacrorum initia ab illi errori ſeruientibus uſurpabantur, & reflo reſcebat permiſsione iſtius poſt Iulianum ſub Iouiano extincta ſeductio. Nec iam occulte Dialia, Bacchanaliaq; & Cereris feſta uelut ſub pio imperio peragebãtur, ſed per medias regiones curſu bacchabantur: ſolis erat ille inimicus apoſtolicæ doctrinæ cultoribus. Primum enim hos ſacris expulit ædibus, contulerat aũt laudatiſsimus Iouianus & recenter extructam ipſis eccleſiam. Qui cum ad montis radicem congregarentur, ibiq; hymnis celebrarent dominũ, & diuinis eloquijs fruerentur, in patientia quoq; tempeſtatis aduerſæ, impetus, imbriũ, niuis, gelu, ſæpe etiam uehementiſsimi æſtus: ne hac quidem laborioſiſsima cõmoditate illos uti paſſus fuit, ſed conuentũ immiſsis militibus diſiecit.

Cap. XXV

VErum Flauianus ac Diodorus quaſi quædã turres illatos fluctus frangebant. Meletio enim paſtore ipſorũ in remotis locis degere coacto, gregis illi curam ſuſceperãt. Opponebant aũt lupis fortitudinem ac ſapientiam ſuam, ouesq; conueniente cuta cõplectebantur. Reiecti igitur ab imo monte

A monte,in ripis uicini fluminis paſcebant gregem: non enim, ut capti quon/dam Babylone, ſuſtinebant ſuſpendere organa, ſed hymnis celebrabant creatorem & benefactorem in omni loco dominationis ipſius. Non tamen ne hoc quidem in loco conuentum tulit piorum paſtorũ ille hoſtis prædi/cantium diuinitatem Chriſti domini. Rurſum igitur admirandum illorum paſtorum par coactis in hoſtile gymnaſiũ diuinis pecudibus, ſpiritales de/monſtrabant herbas. Ipſe Diodorus ſapientiſsimus & fortiſsimus, quaſi fluuius quidã limpidus ac ſpacioſus alluebat eas fortitudine ſua, eademq; aduerſantiũ obruebat blaſphemias. Non quidem ille generis nobilitatem morabatur, ſed anxietates pro fide libenter ſuſcipiebat. Flauianus uir opt. patricio & ipſe natus genere, ſed eſſe nobilitatem ſolam pietatem credebat: atq; ut palæſtræ quidam magiſter quinquertionem athletam magnũ per/ungebat Diodorum. Illo enim tempore in eccleſiaſticis cœtibus nõ concio/nabatur, concionatoribus aũt ſuppeditabat magnam uim rationum & ſen/tentiarum ſcripturæ. Illi igitur tẽdebant arcus in blaſphemias Arij: hic uero tanq; de pharetra quadam animi ſui tela illis ſuggerebat. Idem cum domi tum foris diſputans facile rumpebat hæreticorum caſſes, quæq; illi obijce/rent uideri aranearũ telas faciebat. His addebat ſeſe pugnę ſocium Aphraa tes quoq;, cuius uitam in deo dedicata hiſtoria Philotheo inſcripta expoſui

B mus. Pluris enim putans ouium ſalutem quàm otium, deſerens exercitij ſui ſolitariam caſulam, ſudores tulit paſtorales. Huius quanta uirtutis fuerit o/pulentia, in præſentia commemorare ſuperuacuum fuerit, cum alibi explica uerimus, unum tamen factum illius in primis conueniens narrationi no/ſtræ recenſebimus.

Cap. XXVI

AD Aquilonem regiam præterfluit fluuius Orontes, ad auſtrum ue/ro ingens porticus cum duplici culmine coniungitur cum mœnibus urbis, incluſa utraq; à parte altiſsimis turribus. At inter regiam & flumen lata regio eſt, qua exitus pater urbanis illam per portam ad agros ſuburba/nos. Illa forte tranſibat in hoſtile gymnaſium admirabilis Aphraates ad conſuetam curationem ouium: quem cum uidiſſet de regia porticu deſpe/ctans Imperator indutum cucullum, & concitato gradu utentem, cum eſ/ſet in ultima ſenectute, dixiſſetq; forte unus, hic eſt Aphraates de quo to/tius urbis multitudo pendet, percontatur eum quò iret: cui ille ſapienter ac commode reſpondit: Oratum eo pro imperio tuo. Id, Imperator inquit, do mi remanentem ſecundum ſolitariæ uitæ leges facere par fuerat. Tum diui/nus ille uir, Recte, inquit, loquere Imperator, & facere hoc debebã, & hacte nus facere non deſtiti, donec in pace fuere ſaluatoris oues: nunc ita illis tur/batis & in diſcrimen ingens adductis, ne à feris beſtijs diripiantur, ipſa adi/git neceſsitas omnem ad pecudum ſalutẽ affectare uiã. Nam dic mihi ob/ſecro imperator, ſi uirgo eſſem intus in thalamo deſidens cuſtos ædiũ, ſicq;

cernerem flammam exortam depopulari paternas ædes: quid me igitur ta A lem uirginem facere conueniebat? Intus ne deſidentem negligere domus incendium & operiri dum flamma inualeſceret? an potius deſerto thalamo diſcurrere ſurſum ac deorſum, aquam afferre, flammam reſtinguere? Nimirum hoc fieri oportere ais, officium enim uirginis prudentis & cordatæ. Atque id ego nunc imperator ago. Te enim iaculato in domum noſtram paternam, diſcurrimus undique cupidi extinguendi illius. Hæc Aphraate locuto, cum interminatione imperator obticuit. Sed unus cubicularius regius acrius interminatus diuino homini, talem caſum ſubijt: acceperat in mandatis, ut balneum pararet: hoc igitur tum facturus diſcedit. Balneum autem ingreſſus ſubito mente captus in feruentem nihilque temperatam aquam inſiluit, ac interijt. Cum autem ſederet imperator præſtolabundus dum ille nuntiaret eundi in balneum tempus, longaque interiecta mora eſſet, mittit alios qui cauſſam cognoſcerent cunctationis: qui ingreſsi omnibus luſtratis locis reperiunt eum in mera feruente aqua mortuum, & in feruore diffluentē: quo indicato imperatori cognouere ſuim orationis Aphraatis: non tamen reliquere dogmatis impietatem, ſed obdurauerunt ad exemplum Pharaonis cor ſuum. Illeque attonitus, miraculo ſancti uiri cognito, contra pietatem exercere rabiem ſuam perrexit. Cap. XXVII

EOdem tempore celebris ille Iulianus, cuius & ſupra mentio facta eſt, B deſerta relinquere loca, & Antiochiam ſe conferre compellitur. Cum enim mendaciorum alumni, & calumniarū texendarum miri artifices, patres inquam Arianæ, diuulgarent uirum illum ſecum facere: lumina ueritatis Flauianus Diodorusque & Aphraates, Acacium athletam uirtutis, qui ſapientiſsime poſtea rexit Berrœenſem eccleſiam, miſere ad laudatiſsimum illum uirum obſecrantes, ut milium hominum eum miſereret, & ut aduerſariorum mendaciloquentiam refutare, ueritatisque præconia confirmare uellet. Huius miracula dum abit ac reuertitur inque etiam maxima urbe facta in hiſtoria noſtra Philotheo perſcripta ſunt, quam adire cuiuis qui illa cognoſcere uolet, in promptu eſt. Verum illius opera totam multitudinē ad noſtros cœtus tranſiiſſe, nemo, qui rerum humanarum naturas tenet, dubitauerit: præter opinionem enim quæ accidunt, ſua omnes ad ſe nouitate trahere ſolent. Magnitudinis autem miraculorum factorum ab illo teſtes etiam ſunt hoſtes ueritatis. Idem ante hæc tempora regnante Conſtantio fecerat Alexandriæ Antonius ille egregius: deſertis enim ſolitarijs locis totam obambulabat urbem illam, docens omnes præconem eſſe ueritatis Athanaſium: quodque ueritati aduerſaretur factio Ariana. Ita nouerant diuini illi homines omnibus temporibus cōuenientes accomodare actiones, ſciebantque quando quieti indulgendum, & quando ſolitariæ uitæ urbana anteferenda eſſet. Cap. XXVIII

Fuere

A FVere & alij illis tēporibus qui emitterent ſolitariæ uitæ radios. In ſolis locis Chalcidēſium Auitus, Marcianus, Abraames, & alij quos numero cōprehendere difficile eſt, qui cum his corruptibilibus corporibus incorruptibilem uitam meditabant: Apamienſium in regione Agapetus, Simeones, Paulus, & ad philoſophiæ culmen tendētes: apud Cyreſtēſes uero laudatiſsimus Acepſemas in cōclaui abditus, ſexaginta ita annos confecerat: cū interea neq; loqueret cum ullo, neq; à quoquam cōſpiceretur. At Zeugmatius admirabilis, quamuis eſſet luminibus priuatus, tamen circumibat confirmans oues & repugnans lupis: atq; eam ob rē caſulam ubi philoſophās in religione deliteſceret, illi incenderunt: quam dux Traianus reſtituit, & ipſum omni alia cura complexus eſt. Antiochiæ fuere Marianus, Euſebius, Ammianus, Palladius, Simeones, Abraames & inſuper alij, qui diuinā imaginem ſynceram conſeruarent. Sed nos cum horum tum illorum uitam deſcripſimus. Etiam mons appoſitus maximę urbi amœnitate quadam prætenſi renidebat. Ibi eñ enituit Petrus Galata, & alter huic cognominis Aegyptius, itemq; Romanus, Seuerus, Zeno, Moſes, Malchus, atq; alij plurimi uulgo quidem ignoti, ſed noti Deo. Cap. XXIX

TVm & admirabilis Ephrem Edeſſæ, Alexandriæ uero Didymus excelluit libris æditis aduerſus hoſtes ueritatis dogmatum. Vtebatur ille B quidem lingua Syriaca qua radios gratię ſpiritales explicabat. Cumq; Gręcas diſciplinas non deguſtaſſet, tamen & multifidos Græcorum errores reprehendere, & detegere omnium ſectarum malitioſam imbecillitatem poterat. Idem cum Harmonius Bardeſanis filius olim carmina quædam compoſuiſſet, quibus impietate modorum ſuauitate temperata, audiētes demulcerentur & captarētur ad perniciem, aſſumpta compoſitione eadem modorum incluſit pietatem, & audientibus gratiſsimum optimumq; remedium obtulit. His carminibus nunc quoq; lętiora redduntur feſta conſecutorum palmas martyrum. Didymus à puero oculorum ſenſu priuatus diſciplinis Poeticis ac Rhetoricis inſtructus fuerat, perceperatq; auribus Arithmetices, Geometriæ, Aſtronomiæ præcepta, nec non ſyllogiſmos Ariſtotelis & Platonis facundiam: non quaſi illis ueritas doceretur, ſed quòd arma eſſent hæc quædam ueritatis contra mendacium. Sacræ autem ſcripturæ cognouerat, non ſolum ille literas, ſed etiā ſententias. Inter cultores igitur philoſophiæ religioſæ, & ſtudioſos uirtutis, illis hi quos memorauimus temporibus illuſtres fuere. Cap. XXX

SEd Epiſcoporū emicuere maxime duo Gregorij, Naziāzenus & Nyſſæus: quorum hic frater ille contubernalis ac ſocius fuit magni Baſilij. His in Cappadocia propugnantibus ueritatem & præclare rem gerentibus, acceſsit & Petrus eoſdem cum Gregorio ac Baſilio ſortitus parentes, ſed externis diſciplinis ut illi, non inſtitutus, pariter tamen uitæ radios emittens

tens. In Piſidia Optimus, in Lycaonia Amphilochius ſtrenue uerſabantur in acie, decꝙ fide paterna hoſtiũ impetus repellebant. At in occidẽte Romæ Damaſus, Mediolani Ambroſius præſul, longe etiã remotos ſagittis immiſsis cõfigebãt: inter quos & relegati in ultima terrarũ loca, ſcriptis ſuis corroborabãt ſuos, & hoſtes refellebant. Excitauit enĩ tũ moderator huius uniuerſitatis, gubernatores qui ſufficere in tanta fluctuatione poſſent, & in curſionis hoſtilis magnitudini, uirtutẽ ducũ oppoſuit, optimacꝙ difficilimis temporibus peſtilenttę remedia largitus: necꝙ hac ſolũ prouidentia eccleſias benignus dominus, ſed alijs etiã curis complexus eſt. Cap. XXXI

NAm extimulata ad bellum gente Gothica, in Boſporum abſtraxit illum qui aduerſus pietatem bella tãtum gerere didiciſſet. Tum uecors demum ille animaduerſa imbecillitate uirium ſuarum, miſit ad fratrem qui exercitum peterent. Cui reſpondit frater, impium uideri facinus auxilium ferre bellum gerenti aduerſum Deum, meritocꝙ audaciam huiuſmodi compeſcendam eſſe. Hæc infelicem iſtum triſtitia compleuerunt: ſed audere tamen adoriricꝙ pietatem non deſtitit. Cap. XXXII

REuerſo enim Terentio ex Armenia, ubi trophea fixiſſet (erat aũt dux uirtute clarus, & ornatus pietate) dat optionẽ illi Valens, ut petat donũ quodcuncꝙ uoluerit. Cuius petitio fuit digna pietatis alumno: petijt enim non aurum, non argentũ, non agros, non præfecturã, non ædes, ſed unam eccleſiam quæ concederetur pericula pro apoſtolica doctrina ſufferentibus. Valens aũt accepto ſupplicationis libello, & petitione cognita, indignatus illum diſcindit, iubetcꝙ alia quæuis optare. Sed Terentius collectis particulis, accepi, inquit, habeocꝙ Imperator à te donum necꝙ aliud petiturus ſum: quid uero ego ſpectarim iudicet huius uniuerſitatis iudex. Verum traiecto Boſporo cum in Thraciã Valens ueniſſet, Conſtantinopoli diutiſsime moratus belli gerendi rationes inibat. Cap. XXXIII

INterea Traianum ducẽ cum exercitu aduerſus barbaros mittit. Qui cum uictus reuerſus eſſet conuitia illi Imperator facere & exprobare mollitiam ac timiditatem. Tum ille libere ut uirum fortem decebat, non ego ſum uictus, inquit, ſed tu uictoriam corrumpis Imperator, qui aduerſus Deum aciem inſtruis & fortunam belli concilias barbaris. Quia enim tu bello proſequeris eum, tranſit ad barbaros, quem & uictoria ſequit̃ conſequunt̃cꝙ eam Deo duci parentes. An te fugit quos eccleſiis exegeris & quib. illas cõmiſeris? Hæc ita ſe habere affirmabant & alij duces Arintheus ac Victor, petebantcꝙ ab Imperatore ne ſuccenſeret reprehenſionibus cõiunctis cum ueritate. Cap. XXXIIII

FErunt & Iſaacem qui ibi haberet caſulam ſolitariam, cum uidiſſet Valentem ipſum in expeditionem exercitum ducere, cum clamore tali oratione uſum: Imperator quo proficiſcere, bello ſuſcepto aduerſus deum, illiusꝙ auxilio

A uſq; auxilio deſtitutus. Ille & barbaros in te extimulauit: nam & tu contra ipſum multorum ad blaſphemiam linguas exacuiſti, & ex diuinis ædibus eieciſti laudatores illius. Proinde tu pugnare deſine, & deus bellum ſopiet. Redde gregibus optimos paſtores, continget'q; abſq; labore tibi uictoria: ſin omnibus his neglectis perrexeris ad prælium, experiere re ipſa quàm ſit durũ cõtra ſtimulos calcitrare. Neq; enim reuertere ipſe, & inſuper exercitũ amittes. Tũ iratus Imperator, & reuertar, inquit, & occidã te, ſuppliciumq; exigã mendacis uaticinij tui. At ille nequaquã minis territus, clamans, occide, inquit, ſi deprehenderis in oratione mea mendacium. Cap. XXXV

SEd & Britannio uaria uirtute clarus, cuius curæ cõmiſſa eſſet omniũ Scythię eccleſiarũ gubernatio, feruore accendit animũ ſuum, & corruptionẽ dogmatis, inq; ſanctos ſcelera Valentis coarguit, & cũ diuiniſſimo Dauide clamabat: Loquebar in teſtimonijs tuis corã regibus & non confundebar. Sed Valẽs optimis illis cõſiliarijs ſpretis, inſtructas copias aduerſus hoſtes mittit, ipſe remanẽs in quodã uico expectabat uictoriã. Milites uero cũ Barbarorũ impetũ ferre non poſſent, in fugã uertuntur, quos celeritate ſumma fugientes, præcipites agebant Barbari ac concidebant. Cap. XXXVI

CAptumq; uicum in quo, cognita clade ſuorũ, Valens occultare ſe conabatur, igne immiſſo atq; unà illum aduerſarium pietatis concremant.

B Hanc pœnam dedit Valens ſcelerum ſuorum, hac etiã in uita. Sed ego operæpretium facturus mihi uideor ſi narrauero ignorantibus quomodo Ariani morbi contagium ad barbaros peruenerit. Cap. XXXVII

QVo tempore tranſgreſſi Iſtrum, fœdus illi cũ Valente fecerunt: aderat illi tum Eudoxius ille abominabilis, qui Imperatori conſuluit ut adduceret Gothos ad cõmunitatem ſuã: ante enim radijs diuinæ cognitionis illuſtrati paſcebantur dogmatis apoſtolicis. Dixit aũt Eudoxius coniunctione ſententiæ firmiorẽ pacem futurã eſſe. Quod cũ probaſſet Imperatori, propoſuit ille ducibus Gothorũ hanc uoluntatẽ ſuam conſentiẽdi in dogmate. At illi negarũt ſe à paterna doctrina diſceſſuros eſſe. Tum Vlphila erat epiſcopus Gothorũ, qui fide & autoritate apud illos plurimũ poterat, cuiusq; dicta pro certiſſimis habebant legibus: eum Eudoxius cum orationis blanditijs, tum pecuniæ illecebris adduxit, ut ſibi barbaris probandam Imperatoris cõmunitatẽ ſumeret. Adduxit aũt ita potiſſimum, quòd diceret iſtam contentionẽ ab ambitione exortam, re autem uera in dogmatis nullam eſſe differentiam. Itaq; hodie quoq; Gothi maiorem patrem filio aſſerunt, creaturam autem dicere filium non ſuſtinent, quamuis ab ijs qui dicunt, ſe non abducant: non tamen penitus à paterna doctrina receſſere. Nàm & Vlphila qui perſuaderet communitatem illis cum Imperatore & Eudoxio ineundam, non dogmatum differentiam, ſed inanibus de contentionibus exortum diſſidium memorauerat.

ECCLESIASTICAE HISTORIAE THEODORITI EPISCOPI CYRENSIS LIBER QVINTVS. A

CAPVT I.

QVAM diuturno tempore rabiẽ aduerſus ſe ferre dominus deus, & quo ſupplicio afficere ſoleat eos qui non recte utuntur patientia diuina, planè docent actiones Valentis, quęq; illas tandẽ conſecuta ſunt. Benignus enim dominus, quaſi menſura quadã ac trutina miſericordiæ & iuſtitiæ utens, ubi intellexerit magnitudinẽ ſcelerum ſuperare menſurã benignitatis: tũ iuſta animaduerſione ulteriores progreſſiones coercet. Ac Gratianus quidẽ Valentiniani filius cuius pater habuiſſet Valentẽ fratrem, toto imperio Romanorũ potitus eſt. Is iam pridem ſceptra tenebat Europæ patris mortui loco, cuius & uiuentis ſocius imperij fuerat. Tũ uero & Aſia acceſſit, & reliquæ Libyæ partes cum Valens ſine liberis interemptus deceſſiſſet.

Caput II

MOx autem pietatẽ ſuam manifeſtiorem reddidit, & primitias imperij obtulit deo. Legem enim tulit qua expulſi paſtores ſuis quiq; gregibus reſtituerentur, quaq; traderentur ædes ſacræ cõmunicatoribus Dama- B
ſi. (Is erat epiſcopus Romæ uita laudabili conſpicuus, quiq; ſibi dicenda faciendaq; omnia pro apoſtolicis dogmatis ſtatueret, eccleſiæ illius curam poſt Liberium ſortitus) huius legis executionẽ celeberr. temporis iſtius duci Saporæ cõmiſit, iuſſitq; præcones Arianæ blaſphemiæ quaſi feras beſtias ſacris ædibus pelli, & reſtitui illas optimis paſtoribus & diuino gregi. Hoc in toto orbe terrarũ ſimpliciter peracto, Antiochiæ quæ eſt primaria urbs orientis, huiuſmodi quædam contentio extitit.

Caput III

BIfariam, ut ante quoq; diximus, ſeparati fuerant propugnatores apoſtolicorum dogmatũ: horum una pars ſtatim poſt intentatas magno Euſtathio inſidias, exoſi Arianam improbitatem, & ſecum ipſi conuentus agentes, præſulem habebant Paulinum. Altera poſt creationem Euzoij ſeparati cum eximio Meletio ab impijs, & uerſantes inter ea quæ memorauimus diſcrimina, Meletij ſapientiſſimi doctrina regebantur: præter hos tertium caput factioni ſe præbuit Apollinaris Laodicenſis, qui induta pietatis perſona, cum in opinione eſſet, quaſi apoſtolica dogmata tueretur, non ita diu poſt manifeſtum ſe hoſtem eſſe illorum oſtendit. Nam & de natura diuina oratione utebatur peruerſa, qui produceret gradus quoſdam dignitatum: & diſpenſationis arcanum imperfectum facere auſus eſt, & rationalem animam, cui corporis gubernatio committitur, ſaluationis opere priuauit

uauit

A uauit affectione ſua. Nam ſi illam non accepit Deus uerbum, ut hic docet, neq; medicinam ei fecit, neq; honorem impertijt. Itaq; terrenum quidem corpus ab inuiſibilibus potentijs adoratur. Anima uero perfecta ad imaginem dei infra manſit, concluſa peccati probro. Ad hæc alia multa congerebat animo errabundo ac cæcutiente. Nunc enim fatebatur, accepiſſe uerbũ Deum carnem à ſancta uirgine: nũc aiebat illam cœlitus fuiſſe attributam: nunc factum eſſe ipſum carnem, ſed noſtri nihil aſſumpſiſſe. Sed & alias nugas ac fabulas agglutinabat promiſſionibus diuinis, quas in præſentia recenſere ſuperuacuum putaui. Sed hac ille doctrina, non ſolum ſuos corrupit, uerum noſtrum quoq; nonnullos labefecit. Poſtea enim cum cernerent paruitatem ſuam & ſplendorem eccleſiæ, coniuncti ſunt omnes, præter admodum paucos, cum eccleſia, & communitatem illius obtinuere: neq; tamen priſtino morbo liberati, multos ſanos quoque contagio iſto infecerunt. De hac radice germinauit illa in eccleſijs unitas naturæ carnis ac deitatis: Itemq; hoc, annectere deitati paſſionem unigeniti, & alia de quibus populorum ſacerdotumq; pugnæ extitere: quæ ſequentibus temporibus accidere. Tum uero Antiochiam ingreſſo Sapore duce, cum eſſet propoſita lex Imperatoris, aſſeuerare Paulinus ſe partium eſſe Damaſi, aſſeuerare & Apollinaris, qui morbum ſuum tegeret: diuus autem Melitius tuebatur B orium, neq; illorum cõtentionibus implicabatur. Flauianus uero ille ſapientiſsimus adhuc presbyter, primum conuerſus ad Paulinum, audiente duce, ſi inquit, amice, Damaſi cõmunitate gaudes, fac nobis probes dogmatum coniunctionem: nam ille in confeſſione unius eſſentiæ, tres ſubſtantias de trinitate manifeſte prædicat. At tu contra ſubſtantiarum tollis trinitatem. Quare doce nos conſenſionem dogmatum & eccleſias poſſide, ut lex iubet. Qua confutatione cum os illi obturaſſet, Apollinarem mirari ſe ait, ita impudenter repugnare ueritati, cui eſſet perſpectum, aſſerere admirabilẽ Damaſum integrã naturam noſtram aſſumpſiſſe uerbum Deum, quibus ipſe ſemper contraria doceret. Noſtram enim mentem ſalute, inquit, priuas. Quæ ſi falſa accuſatio eſt, at tu nunc ſaltem denega partum hunc nouationis tuæ, & amplectere doctrinam Damaſi, diuinasq; obtine ædes. Sapientiſſimus igitur Flauianus ueritate orationis compeſcuit audaciam illorum. Sed Meletius mitiſſimus omnium mortalium, blande placideq; appellato Paulino: quoniam me quoq;, inquit, gregis huius dominus cuſtodiæ præfecit ouium, & tibi aliæ ſunt commiſſæ, cum ſit inter pecudes pietatis communitas, iungamus amice caulas, & ſoluamus contentionem magiſterij, communiterq; in paſcua agentes eius oues cõmuniter curemus. ſin ſolium ipſum intercedit concordiæ, remouere & hanc contentionẽ conabor. Nam ubi ego in illo diuinum collocauero euangelium, utrinq; aſſideamus uterq;. Quod ſi prior uita ego defunctus fuero, eſto ſolus tu amice, magiſter ouium. Sin

um. Sin tibi priori hoc acciderit, curã ego tum pro uirili mea geſturus ſum
gregis. Hæc illius ut blanda placidaq́ dicta Paulino non probantur, dux A
igitur diiudicata cauſa Magno Meletio eccleſias cõmendauit, at Paulinus
retinuit iam olim ſeiunctarum ouium magiſterium. Caput IIII

VErum Apollinaris reiectus à præſulatu deinceps manifeſte nouita-
tem doctrinæ ſuæ profiteri, & ducem ſe eius ſectæ conſtituere. Mora
batur autem ferè Laodiciæ, Antiochiæ tamen iam ante conſecrarat Vita-
lem honeſtate uitæ conſpicuum, & alumnum dogmatum apoſtolicorum,
ſed quem hic poſtea morbus corripuerit. At diuus Meletius Diodorum il-
lum cuius ante facta eſt mẽtio qui grauiſſima in fluctuatione eccleſiæ quon
dam nauigium indemerſum ſeruaſſet, paſtorem præfecit Tarſenſibus com
miſſa curæ ipſius gente Cilicum: Apamiam uero miſit qui pontificali mune
re fungeretur Ioannem, claro quidem illum ortum genere, ſed ſua magis
quàm maiorum uirtute illuſtrem: perinde enim erat eruditione atq; mori
bus excultus. Is tempeſtatis ſuperiore tempore rexerat conuentum concor-
dantium ſecum in fide, uſus ſocio operis laudatiſsimo Stephano: quem ad
alios labores miſit diuus Meletius. Cum enim cognouiſſet Germaniciam
peſte Eudoxij eſſe corruptam, hunc illis ſanaturũ malum dedit medicum.
Omnes Grӕcas artes didicerat, & in diuinis dogmatis fuerat enutritus. Ne-
que ſpes eum hæc fruſtrata eſt, uſus enim Stephanus ſpiritali doctrina lu- B
pos in oues transformauit. At magnus Euſebius reuerſus de exilio, celebris
famæ Acaciũ præfecit Berrœę, Hierapoli Theodotum, cuius philoſophiæ
religioſe ſtudium nũc quoq; decantatur ab omnibus, Chalcidi Euſebium,
Cyrenſibus noſtris Iſidorũ, utrunq; admiratione dignum & diuino feruo-
re conſpicuum. Eundem ferunt & Eulogium illum propugnatorem Apo-
ſtolicorum dogmatũ, & Antinonem cum Protogene pulſum, epiſcopum
Edeſſæ conſtituiſſe, Barſe iam illo diuino uita defuncto: qui ſuorum labo-
rum ſocium Protogenem, Carrenſium male affectæ ciuitati medicum de-
pulſorem mali dedit. Vltimum epiſcopum Maren creauit diuus Euſebius
Dolichę: oppidum hoc paruum, & tum Ariano morbo contactum fuerat.
Volens autem ipſe Marem uirum laudatiſſimum & multis generibus uirtu
tum ſplendentem in ſacerdotali collocare ſolio, Dolicham uenit: introeun-
tis autem oppidum in caput mulier quædam Ariana peſte plena tegulam
deiecit, qua illo comminuto, paulo poſt in meliorẽ uitam eſt trãslatus: cum
autem eſſet uicinus morti, iureiurando aſtrictos ſibi qui aderant promitte-
re coegit, non daturam illam mulierem pœnas facti ſui, imitatus dominum
ſuum qui de crucifixoribus ſuis ita dixiſſet: Pater remitte illis, ignorãt enim
quid agant: itemq; cõſeruum Stephanum inter largum ſaxorum imbrem
clamantem, Domine ne fixum ſit iſtis hoc peccatum. Talis finis poſt ua-
rios labores magnũ Euſebium excepit, quiq; Thraciæ barbaros effugerat,
hæretico-

A hæreticorum impias manus effugere nõ potuit, ſed illis nectentibus marty rij corona redimitus eſt. Atq; hæc poſt epiſcoporũ reuerſionem accidere. Sed Gratianus poſtquam comperit uaſtari Thraciã ab inflãmatoribus Valentis Barbaris, relicta Italia in Pannoniam proficiſcitur. Cap. V

Illis temporibus Theodoſius cum maiorum ſuorum nobilitate tum uirtute ſua ſumma erat nominis claritate, eamq; ob cauſam cum impeteretur inuidia ordinis ſui, in Hiſpanias ſe contulerat, ubi & genitus & educatus fuerat. Inops igitur conſilij Imperator, cum Barbari elati uictoria & eſſent & uiderentur inſuperabiles, tandem ducatu Theodoſij mala ſolutum iri ſperauit. Statim ergo illum ex Hiſpanijs accerſitum ducem creat, & ad bellum cum coactis copijs mittit, qui fide munitus magna fiducia proficiſcitur, & ingreſſus Thraciam conſpectisq; occurrentibus Barbaris ſuorum aciem ad prælium inſtruit. Cumq; conflixiſſent Barbari uim horum nõ tulere, ſed loco deſerto in fugam uerſi ſunt: quos fugientes præcipites Romani inſequuntur, magnaq; ſtrages fit Barbarorum, cum non modo ab hoſtibus cæderentur, ſed mutuis etiam cædibus caderẽt. Atq; ita maxima parte Barbarorum interfecta, paucisq; qui ſe ſubducere potuiſſent, Iſtrum tranſgreſſis, mox opt dux diſperſo in uicinis urbibus exercitu, ipſe celeri curſu ad Imperatorem Gratianum uenit, futurus nuntius trophæorumſuorũ. Cæterum ne imperatori quidem perculſo rerũ magnitudine uera eſſe quæ narraret uidebantur, & qui inuidia præſtringebantur, fuga illum elapſum & exercitum amiſſum eſſe aiebant. Tum eos ipſos ſuos aduerſarios petijt Theodoſius mitti qui corãm cognoſcerent Barbarorũ cęſorum multitudinẽ: eorum enim numerũ facile ſpolia demonſtratura eſſe. Hac probata oratione miſit imperator uiſuros nunciaturosq; res geſtas. Caput VI

B [margin letter at "rum ne imperatori"]

Sed ipſe dux optimus cum apud imperatorem remanſiſſet admirabile quoddam uiſum conſpexit, & planè ab omnipotente exhibitum Deo. Videbatur enim uidere diuum Meletium præſulem Antiochenorum paludamentum ſibi imperatorium induere, & ſimiliter coronam imponere capiti. Quod conſpicatus noctu mane narrauit uni ex familiaribus, qui planum eſſe dixit ſomnium, neq; habere obſcuri ambigui'ue quicquam. Ac poſt paucos quidem dies reuertuntur inſpectores rerum geſtarum, & nunciant multa confecta Barbarorum milia: ita his probatis imperator eum, ut præſtantiſſimum ducem, Imperatorem deſignauit, tradiditq; ei ſceptra Valentis regni, ipſeq; in Italiam reuerſus ad commiſſum eum principatum ablegat. Imperio igitur ſuſcepto ante alia eccleſiarum concordię curam complexus eſt, ſuæq; ditionis omnibus, ut Conſtantinopolim uenirent denunciari fecit. Erat autem ſolus oriens refertus Ariana peſte, cum occidens ab hac ſemper liber fuiſſet. Nam Conſtantinus maximus natu filiorum Conſtantini, & minimus Conſtans, paternam ſeruauerant inuiolatam fidem.

rurſumq; Valentinianus imperator occidentis integram pietatem cuſtodi/
uit. Caput VII. A

AT plaga orientalis hac multifariã labe contaminata fuit. Nam Arius cum eſſet Alexandriæ in Aegypto presbyter, hanc ibi blaſphemiam conſeuit, quæ ſcelerate iacta ſemina fouere, Euſebius, Patrophilus & Actius Paleſtini, & Paulinus ac Gregorius Phœnices. Et Theodotus Laodicenſis cumq; eo Georgius: itemq; Athanaſius ac Narciſſus Cilices, tum longo tempore ſtudioſe rigarunt coluerúntq; zizaniorũ ſatum Euſebius Theogoniusq; Bithyni, Menophantus Epheſius, Theodotius Perinthius, Mares Chalcedonenſis, & alij quidam Thraces ſola improbitate nobiles: quibus agricolis ſcelerum acceſſit & Conſtantij facilitas, & malitia Valentis. Eam igitur ob rem ſui tantum regni Epiſcopos Conſtantinopoli conuenire iuſſit. Quibus coactis numero centum quinquaginta, indicari ſibi Magnum Meletium uetuit, quod cuperet illum de ſomnij uiſo agnoſcere: cumq; in regia adeſſet omnium Epiſcoporum concilium, alijs neglectis ad Meletium ſolum Imperator accurrit, & tanquam amans patris filius, longo poſt tempore fructu paterni aſpectus percepto, cõplexus illum, oſculabatur, oculos, labra, pectus, caput, & coronatricem dextram, expoſuitq; ſui ſomnij uiſum. blande autem & cunctis alijs appellatis, ut de propoſitis rebus ueluti patres conſulerent in medium hortatus eſt. Caput VIII B

DEgebat tum Conſtantinopoli ille qui tandem paſtor fuit Nazianzi, & Arianæ ſeſe opponebat blaſphemiæ, diuinumq; populum Euangelica doctrina rigabat, aberrantes à caula oues reducens & annectens à uenenato pabulo, itaq; gregem illum ex modico fecit copioſum. Hoc uiſo conſiderataq; uoluntate autorum canonis, qui præciſuri ambitionem honorum, traductiones prohibuerant, Meletius diuiniſſimi Gregorij præſulatum Conſtantinopolitanum confirmauit: neq; diu poſt diuus Meletius ad uitam expertem doloris tranſijt, omniumq; eruditorum funebrium laudationum ornamenta conſecutus eſt. Verum Timotheus epiſcopus Alexandrinus qui Petro Athanaſij præſulatus hæredi ſucceſſerat, in locum admirabilis Gregorij quendam Maximum ſubſtituit Cynicum ſubitò detonſis cynicis illius pilis. Erat is & Apollinaris ueſania refertus, cuius tamen facti abſurditatem qui tum conuenerant non tulere, homines admiratione digni & feruore ſapientiaq; diuina pleni, Helladius qui poſt magnum Baſilium præſulatum inierat, Gregoriusq; ac Petrus eoſdem cum Baſilio parentes ſortiti, quiq; Lycaonibus præerat Amphilochius, & optimus Piſidarũ Ciliciumq; antiſtes Diodorus. Cum his erat & Pelagius Laodicenſis, & Eulogius Edeſſanus, & Acacius & noſter Iſidorus, & Cyrillus Hieroſolymitanus, & Gelaſius Cæſarienſis Palæſtinus, eruditione ac uita clarus, alijq; plurimi athletæ uirtutis. Hi tunc uniuerſi ſeparati ab Aegyptijs cũ magno Gregorio

A gorio ſolennes conuentus ſacrorũ celebrabant. At diuus Gregorius horta batur concilium, ut congregati propter concordiam, mutuum conſenſum unius iniuria potiorem ducerent: nam & ego, inquit, ad gratiſſimam mihi quietem liberatus multis curis rediero: & uos poſt longum & durum bellum deſideratiſſimam pacem receperitis. Quid enim abſurdius eſſe poſſit, quàm declinatis hoſtium telis, conuerti nos ad mutuas incurſiones, illiſq; ui res noſtras abſumi, aut quæ maior lætitia aduerſarijs contigerit. Proinde quærite aliquem dignum laude uirum, intelligentia ea præditum, ut & committi ei multitudo & ab ipſo recte inſtitui poſſe uideatur, atq; hunc ad præſularem dignitatem prouehite. Huic monitioni optimi paſtores obſecuti, Nectarium patricium generis nobilitate clarum, & omni uirtutum genere illuſtrẽ, Epiſcopum maximæ urbi præfecerũt, Maximumq; ut participem dementiæ Apollinaris ſpoliatum dignitate Pontificali abdicarunt. Tum regulis conſcriptis eccleſiaſticis honeſtatis, & confirmata Nicææ expoſita fide, in patriam quiſq; ſuam reuertitur. Sed ſecuta æſtate eodem plurimi retrahentibus eccleſiaſticis negocijs rediere, & allatas ab occidentalibus Epiſcopis ſynodicas literas accepere, quibus inuitabantur, ut Romam ad maximam quæ ibi cogeretur ſynodum, uenire uellẽt. Qui quidẽ profectionis ut inutilis petita uenia, reſponſione ſua tempeſtates quæ excitarentur in eccle-

B ſijs ſignificauerunt: ſubnotauerũt & ipſorum negligentiã, deniq; Apoſtoli cam mentem illa expreſſerunt. Sed melius ſcribentium uirtutem ac ſapientiam ipſæ literæ declarabunt. Caput IX

DOminis reuerendiſſimis & pijſſimis fratribus ac collegis Damaſo, Ambroſio, Brittoni, Valeriano, Acholio, Anemio, Baſilio, & cæteris ſanctis epiſcopis in magna urbe Roma coactis, ſynodus ſancta Epiſcoporum orthodoxorũ, qui cõuenere in magna urbe Conſtantinopoli, in domino ſalutẽ. Demõſtrare pietati ueſtræ tanquã ignorãtibus, & exponere magnitudinẽ malorum, quæ ab Ariano furore ſuſtinuimus, ſuperuacuũ uidetur. Neq; enim ita parui pietatẽ ueſtram pẽdere arbitramur res noſtras, ut quibus miſericordia debeatur eorum nunc primum cognitionẽ requiratis: nec cum ijs tempeſtatibus ſumus conflictati, quæ propter paruitatem occultæ eſſe poſſint. Recens eſt & ipſum perſecutionis tẽpus & memoriæ adhuc obſtrepentis, nõ ſolum ijs qui tulere, ſed etiam quos illa propria eſſe ob charitatem ducere oporteat. Nam heri, ut ita loquamur, ac nudiuſtertius, aliqui uinculis exilij ſoluti poſt mille afflictiones rediere ad eccleſias ſuas: aliquorũ in exilio mortuorũ relatæ ſunt reliquiæ, aliqui etiã decurſo ſpatio exilij adhuc bullientẽ in furorẽ hæreticorũ incidere, grauioraq; paſſi domi q̃ foris, lapidibus obruti, ut beatus quondam Stephanus, oppetiere mortẽ, aliqui uarijs lacerati modis adhuc ferũt ſtigmata Chriſti ac uibices in corporibus ſuis. Pecuniæ uero damna, & ciuitatum multas: tum ſingulatim publicatio-

nes bonorum,inſidias,cõtumelias,carceres,nemo enim omniũ enumeraue- A
rit. Cunctæ enim certe afflictiones in nos accumulatæ ſunt incomprehenſi
biles numero,fortaſſe meritos peccatorũ noſtrorum hanc pœnã,fortaſſe e-
tiam quos benignus Deus exercitare magnitudine malorũ uellet. Deo qui-
dem gratias agimus cum tãtis in afflictionibus erudiuit ſeruos ſuos, nosq́
pro magnitudine miſerationũ ſuarum, deduxit ad refrigerium. Ad inſtau-
rationem ſanè eccleſiarum ſedulitate multa longoq́ tempore opus fuit, ut
quaſi ex diuturno morbo paulatim recrearetur eccleſiæ corpus cura ac medi
catione noſtra,atq́ ita priſtinam pietatis ſanitatẽ recuperaret. Quamuis e-
nim uehementia maxime perſecutionum liberati eſſe, & nunc ſero tandem
receptas ab hæreticis eccleſias reficere uideamur: tamen per nobis moleſti
ſunt lupi eiecti quidem caulis, ſed in ſaltibus diripientes gregem: dum con-
trarios nobis conuentus celebrare audent,concitatoq́ ſeditioſo uulgo nihil
intentatum ad detrimentum eccleſiarum relinquunt. Itaq́,ut diximus,occu
pari nos in his longiore tempore neceſſe habuimus: poſtquam autem uos
Romanam cogentes Dei uoluntate ſynodum, pro fraterna charitate, tan-
quam ueſtra membra nos quoq́ literis ſumma pietate Imperatoris accer-
ſiuiſtis,ne cum afflictionum ſupplicia nos ſoli perpeſſi ſimus,hoc in conſen
ſu Imperatorio de pietate, ſine nobis regnaretis, ſed haberetis nos regni, iu
xta Apoſtolicam uocem, ſocios, ſanè perquàm optauimus uniuerſi, ſi fie- B
ri poſſet, eccleſijs derelictis obſequi,ſiue deſiderio ſeu uſui præſenti. Quis e-
nim nobis det alas uelut columbę,ut ad uos deuolemus & uobiſcum acquie
ſcamus? Verum cum hac re penitus nudarentur eccleſiæ paulò ante renoua
ri cœptæ, neque omnino illa à quibuſdam præſtari ullo modo poſſet: con
curreramus enim Cõſtantinopolim ad ueſtræ reuerentiæ literas poſt Con
cilium Aquileienſe miſſas Theodoſio,pietate ſumma Imperatori,ad ſolam
peregrinationem hanc Conſtantinopolitanã parati,& requiſito tãtummo
do huius ſynodi conſenſu ab Epiſcopis,qui in ſuis prouincijs remanſiſſent,
cum longioris profectionis neq́ ſuſpicaremur futurũ,nec denuntiatum no
bis omnino prius eſſet opus quàm Cõſtantinopolim ueniſſemus. Cumq́
etiam præſtituti temporis anguſtia nõ modo ad longius iter opportunã in-
ſtructionem excluderet, ſed ne facere quidem certiores omnes cõmunican
tes in prouincijs Epiſcopos & eorum aſſenſionem obtinere pateretur, Hęc
igitur & alia huiuſmodi cum plurium aduentui obſtiterint, quod ſecũdum
fuit, quo rectius negotium perficeretur & ueſtræ charitati ſtudium noſtrũ
probaretur, fecimus ut reuerendiſſimos ac honorabiliſſ. fratres & collegas
noſtros Epiſcopos Cyriacum, Euſebium, Priſcianum, exoraremus, ut profi
ciſcendi ad uos laborem libenter ſubire uellent, per quos & declarari uobis
noſtra pacifica & ſpectãs unitatẽ uoluntas,& feruor pro ſanitate fidei oſten
di poterit. Nos enim ſiue perſecutiones ſeu afflictiones,necnon regias mi-
nas

A nas & crudelitates prætorias, denicꝫ quaſcunqꝫ tentationes ab hæreticis ſumus paſſi, ea omnia pro Euangelica Nicææ in Bithynia à trecentis decem & octo ſanctis Deoqꝫ plenis patribus confirmata fide ſuſtinuimus. Hæc & uobis & nobis & cunctis non peruertentibus uerbũ ueræ fidei æquum eſt pariter placere, qua uix tandem ſtabilita, antiquiſsima ipſa & conſentanea baptiſmati docemur credere in nomen patris & filij & ſancti ſpiritus: quippe quòd ſit Deitas potentiaqꝫ & eſſentia una patris & filij & ſancti ſpiritus: itemqꝫ æqualis dignitas & regnum coæternum in tribus perfectis ſubſtantijs ſeu perſpectis perſonis, ut neqꝫ Sabellij peſti locus detur, qua ſubſtãtiæ confundantur, hoc eſt proprietates tollantur: neqꝫ ualere poſſint blaſphemiæ Eunomianorum, Arianorum, & eorum qui ſpiritum oppugnant, à quibus eſſentia naturaqꝫ & Deitas ſcinditur, & introducitur in increatam coeſſentialem ac coæternam trinitatem, quædam poſterior ſiue creata ſeu diuerſientialis natura. Etiam doctrinam humanitatis domini indepravatam ſeruamus, neqꝫ animę, neqꝫ mentis expertem, nec imperfectam admittẽtes carnis officium ac curam, cum ſciamus Dei uerbum, quod perfectum eſſet ante ſecula, in his ultimis diebus propter ſalutem noſtram hominem factum eſſe. Quæ quidem ad fidem attinent, quam nos aperte prædicamus, hactenus ſummatim expoſuimus: quæ & ipſa maiore cum gaudio cognoſcere poteritis: ſi inſpicere Tomum ab Antiochena ſynodo editum dignati fueritis: itemqꝫ eum quem uniuerſalis nuper Conſtantinopolitana ſynodus expoſuit, ubi copioſius explanauimus confeſsionem fidei noſtræ, & anathematis ſententiam in recẽtes ſectarum nouationes ſcripto comprehenſam publicauimus. De cura autem adminiſtrationis ſingularum eccleſiarum ſcitis ueterem ſanctionem & definitionem Nicænorum patrum ſemper ualuiſſe, ut in una quaqꝫ prouincia, illius prouinciæ cultores aſſumptis etiam ſi uideatur finitimis, conferant eccleſiaſticos honores ijs quos utiliter geſturos eſſe cõfidant. Secundum hæc igitur & reliquas adminiſtrari apud nos ſcitote eccleſias, & ſacerdotes celeberrimarum eccleſiarum ſuſceptos eſſe. Vnde Cõſtantinopolitanæ recentis, ut ſic loquamur, eccleſiæ, quam non diu antè quaſi ex ore leonis hæreticorũ blaſphemijs per miſerationes Dei eripuimus, reuerẽdiſſimum & Dei amantiſſimum Nectarium Epiſcopum præpoſuimus in generali noſtro concilio, & præſente amantiſſimo Dei imperatore Theodoſio, cum omniũ clericorum ac totius ciuitatis approbatione. Eccleſiæ antiquiſſ. & planè apoſtolicæ Antiochiæ in Syria, ubi primum honorata Chriſtianorum appellatio extitit, canonice præfecerat cõuentus prouincialium & Diœceſeos orientalis, Epiſcopum reuerendiſſimum & amantiſſimum Dei Flauianum, aſſentiente tota eccleſia, & quaſi uno ore celebrante illum: quam creationẽ habuit ratam & communem ſynodi. Matris aũt omniũ eccleſiarũ Hieroſolymitanę reuerendiſſ. & Dei amantiſſ. Cyrillũ

Epiſco

Epiſcopũ eſſe uobis ſignificamus creatũ iam olim canonice à prouincialibus A
& diuerſis in locis multũ cum Arianis conflictatum: quibus à nobis legiti-
me ac canonice perfectis, ueſtram quoque pietatem delectari uolumus, cohi-
beri que ſpecialis charitatis & timoris dominici interceſſione omnẽ humanã
perturbationem, pluris que eccleſiarum ædificationem putare quàm erga ali-
quem priuatam uoluntatẽ aut gratiã. Hoc enim modo conſtituta doctrina
fidei, & confirmata Chriſtiana charitate inter nos, deſinemus illa damnata
ab apoſtolicis memorare, Ego quidem ſum Pauli, ego uero Apollo, ego ue-
ro Cephæ: ſed cuncti Chriſti manifeſte erimus, qui in nobis non ſit diuerſa
rum partium, & Deo uolente, corpus eccleſiæ indiſcerptum cõſeruabimus,
ut tandem ad tribunal domini cum fiducia ſiſtamur. HAEC aduerſus de-
mentiam Arij, Aetij, Eunomij, atque adeo Sabellij, Photini, Marcelli, Pau-
li que Samoſatenſis & Macedonij perſcripſere. Similiter & nouationẽ Apol
linaris planè abdicarunt, hac clauſula, Etiam doctrinam humanitatis domi
ni indeprauatam ſeruamus, neque animæ, neque mentis expertem, nec imper
fectam admittentes carnis officium ac curam. Sed & laudatiſſimus Dama-
ſus poſtquã hanc ſectam exortã cognouit: non ſolum Apollinarẽ, ſed etiã
Timotheũ diſcipulum ipſius exautoratos abdicauit. Ea que de re certiores fe
cit per literas orientis rectores Epiſcopos, quas utiliter narrationi inſerturus
eſſe mihi ſum uiſus. QVOD debitam reuerentiã apoſtolicæ ſedi ueſtra ha- B
bet charitas, uobis filij chariſſimi præſtatis ipſi plurimũ. Etſi enim in ſancta
maxime eccleſia, ubi ſanctus Apoſtolus ſedens docuit, nobis claui quem te
nendum accepimus officium incumbat, tamen inferiores tanto nos honore
eſſe confitemur: ſed ideo quomodocunque poſſumus damus operam, ut ad
gloriam beatitudinis ipſius peruenire ualeamus. Scitote igitur prophanum
illum Timotheũ diſcipulum Apollinaris hæretici, unà cum impio dogma-
ὅτι πάλαι te, iamdudum à uobis exautoratum, neque nos credere reliquias doctrinæ il
τὸν lius de cætero uſpiam ualituras eſſe. ſin ille ſerpens antiquus ſemel atque iterũ
καταπληχ- ictus ſuo quidem malo reuixerit, qui eiectus ex eccleſia quoſdam infideles
θὲς letiferis uenenis ſuis ſeducere conari non ceſſat: uos tamen iſtam tanquam
peſtilentiam refugite, memores fidei apoſtolicæ, illius potiſſimum quæ Ni-
cææ à patribus ſcripto expoſita eſt, & firmo in gradu fortiter ac immobiles
manete, néue patiamini audiri à clericis aut laicis ueſtris poſthac uaniloquia
& exoletas quęſtiones. Iam enim ſemel formam protulimus, ut qui ſe Chri
ſtianum profiteatur ſeruet ea quæ ab Apoſtolis tradita ſunt, cum dicat ſan
ctus Paulus: Si quis uobis annunciat aliud quàm accepiſtis anathema eſto.
NAM Chriſtus filius Dei dominus noſter humano generi per ſuã paſſio-
nem abſolutiſſimã contulit ſalutem, ut hominẽ totum à peccato occupatũ, à
toto peccato liberaret. Hunc ſi quis aut deitatis, aut humanitatis minus ha-
buiſſe dixerit, is plenus ſpiritu diabolico ſeſe gehẽnę eſſe filium prodit. Sed
quid

A quid à me quæri Timothei exautorationem opus eſt? cum hic iudicio ſolij Apoſtolici præſente & Petro Epiſcopo Alexādrinę urbis unà cū magiſtro Apollinari exautoratus fuerit, ſubiturus debita in die iudicij ſupplicia ac tormenta. Quod ſi aliquos ille leuiores adducit in ſententiā ſuā, retinetq́ ſpem quampiā, uera in Chriſtū ſpe una cū confeſſione mutata, quicunq́ certe cū eo repugnare uoluerit Eccleſiaſtico canoni, cū eodem quoq́ interibit. Deus uos incolumes conſeruet filij chariſſimi. Caput x

CONfeſſio catholicæ fidei, quam Papa Damaſus miſit Paulino Epiſcopo Theſſalonicæ in Macedonia. CVM poſt concilium Nicænum hic error natus ſit, ut prophano aliqui ore dicere audeant, ſpiritū ſanctum natū eſſe per filium, exterminamus anathemate eos qui non liberrime ſpiritum ſanctum prædicant eſſe eiuſdem eſſentiæ ac potentiæ, cum patre & filio. SIMILITER & eos qui ſecuti errorem Sabellij, eundem eſſe patrem & filium aſſerunt. ANATHEMA infligimus Ario & Eunomio, qui quamuis differente oratione, ſimili tamen ſententia, filium & ſpiritum ſanctum creaturam eſſe aſſeuerāt. ITEMQVE Macedonianis qui de Ariana radice propagati non impietatem, ſed nomen aliud habent. NECNON Photino, qui renouans Ebionis hæreſim, Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum ex ſola uirgine Maria cōfitetur. SED & illos anathemate exterminamus, qui aſſeuerant duos eſſe filios, unum ante ſecula, & alterū poſt aſſumptam ex uirgine

B Maria carnem. ET ILLOS, qui aſſeuerant pro anima rationali uerſatū in carne humana Dei uerbū: ipſum enim illud Dei uerbū, non loco rationalis ac intellectualis animæ in corpore ſuo fuit, ſed noſtrā, hoc eſt rationalem ac intellectualem animā abſq́ peccato aſſumpſit & conſeruauit. ILLOS quoque qui aſſerunt uerbū Dei productione ac corruptione à patre diſtingui, & ſubſtantia illud carere aut mortē obiturū eſſe blaſphemantes. EOS uero qui de eccleſijs ad alias eccleſias tranſierint, tantiſper pro alienis cōmunitati noſtræ habebimus, donec in eas urbes redierint, quarū pręſulatus primum accepere. SIN QVIS in alterius qui ſedem mutauerit, locum ſuffectus fuerit, reuerſus ille prior in ſuam urbem tantiſper dignitate Pontificali priuatus eſto dum ſucceſſor ipſius obdormiſcat in domino. SI QVIS nō dixerit eſſe ſemper patrem & ſemper filium, & ſemper ſpiritum ſanctū, anathema eſto. SI QVIS non dixerit genitū eſſe filium ex patre, hoc eſt, ex diuina illius eſſentia, anathema eſto. SI QVIS non dixerit, uerum Deum filium Dei, ſicut uerum Deum patrem ipſius, & poſſe omnia, ac ſcire omnia, ac patri eſſe æqualem, anathema eſto. SI QVIS dixerit in carne degentem filium Dei, cum in terris eſſet, in cœlis & cū patre non fuiſſe, anathema eſto. SI QVIS dixerit in crucis paſſione ſuſtinuiſſe dolorem filium Dei deitate & non carne ac anima rationali, quā aſſumpſerit in forma ſerui, ut ſacra ait ſcriptura, anathema eſto. SI QVIS non dixerit excruciatum carne Dei filium, & carne mor-

ne mortem guſtaſſe, fuiſſeq́ primogenitũ ex mortuis, quatenus uita eſt & uiuificus deus, anathema eſto. SI QVIS non dixerit in carne quam aſſumpſit ſedere ad dextram patris, in qua & uenturus ſit, iudicaturus uiuentes & mortuos, anathema eſto. SI QVIS non dixerit ſpiritum ſanctum ex patre eſſe uere ac proprie, ſicut & filium ex diuina eſſentia Deum Dei uerbum, anathema eſto. SI QVIS nõ dixerit omnia poſſe & omnia ſcire & ubiq; terrarum adeſſe ſanctum ſpiritum, ſicut & filium & patrem, anathema eſto. SI QVIS dixerit ſpiritum ſanctum facturam, aut per filium genitum, anathema eſto. SI QVIS non dixerit per filium qui carnem aſſumpſit, & ſanctum ſpiritum patrẽ feciſſe omnia, hoc eſt, uiſibilia & inuiſibilia, anathema eſto. SI QVIS non dixerit patris & filij & ſancti ſpiritus unam deitatem, poteſtatem, principatum, unam gloriam, dominationem, unum regnum, unam uoluntatem & ueritatem, anathema eſto. SI QVIS tres perſonas ueras nõ dixerit patris & filij & ſancti ſpiritus, ſemper uiuentes, omnia continentes uiſibilia ac inuiſibilia, omnipotentes, omnium iudices, omnia uiuificantes, omnia creantes, omnia ſeruantes, anathema eſto. SI QVIS non dixerit adorandum ſpiritum ſanctum ab omni creatura ſicut & patrem & filium, anathema eſto. SI QVIS de patre & filio recte ſentiat, de ſpiritu autem ſancto rectam ſententiam non habeat, is hæreticus eſt. Nam omnes hæretici de filio Dei & de ſancto ſpiritu peruerſe ſentientes, in Iudaica ac gentili defectione eſſe conuincuntur. QVOD ſi quis Deitatem diuidit, uocans patrem Deum ex parte, & Deum filium & Deum ſpiritum ſanctum, aſſeueretq́; dici Deos non Deum in una deitate & principatu, quam credimus ac nouimus patris & filij & ſancti ſpiritus, cũ ſit Deus unus in tribus ſubſtantijs: uel ſi quis diſtrahat filium cum ſancto ſpiritu, ut ſolum patrem Deum dici, neq; unum credendum Deum arbitretur, anathema eſto. NAM nomen Deorum angelis & ſanctis omnibus à Deo conceſſum eſt: de patre autem & filio & ſancto ſpiritu, quòd ſint unà & æquali Deitate, non Deorum nomina, ſed Dei nobis oſtenditur, ut credimus non baptizari in patrem & filium & ſanctum ſpiritum, & non in angelorum neq; archangelorum nomina: ſicut hæretici Iudæi'ue, aut gentiles delirantes. HAEC igitur ſalus eſt Chriſtianorũ, ut credentes trinitati, hoc eſt patri & filio & ſancto ſpiritui, & baptizati in eandem unam deitatem & principatum, & diuinitatem, & eſſentiam, ita in ipſum credamus. ATQVE hæc ſuperſtite adhuc Gratiano geſta ſunt.

Caput XII

SEd poſtquã hic bello inuictus moderatusq́; ac iuſtus rector ciuitatum, inſidijs circumuentus mortem oppetijt, nullis relictis liberis hæredibus imperij, ſed fratre ſuperſtite admodũ adoleſcentulo, patri cognomine, inuaſit Maximus quidã, Valentiniani adoleſcentia ſpreta, occidentalẽ principatum. Eo tẽpore Iuſtina Magni Valentiniani cõiunx mater adoleſcentis, acce-

cepta

A ceptaiam pridem ſemina Arianæ doctrinæ,filio ſuo detexit.Cum enim ar dorē fidei nouiſſet mariti ſui,toto illius uitæ tēpore occultare ſtuduerat,pue ri aūt mentē tenerā ac flexibilē eſſe uidens confidenter illi fallaciā admouit. Qui ratus ſubiectionē maternam utilitatem complecti,ineſcatus enim natu ræ reſpectu,læthiferum non cernebat hamum, Caput XIII

PRimum omniū hac de re cum Ambroſio loquitur,ratus, ſi illum in ſen tentiam ſuam perduxiſſet,facile alijs ſuperiorē ſe futurum eſſe.Sed hic in memoriam reuocabat Valentiniano paternam pietatem, hortabaturq́ ut hæreditatē relictam retineret indeminutam: expoſuit etiam ei dogmatū diuerſitatem,docuitq́ hæc cum dominica doctrina & apoſtolico præconio congruere:illa uero penitus cōtraria & ſpirituali ſanctioni eſſe aduerſa. Sed adoleſcens,nempe adoleſcens,& quē mater ductaret, non modo nō admit tebat hæc dicta,ſed etiam ira exarſit,ac centurijs grauis leuiſq́ armaturæ ec cleſiæ ſepta cinxit:quibus cū magnus ille triūphator nihil perterreretur,pro laruis enim hæc putabat quæ aliqui adoleſcentulis obijcerēt: tum plane in/ dignatus iubet illum ſacris prodire foribus. At Ambroſius equidē hoc, in/ quit,mea ſponte facturus non ſum,neq́ prodam lupis ſtabulum ouiū mea rum, nec tradam templum blaſphematoribus numinis,uerum ſi me occide re decretum tibi eſt, hic intus enſem haſtamúe in me defigito, talis etenim B perquàm mihi grata mors eſt futura. Caput XIIII

CVm autem multum abijſſet temporis, reſciuit Maximus quæ auda/ ciſſime aduerſus uocaliſs. præconem ueritatis mota fuerant, perq́ li/ teras hortatus eſt Valentinianum, ut bellum aduerſus pietatem omitteret, neúe proderet paternam pietatem,addidit & belli minas niſi pareret:quin/ etiam orationem re ipſa confirmauit, coactumq́ exercitum Mediolanum uerſus duxit,ubi degebat Valentinianus: qui cognito aduentu illius,in Illy/ ricum fuga ſe contulit, doctus experientia quem ſibi fructum materna con/ ſilia attuliſſent. Caput XV

THeodoſius uero laudatiſſimus, ubi didicit, quæ Imperator feciſſet & quæ ſcripſiſſet tyrannus,miſit literas fugato adoleſcenti,quibus illi mi/ rum eſſe negabat oportere, ſi cum Imperatore timiditas, uires uero cum ty/ ranno copularentur.Pietati enim legiſlatorem pietatis fauere, atque tales li/ teras miſit cum longe abeſſet. Verum iam fugæ Valentiniani nuntio acce/ pto,accinctus ad ferendas illi ſuppetias:& conſpicatus in ſuo regno cum qui proprium retinere non potuiſſet, primum quidem mentem ipſius eſt medi catus, morbumq́ contractum impietatis repulit, & cum ad paternam pie/ tatem reduxit. Deinde bono animo illum eſſe iubens,exercitum in expedi/ tionem contra tyrannū educit,adoleſcentiq́ interfecto tyranno, Imperium incruentum reſtituit. Nam iniuriā Gratiano facere ſe,neq́ fœdere cum illo icto ſtare rebatur,niſi pœnas cædis exegiſſet ab interemptoribus ipſius.

Caput XVI

AD Theodoſium autem reuerſum acceſſit admirabilis Amphilochius cuius ſæpe meminimus, ſupplicans Imperatori,ut Arianorum cœtus ex urbibus eijcerentur,Hanc petitionē Imperator quòd nimis duram crederet,non admiſit.Tum igitur ſapientiſſ. Amphilochius ſiluit excogitata memorabili arte. Introgreſſus enim in regiam,conſpicatusq́ aſtantem Imperatori filium Arcadium,qui Imperator paulo antè fuerat deſignatus,ipſum quidem Imperatorem de more ſalutauit,nullo honore habito filio. Ibi Imperator obliuione Amphilochij hoc factum arbitratus, iubet eum & ad filium ſuum accedere illumq́ oſculari. Cui Amphilochius ſatis reſpondit eſſe, quòd ipſi honorem habuiſſet: quapropter indignatus Imperator neglectionem filij ſui inſectationem interpretabatur. Ibi deinceps ſapientiſſ. Amphilochius propoſitū facti ſui declarauit, & cum clamore, Imperator, inquit, ita ne fers grauiter neglectionem filij tui, tamq́ uehementer ſuccenſes cōtumelioſis erga illū? Perſuadeas igitur tibi omnipotentē quoq́ Deū odiſſe blaſphematores unigeniti filij ſui,eſſeq́ eis infenſum tanquā ingratis erga ſaluatorē & benefactorē ſuum. His intellectis cū admiratione dictorū factorumq́ legē ſtatim ſcribit Imperator, qua hæreticorū cœtus prohiberentur. Sed enim uniuerſas cōmunis hominū hoſtis plagas uitare facile nō eſt.Sæpe enim qui impuritatis morbum declinarūt, cupiditatis in laqueum incidūt.Sicq́ forte & de hoc ſeſe expedierint,prope eſt inuidiæ fouea, Qua ſanè & ipſa ſaltu ſuperata,explicata tum retia iræ obuiā habet,atq́ alias innumerabiles tendiculas hominibus ille diſponit pernitioſæ uenationis ſuæ. Ac habet quidē perturbationes corporales adminiſtras fraudū qua animā impetere ſolet.Solius aūt eſt mentis uictoria,qui uigilātia ſua & diuino motu facile reprimit impetus iſtos.Admirabilis igitur Imperator neq́ ipſe humanæ naturæ expers perturbationibus nō caruit, iuſtæq́ iræ accedens immoderatio ad crudele & iniquū uitium hūc appulit,quod & ipſum eorū qui hæc legent utilitatis gratia narrabo. Non enim tantū reprehenſionē admirabilis Imperatoris,ſed & memorabilem cōplectitur. Cap. XVII

THeſſalonice urbs eſt maxima & populoſa.Ea cenſetur cum gente Macedonum,ſed primaria eſt in Theſſalia, Achaia,aliarumq́ non paucarum gentiū,quę prætori illyrico ſubijciūtur.In ea ſeditione orta Magiſtratus aliquot obruti ſaxis,& cōtumelioſe tracti fuerāt. Hoc accepto nuntio uictus magnitudine iræ Imperator,neq́ ratione illius impetu refrenato, uindicationis arbitriū furenti animo permiſit. Quā poteſtatē hic nactus, quaſi ſui iuris ac tyrānus, ruptis habenis iugoq́ rationis abiecto, iniuſtos in uniuerſos nudauit enſes,innocentiū cum reorū cæde confuſa.Septē enim milia hominū iugulata perhibētur,non iudicio cōdemnata ſententiaq́ in ſceleris perpetratores promulgata,ſed quaſi in meſſe cūctis inſtar ariſtarū cōfectis.

Caput

A Caput XVIII

HAc cognita lamentabili calamitate Ambroſius,cuius iam ſæpius mentionem fecimus, ingreſſum Mediolanũ imperatorẽ uolentemq́ more ſolito in diuinum intrare templum ante ueſtibulum occurrens procedere ulterius tali oratione uetuit. Videre neſcire imperator quanta magnitudo ſit à te patratæ cædis. Necq ira ſedata expendit ratio,ut opinor, quid fueris auſus. Ac fortaſſe principatus imperij non patitur à te peccatum agnoſci, ſed poteſtas rationi ſeſe opponit.Scire tamẽ debes quæ natura noſtra,quodq́ mortalis hæc ſit ac fluxa,eſſeq́ generis noſtri principium puluerẽ unde extiterimus,& in quem ſimus relapſuri. necq par eſt ut deceptus floriditate purpuræ ignores imbecillitatẽ corporis quod hac tegitur. Subiectos habes Imperator coniunctos tecum genere,ſed & ſeruitio:unus eſt enim dominus ac imperator huius uniuerſitatis fabricator: proinde quibus oculis intueberis cõmunis Domini ædẽ,aut quibus ſacrũ pauimentũ calcabis pedibus? Iſtas ne adhuc ſtillantes iniuſtæ cædis cruore manus extendes,& ijs ſanctiſſ. Domini corpus prehendes? Vel tum precioſum illum ſanguinem admouebis ori tuo,qui tantum effuderis ſanguinis dictato furentis animi? Quapropter diſcede,necq uelis priorem iniquitatẽ hac alia iniquitate augere,necq detrectes uinculum quod ipſe omnium Dominus deſuper approbat. Modicum

B hoc quidem eſt,& ſanitatem cõciliat. His motus uerbis Imperator,qui in ſacra educatus doctrina ſciret quæ ſacerdotum quæq́ Imperatorũ eſſent officia,cum gemitu ac lachrimis in Regiã reuertitur. Longo aũt tempore poſt, octo enim menſes abierãt,uenerat natalitiũ ſaluatoris noſtri feſtum. At Imperator in Regia ſedebat lamentans, & lachrymarũ impendens ſtillicidia. Quo animaduerſo Ruffinus, qui tũc Magiſter, cuiq́ propter familiaritatẽ liberius cum Imperatore loquendi poteſtas eſſet, accedit & requirit lachrymarum cauſam. Tum Imperator acerbe eiulans & largius lachrymas profundens, Tu quidẽ Ruffine,inquit,ludis. Meorũ enim malorũ ſenſu haud tangeris:ego uero gemo lamẽtorq́ in cõſideratione calamitatis meæ,quod cum ſeruis ac mendicis pateat Diuinum templum,illicq́ libere ad deprecandum Dominũ ſuum ingrediantur,mihi cum illud inacceſſum, tum inſuper & cœlum occluſum ſit. Memoria enim teneo Dominicam uocem quæ manifeſte dicit,quemcuncq ligaueritis in terra,is & in cœlo erit ligatus. Ibi Ruffinus: Ad pontificem igitur, ſi placet,curram, precibusq́ eum adducam, ut ſoluat uincula tua. Non flectetur,inquit Imperator, Nota eſt enim mihi iuſtitia ſententiæ Ambroſij, necq ille reuerentia Imperatoriæ poteſtatis diuinam tranſgreſſurus eſt legem. Inſtante autem Ruffino,& copioſa oratione pollicente Imperatori placationẽ Ambroſij,iubet eum ire celeriter Imperator,& ipſe paulo poſt ſpe inductus ſequitur,promiſſionibus Ruffini fretus. Sed diuus Ambroſius conſpecto mox Ruffino,canum,inquit,Ruffine imi

Magiſter ſeu præpoſitus palatij

A rium Diaconū ſuum mandat: Interiora, o Imperator, ſolis ſacerdotibus pa/tent, reliquis uero omnibus inacceſſa & intacta, proinde exi, & communiter cum reliquis aſſiſte: nam purpura Imperatores non ſacerdotes facit. Hanc quoq; inſtitutionē libentib. animis admiſit Imperator, renūtiariq; illi iuſſit, non audaciæ propoſito intra cancellos ſe remāſiſſe, ſed quòd hunc morem Conſtantinopoli eſſe ſciret, ſed & pro hac illi inquit, medicatione, gratiam ago. Tali tantaq; uirtute & pontifex & Imperator erāt illuſtres. Nā utrūq; ego admiror, illius quidem libertatē, huius uero obedientiam: itemq; feruo ris flammas illius, & huius fidei puritatē. Cæterum præſcriptionem pietatis acceptam à magno Pontifice reuerſus Conſtantinopolim quoq; ſeruauit. Nam inuitatus in ædem ſacrā à quadā diuina feſtiuitate, oblatis ad ſacrū al/tare muneribus, ſtatim exijt: cui cū Nectarius illius tēporis præſul, mandaſ/ſet, cur nō interius remanſiſſet: uix, inquit cū gemitu, perdidici diſcrimē inter Imperatorem & ſacerdotem, uix inueni ductorē ueritatis, ſolum enim noui Ambroſium dignū Epiſcopi nomine. Tātopere prodeſt reprehēſio quam. uir ſplendens uirtute admoneat. Sed alia quoq; occaſio utilitatis Imperato/ri oblata fuit. Nam matrimonij cum eo copulata iugo, nō deſinebat diuinas illi ſuggerere leges, quibus prius ipſa ſe exquiſite inſtruxerat. Neq; enim Imperij principatu extollebatur, ſed multo magis diuinū deſideriū inflam/
B mabat. maiorē enim reddiderat amorē Domini beneficij ſibi collati ampli tudo. Mox igitur omni cura complexa eſt corpore mutilatos & labefactos omnibus membris, non quidem uſa ſeruorum neq; ſatellitum miniſterio, ſed ipſa executrix huius rei ad diuerſoria illorum uadens, & ſingulis neceſſa ria ſuppeditans. Eodem modo & eccleſiarum hoſpitia uiſens, decumbentes opera ſua medicabatur, & ollas ipſa prehendens & iuſcula deguſtans, & pa tinas deferens, & panē frangens, & epulas præbens, ac pocula eluens, aliaq; faciens omnia quæ putantur eſſe opera ſeruorum atq; ancillarum. Hanc o/peram ſuam inhibentibus dicebat, largitionem auri opus eſſe Imperij, ſe ue ro pro ipſo Imperio operam ſuam offerre ei à quo fuiſſet collatum, frequen ter etiam coniugi ſuo dicebat. Semper tibi marite, cogitandum, Quis olim fueris, & quis nunc ſis. Nam in horum crebra recodatione erga benefacto/rem ingratus nō es futurus, ſed acceptum imperium legibus adminiſtrabis, & cum hoc coles eum qui cōtulit. Hæc ſemper memorando ſata mariti pul cherrime ac utiliſsimè, quaſi rigabat. Ipſa quidē ante illum mortē oppetijt. Cumq; nonnihil temporis poſt eius mortem tranſijſſet, quiddam accidit, quo Imperatoris erga ipſam amor declaratus fuit. Caput XIX

Aſſiduitate bellorum coactus Theodoſius, tributum ciuitatibus extra ordinarium imperauit. Hoc nouum uectigal non tulere Antiocheni: cumq; plebs cerneret ſuſpendi eos à quibus tributum exigebatur, cum alia aggreditur quæ facere ſolet, turba occaſionem nacta ſeditionis, tum lauda/

tiſs. Placillæ(hoc enim Reginæ nomẽ fuerat)æreã ſtatuã dæmolitur, & per A
magnã partẽ urbis trahit. Quibus cognitis Imperator,pro eo ac æquũ erat,
ualde iratus priuilegia ciuitati illi ademit, & principatũ uicinæ attribuit ciuita
ti,ꝙ illos ęgerrime laturos eſſe exiſtimabat Diuturna eñ erat cõtentio inter
Laodicenos ac Antiochenos:ſed incenſurũ ſe quoqꝫ urbẽ,& diſſipaturũ,ut
uicus redderetur,minabatur. Magiſtratus etiã quoſdã in ipſo deprehenſos
facinore necauerat,anteqꝫ Tragœdia Imperatori innoteſceret. Cap. xx.

HAec omnia quidẽ imperabãtur,ſed peracta nõ ſunt impediente lege,
quã ferri ab Imperatore curauerat Magnus Ambroſius. Cum autẽ
aduenißent,decreta minarũ afferentes, Elebachus qui tũ Dux eſſet, & Cæ-
ſarius præfectus Regiæ,(hunc gerentẽ honorem Romani Magiſtrum uo-
cant)omnes in metu erant,minas exhorrẽtes. Sed qui tum ad mõtis radicẽ
degebant,pugiles uirtutis, multi tẽpore illo ac præſtantiſs. uarias monitio-
nes hortationesqꝫ admouerũt uiris illis. Macedonius aũt diuiniſs. cõmunis
uitæ ignarus, Diuinæ etiã ſcripturæ prorſus imperitus, cæterũ in montium
uerticib. manens,dieqꝫ ac noctu ſanctas preces offerens omnium ſaluatori,
nequaqꝫ Imperatoris ira territus,neqꝫ cõſiderata poteſtate legatorũ,in me-
dia urbe prehenſa unius chlamide ambos de equis iubet deſcendere. At illi
paruulum ſenẽ uiles panniculos amictum conſpicati,primũ deſpicere:mox
ductoribus quibuſdam ſignificantibus qua uir ille eſſet uirtute, de equis de- B
ſiliunt, & cõtactis genibus eius,ueniã orant. Tum ille diuina refertus ſapien
tia,hac eſt erga eos oratione uſus. Nuntiate,o amici Imperatori, nõ Impera
torem eſſe ſolum,ſed hominẽ quoqꝫ,proinde nõ Imperium tantum uerum
etiã naturam illi conſiderandam eſſe: cum enim ſit homo, cõmunis generis
ſubditos habere. Naturã autem humanam ad imaginẽ & ſimilitudinem di
uinam eſſe perfectã. Quare ne tam crudeliter ac immaniter imaginẽ Dei iu
gulari præcipiat,irritaturum enim fabricatorẽ illius imaginis ſupplicio:quin
& hoc cogitet,hæc ab eo tam iracunde æreæ imaginis reſpectu geri. Quan
tum autẽ interſit,inter inanimẽ,ac animalem, uiuentemqꝫ & rationis cõpo-
tem,nemini,qui quidem excors nõ ſit,obſcurum eſſe poſsit:præterea & hoc
ei ueniat in mentẽ, facile nobis eſſe pro una ærea imagine multas reſtituere.
Ipſum uero facere non poſſe,ut unum ſaltem pilum interemptorum fabrice
tur. Hęc cum audißent admirandi uiri illi ad Imperatorum ſtatim detulere,
reſtinctaqꝫ eſt flamma iracundiæ ipſius,& loco minarum priorum excuſa-
tionem ſcripſit, iræqꝫ ſuæ cauſas reddidit. Non enim oportebat, inquit, ſi
quid ego deliqui, tanta poſt mortem affici contumelia mulierem omni lau-
de dignißimã. Sed aduerſus me decebat armare offenſos indignationẽ ſu-
am. Addidit, & hoc ægre ſe moleſteqꝫ ferre, quod cognouerit, nonnullos
à magiſtratibus necatos. Hæc ego percenſui,quòd laudatißimi illius ſolita-
riæ uitæ cultoris libertatem obliuione inuolui indignum iudicarem, & ut
oſtende-

A oſtenderem legis utilitatem, quam ſua hortatione perſcribi magnus Am-
broſius curauerat. Hinc tranſtulit Imperator fideliſs. aduerſus errorē Græ
corum ſtudiū ſuum, legesq; ſcripſit, quib. mādabatur deſtructio lucorū ſi-
mulachraliū. Cōſtātinus enim magnus digniſs. omni laude, qui primus ex-
ornauit imperiū pietate, cū adhuc inſanire cerneret orbē terrarū, interdicto
ſuo ſacra dæmonū prorſus ſuſtulit, fana tamē nō ſubuertit, ſed inacceſſa eſ-
ſe uoluit. Huius filij & ipſi paternis ueſtigijs inſtiterāt. Verū Iulianus impie
tatem renouauit, & antiquæ deceptionis ſuccēdit ignem. At Iouinianus im
periū adeptus, rurſus ſimulachrorū cultū prohibuit. Et Valētinian. magnus
ijſdē legib. Europā gubernauit. Valens uero cūctis alijs quā delegiſſent, re-
ligionē, eiuſq; cultū permiſit, cum ſolis autē propugnatorib. dogmatū apo
ſtolorū bellare nunquā ceſſauit. Toto igitur tēpore ipſius imperij, & in aris
ignis ardebat, & ſimulachra libationib. ac ſacrificijs honorabātur, & in foro
publica epula dabantur, & initiati orgijs Bacchi cum parmis curſitabant, ca
nes diſcerpentes, inſanientes, bacchantes, peragētesq; & alia quibus illorum
magiſtri feſta celebrātur. Hæc omnia cum fideliſs. Imperator Theodoſius
comperiſſet funditus euulſa obliuioni dedit. Cap. XXI

SEd Pontificū primus opt. Marcellus uſus armis legis cōmiſſæ ſibi urbis
fana ſubuertit, magis quidē fiducia erga Deū, quā copioſa manu utens.
B Cuius & ipſum dignū memoria factū narrabo. Mortuo Ioanni Apameno
rū Epiſcopo, cuius & ſuprà memini, ſurrogatus fuerat diuus Marcellus fer-
uēs ſpiritu, iuxta apoſtoli ſanctionē. Venerat autem Apameā prætor orien
tis, cum tribunis duobus, & copijs eorū, tum multitudo metu militum quie-
ta fuit. Ipſe prætor aggreſſus Iouis fanum ingens, & multis ornamentis ua-
rium, euertere, cum mirum in modum cōpactum firmumq; inueniſſet, nemi
nem omniū hominum arbitrabatur lapidum diſſoluere cōcinnationē poſ-
ſe. Maximi enim erāt, & inter ſe mire coaptati, atq; inſuper ferro plumboq;
reuincti. Hac perſpecta prætoris deſperatiōe, ad alias illū urbes dimiſit, ipſe
uero Deum orabat, ut uiā deſtructionis demonſtraret, Mane igitur quidā
ultro ad eum uenit, neq; ędificator, neq; lapidicida aliúdue opificiū doctus,
ſed ſaxorum tātum ac lignorū baiulus: is igitur pollicet̃ Marcello, facile ſe fa
num euerſurum eſſe, duorum tātum, qui opus facerēt, mercede petita. Quā
cum diuus Pōtifex daturum ſe promiſiſſet, tale homo ille molitur: Subiecta
tēpli quatuor lateribus porticus, cumq; ea ipſum arduum cōcinnatum erat:
columnæ uero hanc ſuſtinebant ingentes, & ad templi ſpatium cōgruente
mēſura, ſingulæ explętes circulū cubitorū ſedecim: ſaxi natura ualidiſſima
nō facile cedebat ullis fabrorū ferramētis: has ſingulatim circumfoſſas ſubie
cta oleagini ligni fulciebat ſubſtructione, atq; ita ab una ad aliam trāſibat,
donec tribus columnis foueas circūdaret, tum uero ſubiectis lignis immiſit
flammā: ſed hanc pro natura ſua dæmonis cuiuſdam atrum ſpectrum ab-

ſumere ligna non ſinebat, ſed reſiſtebat ignis efficaciæ. Cũ igitur multiplicẽ A
inflãmationis inutilẽ conatũ experirentur, faciunt ea de re certiorẽ paſtorẽ, qui tum forte in meridie acquieſcebat. Qui ſtatim ad diuinũ templũ decurrens in uaſculo aquã iubet afferri, qua ſuppoſita ſacro altari, ipſe in faciẽ humi proſtratus, benigno ſupplicabat Domino, ne ulterius progredi dæmonis Tyrãnidẽ pateretur, ſed ut & infirmitatẽ illius detegere, & ſuã potentiã demonſtrare uellet, ne qua hinc maioris detrimenti occaſio infidelib. exiſteret. Hæc & alia huiuſmodi precatus, figura crucis aquę indita, Equitiũ quendam Diaconali honore fide ac feruore munitũ aquam ſumere iubet, & uelociter currere, ac delatã ad flammã illi aſpergere. Quo facto, contactus aquæ impatiẽs dæmon aufugit, at ignis cõtraria ſibi aqua quaſi oleo excitatus ad ligna ſtatim adhæſit, & tẽporis momẽto abſumpſit, cũ columnæ ſublatis è medio fulcimentis, cũ ipſæ collapſæ ſunt, tum ſecũ aliarũ duodecim ruinam traxere, templiq́ꝫ pars quæ cum columnis fuerat coniuncta, unà corruit illorum pondere conuulſa: fragor autem totam urbem peruagatus, erat enim ingens, cunctos ad rei ſpectaculum conuocauit, ac comperta fuga aduerſarij dæmonis ad laudem omnipotentis Dei linguæ illorum incitãtur: atq; diuus Pontifex, & alia fana diruit, de quo cum alias multas habeã, & quidem admirabiles narrationes: (literas enim ad uictores martyres dare, & ab ipſis accipere conſueuerat, & tandem ipſe quoq; martyrij corona fuit redimitus) B
eas nunc perſequi ſuperſedebo, ne longitudine expoſitionis lectoribus faſtidium creetur, atq; hinc ad alia nunc tranſibo. Caput XXII

Athanaſio memorabili illi admirandus ſucceſſerat Petrus, Petro Timotheus, Timotheo Theophilus, uir magna intelligentia, animiq́ꝫ fortitudine præditus. Hic urbem Alexandrinorũ fraude ſimulachrorũ liberauit, non enim fana modo funditus euertit, ſed fallaciũ etiam ſacerdotũ deceptis nudauit molitiones: illi enim æreę aut ligneę materiæ excauatas effigies ad parietes applicauerant, ſic ut his dorſa illarum admota eſſent, per muros uero occultũ iter patebat, qua de adytis progreſſi irrepere intra ipſas effigies poſſent, atq; ita de illis quæcũq; uolebãt, proloquebantur, parebãtq; omnes dicto, qui audierant talibus impoſturis circunuenti. In hac igitur ſua populatione ſapiẽtiſs. Pontifex populo fraudes iſtas demonſtrauit. Ingreſſus autẽ templum Serapidis, quod fuiſſe in toto orbe terrarum maximum ac ornatiſs. à quibuſdã perhibetur, uidit ſignũ ingens, cuius omnes magnitudine percellerentur. Ad quã accedebat falſa perſuaſio uulgi, terræ ſi quis propius adijſſet, motũ exorturum & omnia occidiõe interitura eſſe. Hos ille ſermones pro anicularũ ebriolarum fabulis ducebat, ſpretaq; mole ſigni, ut exanimi, quendam, qui cum ſecuri aſtabat, infligere uehementem ictum Serapidi imperat, quo feriente clamor omniũ de uulgata formidine exiſtere. At Serapis plaga accepta, neq; dolere, quòd eſſet ligneus, neq; uocẽ emittere

tere

A tere,animæ nimirũ expers. Tum capite detruncato gregatim mures proru/pere:fuerat enim ille Aegyptiorum Deus muſculorum domus: atq; ita fruſtulatim diſſecto ſigno, alias quidem partes concremarunt, caput uero traxere per totam urbem aſpectantibus ijs qui quondam adorarãt,& infirmitatem ipſius iocis inſectãtibus:ad hunc modum omnia ubiq; terra, mariq; fana ſimulachrorum fuerunt deſtructa. Caput XXIII

ANtiochiæ autẽ in præſulatu ſucceſſit Magno Meletio Flauianus, qui cum Theodoto tot certamina pro ſalute ouiũ ſubierat. Voluerat quidem Paulinus inuadere ducatũ eccleſię illius,ſed refragatus fuit ſacerdotum cœtus,quòd eum qui Meletij conſilium reſpuiſſet,mortui ſolium capeſſere negarent oportere:eſſeq; æquum,ut paſtor crearetur Flauianus,multis conſpicuus laboribus quiq; nullum pro ouibus periculum adire unquam recuſaſſet. Hoc factum orienti diuturniſs. odium Aegyptiorũ Romanorumq; excitauit:neq; enim inimicitiæ iſtæ unà cum uita Paulini ſunt extinctæ, ſed poſt eũ obtinente ſoliũ ipſius Euagrio, indignationẽ erga Flauianũ ſuã retinuerunt,quãuis Euagrius contra legẽ eccleſiaſticã ad illam dignitatẽ prouectus fuiſſet, Solus enim eũ Paulinus multis canonibus præteritis creauerat. Nam nõ permittunr hi morituro ſuffectionẽ, ac cunctos prouinciæ iubent cõuocari Epiſcopos, creariq; uetant ullũ,niſi tribus Epiſcopis præſentibus.

B Sed horũ illi nihil ſcire uolebant,cõmunitatẽq; admittebant Euagrij,& aduerſus Flauianũ exaſperabant Imperatoris aures. Interpellatus enim ſæpenumero Imperator tandẽ Cõſtantinopolim uenire, indeq; Romã proficiſci illum iubet.Euagrius uero quod hiemẽ eſſe diceret,pollicitus ſe primo uere imperatũ facturum,reuertitur in patriã.Sed cum Romani Epiſcopi,non admirabilis modo Damaſus,uetũ etiã ſucceſſor illius Siricius,& huius Anaſtaſius piũ Imperatorẽ uehemẽtius aggrederentur, quòd dicerẽt Tyrãnos eũ ſibi aduerſantes euertere, ſed audaces cõtra Chriſti leges impunitos eſſe pati,rurſum accerſitũ illum cogere cœpit,ut Romã proficiſceretur. Tunc ſapientiſs.Flauianus cõſueta libertate uſus,ſi qui Imperator, fidẽ meã,inquit, culpant,tanquã peruerſam, ſiue aiunt Pontificatu indignã uitam meã,ipſis utar accuſatoribus meis iudicibus, & ſtabo ſententia illorũ quamcunq; tulerint.ſin diſceptatio eſt de ſolio & præſidentia,neq; ego iudiciũ moror,neq; cum uolentibus uſurpare dimicabo, ſed recedã,meq; præſulatu abdicabo. Quare tu Imperator ſoliũ Antiochiæ cõmitte cuicunq; libuerit.Tum Imperator admiratus eius fortitudinẽ ac ſapientiã,in patriã ipſum reuerti,& commiſſam paſcere eccleſiam iubet. Ac multo ſane tẽpore poſt, eædem rurſum ad Imperatorẽ Romæ accuſationes Epiſcoporum delatę ſunt,quod Flauianum ferret,neq; eius Tyrannidẽ opprimeret. Ibi Imperator,quod Tyrannidis genus dicere eos iubet, quaſi ipſe Flauianus eſſet, nam patrocinium ſe Flauiani ſuſcepiſſe. Cumq; illi ſe cum Imperatore diſceptare negarẽt poſſe,

Impera

Imperator eos hortari, ut deinceps coniungerent eccleſias, & contentiones A ponerent, ſtultasq́ litigationes extinguerent. Nam Paulinum dudum mortuum ac Euagriũ nõ perueniſſe uera uia ad præſulatũ. Tum cunctas orientales eccleſias Flauiani præſulatum defendere, prętereq́ has habere etiam coniunctas cõmunicantesq́ omnes Aſiaticas & Ponticas, atq́ etiam Thracias, quinetiam toti Illyrico perſuaſum eſſe uniuerſo orienti præſidere Flauianũ. Hac monitione admiſſa promittunt occidentales Epiſcopi poſituros ſe inimicitias, & ſi legationẽ mitteret Flauianus, audituros. Miſit igitur diuus Flauianus Romam laudatos Epiſcopos quoſdam, itemq́ presbyteros ac diaconos. Horum omnium erat princeps Acacius paſtoralem curam BerrϾæ in Syria ſortitus, omnibus in terræ, mariſq́ locis celeberrimus. Hic unà cum alijs profectus Romam, longas iſtas inimicitias poſt annos decẽ & ſeptem ſuſtulit, & pacẽ confecit eccleſijs. Quo cognito & Aegyptij deleto odio concordiam ſunt amplexi. Eo tempore Romanæ eccleſiæ ductor erat Innocentius, Anaſtaſij ſucceſſor, uir prudentia, ſapientiaq́ clarus: Alexandrinæ uero Theophilus, de quo & ſupra mentio habita eſt. Cap. XXIIII

Atque hoc modo fidelis. Imperator eccleſiarum pacem confecit, ſed ante hoc tempus nuntiata Valentiniani morte, & Eugenij Tyranni de exercitũ in Europam traduxit, Tum erat in Aegypto inter eos qui exercentur in philoſophia religionis unus Ioannes nomine, qui particeps gratię B ſpiritualis multa rogantibus uentura prædicebat. Ad hunc miſit Chriſti amans Imperator qui percunctaretur, de bello ſuſcipiendo aduerſus Tyrannos, fuitq́ ab eo incruẽta prioris belli uictoria prędicta, ſed & altero ſuperiorem futurum Imperatorem, uerum poſt ingentem cædem. Hac ille ſpe niſus, acie inſtructa cũ hoſtibus confligit, & multis barbaricis auxilijs amiſſis, magnum numerum hoſtium confixit. Ibi cum Duces paucos ſupereſſe dicerent ad prælium inſtaurandum, conſulerẽtq́ differendum bellum, ac primo uere exercitu coacto hoſtes obruendos eſſe multitudine, nequaquam placuit conſilium fidelis. Imperatori: negabat enim tantum crimen ſalutari cruci adhæreſcere patiendum, & tantam uim tribuendam confeſſione ſua Herculis ſimulachro, Nam Imperatoris crux, Herculis autẽ ſimulachrum hoſtium copijs præferebatur. Quibus hac fide memoratis, cũ reliquiæ exercitus tenues eſſent, & admodum animis omnes conſternati, inuenta ædicula deprecatoria in montis uertice ubi caſtrametabantur, totam noctem, in illa ſupplicãs omnipotenti domino, conſumpſit. Mane autem cum galli cantare ſolent, ſomnus præter ſententiam eum inuaſit, humiq́ ſtratus uidere uiſus eſt duos uiros candidis ueſtibus, uectos equis albis, qui bono eſſe ipſum animo iuberẽt, & formidine pulſa cum illuxiſſet armatum exercitum inſtructumq́ educere ad pugnam: ſe enim miſſos opitulatores propugnatoresq́ ipſius, eſſeq́ unum Ioannẽ Euangeliſtam, alterum Philippum apoſtolum.

ἐκρευχία

Hoc

A Hoc uiſo conſpecto à ſupplicando nõ deſtitit Imperator, ſed maiore cũ cura Deũ precabatur. Idem uiſum & militi cuidam oblatũ fuit, qui cum Centurioni indicaſſet ſuo, adducitur ad Tribunũ, & mox ad Ducẽ. Is rei nouitate motus Imperatori nuntiat. At ille nõ mea, inquit, cauſa hoc iſte uidit, ego enim promiſſoribus uictoriæ fidẽ habui: ſed ne quis putaret hoc uiſum a me cõfictũ eſſe qui tantopere cuperẽ confligere: itaq; & iſti demonſtrauit opitulator Imperij mei, ne teſtimonij authoritas deeſſet narrationi meæ. Mihi enim prius hoc uiſum cõmunis dominus obtulerat. Quare omni formidine abiecta propugnatores & principes belli ſequamur, neq; quiſquã uictoriã pugnantiũ multitudine æſtimet, ſed ductorum conſideret quiſq; potentiã. Hæc & apud milites locutus, confirmatis omniũ animis, copias de monte produxit. Tyrãnus quoq; de procul conſpecto hoſte quem pugnaturũ cerneret, ſuos inſtruit, ipſe collẽ occupat, iubetq; duces uiuentẽ uinctumq; Imperatorẽ ſibi adducere. Moribundus enim & cupidus, inquit, uitæ finiẽdæ, θανατῶντα nobiſcũ ille congreditur. Sed iam ordinibus conſtitutis, multis partibus uincebant hoſtes numero, & Imperatoris copię ita conſtiterant, ut poſſe numerari uiderẽtur. Cumq; iam pugna utrinq; inciperet & tela cõijcerentur, manifeſtam promiſſionis ſuæ fidem fecerunt propugnatores illi. Coorta enim uis contraria hoſtibus uenti, auertit ſagittas illorũ & baliſtas ac haſtas, neq;
B ullius teli uſus erat, neq; legiones uel ſagittarij uel funditores nocere Regis poterant copijs: quin etiã illatus puluis ingens in ora hoſtium, oculos aperire non ſinebat, cogebatq; defenſionem palpebrarum ad oppugnatos illos adducere. At Regius miles nullo affectus tẽpeſtatis tantæ detrimento, confidenter ad cædem hoſtium graſſabantur. Qua re animaduerſa & perſpecta diuina opitulatione, abiectis armis ad petendam ſalutem hoſtes cõuertebantur. Quam leni animo Rex concedens celeriter adducere ad ſeſe Tyrannum imperat. Ibi illi procurrentes ad tumulum quem Tyrannus inſederat, ignarus omnium, qui iam incitatos ac anhelantes aduenire cernens, ſperaret properare ad ſe nuntios uictorię. Quærit igitur an ne & Theodoſium uinctum, ut iuſſi ſint, adducant. At illi, non eum quidem nos, inquiunt, ſed ad ipſum te adducimus, hoc enim Imperiũ eſt uniuerſum, hoc moderatiſs. Ita locuti de ſolio abrepto uincula inijciunt, & abducũt captiuum illum qui modo tam magnifice fuiſſet locutus. Tum Rex memoria illi reuocata delictorum in Valentinianum, & impia Tyrannide & ſcelerato bello aduerſus legitimum imperium obiecto, etiam Herculis exprobrata imagine, & uana fiducia illius, iuſtam & legitimam contra eum ſententiam pronuntiauit. Sic erat Theodoſius in pace & in bello, qui & ſemper peteret diuinum auxilium & nunquam illo fraudaretur.

Caput XXV

HAnc uictoriam adeptus ægrotare cœpit: tum filijs Regnum ita diſtribuit. Maiorem natu ſibi in Imperio ſuccedere, minorẽ uero Europæ;

tenere ſceptra ſtatuit:utrunq; hortatus ut pietatem perfectam cuſtodirent. A
Hac enim & pax,inquit,conſeruatur & bella conficiuntur,& hoſtes dantur
in fugam,& trophæa excitantur,& conciliatur uictoria. Inter hæc ille moni
ta,animã efflat relicta ſempiterna ſui memoria ſuperſtite. Atq; illi patri &
in regni & in pietatis hæreditate ſucceſſere.

Caput XXVI

NAm & Honorius Europæ regno ſuſcepto antiquum morem Romæ
digladiãdi ſuſtulit. Cuius rei hæc fuit occaſio. Proficiſcebatur ab orien
te Telemachus quiſpiam, qui in religione ſolitaria uita exerceretur, uenitq;
ita Romam,ubi forte abominandum ſpectaculum iſtud edebatur: deſcen-
dit tum & ipſe in circum, ac dirimere concurſum, & infeſta arma tentauit.
At ſpectatores cædis, furore perciti ſitientis cruorem dæmonis lapidibus
obruunt moderatorem pacis. Hac re cognita, Rex mirificus hunc quidem
inter uictores martyres referri, illud uero nefarium ſpectaculum intermitti,
imperauit.

Caput XXVII

COnſtantinopoli autem mortuo eccleſiæ illius paſtore Nectario, Arca
dius cuius eius patris eſſet Imperium,certior factus in numerum acce
ptum presbyterorum Antiochenſium,clarum orbis terrarum lumen Ioan-
nem,accerſitum ipſum curauit à collectis Epiſcopis gratiæ diuinæ admone
ri,& paſtorem maximæ urbis declarari. Quod unum factum ſatis ſuperq;
oſtendere Regium erga diuinas res ſtudium uidetur. Ea tempeſtate Antio B
chiæ diuus Flauianus præerat, Laodiciæ Elpidius contubernalis quondam
magni Melitij qui certius illius adminiſtrationem repræſentaret quàm ulla
cera impreſſi digiti formam. Atq; hic ſucceſſerat Magno Pelagio. Vt diuo
Marcello memorabilis Agapetus quem inter ſolitarios exercitatores excel-
luiſſe dictum eſt,hæreticæ procellæ tẽporibus. Seleuciæ uicinæ Tauro præ-
ſidebat Maximus familiaris eximij Ioannis, Mopſueſtiæ Theodorus, do-
ctores ambo præclari. Splendebat & ſapientia atq; moribus,Diuus Acaci
us in Berœæ adminiſtratione,& Leontius Galatarũ gentem paſcebat,mul
tiformibus uirtutibus renidens.

Caput XXVIII

VErum Magnus Ioannes clauo eccleſię accepto,quorundã delicta libe
rè reprehendebat, & Regi ac Reginæ optima ſubijciebat. Sacerdotes
iubebat ſecundum leges uiuere. Qui auderẽt tranſgredi eos à ſacris arcebat:
quòd negaret frui ſacerdotali honore eos oportere, qui uerorũ ſacerdotum
uitam non ſequerentur. Atq; hac cura non ſolum ſuam urbem complecte
batur,ſed totam etiam in ſex præfecturas diuiſam Thraciã, & inſuper Aſi-
am, quæ undecim prætoribus regitur, Nec non pontum iiſdem legibus or
nabat,cuius prætores tot quot Aſiæ ſunt.

Caput XXIX

SEd cum Phœnicem cognouiſſet adhuc inſanire dæmonum cultu, ſolita
ria uita exercitos & flagrantes ardore diuino collegit. cosq; inſtructos
Regijs edictis aduerſus lucos ſimulachrales dimiſit. Fabris uero euertenti-
bus

A bus templa & illorũ mercenarijs, non ſoluebantur de Regio fiſco pecuniæ, ſed elatas opib. ac fide claras mulieres eò ille adduxerat, ut ambitioſe illas largirentur, propoſita laude talis curationis; atq; ita relictæ hactenus Dæmonum ædes ex imis fundamentis eruuntur.

Cap. XXX

CVmq; uideret Scythicum cœtum Arianis retib. captum, cõtra & ipſe coortus capturæ tale genus excogitat. Productis enim aliquot Scythicæ linguæ presbyteris ac diaconis & ſacrorum lectoribus, aſsignauit unam eccleſiam, quorum opera multi qui aberrauerant recepti fuere. Nam & ipſe illo ſæpe ueniebat, & eodem eloquentes alios inuitabat, quib. dicentibus interpres aliquis aderat utriuſq; linguę peritus. Atq; hæc ab ipſo intra urbẽ gerebantur cum plurimos ſeruaret deceptos prædicationis apoſtolicæ ueritate demonſtrata.

Cap. XXXI

CErtior autẽ factus quoſdã paſtorales Scythas accolas Iſtri, ſitire quidem ſalutem, ſed non eſſe qui ad hanc ſedandam latices illis ſuppeditaret: comparauit uiros æmulatores apoſtolicorum laborum, eosq; ad Scythas miſit. Ego uero & in literarum lectionẽ incidi ſcriptarũ Leontio Ancyrano epiſcopo, quibus & Scytharum conuerſio ſignificaretur, & peterentur idonei ductores qui in Scythiam mitterentur. Sed apud nos poſtquam intellexit peſtem Marcionis infeciſſe uicos aliquot, literas miſit ad eũ qui tum *In Epiph. co borte Celticã*
B paſtor erat, hortans ut morbum iſtum repelleret, regijs etiam illum edictis confirmãs. Quanta quidem in animo illius fuerit eccleſiarum iuxta Diuum apoſtolum cura, ex his ſatis poterit intelligi: ſed & alia ſunt quæ libertatem ipſius declarant.

Cap. XXXII

GAina qui gentis Scythicæ eſſet, quam tamen barbaria uinceret, uir tyrannico animo, Dux erat illis temporibus, præfectus cum ſuis popularibus tum Romanis & legionibus & equitatui. Eum non ſolũ alij omnes ſed etiam ipſe Rex formidabat, quod ſuſpicaretur tyrannidem illum moliri. Erat Gaina labe Ariana fœdatus. Petijt igitur à Rege ut unum ex diuinis templis ſibi concederetur. Cui cum Rex reſpondiſſet cogitationi ſibi & curæ eam rem fore, acceſsit Diuum Ioannem, & petitionẽ Gainæ illi exponit, monuitq; quantum poſſet, & ſubinnuit Tyrannidis affectationem, placereq; ſibi hac conceſsione refrenari animum barbari. At fortiſs. uir ille, minime tu iſti Rex, inquit, quicquam huiuſmodi pollicearis, neque hortere me, ut ſancta canibus dem, Non enim poſsim facere, ut uerbum Deum diuina oratione aſſerentes, atque celebrantes eijciam tẽplo, & hoc tradam blaſphematoribus illius. Neque tu metuas barbarum iſtum ô Rex. quin utroq; me atq; illo accerſito, tu modo cum ſilẽtio aſside, at ego illius linguam frenabo, eoq; adducam, ne pergat petere, quod ipſum accipere fas non ſit. His auditis Rex lætus poſtero die ambos adeſſe iubet. Tum Gaina petitionẽ ſuam urgente, magnus Ioannes reclamans negabat licitum eſſe regi quicquam *In Epiph. Celtice*

Aaa aduerſus

aduerſus diuina audere, qui quidem pietatem profiteretur. Gaina uero aſ- A
ſerente, ſe quoque precum ædem habere debere: patet inquit Ioannes, tota tibi diuina ædes, neque adorare uolenti quiſquam impedimento eſt. Mea uero, inquit Gaina, pars à uobis diſsidet, cui ſimul atque mihi unum templum peto, neque nullo hoc meo merito peto, tot bellicis certaminibus pro Romanis exhauſtis. Tum Ioannes: Multo uero tu maiorem mercedem accepiſti, inquit. Nam & dux & conſul factus es, teq; par fuerit conſiderare, qui quondam fueris, & qui iam ſis: tū uero aſpicere ad priorem inopiam & hodiernam opulentiam: comparare etiam ueterem ornatum, quo indutus Iſtrum quondam tranſiiſti, cum eo quo iam conſpiceris. Vide igitur quàm modicis laboribus, quanta præmia tributa fuerint, & caue ne ingratus erga benefactores inueniare. Hac oratione doctor orbis terrarū obturauit Gainæ os, & ſilentium impoſuit. Aliquanto uero pôſt diu celatam uoluntatem Tyrānidis nudauit Gaina, coactoq; in Thracia exercitu multa loca uaſtabat ac deprædabat. Quæ res max. uniuerſis incuſsit terrorē cum principibus tum ſubditis, neque inueniebatur quiſquam qui uel confligere cum illo, uel legationem ad ipſum obire non uereretur, cum omnes reformidarent barbariem animi eius.

Cap. XXXIII

TVm ab aliis timidis cunctis ad hunc fortiſsimū uirū deuentū eſt, qui nihil moratus, neq; prioris refragationis, neq; natæ ex illa diſcordiæ memoriā, animo prompto legationē hanc in Thraciā obiit. Qua re indicata B
Gainæ, recordatus ille qua libertate quondā pietatē defendiſſet, occurrit Ioanni longo ſane itinere, & manū ipſius applicuit oculis ſuis. Quin etiam liberos ſuos ſanctis illius genibus admouit. Ita ſolet uirtus percellere, & pudore ſuffundere etiam inimicisſimos. Sed liuor ſplendorē doctrinæ Ioānis ſuſtinere nō potuit, atq; ſuis artibus uſus regiam urbē ac potius totum orbē terrarum ſpoliauit, lingua & mente illius.

Cap. XXXIIII

ATq; equidem in hac parte narrationis neſcio quid mihi accidere ſentio. Expoſiturus enim factā iniuriā Ioanni alias uirtutes autorū illius reuereri cogor. Qua de cauſa annitar, ut ipſorū nomina occultem. Hi ergo diuerſa prætexentes inimicitię ſuæ, cum fulgentē hominis uirtutē ferre non poſſent, inuenere infelices quoſdam accuſatores, & manifeſtas calumnias futuras intelligentes, conſilium longe ab urbe cōgregarunt. Tum Rex fide ſacerdotibus habita, expelli urbe Ioannem imperat, qui neq; accuſatione cognita, neq; parata defenſione, perinde atq; conuictus omniū quorum reus eſſet, deſerere urbem cogitur, & conferre ſe in oppidū maritimū, ſitū in faucibus ponti, Hieron uocant: cumq; noctu terræ motus ingens ortus, & tota Regia in metu eſſet, legati mane ad exulem mittūtur, qui orarent, ut quamprimū ad urbem recurreret, & nō ſineret ulterius periculum progredi: poſt hos alii atq; inſuper alii miſsi, completusq; legatorū turba Boſporus. Præ-

terea

A terra re patefacta fidelis. populus obuius profectus cum cereis funalibus texere nauigijs propôtidis fauces: atq; ita tum inimicorum turmæ disiectæ fuerunt: ſed poſt non multos mēſes cogunt denuo exiguntq; pœnam non prioris falſæ accuſationis, ſed functionis poſt expulſionē illius. Ioannes negare ſe in iudicium uocatum, negare accuſationē audijſſe, ſuamq; defenſionem oppoſuiſſe, dicere ſe abſentem damnatū, & Imperatoris iuſſu in exiliū actum, itemq; reuocatum eſſe. At inimicis ſynodo coacta, alia cognitione opus non fuit, cum perſuaſiſſent Imperatori legitimam illam & iuſtam eſſe ſententiam. Itaq; non modo urbe Ioannem eijciunt, ſed etiam deſerto inclu dunt oppidulo Armeniæ, cui Cucuſo nomē, atq; inde Pityunta traducūt. Hic eſt finis ſimul Romani Imperij atq; Ponti in ferociſsimorum barbaro rum uicinia. Sed benignus Dominus ad illum cœtum perduci uictoriæ ſpe cioſæ compotem pugilem nō eſt paſſus, cum enim uentum eſſet Comana, in ſenij & doloris expertem cum uitam aſſumpſit. Eius autē poſt tam præclara certamina corpus iuxta monumentū Baſilici martyris deponitur, cum hoc martyr ipſe per ſomnium fieri iuſsiſſet. Quot quidē Epiſcopi propter Ioannem ſedibus ſuis pulſi ultima loca terrarū incoluerint, quotq; Religioſæ philoſophiæ exercitores eadem paſsi ſint, exponere & protrahere narrationem ſuperuacaneū eſſe exiſtimo, præſertim cum faciendū eſſe uideatur,
B ut mentionem triſtium coerceam, neue prodā facinoris autores fidei ſocios. Dedere tamen pleriq; pœnas, & alijs ſuis caſib. utili fuere documento. Hoc facinus in primis execrati ſunt Epiſcopi Europæ, & ſe ab autorū cōmunitate ſeparauerunt, quorum partem auxerunt acceſsione ſua omnes Illyrici. Verum Orientales fugere quidem pleriq; & ipſi cōmunitatē facinoris, ſed corpus tamen eccleſiæ nō diſtraxerunt. Ac defuncto uita doctore orbis terrarum, non prius coniunctionē orientaliū & Aegyptiorū, itemq; Boſpori ac Thraciæ Epiſcoporū admiſere occidentales, quàm admirabilis uiri illius nomen ad reliquos defunctos Epiſcopos aſcripſiſſent, Arſacium quidem qui illi ſucceſſerat ne compellatione quidem dignati. Atticum uero ſucceſſorem Arſacij poſt multas legationes, & petitiones pacis tandem receperunt, cum ille Ioannis nomen reliquis aſcripſiſſet. Cap. xxxv

ERat tum Epiſcopus Alexandriæ Cyrillus Theophili fratris filius, qui ſucceſſerat in præſulatu patruo. Hieroſolymis uero præerat Ioannes uir admiratione dignus, cuius ante quoque meminimus: Antiochenſium paſtor erat Alexāder. Is in functione Pontificali ualde adiuuabatur à uitæ ſuæ gubernatione. Nam in ludo religioſi exercitus illa ante pręſulatū tranſacta, probauit ſuam in diuturno exercitio fortitudinē, cum docēdo, tum uita confirmando doctrinā. Succeſſerat hic Porphyrio, qui poſt Flauianū ad miniſtrationē illā adeptus plurima reliquerat monimēta benignitatis ſuæ, excellenti ſapientia præditus. Hunc tamē diuus Alexander ſuperabat exercitatione

citatione & philoſophia & tenuitate uitæ, & flumine eloquíj, ac innumeris A aliís donis. Idem factionem magni Euſtathíj, quod pridem Paulinus & poſtmodo Euagrius fieri non ſiuerant, cum reliquo corpore coniunxit, ex tempore feſtiuitate inſtituta, cuius ſimilem nemo unquam uidit. Nam conſentientibus omnibus in fide aſſumptis, quicꝙ in ſacerdotali ordine, quicꝙ extra hunc eſſent, proceſsit ad congregationem illorum, & illis adiunctis pſallentibus, unocꝙ concentu celebrationis concinnato, de paruula quæ occaſum ſpectat porta uſcꝙ ad max. tēplum totum forum hominibus impleuit, quodā rationali quaſi flumine immiſſo, ad præterfluentis fluminis ſimilitudinem. His conſpectis cum Iudæi tum Ariana labe fœdati, tum uero exiguæ Græcorum reliquiæ ingemiſcebant, ac lamentabantur, cum & alios fluuios, in mare eccleſiæ ferri uiderent. Hic magni Ioannis nomen primus in eccleſiaſticum codicem retulit. Cap. XXXVI

POſtea & reliquias ipſas doctoris in Regiam urbem tranſtulerūt. Tum rurſus fidelis populus in nauigíjs pro terra uſus pelago, fauces Boſpori iuxta propōtidem lampadib. contexit. Hūc theſaurum urbi intulit Imperator, qui hodie rerū potitur, qui & aui nomē ſortitus eſt, & pietatem incorruptam cuſtodiuit. Qui oculis atcꝙ facie in arcam procumbens errati parentum ſuorum ueniā precatus eſt, quam daret ille in ſe per ignoratione̅ admiſſo. Iam pridē enim parentes mortui fuerant, ualde puero orbo ipſo relicto. B Sed orbitatem ſentire patrum & maiorū eius Deus nō eſt paſſus. Nam & pie illum educari curauit, & imperium ſeditionibus nō ſiuit turbari, & Tyrānicos refrenauit animos. Quorum ſemper ille beneficiorū memor autorem laudib. celebrat, habetcꝙ ſocias celebrationis ſorores, quæ rota uita ſua uirginitatem colunt, pro max. delicíjs putantes diuinas meditationes, & pro cumulatiſsimis theſauris egentium uſus. Ipſum ſane Regē cum plurima ſint quæ decorent, In primis benignitas exornat, & manſuetudo & animi tranquillitas omnis perturbationis expers, necnon fides pura ac celebris. Cuius & ipſius certiſs. afferam argumentum. Cap. XXXVII

ERat quiſpiā religioſi exercitíj cultor, uir animo audace, is accedit ad Imperatorem, & neſcio qua de re preces illi admouet. Quod cū ſæpe fruſtra faceret, eccleſiaſtica Imperatori cōmunitate interdicit, & iniecto uinculo diſcedit. At fideliſs. Rex reuerſus in Regiam cū tēpus eſſet conuiuíj præſentibus omnibus conuictoribus negauit ſe, niſi uinculo ſolutū capturū cibum. Itacꝙ ad Pōtificē unum ex familiariſsimis mittit, qui oraret, ut curaret ab eo laxari uinculū qui impoſuiſſet. Cumcꝙ epiſcopus diceret, non eſſe ab uno quocꝙ temere admittendum uinculum, declararetcꝙ iam eſſe ipſum ſolutum, nō ſuſcepit ſolutionem, donec ægre repertus autor reſtituit eccleſiæ cōmunitatē. Ea erat fides erga diuinas leges Imperatoris. Qua etiam inductus ſimulachrorū reliqua fana funditus dirui imperabat, ne quod poſteri

tati

A tati,uel ueſtigiũ priſtini erroris compareret, atq; hanc ſententiã ille inſeruit propoſito hac de re edicto. Quorũ quidẽ bonorum ſeminũ perpetuo carpit fructus. Prouidentẽ enim ſibi habet huius uniuerſitatis dominũ. Itaq; cum Rhoilus paſtoralium Scytharũ dux Iſtrum cum ingẽti exercitu traieciſſet, & uaſtata ac direpta Thracia, oppugnatam Regiam urbẽ ſe primo impetu capturũ euerſurumq; minaretur, fulmine Deus adactũ cum ipſum exuſsit, tum copias perdidit uniuerſas. Cui nõ diſsimile quod bello Perſico accidit. Cum enim Perſæ diſtineri uarijs occupationibus Romanos cernerent, rupto fœdere expeditionẽ in uicinos mouerũt, neq; quiſquã illis auxilio aderat, quod confiſus pace facta Imperator & duces & milites ad alia bella miſiſſet. Tum igitur Deus illos largiſsimo perfuſos imbre, & uehementi grandine immiſſa perficere, ut ceperant, iter non ſinit: curſum etiã equorũ compeſcuit, ut uiginti diebus, totidem uix ſtadia progredi poſſent, atq; interim & duces accurrerunt, & miles coactus eſt. Sed & ſuperiore bello hos ipſos ob ſidentes cognominem Imperatori urbem riſui expoſuit. Quam cum oppugnaret Gororanes admotis innumerabilib. machinis, arieteq; adacto, & ex tructis turribus, reſtitit illi ſolus diuus pontifex, Eunomius nomine, & machinarum appulſarũ retudit impetũ: iamq; noſtris ducibus prælio ſeſe non committere, neq; ſubuenire oppugnatis audẽtibus, ille ſeſe hoſtibus opponens

B incolumem urbẽ cõſeruauit. Cumq; unus ex Barbaricis Regib. ſolita blaſphemia, & Rabſacis ac Sennachiribi furore concitatus, diuinũ ſe incenſurum templum minaretur, nõ tulit rabiem diuinus ille uir, & fundã in mœnia conſtitui, ubi illa cognomento Thomæ apoſtoli nuncupabantur, applicatoq; ingẽti ſaxo in nomine eius qui blaſphemaretur, emitti iuſsit, quod directe illatum in impiũ Regem, abominandum illius os, & totum caput comminuit, & cerebrum humi diſperſit. Hoc conſpicatus ille qui exercitũ coegerat, & urbem ſe capturũ ſperauerat, mox diſceſsit, re ipſa confeſſus ſe uictũ eſſe, metuq; perculſus pacẽ ac fœdus fecit. Tantæ eſt omnipotenti Regi noſter Rex curæ: namq; & illius ſe ipſe ſeruum fatetur, & conuenientem exhibet cultum domino ſuo.

Cap. XXXVIII

ATq; hic reſtituit, magni orbis terrarũ luminis reliquias cupidiſsimę ciuitati. Quod quidẽ aliquanto poſt factum eſt. Innocentio uero optimo Romę Epiſcopo ſucceſsit Bonifacius, & huic Zoſimus, itẽq; huic Celeſtinus. Hieroſolimis autem poſt admirabilẽ Ioannẽ Praylio eccleſiæ cura cõmiſſa fuit, uiro conuenientis plane nominis. Verũ Antiochię poſt diuum Alexandrũ præſul eſt factus Theodorus unio caſtitatis, manſuetudine excellens, uitæ perfectiõe ornatus. Hic Apollinaris curiã alijs ouibus adiunxit, in ſummo cum eccleſia illas coniungendi labore, etſi cõplures inſigniter illa labe contaminati in propoſito permanſere. *à mãſuetudine facta uoce*

Cap. XXXIX

EA tempeſtate Iſdigerdes Perſarum Rex eccleſiaſticũ bellũ mouit, hac A
occaſione. Audas erat Epiſcopus multiformib. prӕditus uirtutibus. Il-
πυρεῖον le intempeſtiuo ardore inſtigatus pyreum ſubuertit, ita uocãt ipſi templum
flammæ, Numen enim flammã eſſe putant. Qua de re per magos Rex cer-
tior redditus, accerſit Audan, ac primum clementer accuſatũ inſtaurare py-
reum iubet. Quod cum ſe negaret Audas factutũ, minatur rex omnes ſe ec-
cleſias euerſurũ eſſe, utcꝫ fuerat minatus fecit. Cumcꝫ mandaſſet diuum il-
lum uirum interfici, tum deinde omnes eccleſias dirui iubet. Atcꝫ ego ſane
non tempeſtiuam fuiſſe pyrei ſubuerſionẽ exiſtimo. Nam necꝫ diuus apo-
ſtolus cum Athenas ueniſſet, & uidiſſet ciuitatem obnoxiã eſſe cultib. ſimu-
lachrorum, ullã aram quã ipſi uenerarentur ſubuertit, ſed oratione & igno-
rantiã illorum reprehendit, et docuit ueritatem. Cęterũ dirutum inſtaurare
noluiſſe ac præoptauiſſe mori, id uero admirabile, & coronis dignum duco,
non enim in ullo diſcrimine ignis adorationẽ, & fani ædificationem pono.
Sed hinc citatus turbo grauiſsimas undas, atcꝫ ſęuiſsimas incuſsit pietatis
alumnis, & elapſis iam annis triginta durant adhuc fluctus à magis tancꝫ
procellis uentilati. Magos autem uocant Perſæ eos qui ex elementis Deos
ψευδολ. etſi faciunt, quorum nos fabulas alio libro expoſuimus, ubi & diſſoluimus mẽ-
Epiph. et ipſe dacia ipſorum. Ac mortuo quidem Iſdigerde poſt patrem defunctũ Goro-
aliter legit ranes filius unà cum regno, etiam bellum ſuſcepit aduerſus pietatem, atque B
ipſe moriens ambo quocꝫ coniuncta filio ſuo reliquit. Genera autem ſup-
pliciorũ, & exquiſitiones pœnarũ quibus pios excruciauerunt, non facile po
terunt oratione exponi. Aliorũ enim manibus, aliorum dorſis pelles detra-
xere, aliorum capita à fronte uſcꝫ ad mentũ nudarunt cute, alios dimidiatis
arundinibus circumdedere, aſtrictis his arctiſsimis uinculis, ita quidem, ut
qua parte diſſectæ eſſent arundines nudo corpori applicarẽtur, Atcꝫ ita in
deui extraxere ſingilatim arundines dilacerãtes per ſummũ dolorẽ cutem.
καταφρά- Multos lacubus accuratè obturatis incluſere, collecta eodem glirium multi
ξαντες tudine, à quibus corpora pugilum pietatis depaſcerentur, alligatis quidem
manibus ac pedibus ne abigere beſtias à ſe poſſent. At glires fame cõpulſi
paulatim ſanctorum carnes, diuturnũ & uehementẽ per cruciatum abſume
bant. Quin etiam his grauiores pœnas excogitarũt magiſtro uſi illo naturę
peruerſore, & ueritatis hoſte. Non tamẽ uicere fortitudinem pugilum. Sua
enim ſponte accurrebant cupidi mortis conciliatricis uitæ. Faciam autẽ men
tionem duorum aut trium, de quibus & aliorũ fortitudo intelligi poſsit. E-
rat illuſtris admodũ Perſa nomine Hormiſda gente Achæmenides, cuius
pater præcipuas geſsiſſet præturas, hunc cũ Rex cognouiſſet eſſe Chriſtia-
num, accerſitũ abnegare iubet ſeruatorem Deum. At ille necꝫ iuſtum eſſe,
necꝫ utile imperiũ Regis dicere, Nam ſi quis didicerit, omniũ rerũ Dominũ
Deum cõtemnere, & illum abnegare, facile ipſum etiã Regẽ deſpecturum
eſſe

A eſſe,qui certe homo ſit,mortalis conditionis. Quod ſi pœna dignus habeť, ô Rex,aduerſarius aliquis regni tui,quãto eſt maiore dignus, qui omnium rerum factorẽ abnegauerit? At Rex quem æquum fuerat admiratione pro ſequi ſapientiſsima dicta,ſpoliauit illum,& opibus & honore,& ducere nudũ camelos,qui in exercitu eſſent,renone ſolũmodo incinctũ imperat. Poſt multos uero dies deſpiciens de teſtudine Rex,uidit optimũ illum uirũ uſtulatum ſolis æſtu,& puluere reſperſum,tum recordatus paterni ſplẽdoris, ac cerſi ad ſe indutũ linea tunica mandat,ratusq́ cum priore malo,tum illa ſua benignitate mollitum eſſe animũ ipſius: Nunc ſaltẽ, inquit,contentionẽ pone,& abnega fabri filium. ſed Hormiſda diuino repletus feruore tunicã dirupit,& abiecit cum his uerbis: Si ideo me ſperaſti pietatem deſerturum,habe tibi donũ tuum unà cum impietate. Hac illius uiſa fortitudine Rex eijcit Regia nudum. Suenem cui centum ſerui eſſent, auſum reclamare ſibi, neq; omnium rerum factorẽ uolẽtem abnegare, ſciſcitatus qui nam omnium ſeruorum illius eſſet deterrimus,ei dominationẽ in alios, atq; etiam priorẽ,herum tradidit,eidemq́ & coniugẽ domini matrimonio copulauit, ita de ſententia ſe ſperans deducturũ propugnatorẽ ueritatis. Sed longe ſpe ſua falſus fuit,habebat enim ædificatã Suenes domũ in petra. Coniecit & Beniamin diaconum in carcerem, poſt annos autẽ duos legatus Romanorũ qui

B alijs de cauſis aduenißet, liberationem impetrauit diaconi: uetuerat tamen Rex cõmunicare Chriſtianam illum doctrinam cum magis, ſeruaturũ hoc eum legato promittente. Ceterum Beniamin fieri poſſe negabat, neque ſe lucem quam eſſet conſecutus,adempturum alijs, docere enim ſacrum Euangelium quanto ſupplicio dignus ſit occultator talenti ſui. Sed hos ſermones celatus Rex ſolui uinculis diaconũ iubet. At ille ut ante fuerat ſolitus,& ab interitu conſeruabat,quoſcunque potuerat, & omnibus impertiebat lumen mẽtis. Hoc poſt anni ſpatium indicato Regi rurſum iubetur ille abductus negare Deum quem adoraret. Tum ille interrogat, quo dignũ ducat Rex deſertorem regni ſui,& electorem alieni: cumq́ Rex reſpondiſſet morte & ultimo ſupplicio,ibi igitur uir ſapiẽtiſs. quam pœnam,inquit, mereri cenſes deſertorem factoris ac creatoris ſui, atq; deitatem, debitumq́ illi honorem alicui cõſeruo ſuo tribuentem. Qua oratione irritatus Rex,iubet uiginti acutis calamis digitos manuum ac pedum illius per ungues transfigi,quos cruciatus cum illum pro nugis putare cerneret,alium calamum acutum impingi uerendis illius, & attrahendo, ac infigendo ineffabili dolore illum affici. Tum demum impius & immanis Rex ſtirpem nodoſam & ramoſam in ſedem diaconi adigi imperat, tum ille fortiſsimus pugil tãdem animam exhalauit. Sed & alia innumera auſi ſunt facere iſti impij. Neq; mirandum ferri ad omnium rerum moderatore tantam feritatem atq; impietatem. Nam & ante Imperium magni Conſtantini omnes Romani principes inſanierunt

in ſodalitium ueritatis, ac Diocletianus ipſo die ſalutaris paſsionis uniuer/ A
ſas in Romano orbe eccleſias diruit. Cap. XL

SEd nouem præteritis annis rurſum ille multipliciter auctæ, ornatęꝗ flo
ruere, at Diocletianus unà cum impietate iuterijt. Sed & huiuſmodi bel
la & eccleſiæ uictoria prædicta fuit à domino, ipſaꝗ res docet utiliorem no
bis eſſe belli impetum ꝗ pacem. Hac enim delicati, & immites ac timidi red
dimur: at bella, & mentẽ exacuunt, & pręſentia tanꝗ fluxa, ſpernere docẽt.
Quæ quidẽ à nobis alibi diſputata ſunt. Eo uero tempore quo diuus Theo
dotus Antiochenã eccleſiã regebat, morit̃ Theodorus Epiſcopus Mopſue
ſtias, cum omnium eccleſiarũ Doctor, tum hæreticæ cohortis profligator.
Hic Diodorum magnũ audierat, cõmilito & ſocius diuiniſs. Ioannis, qui ſi/
mul ſe rigandos præbuerant illius ſpiritalibus laticibus. Sex hic & triginta
annis pręſul fuit, aduerſus Arianum, & Eunomianũ dogma quaſi in acie di
micans, necnon latrocinium Apollinaris cõpeſcens, & ouibus optimã her/
bam ſubminiſtrans. Huius frater Polychronius paſcebat cum ſumma utili
tate eccleſiam Apamenſium, in maxima cum doctrinæ ſuauitate, tum uitæ
ſplendore. Sed ego fine hoc loco facto narrationis inſtitutæ, lecturos obte/
ſtor, ut repẽdere preces uelint labori meo. Tempus quidem hiſtoria noſtra
exequitur annorum C V exordio ſumpto ab Ariana rabie, atꝗ hoc exitu
laudatiſs. uirorum Theodori ac Theodoti mortis. B

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
Theodoriti Finis.

CATALOGVS CAESARVM IOACHIMO CAMERARIO AVTORE.

CONSTANTINVS ὁ μέγας I

COnſtãtinus qui magnus dictus eſt conditor nouæ Romæ
in Thracia ubi ante Byzantiũ fuiſſet, quæ illius nomine ap/
pellata fuit, Conſtantij filius ex ignobiliore matrimonio ſu/
ſceptus, prælatus à patre filijs Theodoræ propter ſingula/
ris ſpei indolem, Cæſar creatur in Britannia. Erat Conſtan
tius minime lautus, & à luxu alienus, qui ad epulas quoꝗ publicas, & ſolen
nia conuiuia argentũ & uaſa ab amicis corrogaret, unde & pauperis cogno/
mentum inuenit. Conſtantini autẽ filij in primis munifica liberalitas, & ma
gnificentia prædicatur, qua re max. omnium uoluntates ſibi conciliaſſe, &
præclariſsima teſtimonia uidetur collegiſſe. Et ſi magnum uirum fuiſſe du/
bium nõ eſt. Hic deuicto Licinio cum iam ſolus rerum potiretur multa fe/
cit ſuperbe ac crudeliter, cum in ſuos tum externos. Nam & Criſpũ filium
intercmiſſe

A intermiſſe, & Fauſtam coniugem filiam Maximiani aduerſus parentem quondam erga ipſum officioſam, exquiſito ſupplicio balneatum necaſſe tra ditur: profeſſus Chriſti cultũ quo minus fallere, & prorſus eſſe iniquus Græ corum ſuperſtitioni uideatur, Sopatrum Apamenſem philoſophum Iam/ blichi auditorem quo familiariſs. uſus eſſet, iuſsit occidi. Hic primus crucem preferri in bello precipui ſigni loco inſtituit, ſomnio, ut quidã tradidere, mo nitus. Religionis curam geſsit diligentẽ & glorioſam, cum aliorum ſe moli/ tionibus opponendo, tum cogẽdo illam memorabilem ac ſacroſanctã Ni/ cenam ſynodũ. Paucis ante ſuam mortem diebus ſacro baptiſmate lotus fu it, mortuo iamdudũ Siluestro Romano Epiſcopo, ut nõ ſolum aliјs multis certiſsimis argumẽtis, ſed hoc quoqꝫ facto refellatur fama baptiſmatis Sil/ ueſtrini, itemqꝫ rebaptiſationis Arianę. Annotatur tempus ab hoc conditę nouæ Romę annorũ trecentorũ ſexaginta duorũ poſt Imperium Auguſti. Mortuus eſt Nicomediæ in Bithynia. Corpus nouã Romam translatum, cum ingenti luctu exercitus, & ſepultum ſumptuoſiſsimè. Matrẽ Helenam habuit, concubinam Conſtantij, mulierem pene ſuperſtitioſe piam. Huius itemqꝫ filij ſtatuæ in foro Conſtantinopolitano poſitæ fuere, & in medio crux, cum inſcriptione unius eſſe diuinitatem, ſiue ſanctitatem, εἷς ἅγιος. Deceſsit relictis Conſtantio Conſtantino ac Conſtante liberis, quibus &

B teſtamẽto hæreditatem Imperij diuiſit, adiuncto Dalmatio Dalmatij fra/ tris filio. Hunc natum in Thraciæ oppido Neſſo quod poſtea auxerit atqꝫ ornarit, accepimus. De Cõſtãtino multa ſtudio in utramqꝫ partem ſcripto rum tradita ſunt, quæ quamuis fauore, aut odio expreſſa factionibus, & fal/ ſitate nõ careant, ſatis tamen oſtendunt uirum maximũ illum, & eximiæ na turæ fuiſſe, qui neqꝫ uirtutibus, neqꝫ uitijs mediocribus præditus eſſet, & in quo uirtutibus tamen uitia obſcurarentur.

CONSTANTIVS II

Conſtantino max. natu filiorum Conſtantini magni interfecto cum bellum mouiſſet Conſtanti fratri natu minimo, Imperium orientis te/ nuit Conſtantius, Cõſtans occidentis, nam iam ante Dalmatius adoleſcẽs eximiæ ſpei in Thracia fuerat à militibus interẽptus, conniuente Conſtan/ tio. Sed & Conſtans qui in occidẽte regnaret, dum ocioſe uenationibus ſtu det, à coniuratione Maxentiana circumuentus opprimitur. Deuicto igitur Maxentio magna ſtrage data atque accepta, cum ipſe fuga elapſus ſe gla/ dio tranſuerberaſſet, & Decentius quẽ Cæſarem dixerat, finiſſet uitam la/ queo, ſolus tenuit imperium Conſtãtius. Bonis potius imperatoribus con/ numerandus quàm malis. Nam & bello fortis, & in pace placidus fuit. Mul tum quidem eſt in eccleſia factionibus tumultuatum ſub hoc principe, qui propter ingenij manſuetudinem ſeduci, falliqꝫ interdum ſoleret. Conſuetu/ dine domeſtici coniugij contentus, infamiam libidinis uitauit. Hic cum di/

xiſſet

xiſſet Cæſarem Iulianum fratrem patruelem ſuum filium Cõſtantij, uel ut alij tradidere Dalmatij,expugnatus precibus Euſebiæ uxoris quam mirifi/ce diligeret,nam Iuliano non admodum fauebat, cumq́ illum nouis rebus ſtudere intellexiſſet,inflammatus ira & cupiditate uindictæ incitatus,expe/ditionem parthicam,quam tum in manibus habebat, in Iulianum conuer/tit,ſed dum indignationi & dolori indulget, correptus uehementi febre in itinere deceſsit Mopſucrenæ in finibus Ciliciæ. Arianam ſectam huic pro/batam maxime fuiſſe ſcribunt. De quo tamen Gregorius inuehens in Iulia nũ cum honoris,& amplitudinis præfatione mentionẽ habet.hocq́ unum parum recte feciſſe putat, quod Iulianum Cæſarẽ crearit.Conſtat quidem aduerſus quoſdã oppugnantes Arianos admodum exacerbatũ fuiſſe Con ſtantiũ,idq́ multis cauſa non uidetur caruiſſe, ſed de hoc definire noſtrum non fuerit. Mortuũ tradunt, cum magno animi dolore,& multis querimo nijs ob uitam inconſideratius actam, filiũ nullum reliquit.Memorabile eſt, quòd Britãnioni ab exercitu in Illyrico prodito, non ſolum uitã, ſed etiam otium atq́ uoluptates largitus eſt: cui etiam poſtea ſcribens in memoriam ſolitus reuocare fertur,quantum beneficiorũ in eum contuliſſet, qui non ſo/lum curis & ſolicitudinibus reipublicæ, ſed etiam ſcholæ ipſum liberaſſet. Nam fuiſſe ſtolidæ cuiuſdam ſimplicitatis Britannionem traditur,delatoq́ imperio cum puderet illum literas neſcire, ſæpe laborioſiſsime elemẽtorum nomina meditantem deprehenſum.

A

B

CONSTANS III

Conſtans in Italia fratre Conſtantino interempto Imperium tenuit, bellator haud infelix. Militũ uoluntates largitionibus ſibi concilians, cum ſubditorum iniuria, & expoliatione,Chriſtianam religionem amauit & auxit.Seditione Maxentij,ut dictum eſt, circumuenitur & occiditur, Cu ius necem uindicaturus frater Maxẽtij quidem copias fudit ac fugauit, ſed tãta utrinque clades accepta eſt, ut tum uiribus Romanis fractis ac debili/tatis,roboreq́ militię amiſſo,ianua aperta ſit ad rapinas barbaris hoſtibus illis quaſi cuſtodibus remotis, & promiſcua iam turba irruẽte in Imperium Romanum barbarorum prohibente nemine.

IVLIANVS IIII

Iulianus Galli occiſi à Conſtantio frater, filius Conſtantij: uel ut alij tra didere,Dalmatij fratris Cõſtantini magni ex matre Galla.Cæſar dictus à Cõſtantio fratre patruele max. rebus in Gallia geſtis, & Francorum dele to exercitu ſublato animo maiora moliri,& imperiũ affectare cœpit. Adiu/uabatur in primis fauore militũ,quorũ beneuolentiã omni officiorum gene re ſibi cõciliaſſet. Hunc apoſtatã dixere,quod metu Conſtãtij,quodã tẽpo re capillo raſo in cœtu eccleſiaſtico,lectiones fecerit.Græci παραβάτην uoca/runt,quòd deſciuerit ad Græciſmum.Mortuo Conſtantio à nullo aduerſa

rio

A rio interpellatus, imperium tenuit. Libanij doctrina multũ uſus eſt. Valde ſtudioſus elegãtiæ & antiquæ diſciplinæ. Itaq; ſe uitamq; ſuã, ac mores ad uetuſtatem cupidiſsime reuocauit. Qua in re obſtãte Chriſtiana religione incurrit in magnã difficultatem, Nam illa neq; ferri ab ipſo in hac ſententia atq; propoſito, neq; ita ualida & propagata facile tolli potuit. Itaq; cũ quaſi ex inſidijs coortus, tum iuſto Marte in illam ſeſe intulit, minime proſpero euentu. A cædibus, & ſanguine abſtinuit manus ſuas oraculis delectatus, haud ſcio an nõ tam ſuperſtitione q; imitatione ueterũ. Huic à Græcis redditum unum aut alterum memoratur uerſibus Heroicis hac ſententia.

Iamq; ubi perſigenam gladio uictrice domaris
Vſq; Seleuciæ ſternens ad mœnia gentem,
Tum te flammiuomi rapient ad ſidera currus
Aetherios inter uentoſo turbine gyros,
Mortali humanis poſitis cum corpore curis.
Atq; ita cœleſti patriam ſplendore reuiſes:
Vnde es mortales quondam delapſus in artus.

Alterum oraculum.

Terrigenum quondam ſtrauit Saturnius agmen,
Cœlicolum diuo populo quod bella parabat,
B At dux Iuliane inuictæ clariſsime Romæ
Tu Perſas bello profligas, mœnia & urbes
Diruis, & ferro ac hoſtilibus omnia flammis
Vaſta facis populiſq; domas cum pluribus urbes.
Quin etiam occiduis Alemanæ gentis in oris,
Proſterniſq; acies, & agros populare feraces.

Hunc à primis pueritię annis inſectatus eſt mortuũ Gregorius. Interijt in Perſide proditus perfidia ductorum, quibus temere fide habita pręcipitatus in deſerta, & aliena cultu humano loca, metuens grauius aliud diſcrimen, iniquo marte cum hoſtib. conflixit, & ictus ſagitta emiſſa incerto autore corruit. Alij conto percuſſum à proſtrato hoſte, alij aliter perhibẽt. relatus in caſtra cum ſanguine anima linquitur: uir doctrina & ingenio excellens, animo prõptus, leni, facili quod ipſum uix unquam quieſcentes oculi indicarent. Superſtitioni deditus, & in prauas ſentẽtias de rebus diuinis inductus potiſs. à Maximo platonico Epirota, qui & ipſe Iamblichũ audijſſet. Fuit autem hoc totum agmen poſteritatis Platonicæ in tractatione rerum diuinarũ cuiuſdam, ut ita loquar, eruditę uanitatis, quòd ueterũ ſcripta obſcuriora de uita & moribus hominum ad numina, & Deos referrent, confunderentq; cum diuinis humana, & ſuperſtitione animos imperitorũ implicarent. Iulianus libros quoq; compoſuit, ea fuit eruditio literaria. Cæſarum hiſtoriam orſus ab Auguſto executus. Contra Antiochẽſes qui dicteria iecisſent, de barba ipſius, barbæ odiũ,

μισοπώγωμ

μισοπώγων Græce dicitur. ad canem Heracletum de cyniſmo, & alia alijs A
de rebus compoſuit ſcripta, interq́ illa confutationem Chriſtianiſmi quam Phorcæ olim uidimus. Chriſtianis lege interdixit ſtudijs bonarũ artium, ἵνα μὴ, φησὶν, ἀκονώμενοι τὴν γλῶτταν ἑτοίμως πρὸς τοὺς διαλεκτικοὺς τῶν ἑλλήνων ἀπαντῶσιν.

IOVIANVS V

IOuianus Pannonici generis in caſtris mortuo Iuliano appellatus Imperator à militibus, pactus cum Perſis non honeſtas pactiones, ſed neceſſarias, reduxit incolumem exercitum, ipſe Conſtantinopolim properans in itinere moritur. Nulla re magis innotuit, quàm uirtute patris, qua ille commendatus, ſummos eſſet honores conſecutus: animo molli fuiſſe, inuenio, ingenio penè nullo, & quod ipſe negligentia etiam perderet. Niſibim urbem potentẽ Perſis conceſsit, cum ſumma infamia. Quadã tamen libertate & æquabilitate uitæ, ſtudia commilitonum comparauerat. Formoſum admodum, & procero corpore fuiſſe accepimus, ſed cum haberetur uulgo ſtolidior, uiſo illo anus aliquando dixiſſe fertur, ingentem eſſe altitudinem atq́ latitudinem ſtultitiæ: quo dicto cõprobato acclamatione multitudinis cum alij alia in illum iacerent, nihil eſt propius factum, quàm ut ſeditio oriretur, quæ cõpreſſa tamen fuit à Saluſtio præfecto prætorij. Antiochię templum conſecratum Traiano ubi pretioſa bibliotheca eſſet, inſtigatione uxoris in- B
cendi iuſsit, cui incendio faces ſubdidiſſe ipſius concubinas ferunt, atque ita multi optimi libri unà cum templo conflagrarunt, quam rem perquam iniquo animo Antiochenſes tulere, atq́ natura dicax illud hominum genus, multis dicterijs inceſſere imperatorẽ, interq́ hęc uerſus Homericos in eum torquere irridentes, ſparſis partim humi, partim parietibus affixis libellis, è quibus memorantur aliquot huius ſententiæ,

Ex Iliade.

E bello aduenisti, utinam in bello perijſſes.
Item
Execrande Paris forma, facieq́ ſuperba,
Fœminea ueſane libidine.
Et ex Odyſſea.
Ni te nudatum ueſtitu membra tegente
Palliolo tunica parti oppoſitisq́ uerendæ
Quam primum infeſtis plorantem miſero Perſis.

Meritus ita eſt de Chriſtianæ pietatis cultoribus, ut inter laudatiſs. imperatores numerari debeat, Neq́ fuit iniuria mors illius, ut præmatura à pluribus deplorata.

VALENTINIANVS VI

SAluſtij præfecti prætorio beneficio factus Imperator Valẽtinianus inuitus, ut fertur, cum magna laude geſsit rempublicam, legibus confuſas res diſtinxit, uir prudens, mitis, ſcelerũ maximus oſor, infeſtus auaris. Cum

recte de

A recte de diuina trinitate ſentiret, non tamen crudelis fuit erga Arianos. Aerarij curam non negligenter habuit. In primis operam dedit, ut idoneis hominibus magiſtratus demandarentur. Cum haberet Serenam uxorem è qua ſuſceptum Gratianum Auguſtum iam impubere ætate creaſſet, retenta illa, duxit & Iuſtinam, forma uirginis captus, lege etiam lata, ut geminas uxores habere cuiq; liceret. Ex Iuſtina naſcitur Valentinianus. Hic fratrem Valentem potitus rerum conſortem Imperij fecit, conceſſa adminiſtratione orientis. Nihil deeſſe ad ſummã laudem illi putant, niſi fidelium & prudentum amicorum monita. Fideliter præfuit rebus ſua in parte. Extinctus ſanguinis profluuio, ſiue rupta uena, ſeu alia de cauſa, ſeu ſidere percuſſus, quã ἀποπληξίαν Græci uocant, moritur Mediolani relictis ſucceſſoribus fratre & filio Gratiano ex Serena ſuſcepto, ſed & alterum filium ex Iuſtina cognominem patri, prouexere potentes amici mortuo iam ipſo ad partem Imperij. Ita Valens, & Gratianus, & Valentinianus admodum puer, principes facti præfuere orbi terrarum.

VALENS VII

Valens orientale tenuit Imperium, ſub quo ualde eſt tumultuatum in eccleſia, cum ipſe Ariano dogmati faueret, & crudelitatem illius ſectæ nemo coerceret. Conſtantinopolitanis infenſus, quorum & legatos incenſo nauigio in mari perdidit. Vir doctus & erga amicos liberalis, infelix bello, Auſonius & carmina facere ſolitum ſcripſit, perijt miſerabiliter cum ingenti clade exercitus bello Getico. nam in prælio ictus ſagitta, delatusq; in agreſtem caſulam irrumpẽtibus Getis, & ferro ac igne omnia uaſtantibus, unà cum caſula concrematus eſt. Auxilia expeditionem paranti frater Valentinianus negauerat. Superſtes fratri paucis annis extinctus lachrymabili fato eſt, ut diximus. Tum ad Gratianum fratre illius adhuc puero ſummã rerum deuoluitur.

GRATIANVS VIII

Gratianus cognita patrui morte celeriter Romam orientalem ſe contulit, ſæuitiæq; Arianorum oppoſuit, de exilio reuocauit Epiſcopos. Vt ſuas quibuſq; eccleſias tuto liceret tenere edixit. Incurſiones diuerſarũ partiũ prohibuit. Solos Photinianos, Eunomianos, Manichæos excluſit. Fuit eruditus artibus bonis. Rationẽ gerendæ reip. tenuiſſe non putatur. Aptior ludo quàm imperio Barbarorum ſatellitio uſus, qua re militum à ſe animos ualde alienauit, à quibus & deſertus ſeditione Maximi, qui Gallicas legiones ſibi conciliarat, ætate prima circumuentus trucidatur. Hic aduerſus Getas Theodoſium ducem cum imperio miſit, quẽ uictorem etiam Cæſarem dixit. In Conſtantinopolitana ambulatione ſtatuam huic poſitam fuiſſe accepimus, equeſtrem iuxta patris & Theodoſij ſtatuas, adiuncta ridiculi gratia cuiuſdam gibboſi Firmiliani ſtatua.

VALENTINIANVS IX

A

VAlentinianus adhuc puer, & Iuſtinæ matri obnoxius, à Maximo qui fratrem ipſius ſuſtulerat, pulſus Italia ad Theodoſiũ confugit, à quo obiurgatus, quod ſe præbuiſſet abutendum matri, ac alijs turbas dantibus in eccleſia, iuſſusq́ bonum animum habere, nõ enim ſibi eſſe integrum negligere nefariam cædem Gratiani, à quo ſummos honores eſſet cõſecutus, deuicto quidẽ Maximo, ſeditione Eugeniana ſuffocatus, laqueo extinguitur. autores necis laqueum de editiore loco nexuere, quo ſibi adoleſcẽs ipſe mortem conſciuiſſe crederetur.

THEODOSIVS SVPERIOR X

THeodoſius Hiſpanus diuino in ſomnis monitu hoc nomen ſortitus, dicitur à Gratiano Cæſar, uictis fugatisq́ Scythis. Huius opera fideli & ſincera eſt uſa reſp. laudatiſſimusq́ eſſet princeps, ſi in pace quoq́ illam fuiſſet complexus. Maximum interfectorem Gratiani ſuſtulit, intercempto etiam infante filio, quem pater Cæſarem dixiſſet: Cõpreſſit & ſeditionem Eugenianam uentilatam ab Armogaſte. Memorabilis ea uictoria fuit, hoc quidem maior quo inſperatior, Neq́ enim humana, ſed plane diuina ope parta creditur. Conflixit minime par multitudine hoſtib. neq́ obſcure detrectante pugnam milite. Ipſo tamen ducẽte pudore ſecuti ſunt. Confirmauit non parum labantes animos defectio cohortium, quæ in inſidijs fuerãt B collocatæ àb Eugenio. Subito etiam in hoſtes turbulẽtia atq́ procellæ uentorum ſeſe intulerunt, tanta ui, ut arma quibuſdam extorquerentur, relaq́ repellerẽtur, ad eos unde emiſſa fuerant. Quod omnium literis qui illius pugnæ mentionem fecere celebratur, ſed magnifice à Claudiano, qui Imperatorem Aeoli copijs, & ætherijs auxilijs uſum ſcribit. Hoc prælio commiſſo traditur à ſuis Imperatori Eugenius, Armogaſtes ſibi mortẽ cõſciſcit. Theodoſius pacata rep. Cõſtantinopolim redit, & Promoto bellicam rem committit, ipſe uoluptatibus & delitijs operam dare etiam non ſine ignominia. quam tamẽ aliqui eum declinaſſe affirmãt. Sane negligentem cõſtat fuiſſe, & diſſolutũ rebus ſecundis, aduerſis acrem & attentũ, quę diuerſitas naturæ non immerito quibuſdã admirabilis uiſa eſt. Hic cũ Honorium filiũ ſuum Cæſarem Romæ dixiſſet, ſuaſit Senatui qui religionem priſcam ſtuderet retinere, ut decepti & inducti in errores reſipiſcere, & Chriſtianã religionem, in qua omniũ ſcelerum abolitio denuntiaretur, amplecti uellent. Sed nemo motus omni oratiõe illius dicitur. quod negarẽt ſe facere poſſe, ut maiorum ſuorum inſtituta & tradita nouitijs Chriſtianorũ inuẽtis poſtponerẽt: cum illorum cuſtodia urbem incolumẽ prope mille ducentis annis conſeruaſſet, quib. ſi alia potiora duxiſſent, ignorare ſe quæ ſit fortuna conſecutura. Inſtitit tum pius princeps, & remp. ſumptib. ſacrorum grauari dixit. Quos cum Senatus tueri nõ poſſet, ſuſtulit Theodoſius, & authoritatẽ Senatus admodum

A dum diminutam reliquit. Hæc recenſui, ut intelligeretur unde maxime orti
eſſent illorum temporum ſermones,quos ſequẽtia mala quaſi incitauerunt,
cum omnium calamitatum cauſæ acceptæ mutatis ſublatisúe ritibus ſacro/
rũ referrentur. Quibus cum alij,tum uehementer Aurelius Auguſtinus re
ſpondit atq; reſcripſit. Fuiſſe perſimilis Theodoſius Traiano traditur. In
iram procliuior,inq; illa impotentis animi,ſed quæ celerrime abiret. In lite/
ris atque artibus is quem neq; eruditum,neque indoctiſſimum diceres. A/
mans ocij & quietis. In qua educatis filijs duobus,Arcadio atque Honorio
imperium relinquens,placidam mortem obijt Mediolani. Suſceperat illos
ex Placilla quam incredibili amore proſecutus,mortuam omni genere ho/
norum affecit.

ARCADIVS ET HONORIVS XI

Relicti à Theodoſio hæredes regni Arcadius & Honorius placidæ &
molles animæ,requiſiuerunt admodum quietem & tranquillitatem,in
qua ipſi educati eſſent. Neuter magnopere reip. curis ſe afflixit, Itaq; Ru/
finus & Stelicho re ipſa principes, illi uerbo erant. Rufinus Celta natione
apud Theodoſium plurimum potuerat, autoritate & gratia. Huius Steli/ Rufinus. Stelicho
cho ſocius publicam ſimul rem uexabat. Omnium bona rapiebant, leges
figebant atq; refigebant arbitrio ſuo:infimos mercede accepta ſummorum
B honorum inſignibus exornabant. Rufinus elatus ſuperbia cum ueniſſet in
ſuſpicionem affectati regni, à militibus ante urbem Conſtantinopolita/
nam occiditur, caput & dextra manus præciſa, bona tributa Eutropio Eu/
nucho,non minus improbo, qui & ipſe cum modum in ſcelere omnem ex/
ceſſiſſet,excitus è templo quo confugerat,obtruncatur. Arcadius cui prouin
cia orientis data eſſet, relicto ſuperſtite filio Theodoſio moritur. Interea
Barbari Stelichonis,ut ferunt,hortatu concitati,quaſi exundabundum flu/
men in Italiam ruunt. Non enim Stelicho contentus mediocri potentia, re/
gnum inuadere,uel ipſe uel parare filio Eucherio conabatur. Radagiſus ini
quitate loci expugnatus capitur. Alaricus irritatus ſeu dolo ſeu perfidia Ste
lichonis redit ad urbem, neq; ullo defendente dum Honorius Rauennæ
deſidet,diripit. Capta tum eſt Placidia ſoror imperatoris. Hoc initium fuit
uincendi, potiendiq; in Italia rerum Barbaris, quo tempore in translatam
imperij ſedem Byzantium etiam imperatores conceſſere, Italiam non ad/
modum reſpicientes,niſi quatenus ſub Iuſtiniano, quod melius fuerat non
fieri,aduerſus Gothos in ea bellum eſt geſtum. Omnino leuitas & inertia
quædam optimorum & pietate præſtantium principum ualde nocuit rei/
publicæ. Hac improbi abuſi multum damni dederunt paſsim ciuibus Ro/
manis. Inter quos & Arbazacius, quem per iocum ob rapinas Harpaza/
cium dicebant, libidine, luxu, auaritia perditus miſere afflixit ciuitates atq;
prouincias.

THEODOSIVS POSTERIOR XII

THeodoſius filius Arcadij, in delitijs et inter Eunuchos educatus ſucceſſit patri, & unà cum patruo aliquãtiſper imperium, poſtea ſolus tenuit. Mox Valentinianum conſobrinũ filium Placidiæ amitæ ſuæ, & ducis Conſtantij Cęſarem dixit. Vtili & fideli opera huius erga ſeditioſos fuerat uſus. Sed & Aſperi uirtute in Italia repreſſi tumultus. Huius temporibus odijs inter Bonifacium ac Aetium exortis, Vuandali in Africam traducti fuere. Moritur Aurelius Auguſtinus obſeſſa Hippone. Expoſitus fuit Theodoſij animus omniũ pene dolis ac fraudibus, obnoxius Eunuchis, qui rerum potirentur principe Chryſaphio, Ipſe ludere, uenari, nihilq; alijs occupationibus uacare. Tanta incuria & negligentia gerere rempublicam, ut diplomata non lecta ſubſcriptione confirmaret. Ferebat totius quidem uitæ fraternæ, ſed hanc leuitatem in primis indigne ſoror Pulcheria. Itaq; tale ad correctionẽ ipſius cõſilium capit. Literas conſcribi curat, in quibus petita ab illo traderetur in ſeruitutẽ Eudocia uxor, quam amabat mirifice. Perfectas affert fratri, ſeq; ait donum liberalitatis quoddam ipſius petere: qui neq; lectis illis, neq; interrogata ſorore quid petitionis ineſſet, ſubſcribit ſeruituti coniugis ſuæ. Tum ſoror recitata ſcriptura obiurgatum fratrem magno pudore confudit. Nihil geſsit memorabile, cum attigerit uitæ annum L. pacem mercari, non armis facere, quo max. contemptum Imperij Romani auxit. A cædibus ita abhorrere, ut ſontibus etiam uitam largiretur. Cum hoc Valentinianus multis annis regnauit, à quo cum non quidem integer, neq; bonus uir Aetius, ſed reipublicæ neceſſarius, Eunuchorũ calumnijs in odium uocatus Imperatoris, interfectus eſſet: cumq; ille apud intimum quendam gloriaretur, quaſi egregio hoc facto ſuo: Quale hoc, inquit ille, ſit mox ſentiemus, tu certe tibi ſiniſtra manu dextram præcidiſti. Theodoſio mortuo Pulcheria Marcianum ad Imperij honorem produxit, Valentinianus ab Aetij uno milite Stratilia interimitur, Marcianus Conſtantinopoli ſeditione Leonis opprimitur.

TEMPORA IMPERATORVM

BREVITER ANNOTATA.

COnſtantinus Imperium tenuit annis, minus duobus menſibus, triginta & uno, tredecim ſolus, ingreſſus in regnum.

ab urb. con. A M. xxxix. ANNO ab urbe cond. M. XXXIX. quæ ratio ex eo ducta eſt, quòd Nouam ſeu orientalem Romam condidiſſe traditur, circiter annum XXIIII Imperij, & cum fuiſſe urbis cond. MLXIII Græci tradunt.

A.V.C.A. M.lxx. ANNO ab urbe cond. MLXX, deceſſit Conſtantinus magnus.

Coſtan

A CONSTANTIVS cum fratribus XIII.ſolus XI annis Imperatot fuit,omnibus XXIIII.de quibus ſi V deducãtur,qui abiere dum fratris interfector ſuperfuit. VIII illi tantum ſoli relinquentur anni.

IVLIANVS annis II. A.V.C.A.

IOVIANVS non uno toto. M.C V.

VALENTINIANVS cum Valente A.XII.minus tribus menſibus.

VALENS cum Gratiano & Valentiniano, VALENTINIANI,FF. ann. III.omnibus XV. A.V.C.A. M.CXIX.

GRATIANVS cum fratre Valentiniano & Theodoſio an. XI. A.V.C.A. M.C.XV.

VALENTINIANVS cum Theodoſio an.VII.omnibus XII.

THEODOSIVS cum Honorio & Arcadio FF.annis III.omnibus aliquot menſibus plus XVI. A.V.C.A. M.CXXIX

ARCADIVS cum fratre annis XIII.

HONORIVS cum Theodoſio fratris F.annis XVI.omnibus XXIX. A.V.C.A.

THEODOSIVS annis XXVII.cum Valentiniano conſobrino. M.C.LVIII

VALENTINIANVS IIII cum Martiano,omnibus circiter XXX.

Ita conficiuntur à Conſtantino uſq; ad Leonem anni CLVIII quos aliqui in CLIII contraxere,& à XIII an. Imperij Conſtant.in quem refertur Alexander aduerſarius Arij uſq; ad Theodoſium, in cuius imperium Celeſti-B ni pontificatus incidit,conficiuntur anni CV,quod tempus ſe executum narratione ſua Theodoritus ſcribit.

ANNOTATIVNCVLAE AD HISTORIAM THEODORITI LVCIS NON NIHIL ALLATVRÆ LECTORI.

IN cap.8.ubi dicitur hanc quæſtionem de Coeſſentialitate filij agitatam, ante annos 130.& extare patrum ea de re libros,ſentit Artemonis hæreſin,de qua extiterit poſtea Samoſatenſis Pauli & Luciani, quæq; ipſa de ueteri Hebionitis,quaſi fonte fluxerit.

Docebat Samoſatenſis uerbum Dei Chriſtum eſſe non naturaliter, ſed gratia & beneuolentia Dei. Nec minus in alijs ſanctis, atq; ſe adeo ipſo in eſſe uerbnm Dei,quàm in Chriſto fuerit.

De Meletio qui Arianis ſe coniunxit, quærendum an is ſit quem facundiæ & doctrinæ nomine tantopere laudat Euſebius,fugiſſe certe ſcribit ſupplicia Chriſtianorum.

Capite 25. In conuerſione Epiphanij Valerianus memoratur, in Græco proprium nomen eſt omiſſum. Fortaſſe interpres addidit euidentiæ cauſa.Significatur autem pater Galieni, Licinius Valerianus, qui κολοβὸς fuit

dictus. Hunc crudeliter graſſantē in Chriſtianos uictum in Meſopotamia Sapores rex Perſarum cœpit, & oculis effoſſis contumelioſiſs. tractauit. A

Capite 30 Quærēdum num idem ſit Mares Chalcedonēſis Epiſcopus, Arianorum fautor, & obiurgator Iuliani apoſtatæ cæcus.

CATALOGVS EPISCOPORVM

Conſtantinopolitani Epiſcopi, qui fuere hoc tempore, cuius eſt hiſtoria Theodoriti.

Petrus Alexander,

Paulus, & pulſo Paulo Euſebius Nicomedienſis, quo mottuo extitit σχίσμα Macedonianum, ſub Conſtantio.

Macedonius, abdicatus.

Eudoxius, qui Antiochenam ſedem cum hac mutauit.

Demophilus σχίσμα

Gregorius Nazanſenus curator eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

Maximus philoſophus Cynicus, abdicatur.

Nectarius prætor urbis pauloantè baptiſatus, ſub Theodoſio.

Ioannes Antiochenus cognomento Chryſoſtomus, ſub Arcadio.

Arſacius frater Nectarij admodum grandis natu. Atticus. B

ALEXANDRINI

1 Petrus. 2 Achillas. 3 Alexander ſub Conſtantino.

Athanaſius, μέγιςον ἐ διαματηρὸν σχίσμα ſub Conſtantino, Conſtantio & Valente.

ARIANI EPISCOPI VIVENTE Athanaſio.

Euſebius Emiſenus deſignatus præſulatum metu non inijt.

Gregorius.

Georgius Cappadox, occiſus ſub Iuliano ab Alexandrinis non abſq; ſuſpitione ſubornationis Athanaſianæ.

Athanaſius reſtitutus ſub Iuliano, hoc poſt captum præſulatum an. XLVI defuncto Petrus creatur Epiſcōpus.

Petro pulſo ſubſtituitur Lucius à Georgio quodam presbyter factus, & Samoſatenſis Epiſcopus.

Reſtitutus Petrus pulſo Lucio.

Timotheus frater ſucceſſit in locum Petri mortui.

Theophilus Cyrillus Theophili fratris filius.

ANTIOCHENI.

Tyrannus. Vitalis. Philogonius.

Euſtathius, σχίσμα, pellitur in exilium Euſtathius, & ſurrogatur

Eulalius

A Eulalius Arianus,quo mox mortuo, Euſebius Palæſtinus deſignatur,o/bire functionem noluit. Subſtituitur igitur,
Euphronius,& huic Placitus.
Stephanus abdicatus. Leontius.
Eudoxius Epiſcopus Germaniciæ.
Melitius ſuffragijs omnium ex Armenia accerſitus factione Arrianorum pellitur.in cuius locum ſufficitur
Euzoius,diaconus quondam cum Ario damnatus.
Paulinus Orthodoxis poſt pulſum Euſtathium præfuit, unam ædem te/nuit Antiochiæ.
Melitius reuerſus ab exilio,σχίσμα Paulini,cum præſulatum peteret Pauli/nus & Apollinaris.
Apollinaris abdicatur, ſed Euſtathiani præſule Paulino à reliquis ſeparati longo tempore manſerunt, ſed & Apollinaris Vitalem crearat Epiſco/pum,ipſe conceſſit Laodiciam.poſt Melitium creatur
Flauianus,& Paulinus ſurrogat ipſe ſibi Euagrium.
Flauiano ſucceſſit Porphyrius.
Alexander reſtitutor unitatis factionis Euſtathianæ & Melitianæ.
Theodotus.

B HIEROSOLYMITANI

1 Hermona. 2 Macarius ſub Conſtantino.
3 Maximus. 4 Cyrillus:abdicato Cyrillo Epiſcopo occupat illā eccleſiā
Herennius,poſt hunc
Heraclius,poſt hunc
Hilarius,ſub Theodoſio principe,cum reſtituitur Cyrillus,cui ſucceſſit
Ioannes. Praylius.

ROMANI

1 Miltiades.
2 Syluester ſucceſſor.
3 Marcus à Theodorito omiſſus.
4 Iulius.
5 Liberius,hoc exulante præfuit eccleſiæ Fœlix.
6 Damaſus ſucceſſit reuocato Liberio,Vrſino qui tum quoq; factioſe creatus eſſet,abdicato.
7 Vrſinus,qui quidem Theodorito eſt Siricius.
8 Anaſtaſius.
9 Innocentius.
10 Bonifacius.
11 Zoſimus.
12 Cœleſtinus.

linum Tyrium adhuc uiuente Conſtantino,poſtea Eulalium,qui tertius &
A xx.Epiſcopus Antiochię à temporibus apoſtolorum fuiſſe traditur. Cum
uis eſſet magna ingenij,& acrimonia in diſſerendo,exquiſita oratio,necq; ul/
li iam cederet: multos etiam in diſputationibus pro arbitrio agitaret, ferri
diutius non potuit,cum multi dignitate & autoritate pręſtantes uiri ab ado
leſcente adhuc redolente officinam ſe uexari dolerent. Ita relicta Antiochia
Anazarbum conceſſit, ubi quaſi uires colligebat,cum exercendo ſe dialecti
cis & contentionum artibus,tum ſcribendo non ſolum mediocribus,ſed eti
am ipſi imperatori Conſtantino: tum etiam uitæ, uictuſq; ac ornatus ſim/
plicitate ac tenuitate. Hunc Ariani dogmatis defenſorem fuiſſe conſtat: ſed
ea ſubtilitate ac ita preſſe tractabat, ut fraudes ueriti ipſi etiam Ariani non
magnopere pro illo laborarent, quare à Leontio diaconus creatus mox ab/
dicatur. Erat Leontius uir prudens, minime tumultuator, diſſimulare iniuri/
as, tegere ſuam ſententiam: ætate grauis moritur. Fuit & alius Leontius, Tri
politanus Epiſcopus, de quo ſententiæ hiſtoricorum uariant. Nam tra/
dunt inter ſubſidia Arij, aliqui damnatum, & Ariani ſcriprores inter ſu/
os poſuere: alij egregium uirum, & penè immodice tenacem dignitatis Epi/
ſcopalis aduerſus Euſebiam Auguſtam perhibent fuiſſe. Memorabile eſt
quod traditur: Cum quodam tempore in cœtu Epiſcoporum Conſtanti/
us de eccleſiaſticis multa uerba faceret, & promulgaret conſtitutiones, om/
B nibus alijs approbantibus, hunc ſolum obſtinate tacuiſſe. Tunc imperato/
rem quæſijſſe: cur ipſe inter omnium ſermones ſolus teneret ſilentium. Ibi
reſpondiſſe Leontium: Ideo fieri, quia cogitans miraretur apud ſe, quòd ab
ipſius negotijs tantum ſuppeteret temporis aliena ut curaret. Bella enim &
rempublicam illi gerendam: nunc ijs poſthabitis deſidere inter epiſcopos,
& ſtatuere de eccleſiaſtica adminiſtratione, quæ ad ipſum nequaquam per/
tineret. Fuit & alius Leõtius hæreticus Arianus Antiochenus. Fuit & Leon
tius uir pius monachus ſub Leone. Sed Antiochenus Epiſcopus Leontius
callide fouebat, & pacem ciuium & Aetij doctrinam. Vtebatur notario Ae
tio Eunomio, uiro prompto & acri: hunc fecere Epiſcopum Cyzicenum.
Tuebatur autem Eudoxius, qui poſt Leontium inuaſerat Anthiochiam, &
hac relicta Conſtantinopolim, is igitur tuebatur Aetium atq; Eunomium:
ſed Eunomius cum audacia non deeſſet; intelligentia deficiebatur. Aetij
igitur inſuper elimare, & expolire ſubtilitatem, ſed in ſacris literis, neq; cogi
tatione, neq; lectione multum uerſatus, temere impietatem effundere. Hic
cum quid propoſuiſſet explicandum, percopioſa oratione utebatur, quòd
ſentiret non ſatisfacere ſe ſuſceptæ rei. Itaq; multis uerbis abſumptis, ad
metam anhelans, haud ferè pertingebat: quare in illa copia ingenti oratio/
nis perquam tenues & leues ſententiæ fluctuabant. Scripſit ſeptem To/
mos in epiſtolã Paulinam ad Romanos. Hic relegato Aetio aliquantiſper
conſilio

conſilio Eudoxiȷ impietatem celat:poſtea illa prodita Cyzico pellitur,& hę A
reſiarcha manifeſte fit,à quo dicti ſunt Eunomiani ijdem cū Aetianis, nam
hæc poſteriorum appellatio uſitatior. Diſſimilitudinem introducebant in-
ter filium & patrem, & illam de nihilo, Arianam impietatem aſtruebant.
necꝙ tam ſententia quàm diſceſſione ab Arianis diſcrepant.

DE PAVLO SAMOSATENSI

PAulus Samoſatenſis Epiſcopus Antiochiæ Manetis temporibus,potiente rerum Aureliano, nudum hominem ſeruatorem Chriſtum fuiſſe docebat, inꝙ ipſo tanquam alijs in Prophetis habitaſſe uerbum dei. Itaꝙ conſtituebat,duo diuerſa & ſeparata, alium Chriſtum, alium uerbum Dei in Chriſto fuiſſe aſſerens. Hinc propagatæ omnes ueſaniæ, uel humanitatis uel diuinitatis naturam eripiētes Chriſto,qui Deus & homo unus Chriſtus eſt, non cogitatione,ſed naturaliter. Paulus filium dei æditum Mariæ uirginis partu non eſſe ſempiternam ſubſtantiam ſeu perſonam,Chriſtum communis modi & naturæ hominem fuiſſe, per ſummam impietatem docebat,ab hoc Pauliani dicti.

DE MANICHAEIS

MAnichæi ſiue ab authore hæreſeos appellati, ſeu à Manete diſcipulo Budę.præſtigiator hic erat & ſuperſtitioſus.Chriſtum non uero corpore humano in terris uerſatum docebat, ſed ad humanam formam deſcripto,& ad uſum commodato eorum, quæ in terris facere ac perpeti uideretur,quorum nihil reuera gereretur. Naturam hic humanam tollebat:Vetus teſtamentum,ut exitiale & nocens abijcere, Nouum retinere tanquam ſalutare. Scelera quædam uitæ & nocturna ſacra exercuiſſe hunc traditur, uerum de his non laborandum,cum uideri conficta poſſint.Sed illius abominandæ impietas doctrinæ ea fuit quam poſuimus, præter quæ & aſſertio eſt illius duorum numinum, à quorum uno bona ab altero mala originem haberent, quæ implicantur cum prioribus ueſanijs, Cerdonis, Marcionis,Valentini. B

DE AVDAEO.

AVdæus Syrus Manichæorum dogmata clāculum probare creditus, aſſerebat Humana forma deum eſſe, ἀνθρωπομορφῖται huius ſectatores dicti.Arripuere hoc dogma max.imperiti & Aegyptij Monachi.Simulabat autem hæc factio magnam uitæ innocentiam ac caſtitatem:recedereꝙ à communitate eccleſiaſtica ſe dicebant, quod in illa ferrentur fœneratores & impuri.

DE MESSALIANIS

MEſſaliani uoce ſignificāte precatores appellati,qui & ἐνθουσιασταὶ à numine quo corriperentur. Fruticatio quædam Phrygum & Montani ſectæ,pleriꝙ celantes ſuum dogma ab eccleſia non ſeiungebantur, neꝙ quicquam

A quicquam momẽti habere cõmunitatem illam in utramq; partem aiebant.

DE LVCIFERIANIS

LVciferiani à Lucifero dolente ſuam autoritatem in creatione Epiſcopi Antiocheni ſpretam, ſecta originem duxit. A quibus in Alexandrino conuentu recepti damnabantur. Hæreſis in ſola ambitione fundata, neq; ſane late peruagata. Hæc enim arma ſemper fuere cõtentionum in eccleſia, prętextus ueræ fidei, & pietatis aſſerẽdæ. Et ſeruire coacta fuit eximia res cupiditatibus improborum fides, ὅπλον ἐστὶ φιλονεικιῶν, ut ait Gregorius.

DE SABELLIO ET PHOTINO

SAbellius Libycus fatebatur unum eſſe Deum, & ita in unam eſſentiam trinitatem adducebat, ut aſſereret nullam eſſe uerè ſubiectam proprietatem perſonis, ſed nomina mutari pro eo atq; uſus poſcat, ut nunc de illo ut patre, nunc ut filio, nunc ut ſpiritu ſancto diſſeratur. Huius hæreſeos germina Photini placitum & Marcelli Galatæ Epiſcopi Ancyrani, quorũ ille aſſereret filium dei ex Maria natum, ſempiternam eſſentiam illius negans, hic unigenitum filium uerbum Dei eſſe concedebat. Sed tempore atq; uſu flagitãte progreſſum, mox rediiſſe illò unde uenerat. Qui neq; eſſet ante illam progreſſionẽ, neq; poſtea ſubſtantiam habuerit. Conſtitutum enim & explicatum fuerat poſt ſynodum Nicænam de perſonarum ſiue ὑποστάσεων appellatione, quod ibi ſcriptum eſſet
B ἐὰν δέ τις λέγῃ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως τὸν υἱόν, ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. Nam mouerant hanc quæſtionem poſteriores demum ut opinor, Baſilius quidem per quã ſubtiliter interpretatur. Hæc apprehendit & Paulinus Antiochiæ orthodoxorum præſes poſt pulſum Euſtathium. Contra Sabellium ſcripſiſſe Dionyſium refert Baſilius, haud ſcio an non illum dicat, qui Alexandriæ Epiſcopus fuit, iam ætate grandior cum Samoſatenſis damnaretur, ſed proceſſiſſe in conuincendo longius, & diſtràxiſſe etiam eſſentiam, id eſt τὴν οὐσίαν Deitatis, ſeminaq; ieciſſe diſſimilitudinis quæ poſtea introducta ſit. Ab his nominantur Sabelliani & Photiniani.

APOLLINARIS

APollinaris ualde ingenioſus, & doctus uir, carmen & uerſus elegantes facere, facultate maxima literarũ. Itaq; repleuit libris ſuis, ut Baſilius ait, orbem terrarũ. familiaris fuit Gregorio & Baſilio: defenſor Coeſſentialitatis. Interdixerat Iulianus diſciplina Græcorum Chriſtianis. Tum Apollinaris uerſib. expoſuit ad Homericum quẽdam modum hiſtorias antiquas ſacrarum literarum, & numero librorum, & elementorũ notis iiſdem. Compoſuit & Iambos & carmina. Hunc antiquis, niſi noſtra præſentia ſperneremus, comparari poſſe quidam putarunt, ſed fieri nõ potuit, quin in tanta copia ſcriptorum multum ac ſæpe erraretur, Sententias quidem à uirtute diuinæ ſcripturæ ad humanas fabulas detorſiſſe illum conſtat, In primis de reſurre-

ſurrectione mortuorum ineptientem, cum reuerſuros ad legem & circumci A
ſionem, ſabbata, ritus, adorationem, cibos, templum traderet, tum de carne Chriſti, ſplendidis nugis multos ſeduxit. Cum enim filium dei carnem humanam animaſſe, primum docuiſſet, poſtea correxit, pro mente tantum & intelligentia fuiſſe diuinitatem in Chriſto. Hunc ſecuti Apollinariſtæ nominati ſunt.

DE NOVATIANIS

NOuatiani à Nouato presbytero, qui in facinus, & peccatum ſingulare lapſos excludi oportere cõmunitate eccleſiaſtica cenſebat, iudiciumq́ de illis relinquendum deo. hos ſanctiores & natura ipſa atq; ingenio duriores amplectebantur, imbecilliores fugitabant, ita ſcindi eccleſia in duas partes: ſeparabantur enim illi à reliquis καθαρὺς ſeſe uocantes. Hæc opinio condemnata eſt in ſynodo Romana. Fuere multi epiſcopi Nouatianorum uiri boni ac docti, & in primis max. diuerſa ratione Agelius & ab hoc tertius Siſinius. Quorum ille indoctior & rudior, hic nõ ſolum literatus, ſed etiam elegans ac facetus: Non niſi unam ueſtem ille, & nullos calceos habere. Hic & candido pallio & balneis uti. Ac quodam cum aliquando catholico reprehendente quod laute degeret, ac quærente cur candida ueſte amiciretur, iuſſit illum proferre ex ſacris literis, ubi nigris indui iuberentur, Quod cum ille facere nõ poſſet, At mihi, inquit, Salomon ſuccurrit, iubens ueſtimenta candida eſſe, Ipſeq́ Chriſtus candida ueſte eum ſe tum Moſen, atq; Heliam diſcipulis conſpiciendum exhibet. Accedebat autem dictis gratia ſuauitate uocis, & decoro quodam geſtu totius corporis. Lauabat ſæpe bis uno die. Hoc quodam cur faceret, qui Epiſcopus eſſet rogãte, ut bis uno die lauaret, quia, inquit, tertio non ſatis commode poſſum. Ademerat Leontius Epiſcopus Ancyranus eccleſiam Nouatianis, qui cum ueniſſet Cõſtantinopolim, deprecatum ad eum acceſſit pro ſuis Siſinnius: ſed increpante Ancyrano Siſinnium, negantecq́ eſſe dignos eccleſia qui pœnitentiæ bonum tollerent, Nemo, inquit, eſt in pœnitentia maiore quàm ego. Túne, inquit Ancyranus, quo pacto? Quod, inquit Siſinnius, ad te acceſſerim. Cum Ioannes Chryſoſtomus diceret, duos Epiſcopos in urbe una eſſe non oportere: Negauit eſſe Siſinnius. Tibi ne igitur, inquit Ioannes, Epiſcopus nõ ſum? Imo uero, inquit, tibi non ſum, qui alijs ſum omnibus. At ego, inquit Ioannes, efficiam ne publice, cum hæreticus ſis, docere tibi liceat. Effice, inquit Siſinnius, & accipe cum gratia mercedem, quanto enim labore me liberaueris. Tum Ioannes iam mollior, non igitur faciam cum tibi gratum futurum intelligo. Ea erat hominis promptitudo in reſpondendo & altercando ſubtilitas, qua in parte cũ Eunomius quoq; ualeret, fugere illius congreſſus, quaſi ἀντιπῆχυς ſolebat. Moribus & uita laudatiſſimus.

B

De ali

DE ALIQVOT CATHOLICIS PRAECIPVIS QVI NOMINANTVR IN HAC HISTORIA.

ATHANASIVS

ATHanaſius Alexandrinus ab epiſcopo illius urbis Alexandro puer literis erudiendus in eccleſiã ſuſcipitur: uiderat enim quædã illũ myſteria tractare religionis noſtræ: poſtea factus diaconus epiſcopũ ſequi, proficiſcentẽ Nicęã ad memorabile conciliũ illud coactũ aduerſus Ariũ: mortuo Alexandro,legit̃ Athanaſius epiſcopus.Tum illud miſerabile,et cruentum ac diuturnum diſsidiũ extitit,Regibus,Epiſcopis,prætorib.populo partim tuente partim oppugnante Athanaſium.Cõſtantinus relegauerat in exilium, ſed illius filius Coſtãtinus reſtituit reuocatum, ut tradit̃, à patre penè agente iam animã.Poſtea Conſtantio ſolo rerum potiente, cum ipſe miſere,tum illius cauſa eccleſiæ cõcuſſæ,ac uexatæ ſunt.Apparet fuiſſe uirum ingenioſum,prudẽtẽ,animi uehemẽtis,acrẽ,laborioſum,in cõiecturis ſequendis admirabilem.Mirifice inimicus Arianis fuit.Conſtantẽ aduerſus fratrẽ inſtigaſſe putabatur, ea ſuſpicio uidetur tantopere infenſum illi Conſtantium reddidiſſe.Qui defendẽte cauſam illius Liberio dixiſſe tradit̃, nullã ſibi uictoriã gratiorẽ futurã, ꝙ ſi eſſet Athanaſius oppreſſus. Necꝙ tantopere ſe ſollicitari Magnentij,& Siluani defectione,ꝙ cura euertendi Athanaſii. ex quibus intelligi poteſt immane illud odium fuiſſe.Sub Iuliano eccleſiam recepit,& mortuus eſt Imperatore orientis Valente.multi hiſtoriã perſecuti ſunt ſcriptis ſuis,uariã & incertã fortunã rerum illius,multa ſunt ſingularia, & admirabilia.Atrocibus ſæpe criminibus infamatus,ita ſe purgauit, ut nõ perſuaderet iudicibus ſed oſtẽderet, & declararet,quaſi ob oculos poſitã innocentiam ſuam.Inꝙ hac parte pręcipua fuit felicitate,necꝙ enim ullum improbum factum Athanaſii inimici plurimi, & potẽres probare potuerunt. Exilia, periculaꝙ uitæ, ſæpe ſubijt. Doctrina & artibus minus inſtructus, itaꝙ mores illius, & oratio plus nocuere aduerſarijs ꝙ ſcripta. In hunc etiam extat funebris laudatio cõpoſita à Gregorio Nazanzi epiſcopo.

GREGORIVS THEOLOGVS EPISCOPVS NAZANZI.

GRegorius qui Theologus dicit̃ epiſcop. Nazãzi,uicus hic eſt Cappadociæ,uir doctiſsimus,neceſſarius,& amicus Baſilij Cęſarien̄. epiſcopi,literis fuit apprime eruditus,& uerſus facere elegãtes, extant illius in hoc genere ſcripta,quib.ingenij bonitas,et magnitudo ſtudij declarat̃.Sed philoſophiæ operã præcipuã dabat,& orationẽ diligẽter cõponebat,ad ſenrẽtioſum & ſubtiliorẽ modum, qualẽ Polemonis Smyrnæi fuiſſe accepimus magiſtri Ariſtidę. Laodicęę quidẽ erat ille natus,ſed ꝙ Smyrnę rhetoricabat̃,ideo illud cognomentũ obtinuit.Cõpleta fuiſſe tradunt numeroſis ſcriptis Gregorij uerſuũ x x x.M. Doctrina fuit ſingulari & exquiſita, morũ & uitæ maxima integritate,atꝙ etiã comitate.In docẽdo & expoſitionibus

rerum plurimũ ualebat,oratione utebatᷣ ubere quidẽ, ſed cum elimata cura, A
tum grauitate ſtabili. Ne aduerſarios quidẽ atq; inimicos lędere,itaq; ſatis
quietã uitã ad annos fermè x c ꝑduxiſſe ferᷣ. Cum Cõſtãtinopoli in diſsi
dio Demophileo eccleſiã ſuſcepiſſet regendã, & inuidia ſubijceretᷣ ei quidã
Maximus,ægreferẽtib.multis,& hortãtibus Gregorium ad illã ſedẽ & di/
gnitatẽ ſuam retinendã,negauit aliter ꝙ ad tẽpus curationẽ illius eccleſię ſi
bi datã,orauitq; ut paterentᷣ ocio ſuo pacẽ eccleſiæ parare: ita Nazãzum re
dijt,ubi tandẽ alio cõſtituto epiſcopo in agro ſolitariã uitã uixit. Incredibili
amore cõplexus fuit Baſiliũ,ſe quidẽ natu minorẽ. ſtuduerãt unà Athenis,
cõiũgi etiã ſimilitudine morũ,& mutuis uolũtatib.uidebantᷣ, quę res aut ſo
læ,aut potiſsimũ amicitiã cõciliãt atq; cõſeruãt. Pluris facere Gregorius Ba
ſilium quã ſeipſum,nõ obſcure teſtabatᷣ. Pro hoc laborare,hunc producere
cõmendatione et teſtimonio ad honores,ab hoc requirere in maximis reb⁹
ueritatẽ. Sacras literas eatenus tenebat quatenus opus eſſe cẽſuerat, exquiſi
tam eĩn ſcientiã illarũ uideo ei adimi, cũ cõcedatᷣ eidẽ ſingulare ſtudiũ. Vix
cum quoq; diſputaſſe oratione aut ſcripto traditᷣ,cum Gregorius tum Baſi
lius quẽ nõ in ſuã ſentẽtiã perduceret. Fuere & alij hoc nomine: Gregorius
frater Baſilij. Gregorius Arianus epiſc. Alexand.

BASILIVS.

BAſilius Cappadox,uir doctus & literis atq; artibus eruditiſsimus. Va/
lebat in primis copia dicẽdi atq; eius oratio plenior & ornatior uiſa & B
apta cõcionibus,epiſco. fuit Cæſariæ in Cappadocia. Oppugnator Ariani
dogmatis,inualeſcẽtisq; tũ Sabelliani & Eunomiani. De ſpiritu ſãcto cõtra
eos, qui creaturã dicerẽt,diſputauit acriter. Marcellũ et perſonarũ,quas tum
dixere ὑποςάσεις,cõfuſores refellit. Corpore perq; fuit imbecillo,et morbis
obnoxio,itaq; & medicamẽtis & calidis balneis uſũ ſe ſcribit. Matris quę ip
ſum ſedulo curaſſet,mortẽ molliſsimo animo tulit. Valens cũ ferè oẽs ortho
doxi pellerentur,ipſum nõ exegit. Exulauit tamen ſiue ui aduerſariorũ ſeu
ſponte. Maximus amator ocij & ſolitudinis,& diſciplinæ ac ordinis in eccle
ſia inſtitutor. Huius ſunt pſalmorũ matutini cantus,& cœtus uirorũ ac mu/
lierum,uirtutẽ & continentiã exercentiũ, ἀσκήσεις Græci dixere, Succeſſit
in præſulatu Euſebio, annitente maximopere Gregorio. Huius frater fuit,
quem diximus Gregorius epiſc. Niſſæ, & Petrus qui & ipſe epiſcopus fuit,
& duo monachi. Baſilius alius fuit Ancyranus Galata,incertę ſentẽtiæ, Ari
anos quidẽ inſectatus,ſed Macedoniani dogmatis propagator.

IOANNES COGNOMENTO CHRYSOSTOMVS

IOãnes Antiochenus,cuius mater Publia fuit,pulſata iuſſu Iuliani à ſatel/
lite,ꝙ cõtra illius edictũ choros uirginũ pſallentiũ habuiſſet, facundia &
flumine quodã orationis aureo cognomen Chryſoſtomi meritus eſt. Innu
merabiles libros cõpoſuit,uerbis ornatos,oratione elatos, exquiſitos cultu,
patiens laboris,uigiliarũ,abhorrens à libidine. Quarũ uirtutũ cõſcientia ſu/
perbiens

A perbiens,immitis erat,& aſperæ cuiuſdã libertatis erga oẽs,inſultator & iracundus. Nõ tangi reuerẽtia,neq; calamitate,ullius. Eutropius pręfectus prętorij,uel ut dixere tũ,præpoſitus palatio,metu ſupplicij ad eccleſiã confugerat,& pſtratus iacebat ante altare. Pręcipuus hic quidẽ Ioãnis aduerſarius, ſed nemo putabat facturũ,ut hoc illius tẽpore iniuriæ meminiſſet. At Ioannes qui tũ concionaret̃,oẽm ſermonẽ ad Entropij inſectationẽ cõuertit,q inhumanũ pleriſq; uiſum. Qui etiã ita libere in Auguſtũ nonnunq; inuehi ut maledicus haberet̃. Omnino fuit animi excelſi, ſuperbiæ crimine nõ caruit,ſeueritatis odioſæ,Nouatianis nõ iniquus: ſed profecto illorum quoq; tẽporum uitia ſecari atq; uri,nõ leuibus medicamentis curari uoluere. Pertinacia etiã eius reprehendit̃. Acceptiſsimus populo fuit, quem quaſi reuinctum de lingua trahebat,quocũq; uoluerat,ſemel atq; iterũ in exiliũ miſſus, tandẽ relegatus in locum ultimũ imperij Romani in itinere moritur, relictis contentionibus etiã de ſe mortuo poſteritati grauibus & diuturnis.

DE MARTYRE BABYLA.

BAbylas epiſcopus Antiochiæ. Hunc tradunt Numeriano,uel ſicut alij malunt,Decio Imperatori ingredi in ſacrã ædẽ ad multitudinẽ populi uolenti,obſtitiſſe in foribus,q negaret ſe paſſurũ,ut lupus ad oues irrueret, atq; Imperatorẽ tum quidẽ ſeu metu multitudinis,ſeu qua alia de cauſa diſ-B ceſsiſſe,ferentẽ admodũ indigne repulſionẽ epiſcopi. Itaq; reuerſum in regiam iuſsiſſe acciri illũ, & accuſatũ grauiter contẽptus ſui, & læſę maieſtatis, uno ſuaſiſſe facto ſatisfacere ſibi ſacrificando dijs. Tum illũ poſt defenſionẽ facti ſui,nequaq; hoc ſe facturũ dixiſſe. Neq; enim paſtorẽ ulla ratione oui ſe negligere potuiſſe,& mirari q nunc ab omnipotenti deo defecturum ad falſa & perdita numina ſeſe eſſe ſperaret. Imperaſſe igit̃ principẽ arripi uinctum cathenis ad mortẽ,& caput illius amputari. Ibi Babylã cum abduceretur,hæc de pſalmis accinuiſſe: Conuertere anima mea ad quietem tuã, Dñs enim reſpexit te. Sunt qui ſcribũt tres adoleſcentes fratres educatos à ſene, raptos & ipſos poſt uaria tormenta ad cædẽ, detrectantes deorũ ſacrificia. Quos Babylã ante ſe iugulari curaſſe,ne quis metu ſupplicij reſiliret poſtea. Atq; ita illis interemptis,cum dixiſſet: Ecce me & liberos quos deus mihi tribuerat, porrexiſſe ceruicem, mandaſſeq; aſtantibus, ut cathenas unà cum ſuo corpore ſepelirent, ne ornamentis ſuis mortuo carendum eſſet.

DE ESSENTIA ET SVBSTANTIA

CVm res ipſę quaſi dilabi perireq; incipiunt,tum uerborum exiſtere copia,inq; locum illarum ſubire ſolet. Fit hoc nõ in humanis modo, ſed diuinis etiã cauſis,negotijs, adminiſtrationibus. Quã enim uetuſta omnia ſimplicem,nudamq; orationem habent,in maxima uirtute, & efficacia ueritatis? Qua paulatim deficiente, quid non uerborũ architectatione miri-

ficarum molitionũ excitatũ fuit? Sed de hoc diſertius, pluribusq́ diſputare A
utilitatis nihil, inuidiæ permultũ uidet̃ eſſe habiturũ. Hactenus igitur præfa
ti propoſito noſtro inſiſtamus. Nam per ſomnũ nequis uiſum aliquod ob-
latum ueteribus nedum uigilantibus in mentẽ ueniſſe exiſtimet illas exqui-
ſitiones de deitate poſteriorũ? Quibus tamen ſemel introductis nullus finis
cõſtitui potuit, tot cõuentib. ac cõcilijs, quibus planè, ut dicit̃, hydrã trunca-
tam apparet. Sed nos cætera notare nõ fuerit neceſſe. De eſſentia aũt & ſub-
ſtantia propter conuerſionẽ noſtram, exponere uiſum, quò improbitas im
piæ ſapientiæ adegerit curæ & diligentiæ ſanctos patres. Nam & poſt Ni-
cænum cõciliũ demũ hæc cõtrouerſia, niſi admodũ fallor, extitit, in quo ſim
pliciſs. utraqꝫ uoce uſi fuiſſent. Sunt aũt Græcæ οὐσία & ὑπόστασις, quas cõ
uertimus Eſſentia ac ſubſtantia, neutra quidem admodum Latina, ſed qui-
bus tamen Græcæ, ne ipſe quidem admodũ hac quidẽ ſignificatione pro-
batæ, reddi uiderent̃. Hoc neceſſario quoqꝫ prædicendũ fuit, ne quis cõfun
dere ſanctiſs. rem uoluiſſe nos arbitraretur. Quid enim attinebat ineptius
adhuc uocabulum uſurpare ſubſiſtentiæ? Qui igitur noſtra fortè legerunt,
ſciant Eſſentiam eſſe in illis, quæ in Græco οὐσία, Subſtantiam uero ſeu per-
ſonam quæ ὑπόστασις. De quibus in Græcorum cõmentarijs talia quædã
ἐκ τῶν τῆς οὐσίας traduntur. ὑπόστασις id eſt ſubſtantia, eccleſiaſtico ac apoſtolico uſu, perſo-
na ſeu character eſt. Sicut ait apoſtolus, Filium eſſe reſplendentiã gloriæ, & B
characterem ſubſtantiæ ipſius, hoc eſt, perſonam coeſſentialem cum cha-
ractere & ſubſtãtia paterna. Cæterum perſonas ſiue characteras de deo di-
cimus, quædam incorporea & indeſcripta. Perſona quidem ſunt ſubſtãtia
iuxta ſanctos patres, & proprietas cõmunitatis. Cõmunitas eſt enim in na-
tura unuſcuiuſqꝫ rei: propiæ aũt ſunt ſubſtantiæ, ut deitas eſt natura, ſeu Eſ-
ſentia una: ſubſtãtiæ uero tres, pater & filius & ſanctus ſpũs. Tres ſunt per-
ſonæ ſeu characteres, una eſſentia ac genus. Si igit̃ dixeris, Cuſtodiat nos
deitas, totam trinitatẽ ſignificaſti: ſin ita, Nobiſcum ſit filius dei, unã de tri-
bus ſubſtãtijs nominauiſti, & nihilominus deitatẽ totam. Sunt aũt ſubſtan
tiales proprietates deitatis, ingenitum patris, genitum filij, proceſſio ſancti
ſpiritus. Nam neqꝫ pater genitus, neqꝫ filij proceſſio, neqꝫ genitus ſanctus
ſpiritus eſt. Quinqꝫ quidẽ hæc nominari ſolent, Subſtantia, Perſona, Cha
racter, Indiuiduũ, et Proprium. Natura dicit̃, ut uerbi cauſa, angelica. Sub-
ſtantiæ aũt proprietatis, ſunt ſingulares appellationes, ut Michael, Gabriel.
Similiter natura eſt una, ac cõmunis humanitas: ſubſtantiæ uero, Petrus ac
Paulus, & reliquæ perſonæ, characteresq́ humanitatis. Natura igitur eſt
princeps & auctor atqꝫ parens ſubſtantiarũ, quas cõplectit̃. Eamq́ ob cau-
ſam ſubſtãtiæ dicunt̃, ꝙ ſub natura ſtent, tanq̃ fonte ſuo. Neqꝫ iſta defini
tionis regula ualet de intelligibilibus animatis, rationabilibusq́ ſolũmodo,
uerum etiã de quaqꝫ natura inanima, inſenſibili, immobili: ut ſi dicamus, cre

aſſe

A aſſe deum lucem: Ecce ſignificata eſt eſſentia luminũ. Quæ ipſa ſecatur porrò in ſuas ſubſtantias, ut Lunã, Sidera, & cætera. Similiter de uento: ſi dicas ſpiritũ, demõſtraſti totã uenti naturã: ſin Auſtrũ Aquilonẽue, iam ad ſubſtantias deſcenderis. Eodẽ modo, una eſt eſſentia ignis, ſed in ſubſtantias ſcindit, ut lucernas, cæreos, faces, focos. SANCTAM Chriſti carnem, perſonam non dicimus, ſed eſſentiã, ut ſignificet totam illum naturã noſtram aſſumpſiſſe. Nam ſi ſubſtãtiam diceremus, aſſerere inueniremur unum tantum hominẽ aſſumptum à Chriſto conſeruatũq; eſſe, quare ſubſtantia nõ uocatur caro, cum inſeparabilis ſit à uerbo deo. Subſtantia enim intelligitur ſeparata perſona. Inſitam tamen ſubſtantię perhibemus non ſubſtantiam. Inſita aũt ſubſtantiæ accipi ita debet, ut quæ rem cui inſit, habeat, ut expers ſubſtantiæ carens tali re, ſiue eſſentia, aliquid eſſe dicitur, ut ſomnium eſſentiam, remq; cui inſit non habet, & eſt imaginariũ. Iam quod de finitione dicimus, ſubſtantiæ & rei cui inſit, ac eſſentiæ expers, ſæpe uerbo eſſe dicitur, ſed in Eſſentia, aut ſubſtantia cognoſci nõ poteſt, ut orcus, mors, morbus. Rurſum Eſſentiæ inſitũ uocamus, aut ipſam rem, aut quandã quam in eſſentia animaduertimus proprietatẽ. Vt eſſentiæ hominis inſitum eſt rationale & corruptibile. Nec non ſubſtantiæ inſitum, bifariã accipitur, uel quòd reuera ſit, uel quædã in ſubſtantia proprietas, ut in deo patre ingenitũ, in filio uero

B genitum, in ſpiritu aũt ſancto proceſsio. Rurſus, Subſtantia eſt Eſſentia, cũ quibuſdã proprietatibus numero à ſimilibus ſpecie diſcreta. Tale eſt, perſona Coeſſentialis characteris & ſubſtãtiæ patris. Vel ſubſtãtia eſt quicquid cum ſua perſona confertur. Vel ita: Subſtantia eſt eſſentia propriæ cuiuſdã rationis, propter characteriſticas ſeu formatiuas proprietates. Subſtãtię nomen trifariam dictum in ſacra ſcriptura reperitur. Pro re quæ ſit ipſa per ſe. Vt. Memẽto quæ ſit ſubſtantia mea. Pro multitudine coniunctorũ: ut hoc: Exierunt quidam ex ſubſtantia alienigenarũ. Pro inſito eſſentiæ, ut, in ſubſtantia gloriationis meæ. Subſtantia & perſona idem ualent. Vtraq; enim partis, & proprietatis ſignificationẽ habet, ſed ita, ut in ſe cõprehenſæ non admittant plurium appellationẽ naturaliter. Subſtantiam uocamus per ſe ſubſtantẽ nulli alteri coniunctæ cõſiderationis, hoc indiuiduũ aliqui nominant. Id fuerit collectio quædã accidentium, quæ ſimul cõſideramus in uno cui aſſunt, neq; in altero ullo niſi uno cui aſſunt. Subſtãtialis uero unitio eſt, quæ diuerſas eſſentias ſeu naturas in unã perſonã, & unam ac eandẽ ſubſtãtiam cogit ac colligat. Subſtãtialis differẽtia, eſt ratio qua diuerſitas illa cõſiderationis collectarũ proprietatũ, ſecans numero unum ab altero multitudinem indiuiduorum efficit. Sed & Baſilius ita hæc diſſeruit, in epiſtola ad fratrem ſuum ſcripta quam conuerſam in latinum ſubiecimus.

BASILII MAGNI EPISTOLA AD GREGORIVM FRATREM SVVM DE diſcrimine inter Eſſentiam & Subſtantiam. A

CVm multi cõmune eſſentiæ nomen in myſticis dogmatis, à ratione ſubſtãtię nõ ſecernentes, utrũq; una conſideratione complectanť, neq; putent quicq; referre, eſſentiã dicant an ſubſtantiã: unde & quibuſdã minus hæc exquirẽtibus, ſimiliter unam ſubſtantiam aſſerere, ſicut una eſſentia dicitur: Et contra, qui ſubſtantias tres admittunt, ex hac ipſa conſenſione ſimilẽ numerum eſſentiarũ aſſerendũ eſſe credunt: Eam ob rẽ ne & tibi talia uſu ueniant, breuẽ cõmentariũ de hac ratione tibi cõpoſui. Atq; ut paucis exponã, hæc eſt huius rei intelligentia. Omnia nomina quæ de plurib. & numero diſcretis rebus proferunť, ſignificationẽ habent generalem, ut homo. Hæc enim appellatio cõmunẽ illam naturã indicat, neq; unum aliquem hominẽ definit, qui proprie per illam intelligať. Non enim magis Petrus homo eſt quã Andreas, Ioannes, Iacobus. Sed hæc cõmunitas ſignificationis, conueniẽs pariter, uniuerſis quorũ appellatio illa fuerit, diſtinctionẽ requirit, qua non generaliter hominẽ, ſed Petrum aut Ioannẽ cognoſcamus. Huiuſmodi aũt nomina proprietatis habent demonſtrationẽ, qua non cõmunitas naturæ ſignificatur, ſed rei quædã definitio, cuius proprietas cũ generis ſui cõmunitate nõ permiſceatur, ut Timotheus aut Paulus: quarũ uocum neutra in cõmunitatem naturæ abit, ſed ſegregata collectione ſignificationis, definitas quaſdam res nomine ſuo oſtendit. Si igitur una ſorte, duo pluréſue conuenerint, ut Paulus, Siluanus, Timotheus, et quęſtio ſit de illorũ hominũ eſſentia, nemo alia ratione eſſentiam Pauli, alia Siluani, alia Timothei explicare poterit. Sed quacunq; quis Pauli eſſentiã declarauerit, eadẽ & alijs cõgruet, itaq; ſunt inter ſe Coeſſentiales oẽs, qui eadem deſcriptione eſſentiæ cõprehenduť. Verum ſi quis iam cõmunitate præterita conſiderationẽ ſuam ad proprietatẽ conuertit, qua quidem una res ab altera ſeparatur, iam non magis ratio uniuſcuiuſq; qua ipſum cognoſcitur, ad alterum quoq; per omnia quadrabit, quamuis alicubi cõmunitate congruere reperiatur, atq; hoc proprie appellatum aſſerimus Subſtantiæ uocabulo deſignari. Nam cum hominis appellatio diſſipatã quandã intelligentiã excitet indefinita perceptione ſua, fit ut natura quidem ipſo nomine denotetur, ſubiecta uero naturæ, & propria res illo nequaq; exprimitur: cæterũ ſi Paulũ nomines, iam oſtenderis ſubiectã naturã illa in re quam nomine deſignaſti. Hæc ergo eſt ſubſtantia, non indefinita conſideratio naturæ, & inſtabilis propter communitatẽ ſignificationis, ſed explanationẽ & definitionẽ habet communis & indefinitæ alicuius rei per proprietates expreſſas. Qui uſus & in ſcriptu ra frequens

B

A quens eſt,ſicut uidere licet,cum alijs multis in locis tum in hiſtoria de Iobo. Nam inſtituta narratione de illo, primum communitatis facit mentionem, & dicit homo,ac mox proprietate illum adiectæ uocis quidam, reſecat. Ac definitionem quidem ſubſtantiæ tanꝙ inutilem propoſito,reticuit,Sed illũ QVENDAM, notionibus peculiaribus informat,cõmemorato & loco & moribus expoſitis:atq; ita ſecernere uult, & abducere à communi ſignificatione,ut omnino definitio manifeſta eſſet illius, de quo narratio texeretur, à nomine,à loco,ex animi proprietatibus,à rebus externis. Quòd ſi redderet ſubſtantiæ rationẽ,nulla fieret huiuſmodi mẽtio in naturæ expoſitione, cũ eſſet eadẽ ratio,& de hoc, & de Baldade Sanchita, & Sophare Menæo, deq; uno quoq; homine,qui ibi memorantur. hoc diſcrimen eſſentię ac ſubſtantiæ obſeruatum in nobis transferes, abſq; errore,& ad diuina dogmata.Eſſe patrem quicquid ſane cõceperit animus tuus(nõ enim poteſt ille ſententiæ inniti præfinitę,quoniã omnem intelligentiã ſuperat diuinæ eſſentię conſtitutio)& idem ſenties filiũ eſſe, & ſimiliter idẽ eſſe ſpiritũ ſanctũ. Nam ratio increati,& incõprehenſi una eſt & eadẽ de patre,& de filio, & de ſpiritu ſancto:cum non ſit hoc magis increatum,neq; incomprehẽſum, & illud minus. Quia uero per ſigna quædam proprietatis trinitatis comparatio inconfuſa retinenda eſt,in hac conſideratione,ſi qua communitatis habent in

B telligentiam,ut increatum,& exuperantia omnis comprehenſionis,& his ſimilia, non aſſumentur ad proprietatis cognitionem quærẽturq; ea quibus ſeparationis quædam cogitatio liquida,& non inuoluta alteri affini, ſecerni poſsit.Itaq; ut mihi uidetur, ad hunc modum recta harum rerum ratio inibitur.Quodcunq; nobis à diuina potentia bonũ collatum fuerit,id dicimus effectionẽ Gratiæ efficientis omnia in omnibus,ſicut Apoſtolus ait, Efficere hęc omnia unum & eundẽ ſpiritum,diſtribuentẽ quæ cuiq; uoluerit. Cum aũt quæritur,utrum originem nacta bonorum largitio ex ſolo ſancto ſpiritu conferatur dignis, rurſum à ſancta ſcriptura deducimur ad huius bonorum largitionis quæ efficitur à ſancto ſpiritu,cauſam & autorẽ, quem credamus eſſe unigenitum Deum:omnia enim per ipſum facta eſſe,& in ipſo cõſiſtere,ſancta nos ſcriptura docet.Sed ad hanc quoq; cognitionem ubi aſcẽderimus,rurſus per diuini inſtinctus ſcripturæ ductum ad hanc doctrinam deuenimus: per illam quidem potentiam omnia de nihilo exiſtere, non tamen ex ipſa abſq; alia cauſa, ſed eſſe potentiã quandam ingenitæ & expertis principij ſubſtantiæ, quæ cauſa ſit uniuerſæ omnium rerũ cauſæ. Ex patre enim eſt filius,per quem ſunt omnia, à quo ſanctus ſpiritus nulla unꝙ cogitatione ſeparari poteſt. Neq; ad cõtemplationem filij abſq; illuſtratione ſancti ſpiritus perueniri poteſt. Cum igitur ſpiritus à quo ad creaturas omnis bonorum largitio manat,de filio pendeat,cum quo indiuiſibiliter cõprehenditur, quodq; ipſe eſt, hoc à patre tanquam cauſa habeat religatum

unde & procedit, ſit ut ipſius hoc ſubſtãtialis proprietatis ſignum ſit, quòd A de filio,& unà cum filio cognoſcatur, ſubſtantiamq́ eius eſſe ex patre. At filius, qui procedentem è patre ſpiritum per ſe,& de ſe ipſo indicat, ſolus unigenito modo ex ingenita luce effulſit, neq; habet ullã proprietatis notionũ cum patre ſpiritúue ſancto cõmunitatem, ſed ſignis prædictis tantũ indicatur. At ille deus in omnibus, ſolus habet eximiam notionẽ ſubſtantiæ ſuæ, quòd pater ſit, neq; ex ulla alia cauſa extiterit. De hac ille notione propriè cognoſcitũ. Eamq; ob rem in cõmunitate eſſentiæ, aſſerimus obſeruatas notiones Trinitatis non in unũ conuenire aut recidere. Quarũ tamen proprietas conſtituitur de perſonis, quæ fide traduntur, quarũ ſingulæ notionibus ſuis diſcernantur, atq; comprehendantur: ut de ſupradictis ſignis ſeparatio ſubſtantiarum inueniri poſsit, & infiniti, incomprehenſi increatæ eſſentiæ, quodq́ nullo loco includatur, ac huiuſmodi aliorum, nullum diſcrimen ſit in uiuifica natura, patris, inquam, & filij & ſpiritus ſancti, conſidereturq́ horum quædã continua, & indiſtracta cõmunitas: ut quacunq; aliquis intelligentia magnitudinem unius eorum quos ſanctæ trinitatis fides cõplectitur deprehenderit, eadem peruenerit indeclinabiliter,& ad patris, et filij,& ſpiritus ſancti gloriæ conſpectum, ita, ut nullo inter patrẽ & filium, & ſanctum ſpiritum interuallo, cogitationes fruſtrãte greſſu incedant. Neq; enĩ ullum inter hos medium inſeritur: neq; ullius rei ſubſtantia præter diuinam naturam intercedit, quæ ipſam inter ſe alieno quodã interuentu diuidere poſsit. B Abeſt omnis inanitas interualli expertis ſubſtantiæ, quæ hiare facit concinnitatem diuinæ eſſentiæ, interiectione uacui diſterminans continuitatem. Sed ſi quis intellexit patrem, intellexit illum per ſe, filiumq́ hac etiã cogitatione aſſumpſit: quiq; hunc nominauit, nõ ſeparat ab ipſo ſpiritũ, ſed conſequenter ordine, coniũctim natura expreſsit ſuã fidẽ in tribus unitam & cõmiſtam. Iam ſi quis dixerit ſolum ſpiritum, cõprehendit etiã confeſſione ſua illum cuius eſt ſpiritus. Cumq́ ſit ſpiritus Chriſti,& ſit ex deo, ut ait Paulus, ſic quidem, ut in cathena, qui unũ à patre extremum attraxit, etiam alterum cõplectitur, ita qui ſpiritum attraxit, ut Propheta ait, per illũ, & filium, & patrem unà traxit. Itemq́ ſi uere filium aliquis apprehẽderit, ita habebit eum ut hinc quidem adducat ſecum patrem ſuum, illinc uero ſpiritum. Reſecari enim à patre, qui in patre ſemper ſit, aut diſiũgi à ſpiritu ſuo in quo operetur omnia, nequit. Eodem modo qui patrem accepit potẽtialiter,& filium & ſpiritum unà accepit. Nulla enim in cogitationem cadit ſectio, aut diuiſio ullo modo, ut aut intelligi filius abſq; patre, aut ſpiritus à filio diſiungi poſſit. Eſtq; horum quædam ineffabilis,& omni intelligẽtia ſuperior cum communitas, tum diſcrimen, ita, ut neque continuitas naturæ à differentia ſubſtantiarum diſtrahatur, neq; in cõmunitate eſſentiæ proprietas notionum cõfundatur. Nec mirum uideri debet quòd idem & connexũ & diſcretum

eſſe

A eſſe perhibeamus,proponamusq́ꝫ quandam quaſi ęnigmatis nouam & in
ſolitam diſcretionem connexã,ac copulationẽ diſcretã. Nam ſi quis à côten
tionis ſtudio abeſt, neqꝫ iſta deridendi animo audit, inuenerit & in rebus
ſubiectis ſenſui huiuſmodi quiddã quod dicimus. Cæterũ hæc oratio mea
ita eſt accipiẽda,ut exemplũ ac umbra ueritatis non ueritas ipſa rerum. Fieri
enim nequit, ut exẽplorũ collationes per omnia ad ea quadrent, quorũ uſui
exempla ſeruiunt. Vnde igitur illud diſcretum ſimul ac concretũ quod dici/
mus,in reb ad ſenſum cõparentib.conſiderari peterit? Arcus quidẽ ueris tẽ/
pore in nubibus aliquando cõſpexiſti ſplendorem, Arcus,inquam,qui uul/
go Iris nuncupatur,quem periti harum rerum exiſtere docent, cum quædã
in aere collecta humiditas uentorũ ui,de euaporationis craſſo et iam nubilo
ſo humore ad pluuiam extillata fuerit, ſed ita naſci: cum radius ſolis tranſ/
uerſus obierit denſatas & confertas nubes, ac mox recta in aliquã nubẽ di/
rexerit circulum,fieri tum quaſi reflexionem ac regreſſum luminis ad ſeſe,re
cipiente ſe ſurſum ſplendore ab humido nitore. Natura enim ita compara/
tum eſt,ut flammarum fulgores in leuia emiſsi refringantur ad ſeſe. Hęc au
tem figura rotũda,propter radium fit in aere humido & leui, ſecundũ figu/
ram,quod neceſſe eſt, ſolaris circuli. itaqꝫ & nubi propinquus aer à reſplen/
dentia lucis cõprehenditur. Ille igitur ipſe ſplendor, & continuus eſt erga ſe
B & diſcretus. Multicolor enim,multiformis,uarijs florib.tincturæ inter ſe in/
cõſiderabiliter commiſcetur, colorumqꝫ diuerſitas cõmiſſutas illorum inter
ſe aſpectui noſtro clanculum ſubtrahit, ut perſpici nequeat, quo medio cœ/
rulcum cum fulgido miſceatr,quóue diuerſitas horum colorum diſcernatur.
Idem de fulgido ac purpureo, & hoc atqꝫ electrino dicendũ. Omnium em̃
ſplẽdores cõiuncti apparẽt, & cõſpicua ſunt luce, & notas cõmiſsionis inter
ſe celant,neqꝫ deprehendi patiuntur,ut incompertum ſit, ubi deſinat ſplen/
dor igneus,aut ſmaragdinus,& unde incipiat,neqꝫ magis tale ſit,qualis per
ſpicuæ lucis eſt facies. Vt igitur in hoc eximio, & colorum differentiæ planè
dignoſcunt̃, & ſenſus tamen diſtantiam unius ab altero cõprehendere ne/
queunt,ita mihi cogites,poſſe ſimiliter & diuinorũ dogmatum conſideratio
nem inſtitui: nempe in unoquoqꝫ qui credunt̃ in ſancta trinitate,ſubſtanti
arum reſplendere proprietates,tanq̃ floſculos illos apparentes in iride: na/
turę uero proprietatis nullam cognoſci unius ab altero diuerſitatẽ, ſed in cõ
munitate eſſentię relucere in unoquoqꝫ proprietates notiõis. Nam & in ex/
tremo una eſſentia multicolorem ſplendorem illuſtrat, refractio illa ſolaris
luminis,ſed & apparẽtes floſculi multiformes ſunt. Quæ ratio creaturę nos
inſtruit, ne nouitate perturbari animum noſtrum ſinamus in diſputatione
huius dogmatis, ſicubi in difficultatem delatis, obortta grauedo aſſenſionẽ
dictorum impedierit. Vt enim ibi, quæ oculis cerneremus rationes,cauſęqꝫ
uincebantur,ab ijs quæ experientia oſtendebat: ita & horum præſtantium
dogmatum

dogmatum potior eſſe quàm cogitationum comprehenſio, fides debet, quæ & A
diſcrimina in ſubſtantia & eſſentia connexionem docet. Cum ergo commu
nitas quædã in ſancta trinitate, itemq; proprietas ratione animaduerſa ſit:
communitatis quidem ratio refertur ad Eſſentiam: ſubſtantia uero proprie
tatis cuiuſq; eſt ſignum. Sed inueniat fortaſſe, qui putet cõſentanea hæc eſſe
cum ſententia ſcripturæ apoſtolicæ, ubi dicitur de Domino, quòd ſit reſplendẽ
tia gloriæ ipſius & character ſubſtantiæ. Cum enim docuerimus ſubſtanti
am eſſe illam ſingularis proprietatis cõuenientiam, & ut in patre cõfitemur
proprietatis conſiderationem, qua ſolus ipſe cognoſcatur, ita quoq; & de fi
lio credimus. Cur igitur teſtimonio ſcripturę tribuitur hoc loco ſoli patri no
men ſubſtantiæ? Filiumq; uocat formam ſubſtantiæ: qui non proprijs, ſed
patris ſui notionibus informetur. Si enim eſt ſubſtantia uniuſcuiuſq; ſignũ
proprium, id quod eſt demonſtrans, & confitemur patris eſſe proprium, in
genitum: informatur aũt filius paternis notionibus, quomodo iam manet
hoc eximium patri, ut ipſe ſolus ingenitus dicatur: cuius proprietate etiã id
informetur, quòd eſt unigenitus? Sed nos reſpondemus aliud propoſitum fu-
iſſe apoſtolo, quod ſpectarit cum his uocibus uteretur, nominans reſplendẽ
tiam gloriæ & charactera, id eſt formam, ſubſtãtiæ: quod qui perſpexerit,
is intelliget hæc cum noſtris nequaq; pugnare, ſed ſuum quendam ſingula
rem habere modũ. Non enim efficere uoluit doctrina apoſtolica diſtinctio B
nem ſubſtantiarum per apparentia in unaquaq; ſigna, ſed ut habitus erga
patrem filij oſtenderetur, uerus, indiſtractus, & connexus. Neq; enim ſic di
xit, qui eſſet gloria patris, quamuis uere diceretur, hocq; prætermiſit, tanq̃
cõfeſſum, ac ne uideretur aliam gloriæ ſpeciem tradere de patre, & aliam de
filio hac doctrina reſplendentiæ patris ipſius gloriæ, expoſuit filij gloriam,
probans etiam intellectum indeſinentis coniunctionis patris ac filij, exẽplo
lucis. Vt enim è flãma ſplendor exiſtit, ſed non eſt tamen poſterior ille flam
ma, ſed ſimul atq; emicuit flãma, ſplẽdeſcit lux, ita uult & de patre filiũ intel-
ligi. Minime diſcernens unigenitum ab eo quod pater eſt, aliqua extenſio-
ne interuallari, ac potius ſemper una cum autore comprehendens, id quod
ab illo eſt. Hoc igitur modo quaſi interpretans prædictam ſententiam, for-
mam etiam appellauit ſubſtantiæ, corporalibus exemplis deducens nos ad
conſiderationem inuiſibilium. Quemadmodum enim corpus omnino figu
ra aliqua includit, atq; alia tamen eſt ratio corporis, alia figuræ, neq; quiſq;
definiẽs unum alterum etiam fuerit complexus, uerũ quamuis ratione hæc
diſcernas, natura tamen ſeparari non patitur, ſed conſiderat coniunctim u-
num cum altero, ita & Apoſtolus cenſuit. Quanquam fidei ratio inconfuſa
diuiſam doceret ſubſtantiam differentiarũ, nihilo tamen ſecus continuitatẽ
quoq; ac concretionem unigeniti cum patre de ſupradictis proponi opor-
tere. Non quaſi ſubſtãtiæ eſſet expers unigenitus, ſed quòd nullum mediũ
admitteret

A admitteret unitionis cum patre ſuo, ut ſi quis intenderet oculos mentis for/
mæ filij, facile poſſet de patris ſubſtātia illam intelligere, abſq; quidem om/
ni translatione, aut confuſione propriæ in unoquoq; conſiderationis, uelut
ſi patri genitum, aut filio ingenitum cōfirmetur, ſed quod fieri nequeat, cum
unum ab altero diſiunctū ſit, ſolum & per ſe comprehēdere illud quod reli/
querimus. Non enim abſq; intelligentia patris filius, nominari poteſt, cum
hæc appellatio reſpectiue, & patrem demonſtret. Qūo igitur, ut Dominus
in Euangelio ait: Qui filium conſpexit, is & patrem cernit, ideo formam di/
cit eſſe unigenitum ſubſtantiæ patris, quæ ſententia quò clarior reddatur,
alias quoq; apoſtoli uoces adducemus, ut cum uocat imaginem Dei inuiſi/
bilis, & rurſum imaginem bonitatis ipſius. Non enim differre uult imaginē
ab archetypo, inuiſibilitatis ac bonitatis nomine, ſed demōſtrare idem eſſe
cum archetypo quamuis diuerſum ſit, Nam ratio imaginis minime cōſtet,
niſi per omnia euidens ſit ac congruat: proinde qui perſpexerit imaginis pul
chritudinem, is ad cognitionem archetypi peruenit, & qui cogitatione ſua
comprehendit filij quaſi formam, idem paternæ ſubſtantiæ charactera
expreſsit, Intuens per hunc in illum, non cernens ingenitum patris in effi/
gie, nam ita prorſum idem eſſet non diuerſum: ſed ingenitam pulchritudi/
nem de genito conſiderans. utq; animaduerſa in puro ſpeculo repræſenta/
B tione formæ ad perfectam cognitionem effictæ perſonæ deuenitur: ita cog
nitione filij character paternæ ſubſtantiæ animo concipitur à filij cognito/
re. Omnia enim quæ patris ſunt, in filio conſpiciuntur, & omnia filij patris
ſunt. Nam & filius totus in patre manet, & rurſum totum patrem ipſe con/
tinet: atq; ita fit filij ſubſtantia quaſi forma, & perſona paternæ co
gnitionis, & patris ſubſtantia in filij forma cognoſci
tur, manente in ipſis conſideratione pro/
prietatis ad manifeſtum diſcri
men ſubſtantiarum.

F I N I S.

-1.005.202

INDEX RERVM MEMORABILIVM

hoc opere contentarum locupletiſsimus.

ABacuc & Micheæ corpora reuelata 540
Abdas Epiſcopus, Perſarum πυρεῖον deſtruxit 561
Abdecalla ſenex Chriſti martyr 327
Abgarus ubi regnarit 20
Abgarus rex ſanatur 22
Abilius epũs Alexandrinus 57 et 58
Abraham credens, iuſtificatus eſt 10
Abraham princeps circuncifionis, inſpector & conuiua filij dei 266
Acacius epiſc. Cæſariẽ. abdicatus 352
Acacius martyr Conſtantinopoli ſepultus 388 & 564
Acacius Berœæ epiſcopus 503
Acacius epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ 392
Acacij Cæſarien. fides 392 & 393
Acacius dãnatur Seleuciæ 394. 743
Acacius è Bithynia euocat epiſcopos Conſtantinopolim 396
Acacius deponit Cyrillum Hieroſolymitanum 397 & 743
Acacius pellit cõdemnatos epiſcopos è Conſtantinopoli 397
Acacius iuſſu Imp. cõcionatur 405
Acacius patriarcha 602
Acacij impietas 603
Acaciani cõueniũt Antiochiæ 449
Acamantium 585 (& 399
Acepſemas epiſcopus cum clericis ſuis cõprehenſus & martyrizatus 328
Acepſemas eremita ſexaginta annis nec uiſus nec loquutus 492
Aceſius Nouatianus uocatur ad concilium à Conſtantino Aug. 313
Achaicum concilium 121
Achillas magiſter κατηχήσεως Alexandriæ 179
Achillas ſuccedit Petro martyri in præſulatu Alexandriæ 283
Achilles Arij collega 287
Achitus mittitur ad Athanaſiũ 357
Acidiza locus ſupplicij 469
Acclamatiões Gentiliũ aduerſus Chriſtianos 99
Actorum liber aduerſus Chriſtum confictus 18
Actus Pauli 62
Acta Petri, liber apocryphus 46
Acta apoſtolorũ à Luca euang. 47
Acta Chriſti apud Pilatum, liber fictitius 200
Acta Pilati aduerſus Chriſtum 202
Acta Sardicenſis concilij 349
Acta concilij Seleuciæ celebrati 395
Adã Chriſtũ, Eua eccleſiã notat 421
Adamantius, qui & Origenes 139
Adamantius medicus 570
Adauctus martyr, genere Italus 199
Adelphius hæreticus 456
Adiabenorum epiſcopi & doctores puniti 328
Adon fluuius 319
Adrianus fit Imperator, cuius temporibus Iudæi nouiſs. excidiũ paſsi 73
Adriani epiſtola ad Fundanum 78
Adrianus imperator moritur, ibidem
Adrianus Auguſtus auus Antonini Veri 94
Adrianus nominatur. xiij. deus & Antinoum amaſium deificat 446
Adrianopolis ciuitas 383
Adulterarum pœna per Theodoſium ſublata 519
Aduentus filij dei à prophetis prædictus 6
Aeas ter cum uxore congreſſus tres filios genuit, poſtea cõtinuit 540
Aedes Iouis nobiliſs. noui dei Caij 29
Aedificatio diuini templi 705
Aeditiones Veteris inſtrumenti diuerſæ 140
Aegæa ciuitas Ciliciæ 319 (ſæ 140
Aegyptijs Marcus primus omniũ prædicauit Chriſtum 34
Aegyptus floret eruditis & ſanctis uiris 246
Aegyptus inundatione (ris 246
Nili fœcundatur 255
Aegyptij martyres cõſtantes 187
Aegyptij martyres combuſti 153
Aegyptiorũ mõaſteria uexãtur 492
Aegyptiorũ collectæ et cõmunio 533
Aegyptius Magus pſeudopropheta à Felice profligatus 40
Aelius Adrianus imperator 73
Aelia ciuitas, Hieroſolyma 331. 716
Aemilius Frõtinus procõſul Aſiæ 118
Aemilianus præſes 162
Aemilianus martyr 420
Aeſchyli & Sophoclis magniloquentia ibidem
Aeſculapij templum 319
Aetius et Bonifacius duo prætores ſub Valentiniano imperatore qd geſſerint 594
Aetius & Eunomius Ariani hæretici 234 & 836
Aetius Epiſcopus Liddæ 295. 322
Aetius Antiochenus hæreſiarches 374. & 398
Aetius ordinatur diaconus à Leontio Antiocheno præſule 374
Aetius Sophiſta, diuinarum literarũ neſcius ibidem
Aetio interdictum uti officio diaconi 398
Aetius de diaconatus ordine depoſitus 396 & 400
Aetium reſtituere in ordinem diaconatus conatur Eudoxius 379
Aetius magiſter Eunomij 388
Aetij error & blaſphemia 395
Aetij blaſphemi dialogi ibidem
Aetius deportatur in exilium 400
Aetij ſuperba uox 400 & 746
Aetiani dicti Eunomiani 374
Aetiani, diſsimiles, & non exiſtentiales 398
Africa Vandalis ſubiecta 618
Africæ epiſcopi & inſularum Carthagine cõueniunt acturi cum Arianis epiſcopis 637
Africæ epiſcopi libellum De fide, conſcriptũ Arianis obtulerunt 638
Africa fame et prodigiis afflicta 661
Agabus famẽ futurã denũciat 27. 30
Agapius Laodicenus ſucceſſor Theotecni Cæſarienſis 179
Agapius epũs Cæſarien. ſucceſſor & diſcipulus Euſebij Pamphili 340
Agapitus Macedonianorũ epiſcopus unà cum ſuis fidem τοῦ ὁμοουσίου amplectitur, & fit epiſcopus Synnadenſis 668
Agathonica Chriſti martyr 86
Agathobolus unus lxx. interp. 178

Agelius epiſcopus Nouatianus fugit perſequutionem Macedonij 387
Agelius una amictus tunica & diſcalciatus incedebat 463 & 845
Agelius mittitur in exilium 463
Agelius reuocatur de exilio, ibidem
Agelius Nouatianus moritur 517
Agelon & Gomarius milites, Procopij proditores 459
Agones Antinoi 77
Agrippa obtinet Iudæorum principatum 39 & 27
Agrippæ Caſtoris liber aduerſus Baſilidem 76
Agrippinus epũs Alexand. 111. 89
Aithales martyr Chriſti 328
Alamundarus princeps Saracenorũ baptizatur 573 & 613
Alaphion à dæmonio liberatus per Hilarionem, fit Chriſtianus 427
Alaricus rex Gothorum 559
Alaricus Romam uenit 559
Alba metropolis Italiæ 375
Albinus præfectus Iudææ poſt Feſtum 43
Alcibiades uinctus pro Chriſto 107
Alemanni profligati à Iuliano 411
Aleuas circa Simonidem 263
Alexander Romanus epiſcopus, ſucceſſor Euariſti 73
Alexander Romanus moritur 74
Alexander medicus, genere Phryx, martyr 104
Alexander Montaniſta, nominabat ſe martyrem 117
Alexander Montaniſta, latro, ibidem
Alexander Imperator 144
Alexandri Imperatoris mors 147
Alexander Hieroſolymitanus epiſcopus & martyr 134
Alexander adiutor Narciſsi 136
Alexandri epiſt. ad Antinoitas, ibid.
Alexander Hieroſolymitanus epiſcopus ſoli Origeni concedit magiſterij ſummam 147
Alexander Hieroſolymitanus epiſcopus quieuit in carcere 150
Alexander epiſcopus Alexandriæ 216. 227 & 680
Alexander ſtrenuus Euangelij prædicator 283 & 679
Alexandri epiſtolæ ad coepiſcopos de Arianis 284
Alexandri epiſtola ad Alexandrum Conſtantinopolitanũ 287. 680
Alexander epiſc. inexorabilis 298
Alexander Alexandr. moritur 330
Alexander Magnus cũ ſitiret, oblatã in galea aquã noluit bibere 265
Alexander Cõſtantinopolitanus epiſ. terretur ab Arianis 227 & 335
Alexander Conſtantinopolitanus proſtratus ſub altari pnoctat in precibus 228 & 335. melior q̃ doctior fuit 305. loquendi potentiã miraculoſe adimit 305. moritur 341
Alexander epiſcopus Antiochenus uariis dotibus ornatus 559 & 819
Alexandriæ eccleſia à Marco euangeliſta conſtituta 34
Alexandria ſtadium quoddam pietatis 128
Alexandria à ciuibus uaſtata 165
Alexandriæ orta ſeditio in Chriſtianos 252 & 468
Alexandria ciuitas populoſa 283
Alex. ciuit. apud ſtagnũ Mariã 302
Alexandriæ multi uiri & mulieres à dæmonibus obſeſsi latrabant 614
Alexandrini ſeditioſi 165. 570
Alexandrin. inhumanitas in ſuos 166
Alexandrinorũ martyrũ cædes 166
Alexandrina peſtis ibidem
Alexandrini martyres 190. 498
Alexandrina eccleſia uitabat communionem Arii 335
Alexandrini incendunt eccleſiã Dioniſii 343
Allebichus magiſter militum 526
Allegoria ſpiritalis ſenſus legis 37
Alleluia auditum in templo Serapidis 521
Alleluia Romæ ſemel pſallunt 534
Alſa fluuius 229
Amatius iudex 418
Ambroſius Valentin. reſipiſcit 141
Ambroſius conſularis Liguriæ nondũ baptizatus eligitur in epiſcopum Mediolanenſem 249. 452. 770
Amb. impugnator hæreticorũ 495
Amb. præcepit Iuſtina exulare 516
Amb. recuſat deſerere eccleſiã, idid.
Ambroſius excõmunicat Theodoſiũ Aug. ob cædem Theſſal. patratã 523. 524. & 807
Ammia Philadelphina pphetis 116
Ammon Tabenenſium præſul 485
Ammonaria uirgo capite cæſa 153
Ammonius philoſophus præceptor Origenis 142
Ammonius pmanſit Chriſtianus, ibid.
Ammonij liber De conſonantia Moſi & Ieſu ibidem
Ammonius monachus ad epiſcopatum uocatus dextram ſibi ipſi abſcidit aurem 484
Ammonius diſcipulus Origenis & Didymi 488
Ammonius quidam occiditur 571
Amos Aegyptius eremita 281
Amphilochius Licaonenſis epũs premit Euchetarum hæreſim 456
Amphilochius ad Theodoſium 519
Amphictyonum de Alexandro Magno oraculum 446
Amphion epiſc. Epiphaniæ 276
Anacletus Romanus epiſcopus 576
Ananias curſor 20
Ananias pontifex propugnator Sadducæorum 43
Ananiam Ioſephus uocat Ananũ 43
Ananias martyr Chriſti 327
Anaſtaſia & Caroſia filiæ Valentiniani 463
Anaſtaſia baſilica Conſtantinop. 505
Anaſtaſiæ nomen unde contigerit eccleſiæ ibidem
Anaſtaſius Romanus pontifex 558
Anaſtaſius ſilentiarius fit imp. 604
Anaſtaſius quando imperare cœperit ibidem
Anaſtaſius Dorotheum monachũ exulem facit 609
Anaſtaſio imperante in Sidone ſynodus paratur ibidem
Anaſtaſii impietas 607
Anaſtaſius preſbyter 582
Anaſtaſius, epiſcopis & preſbyteris ferrea uincula inijci iubet 611
Anaſtaſius Imp. quoſdã ex ſenatu mittit ad Vitalianũ nouitiũ imp. 613
Anaſtaſius terribile ſomniũ uidit 615
Anaſtaſius moritur ibidem

INDEX

Anatolius Alexandrinus, Laodiciæ epiſcopus 177
Anatolius qd de Paſcha ſenſerit, ibid.
Anatolius quomodo factus epũs 178
Anatolius patriarcha phorio portatus 590 & 599
Ancyra ciuitas Galatiæ 353. 335
Andiot preſbyter ſanguinarius 624
Andragatius dux Lugduni peremptor Gratiani Aug. 250 & 517
Andragatius in fluuiũ ſeſe pijcit 518
Andreas euangelizat in Scythia 46
Angelus abſoluit Petrũ à uinculis 30
Angelus percutit Herodem cõcionantem 35
Anianus in locum Eudoxii Antioch. epiſc. ſubſtitutus 394
Anianus in exilium relegatus ibid.
Anicetus Rom. pontifex 78
Anicetus moritur 89
Anubion epiſcopus 334
Annos mille poſt reſurrectionem quidam fingunt 71
Anni mundi 605
Annianus epiſcopus Alexandr. poſt Marcum èuangeliſtam 43
Annianus quot annis gubernarit eccleſiam 576
Antelucani hymni decantabantur Chriſto 67
Ante Luciferum interpretatur 8
Anthemius Præfectus maderatur imperium Theodoſii iunioris 566
Antherus Ro. eccleſiæ antiſtes 147
Anthimus epiſcopus Nicomedienſis martyr 184
Anthimus epiſc. capite cæſus 192
Antinous & Antinoi agones 77
Antiochus Euſebii Samoſateni auunculus exulat 465
Antiochus fit epiſc. ibid. & 549
Antiochia apud Orontem 302
Antiochiæ terræmotus 343
Antiochia Mygdonia alias Niſibis dicta 403. 748. & 302
Antioc. priuilegiis deſtituta à Theodoſio 526
Antiochena eccleſia florentiſs. 27
Antiocheni ſuccurrunt fratribus Hieroſolymam 30
Antiochena ſynodus aduerſus Paulum Samoſatenum 170
Antiochiæ martyres in craticulis torti 191
Antiocheni populi diſsidiũ propter Euſtathium epiſcopum 323
Antiochena ſynodus epiſc. 342
Antiochenus populus diſcordat à clero propter ſidem 362
Antiochenius conuitiantur in barbam Iuliani 435. 827
Antiochenorum publica feſtiuitas ob mortem Iuliani 440 & 765
Antiochenorum dicteria in Iouianum imperatorem 828
Antiocheni habent altare ad occidentem 533
Antipater Herodis Aſcalonitæ pater 12
Antipater regnum obtinet Herodi filio 14
Antiphonarum origo 549
Antonius eremita charus Conſtantino Auguſto 222
Antonii uitam Athanaſius ſcripſit & diſcipuli 242
Antonij eremitæ uerba ad Didymum 246
Anton. honoratus à Conſtãtino 279
Antonii auditores & diſcipuli 242 & 279
Antonii monachi ſomnium 455
Antonii codex fuit, natura creaturarum 483
Antonius celeber inter monachos Aegypti 465
Ant. cùr ex eremo egreſſus 492
Antonius Germenſis epiſcopus 581
Antoninus Pius Aug. 78
Antonini epiſtola ad Aſiaticos 80
Antoninus filius Marci Aurelii Auguſti 811
Ant. xix annis imperio potitus 110
Antoninus Seueri filius Cæſar 134
Anton. quot annis imperarit 144
Antoninus alius à priore quatuor annis imperat 144
Apelles Marcionita hæreticus 113
Apelles impia ſcripſit in legem Moſi 114
Apelles Aegyptius monachus faber ferrarius 485
Aphraates monachus, uir ſanctus & conſtans quid reſponderit Valenti Auguſto 490
Aphricanus epiſcopus, uir in ſcripturis eccleſiaſticis nobilis 13
Aphricani hiſtoriographi opus de conſonãtia Euangeliſtarũ 13. 148
Aphricani Chronica ibid. 267
Apis rex in Aegypto 255
Apocalypſis Ioannis ſuſpecta ueteribus 62
Apoc. autor Ioannes preſbyter 70
Apocalypſim à Ioanne apoſtolo ſcriptam adſerit Iuſtinus 89
Apoc. quando à Ioanne ſcripta 112
Apocalypſis adſcribitur Ioãni Euangeliſtæ ab Origene 146
De Apocalypſi Ioannis ueterum doctorum iudicium 168
Apollinaris Apoſtol. fidei doctor 90
Apollinarius Hierapolitanus epiſcopus 93 & 421
Apollinaris apologeticus ad Antoninum Verum, & eius lucubrationes 95
Apollinares duo, Laodicenſes, hæretici 402
Apollinares ambo excõmunicati, ibi.
Apollinaris Rhetor hæreſiarcha 252 & 839
Apollinaris aſſumit pontificatũ 502
Apollinaris damnatur 252
Apollinaris abdicatur 502
Apollinariſtæ uniti Orthodoxis per Theodotium Antioch. 561
Apollo de Thebaida monach. 486
Apollinis ſimulachrũ obmuteſcit 171
Apollinis ſacerdos ad Chriſtum conuertitur 172
Apollo quid reſponderit Licinio Cæſari 272
Apollo Pythius 319
Apollinis Delphici tripodes ibid.
Apollinis templum à Chriſtianis euerſum 414
Apol. Pyt. incuſat Babylã martyrem adẽptæ ſibi uirtutis fatidicæ 430
Apollo Pythius fulmine comminuitur ibidem
Apollinem Pythium reprehendit Diogenes 446

Apollonius ſcripſit in Montanũ 116
Apol. accuſatur Chriſtianiſmi 120
Apollonius monachus miniſtrabat ægrotis 487
Apollonia uirgo & martyr 151
Apologia Pamphili & Euſebij pro Origene 149 & 421
Apologia Athanaſii de ſua fuga 349 366 & 367
Apologeticus Quadrati pro Chriſtianiſmo 73
Apologeticus Ariſtidis 74
Apolog. Iuſtini ad Antoninum Cæſarem 80 & 88
Apellatio ad epiſcopos 275
Appion legatus Græcorum ad Cæſarem 28
Appionis & Petri diſputatio, liber ἀπόκρυφος 70
Appion epiſc. Nicomedenſis 321
Appij cõmentarij in Geneſim 124
Apoſtoli XII à Chriſto electi 18
Apoſtolis apparet Ieſus rediuiuus 19
Apoſt. quidam alij à duodecim 20
Apoſtolorum epũs Iacobus 24
Apoſtolici uiri ex Hebræorum genere 35
Apoſtolorum diuiſio 46
Apoſtolorum & diſcipulorum Chriſti conuentus 56
Apoſtoli non affectarunt elegantiam ſermonis 61
Apoſtoli pauca ſcripſerunt ibidem
Apoſtolicæ doctrinæ conformitas 90
Apoſtolis preceptum à Chriſto, ne ante XII annum ab Hieroſol. diſcederent 119
Apoſtoli quædam tantum uiua uoce tradiderunt ſuis diſcipulis 138
Apoſtolicæ ſedes, quæ 302
Aqua in oleum uerſa precibus Narciſſi epiſcopi 135
Aquæ ductus à Valente Aug. extructus 465
Aquila & Priſcilla adhærent Paulo Apoſtolo 39
Aquila Ponticus, Iudæus proſelytus 111
Aquila præfectus Aegypti 130
Aquilinus cauſidicus 318
Arabianus eccleſiaſticus ſcriptor 124
Aradus inſula 461
Arantheus magiſter militum 497
Arbathion epiſcopus 334
Arbogaſtus dux Valentiniani Auguſti 259
Arbogaſtes Eugenij tyranni cooperator 538
Arbog. ſeipſum iugulat 539
Arcæ plenæ humanis capitibus Antiochiæ repertæ 440
Arcadius Aug. in Oriente 260
Arcadius pater Theodoſii iunioris 265
Arcadius Theodoſii filius Cæſar 514 & 816
Arcadius Theodoſium patrem ſuum ſepulchro tradit 542
Arcadius & Honorius placidæ animæ 831
Arcadij Aug. mors 564 & 831
Archelaus ſucceſſor Herodis patris 12 & 17
Archelaus comes Orientis 230
Archelaus comes præſidet in concilio 231
Ardabau uicus apud Myſiam Phrygiæ 114
Ardaburus magiſter militum Romanorum 572 & 576
Ardaburus ſeptem Perſarum duces occidit 573
Aretha rex Arabum pater Herodiadis 19
Arethuſii Marco epiſcopo ſuo infenſi 417
Argyropolis 579
Argonautæ 272
Ariminenſe concilium 376
Ariminenſis concilij decreta Iuſtina Aug. præcipit reuocari 250
Ariſtarchus concaptiuus Pauli Apoſtoli 40
Ariſtion diſcipulus apoſtolorũ 70
Ariſtobulus Pontifex uinctus mittitur Romam 12
Ariſtobulus ex Paneade, unus è ſeptuaginta interpretibus 178
Ariſton Pellæus hiſtoriographus 75
Ariſtoteles cur ſcripſit ſophiſticæ 374
Ariſtotelis pallium 446
Arius preſbyter Alexandr. hæreticus 216. 679. & 835
Arius magiſter ſcholæ Alexandrinæ 283
Arij erronea dogmata 283. & ſeq.
Arius & Achilles ueritatis inimici 291. 680 & 688
Arij Epiſtola ad Euſebium Nicomedienſem 195 & 688
Arij dogma examinatur à patribus 305
Arius damnatur 219. 306 & 284
Arius cum conſentaneis ſuis non comburitur, ſed Imperatoris iuſſu mittitur in exilium 219
Arius reuocatur de exilio 226 & 335
Arius quomodo receptus in communionem à ſuis fautoribus 332
Arius uenit Conſtantinopolim nouũ concilij gratia 335
Arius cacando obit in latrina 228 336. & 701
Arij ſectatores cur Porphyriani 315
Arianorum ſectæ tres 234. 298
Arianæ ſectæ exordium 679
Ariani metu ſubſcribunt definitioni ſynodi 307
Ariani dicebant ὁμοούσιον uocabulum non reperiri in ſcripturis 308
Ariani ſola manu ſubſcribunt 219
Ariani conueniunt apud Antiochiam 322
Ariani conueniunt apud Mareotem 331
Ariani nondum diſcreti à Chriſtianis 336
Arianorum inſidiæ in Athanaſium 341
Arianis apud Conſtantinopolim præualebant ὁμοουσιαστὰς ibidem
Ariani eligunt Macedonium epiſcopum Alexandriam ibidem
Ariani moto Gregorio ordinant Georgium Arianum epiſcopum Alexandriæ 344
Ariani quidam in turba ſuffocantur 345
Ariani & ὁμοουσιαστὰς partim comprehenſi

prebenſi, partim gladio peremti 346
Armenij bellum adornăt aduerſus Romanos 203
Armenij efficiuntur Chriſtiani 324
Armenij obſides apud Perſas ſepeliunt corpus Acepſemæ epiſcopi & martyris 328
Armogaſtes ſeipſum iugulat 830
Armogaſtes comes confeſſor 622
Arrobindas Magiſter militum Romanorum 573
Arſacius Nectarij frater, ſucceſſor Ioannis Chryſoſtomi 557. & 819
Arſacius moritur 558
Arſenius lector Athanaſii 230
Arſenij brachium ab Athanaſio abſciſſum mentiebantur Ariani 230 & 715
Arſenii lectoris latebræ ibidem
Arſenius machinationes Arianorum reuelat ibidem
Arſenius uiuit 35. & 715
Arſinus Aegyptius martyr 153
Arſius præſul monaſterii non excommunicat iuuenes, ſed ſenes 481
Artaxerxes rex Perſarum 55. 111
Artemiſius menſis, apud nos Maius 54
Artemon hereticus 124. & 291
Artemonitarum errores 125
Artemius dux Aegypti, martyr, capite plexus 433. & 761
Aruſpices infeſti Athanaſio 237
Aſclepas Gazæ antiſtes, abdicatus ab Arianis, fugit Romam 344
Aſclepas Gazeus accuſatur 349 & 715
Aſclepas expurgatus in Sardicenſi ſynodo 351
Aſclepas reſtitutus per Conſtantinum Cæſarem 359
Aſclepiades Antiochenus Epiſcopus 136
Aſclepiades epiſcopus moritur 144
Aſclepiodotus hæreticus, Theodoſii heretici diſcipulus 125
Aſpis Ariana ædidit uiperas duas (725
Aſiaticorum ſententia de paſchate 321
Aſpar 576
Aſtacenus ſinus maris 479
Aſterius Rom. ſenator & Patricius Chriſti martyr 164
Aſterii martyris prece, uictima, quæ dæmonum præſtigiis diſparuerat, redditur ibidem
Aſterius Epiſcopus præficitur Orienti 235
Aſterius rhetor Ario patrocinatur 334
Aſterius rhetor, tempore perſecutionis ſacrificat ibidem
Athalaricus punit multos Arianos 496
Athanaſius puer ludi puerilis epiſcopus baptizat, à Notario & Grammatico eruditus 229
Athanaſius diaconus à conſilio Alexandri Alexandrini epiſcopi 219 & 840
Athanaſio ſtruuntur inſidiæ 713
Athanaſius propugnaculum ueritatis 692
Athanaſius non uenit ad ſynodum Cæſariæ Palæſtinæ 714
Athanaſius egregius diſputator 304 & 340
Athanaſius fit Epiſcopus Alexandrinus 228 & 331
Athanaſius accuſatur magicæ artis 330 & 331
Athanaſius aperit Conſtantino Arianorum inſidias ibidem
Athanaſius petit cauſam ſuam præſente Conſtantio Auguſto examinari 333
Athanaſius exulat apud Treuerim Galliarum metropolim 334. 716
Athanaſius reuertitur ad ſuam eccleſiam 337. 340. 717. & 728
Athanaſius rurſus pellitur opera Euſebii Nicomedienſis ibidem
Athanaſius adulterii & abſciſi brachii cuiuſdam Arſenii accuſatur 230 & 715
Athanaſius eripitur è manibus Arianorum 231
Athanaſius inique condemnatus fugit ibidem
Athanaſius ſex annis deliteſcit in ciſterna ibidem
Athanaſius euocatur Romam 341
Athanaſius confugit ad Conſtantem Cæſarem 232 & 341
Athanaſius abdicatur in Antiochena ſynodo 342
Athanaſius inter pſallentes militarem manum effugiens Romam pergit 343
Athanaſium iubet occidi Conſtantius 346 & 729
Athanaſius & Paulus Conſtantinopolitanus petunt fieri concilium 347
Athanaſius recipit epiſcopatum ſuum in Sardicenſi ſynodo 349. 348
Athanaſii innocĕtia manifeſtatur 352 & 840
Athanaſius inuitatur à Conſtantio 337
Athanaſius oſtĕdit literas imperiales Iulio Rom. pontifici 357
Athanaſius commendatur Alexandrinis à Iulio 358
Athanaſius quid à Conſtantio petierit 359
Athanaſius congregat ſynodum 361
Athanaſius conſtituit ſacerdotes in alienis eccleſiis & abdicat ſacerdotes Arianos ibid. 363
Athanaſius dilabitur è manibus Sebaſtiani Ducis quærentis occidere eum 367 & 729
Athanaſius ſemper infenſus Arianis 375
Athanaſius mittit quinq; epiſcopos ad Imper. ut ſe excuſent 384
Athanaſius uocatur ad Conſtantinum ibidem
Athan. redit Alexandriam 420
Athan. excuſat fugam ſuam 422
Athan. in exilium 426. 719. 756
Athanaſii teſtimonium de Origene 551
Athan. euocatus adit Iouinianũ Chriſtianum Imper. 450 & 767
Athanaſius quatuor menſibus deliteſcit in ſepulchro 468
Athanaſius moritur 242. 474

Athanaſii uerba de menſa propoſitionis 484
Athenais filia Leontij ſophiſtæ baptizatur 575
Athenodorus frater Theodori, auditor Origenis 165 & 148
Athenodorus Greg. Ponti ſacerdotes 170
Attalus Pergamenus ciuis, martyr 103 & 104
Atticus monachus fit epiſcopus Conſtantinop. 558. 565. 578. 819
Attici ſermones non excipiebantur à ſcribentibus 566
Attici mors 579
Atticus Conſularis 66
Attilas Scytha Thraciam ſubigit 597
Attin ſacerdotem Rhodij in deos retulerunt 446
Audæus hæreticus putabat deum habere humanam formam 455. 773 & 838
Auguſtinus Hipponeregiorum epiſcopus moritur 618 & 831
Aurelius Cyrinus martyr 119
Aurelius Publius ibidem
Aurelianus morte ſubita ſublat⁹ 176
Auſes uocabatur à patribus, qui poſtea à Moſe dictus Ieſus 6
Auſonius ſcriptor inſignis 829
Auxonius ſenex quibus tormentis affectus ſit à Macedonio 388
Auxentius epiſcopus Mediolanenſis Arianus 249
Auxentius Mediolanenſis moritur 451 & 769
Auxentius & Germinius condemnantur 381
Auxen. patronus Arianæ hæreſis 387
Azanes eunuchus regis Perſarũ martyr 327
Azubdabar caſtrum 615
Babylas antiſtes Antiochiæ eccleſiæ 147 & 843
Babylas epiſcopus moritur in uinculis 150 & 843
Babylæ martyris ſepulchrum iubente Iuliano à Chriſtianis translatum 736 & 238
Bachylus antiſtes Corinthiorum præſidet in Achaica ſynodo 120
Bachylides & Elpiſtus 91
Bacurius rex Iberorum, comes domeſticorum, & dux limitis Palæſtini 226
Bacurius rex Iberorum, uir pietate inſignis, comes Theodoſii Auguſti 260
Baptiſmo ignis baptizata quædam catechumena, Origenis diſcipula 132
Baptizatus ab hæreticis non rebaptizatur 161
Baptizatos ioco Alexander Alexandrinus epiſcopus non audet denuo baptizare 229
In Baptiſmo conferri gratiam negabant Meſſaliani hæretici 456
Bararanes rex Perſarum pugnat contra Romanos 572
Barbari ſubijciuntur Conſtantino Auguſto 333
Barbari per Conſtantinum diſcunt timere deum ibidem
Barbari inuadunt fines Rom. 588
Barbas Arianorum epiſc. 567. 581
Barchabas & Barchob prophetæ Baſilidis 76
Barnabas & Paulus mittuntur Hieroſolymam 27
Barnabæ apoſtoli epiſtolæ & doctri(na 63
Bartolomæus apoſtolus ubi prædicarit 112 & 46
Barſabas Iuſtus, uenenum bibens, nil triſte pertulit 70
Barſes Edeſſenus in Aradon inſulam deportatur 461
Baſilides Alexandrinus hæreticus 76
Baſilides carnifex, pro Chriſto capite plexus 133
Baſilius Magnus profitetur Rhetoricam 247
Baſilius prædicat in ciuitate Ponti Ibidem
Baſilius Epiſcopus apud Cæſaream Cappadociæ agitur in exiliũ 248 & 842
Baſilius ſiſtitur pro tribunalibus ibid.
Baſilij fratres, Petrus & Gregorius 248 & 842
Baſilius Euſebio Antiocheno reconciliatur 469
Baſilij magnanimitas 473
Baſilius quid reſponderit Demoſtheni calumniatori ibidem
Baſilius epiſcopus Ancyranus 335
Baſilius Ancyranus excommunicatur 352
Baſilius expulſo Marcello, rurſus inuadit Ancyranam ſedem 363
Baſiliſcus clamore populi Imper. deſignatus 601
Baſiliſcus uxorem ſuam coronauit Ibidem
Baſiliſcus cõtra Chriſtianos bella geſſit ibidem
Baſiliſcus cum uxore ad baptiſterium confugit 602
Bellum Iudaicum ſeptem libris à Ioſepho deſcriptum 55
Bella & pugnæ martyrum 98
Beneuolus à memoria Aug. cingulum militare ponit 250
Beniuolus quæſtor orthodoxus 516
Beniamin, Sextus Hieroſolymitanus epiſcopus 74
Beniamin eremita hydropicus claret miraculis 486
Beniamin martyris triumphi de Perſarum rege 561
Beroea ciuitas Thraciæ 378
Berræenſis magiſtratus 763
Berillus epiſcopus & doctor eccleſiaſticus 144
Berilli epiſc. impium dogma 148
Berillus conuictus ab Origene, emendatur 149
Berillus Epiſcopus Philadelphiæ 421
Beſtiæ illæſis martyribus Paganos incitatores ſuos lacerant 186
Beſtiarum feritas manſueſcit ibidem
Bethelea uicus Gazenſis populoſus 427
Bethera oppidum Hieroſolymitanorum uicinum 75
Bethezob, hoc eſt, domus hyſopi, uicus trans Iordanem ſitus 51
Betranion antiſtes Scythiæ redarguit Valentem 497

Bibliothecam Gentilium librorũ uendidit Origenes 131
Bibliotheca Hieroſolymis ab Alexandro extructa 144
Bibliothecam Cæſarienſem compoſuit Pamphilus 148
Bichor epiſcopus & martyr 328
Biſa ciuitas Thraciæ 469
Bithinia ſuſcipit Chriſti euangelium per Petrum 46
Bonifacius Romanus epiſcopus 501
Bonifacius prætor à Vandalis ſuperatur 594
Boſtra, nobilis urbs Arabiæ 144
Blandinæ fœminæ mira in tormentis conſtantia 101 & deinceps
Blaſphemus quidam lapide illiſo capiti miſere occubuit 561
Blaſtus hæreticus 114
Ad Blaſtum ſcripſit Irenæus de ſchiſmate 119
Briſon Eunuchus Auguſtæ 549
Britannion tyrannus 363
Britannio electus imperator 368
Britanuio priuatur imperio ibidem
Bulgarorum incurſiones 607
Burgundiones 581
Buſiris martyris conſtantia 419
Byzantium Thraciæ ciuitas à Conſtantino Aug. denominatur Conſtantinopolis 317
Byzantium ciuitas nominatur altera Roma ibidem
CAbades rex Perſarum quid Chriſtianis in Perſide intulerit 613
Cabades ad preces Chriſtianorũ pro ſe orantium conuertitur 615
Cabades uolentibus baptizari permiſit ibidem
Cædes martyrum Alexandrinorum 166
Cædes Antiochiæ epiſcoporum 602
Cœnæ Thyeſteæ, & inceſta Oedipia 100
Cæſarea urbs Palæſtinæ 27 & 340
Cæſarea prius πύργος ςράτων🙰 dicta 30
Cæſarea Cappadociæ priuata ſuo nomine 414
Cæſaria Philippi 164
Cæſarius Magiſter militũ 526. 810
Caiphas alio nomine uocatus Ioſephus 18
Caiphas erat pontifex quando Chriſtus paſſus eſt ibidem
Caius Caligula Cæſar 27
Caius Cæſar Iudæis infeſtus uolebat ſe deum appellari 28
Caio Cæſari ſucceſsit Claudius 30
Caij Caligulæ impietas à Philone deſcripta 39
Calendio Antiochiæ epiſcopus 603
Calopodius eunuchus 611
Callicrates Claudiopolites 449
Calydonius aper 267
Calliſtion diſcipulus Tatiani 113
Calliſtus Romanus antiſtes 144
Calliſtus militaris deſcripſit uitam Iuliani 440
Candaces reginæ præfectus fit Chriſtianus 25
Candelabrum Theodoſii Aug. 264
Candidi opus in Hexameron 124
Canonici libri noui teſtamenti 63
Canon utriuſq; teſtamenti, Origene exponente 145 & 146
Cauopi origo 257
Canopus uictor ignis dei Chaldæorũ oſtenditur ibidem
Capitolinus iudex Thraciæ 420
Capparathea uicus 63
Capſur rex Maurorum 623
Caſtalius fons 238
Carbuuculi 203
Caroſia filia Valentiniani Auguſti 463
Carpocrates hæreticus, autor ſectæ Gnoſticorum 76
Carpocratiani hæretici 90
Carpus martyr 86
Carus Auguſtus cum filiis Carino & Numeriano imperauit triennio 176
Carræ ciuitas, in qua Iuliani portenta magica reperta ſunt 440. 765
Carthaginenſes ob doctrinam Chriſti profligati 618
Carthag. epiſcopi benignitas erga Romanos captiuos 620
Carthaginenſi eccl. quædam conceſſa ab Hunericho rege 627
Caſsius quæſtor ad Imp. ductus fidei cauſa 601
Caſsius Tyrius 123
Caſtitatis neceſsitas cur nõ iniungenda Chriſtianis 91
Caſtitatis amore mulieres quid fecerint 191. & deinceps
Caſtitas eſt concubitus cum coniuge 314
Catalogus imperatorum 824 & ſequentibus
Catalogus epiſcoporum Conſtantinopolis 833
Catalogus epiſc. Alexandriæ 834
Catalog. epiſcoporũ Autioch. ibidem
Catalogus epiſcoporum Hieroſolymæ 835
Catalogus epiſc. Romanorũ, ibidem
Catechumeni ficti 25
Cathari, qui & Nouatiani 220
Cathedra Iacobi 165
Celadion Alexandrinus epiſc. 79
Celadion epiſcopus moritur 89
Celerinus & Sidonius cõfeſſores publice confitentur 155
Celeſtinus Rom. epiſcopus 587
Celſus Epicureus philoſophus 149
Celtæ Thraciam deuaſtant 46. 546
Centum Chriſtiani in carcere interfecti 326
Cephas unus è lxx. diſcipulis 20
Cerdon tertius Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus 58
Cerdon Alexandriæ moritur 73
Cerdon hæreticus 78
Ceremoniæ ueteris legis 5
Ceremoniarum diuerſæ obſeruationes 532
Cerinthus hæreticus promittit terrenum Chriſti regnum poſt reſurrectionem 64
Cerinthus ueritatis inimicus 81
Cerinthus autor Apocalypſis Ioannis, quorundam iudicio 169
Cerinthi errores ibidem
Chæremon epiſcopus Nicopolis urbis Aegypti cum grandæua coniuge pro Chriſto exulat 154

Chalcedone quarta ſynodus fuit ſub Leone Pontifice & Martiano imperatore 598
Chalced. concilium à multis diu reprobatum 609
Chalced. conciliū abrogatur à Baſiliſco imperatore 602
Chaldæi ignem deum colebant 256
Charitas unitatis & concordiæ uinculum 107
Charitas Chriſtianorum in confratres 211
Chori pſallentium 211
Chreſtus epiſcopus Nicænus 321
Chryſophorus ſoror Dionyſii 92
Chriſma Iudæorum adueniente Chriſto abolitum 13
Chriſti ſubſtantia 2
Chriſtus per prophetas adumbratus 5. 6
Chriſtus filius dei & pontifex 7
Chriſtus quomodo dicatur natus de uentre ante Luciferum 8
Chriſti ueri differentia à Chriſtis typicis 8
Chriſtus prædicat ſub principib. Anna & Caipha 18
Chriſtus ſtipatus magna multitudine cœlos conſcendit 22
Chriſtus prædixit inſtantem Iudæis calamitatem 52
Chriſtus prædixit Hieroſolymitanum excidium 53
Chriſti regnum quale 58
Chriſtus ſolus ueritatis martyr fidelis 107
Chriſtus primogenitus ex mortuis & autor uitæ æternæ ibidem
Chriſtus apoſtolus dei patris 139
Chriſtus inimicorum inſidias fugit 423
Chriſtus uerbum humanatum ibid.
Chriſti genus, natiuitatem, patriam paſsionem, reſurrectionem & aſcenſionem in cœlum prædixerunt prophetæ 266
Chriſtus apparuit Conſtantino Auguſto 269
Chriſti diuinitatem adorat eccl. 287
Chriſtum eſſe purum hominem aſſerebat Marcellus Ancyranus 334
Chriſtianorum antiquitas & nobilitas 2
Chriſtiani fuerunt patres ueteris teſtamenti 9
Chriſtiani uocantur Chriſti ibid.
Chriſtiani quãdo cœperint uocari 27
Chriſtiana omnium religionum prima 10
Chriſtianorũ genus & nomen à Chriſto 19
Chriſtiani olim dicti cultores 35
Chriſtiani dicuntur fratres 99
Chriſtiani quomodo olim uixerint 35 & 36
Chriſtianorum perſecutio ſub Domitiano 57
Chriſtiani inſimulabantur infanticidij, & promiſcui concubitus 76
Chriſtianorum ſancta cõuerſatio Barbaros ad fidem Chriſti pellicit 77
Chriſtiani publicis adclamationibus expoſtulabantur ad pœnas 78
Chriſtianos perſequebãtur Iudæi 84
Chriſtianis negabantur habitatio domorum, balnearum uſus, proceſſus in publicum 99 & 152
Chriſtianorum perpetuæ latebræ 99
Chriſtianos terrebat incertus confeſſionis exitus 100
Chriſtianus ſum, nihilq́; aliud, clamabat Sanctus diaconus poſitus in tormentis 101
Chriſtiani ueteres abſtinebant à carnibus 102
Chriſtiani putabantur ueſci infantum uiſceribus 102
Chriſtiani uincti in carceribus, animabant infirmiores 104
Chriſtiani producti ad pompam ſuppliciorum præbendam ibidem
Chriſtiani orabant quondam flexis genibus 108
Chriſtiani milites oratione impetrãt imbrem ibidem
Chriſtianis omne iuramentum illicitum 133
Chriſtianorum officia in Paganos 166 & 205
Chriſtiani creſcebant numero 181
Chriſt. in proſperis obliti dei ibid.
Chriſtiani militantes, perſecutionẽ ſuſtinebant 182
Chriſtianorum templa ſubruta, ibid.
Chriſtiani iuſto dei iudicio correpti 183
Chriſtianorum uaria ſuppl. ibidem
Chriſtiani milites pro Chriſto ponebant militiam ibidem
Chriſtiani inſimulantur incendij Nicomedienſis palatij, & conijciuntur in carceres apud Syriam 185
Chriſtiani effoſsis dextris oculis, & ſiniſtro poplite ſucciſo damnati ad metalla 192
Chriſtianorum perſecutio ſub Maximino 194
Chriſtianorum eccleſiæ reædificantur iuſſu Maximiani 198
Chriſtiani à metallis dimiſsi cum pſalmis & hymnis redeunt 99
Chriſt. interdicitur cœmiterijs 200
Chriſtian. perſecutio renouatur 99
Chriſtiani exulant 202
Chriſtiani, paganis fame & mortis periclitantibus manent incolumes 205
Chriſtianì olim initiabantur ſigno dominicæ paſsionis ibidem
Chriſtianorum eccleſiæ magnifice conſtructæ 211
Chriſtianorum charitas ibidem
Chriſtianorũ ſolennis oratio pro Conſtantino Auguſto 213
Chriſtiani fruſtulatim conciſi à lanijs 213
Chriſtianus quidam illiteratus philoſophum diſputatorem maximũ, ad Chriſti fidem inducit 217. 304
Chriſtianis interdicitur ethnicarum literarum ſtudijs 237
Chriſtiani exulantes reuòcantur & ad dignitates, ac publica officia recepti 273
Chriſtianorum templa extruuntur 274
Chriſtiani in Paraſceue occiſi apud Perſidem 326
Chriſtianorũ magna perſecutio apud Alexandriam 367 & 415

Chriſtianis infeſtus Iulianus 413
Chriſtiani nominantur Galilæi à Iuliano 414 & 238
Chriſtiani dijs ſacrificaturi iubentur prius expiari 415
Chriſtianis licet fugere inimicorum inſidias 423
Chriſtianorum numerus per ſingulas ciuitates conſcriptus 426
Chriſtiani fugiunt è ciuitatibus 427
Chriſtianorum hoſpitalitas & officia erga mortuos 428
Chriſtiani olim officioſi etiam in gentiles & Iudæos ibidem
Chriſtiani reiecti à Iuliano 429
Chriſt. ſpoliãtur ſuis opibus 435
Chriſtianorum ſchiſmata 502
Chriſtiano credendum quod ab Apoſtolis traditum 511
Chriſtianis utiliora ſunt bella quàm pax 563
Chriſtiani dabant operam ſpectaculis apud Alexandriam 570
Chriſtiani occidunt Hypatiam philoſophicam mulierem 571
Chryſantus fugit epiſcopatum 569
Chryſaphius eunuchus impius 595
Chryſaphij uerſutiæ in Flauianũ 597
Chryſopolis 579
Chryſoſtomus, Chryſoſtomiani 557
Cineres martyrum, ob ſpem reſurrectionis adimendam à paganis coniecti in Rhodanum fluuium 106
Cingulum militare 442
Ciuitas quædam Phrygiæ exuſta ob Chriſti fidem 190
Clarus de Ptolemaide 123
Claud. Aug. ſucceſſor Galieni 173
Claud. Imp. Iudæos urbe pellit 39
Claudius quàm diu imperarit 40
Claudius Apollinaris aduerſus Montanum 114
Claudius Apollinaris Hierapolitanus epiſcopus 118
Clearchus præfectus Nymphæum ædificat 463
Clemens Pauli Apoſtoli comes 47
Clementis Romani epiſcopi ad Corinthios epiſtola 57 & 109
Clemens Rom. pontifex tertius poſt Petrum 598
Clemens nouem annis rexit Romanã eccleſiam 67
Clementis epiſtola legebatur olim in eccleſiis 92
Clemens Ro. epiſc. expoliuit epiſt. ad Hebræos Græco ſermone 146
Clemens Alexandrin. epiſc. ſcripſit hiſtoriam Iacobi fratris Ioannis 30
Clemens Alexandrinus Pantæni diſcipulus 112
Clementis Alexand. opera 137. 267
Clemens epiſcopus non longe poſt apoſtolos 138
Clementis Alexandrini libri ὑποτυπώσεων ibidem
Clementis Alexandrini iudicium de epiſtola ad Hebræos ibid.
Cleobius hæreticus, à quo Cleobiani (90
Cleomedes athleta 446
Cleophas frater Ioſeph 56
Clerici non accipiant uſuras, aut frumenti uel uini ampliationem 221
Cleri & populi in templo pſallentiũ apud Antiochiam diuerſitas 362
Clerici ducẽti & quinquaginta à Perſis comprehenſi 328
Clerici coguntur militare à Iuliano (414
Clericis ſubtrahũtur honores & priuilegia 415
Coci publici 416
Cœleſtinus Papa Romanus 608. 616
Cœlibatus nõ temere imponẽdus Chriſtianis, propter infirmos 91
Cœlibes poſt annũ uigeſimumquintũ prohibentur Ro. à priuilegiis habentium coniuges 275
Cœlibibus indulget Conſtantinus, ut licite poſsint condere teſtamentum ibidem
Cœlibatus ne iniungeretur clericis Paphnutius obſtitit 313
Coitus illicitus prohibitus à Conſtantino Aug. 275
Cointha nobilis mulier, & martyr (151
Cointhus parum conſtans martyr 82
Colluthi ſuperbia 287. 680
Columna Porphyretica in foro Conſtantinopolitano 335
Collectæ Paganorum pro pauperibus 429
Cometes per totum annum uiſus Hieroſolymis 53
Commodi temporibus maxime propagata fides 120
Cõmodus quot annis imperarit 124
Concilium Cæſarienſe 121
Concilium Romanum ibidem
Concilium Gallicanum ibidem
Concilium Achaicum ibidem
Conciliũ epiſcoporũ Paleſtinæ 123
Concilium Romanum in quo Nouatiani ab eccleſia pulſi ſunt 154
Concilium Antioch. aduerſus Paulum Samoſ. 170
Concilium Nicænum 216. 302. 690
Concilium apud Tyrum contra Athanaſium 230 & 714
Concilium Ariminenſe 233
Concilium Arianorum apud Bithyniam 743. 298
Ad Concilium Nicænum quot conuenerint epiſcopi 309
Concilij Nicæni fides 310. 219. 309
Concilium Antiochenum cõtra Athanaſium 342
Concilium Sardicenſe 347
Concilium Hieroſolymitanum reſtituit Athanaſium 361
Concilium Sirmienſe aduerſus Photinum 368
Conciliũ Mediolan. 233 & 731
Concilia duo, Ariminenſe pro occidentalibus, Nicomedenſe pro Arianis 376
Concilium Romanũ nonaginta epiſcoporum ſub Damaſo 386
Concilium in Nicæa Bithyniæ terræmotu dirimitur 390 & 743
Cõcil. apud Seleuc. Iſauriæ 391. 743
Concilium Seleucianũ in duas partes ſciſſum, & quõ ſolutum, ibid. 394
Concilium Alexandrinum ſub Athanaſio 421
Concilium in Chalcedone cõtra Ioannem Chryſoſtomum 552
Concilium apud Lampſacum 457
Conciliorum Lampſaci & Smyrnæ legati 465
Concilium Nouatianorum 494
Concubitus cum coniuge eſt caſtitas 314

Confeſsio perfecta ſignaculum martyris 107
Confitentes peccata baptizab. 522
Confitendi modus apud ueteres 125
Confeſsio peccatorum publica 149
Confeſsio publica Sidonij & Celerini confeſſorum 155
Confitendi modus Ro. eccleſiæ 528
Confeſsio abrogata apud Conſtantinopolim 529.
Cono ex epiſcopo fit dux 505
Contentiones eccleſiaſticorum odioſæ 82
Coitus illicitus prohibitus à Conſtantino Auguſto 275
Conſtantia Dioſ. pueri pro Chriſto uapul. 153
Conſtantia mulieris orthodoxæ 470
Conſtantia ſoror Conſtantij uxorq́; Iuliani 718. 410
Conſtantia ciuitas, uocatur Gaza maritima 413
Conſtantienſes ſubijciuntur Gazeis à Iuliano ibidem
Conſtantinus magnus perſequebatur Chriſtianos 269
Conſtantinus electus in Imperatorem in Britannia ibid. 824
Conſtātinus cōditor nouæ Romæ 825
Conſtantinus qualem ſe geſſerit in Imperio 193
Conſtantinus parat bellum aduerſus Maxentium 205
Conſtantinus uidet per ſomnium crucis ſignum 205 & 269
Conſtantinus myſteria fidei edocetur 270
Conſtantinus ingreſſus Romam cum triumpho 207
Conſtantij & Licinij lex de colendo Chriſto ibidem
Conſtantinus degebat in Gallia circa Rhenum 271
Conſtantinus commendat religionem Chriſtianam 273
Conſtantinus fautor Chriſtian. 273 & 212
Conſtātini beneficia in pauperes Chriſtianos 214
Conſtantini priuilegia eccleſiæ collata ibidem
Conſtantini uerba ad epiſc. 216
Conſtantius expoſtulat nō ſolum cum Ario, ſed & cum Alexandro 298
Conſtant. ſuppeditat uictum patribus Nicenæ ſynodi 303
Conſtantini Aug. ἐπινίκια aduerſus Licinium ibidem
Conſtant. nolebat iudicare de priuatis epiſcoporum cauſis 216. 303
Conſtātinus Auguſtus poſtremus ingreditur, humilioriq́; ſedet ſella, petita uenia ab epiſc. 306
Conſtantini oratio ad patres Niceni concilij ibidem
Conſtant. laudatus à Sabino Ariano 309
Conſtan. Vicennalia 314. 316. 702
Conſtan. Aug. uenerabatur Paphnutium 218
Conſtantinus accipit conuiuio patres Nicenæ ſynodi 314
Conſtantini epiſtola de Ario & eius ſcriptis 315
Conſtan. ædes ſacras extruit 317
Conſtan. molitur nouā urbem & deſtruit templa paganorum ibid.
Conſtant. partem crucis reponit in ſuam ſtatuam 318
Conſtantinus domat Sarmatas & Gothos 222
Cōſtan. epiſt. 707. ad Nicomed. 329
Conſtan. epiſtola ad Saporem 329
Conſtantinus Tyri concilium tranſfert Hieroſolymam 331
Conſtan. mittit Arij profeſsionem ſynodo Hieroſ. examinandam 332
Conſtantini Auguſti epiſtola ad ſynodum Tyrenam 332
Conſtantinus filios ſuos facit Ceſares 337 & 717
Conſtan. lxv. ætatis ſuæ anno baptizatur 337 & 717
Conſtan. iubet Athanaſium redire Alexandriam ibidem
Conſtan. Imperatoris defenſio 717
Conſtantinus moritur 337
Conſtan. mortuo dogma Arij repullulaſcit 339
Conſtan. Aug. epiſtola ad Alexandrinos pro Athanaſio 339
Conſtan. iunior filius Cōſtātini Aug. Cæſar Italiæ 337. 339. & 825
Conſtan. iunior apud Aquileiā à militibus interfectus 229. 340. 362
Conſtantinopolis ſecunda Roma 317
Conſtantinopolis unde dicta 409
Conſtantinopoli fit terræmotus 593
Conſtātinopolitanorū religio 318
Conſtantinopolitanū concilium quomodo concluſum 398
Conſtantinopol. ſynodi patres 507
Conſtantinopol. ſynodi fides 510
Conſtantius Auguſtus pater Conſtantini magni 193
Conſtantius explorat fidem quorundam aulicorū Chriſtianorū 271
Conſtantius filius Conſtantini magni Cæſar in oriente 229
Conſtantius perurgetur in odium Athanaſii ibidem
Conſtantius iubet Athanaſium condemnari 230
Conſtantius priuat Conſtantinopol. frumentarijs ſtipendijs 344
Conſtantius Aug. offenſus Macedonio Conſtantinop. epiſcopo ibid.
Conſtātius moratur Antioch. 343
Conſt. mandat occidi Athanaſ. 346
Conſtantius ſynodum Sardicenſem iubet congregari 347
Conſtantius quid ab Athanaſio poſtulauerit 359
Conſtantius mortuo Conſtante fratre ſuo recuperat regnum in occidentē 232. 363 & 718
Conſtantius iterum Arianiſſat, ibid.
Conſtan. perſequitur Athan. 363
Conſtantius miſſo duce cum armata militum manu iubet Athanaſium interimi 366
Conſtantius mandat caput Athanaſii ſibi adferri 368
Conſtantius mittit exercitum contra Magnentium 368 & 753
Conſtantius mandat ſynodum Sirmij congregari ibidem
Conſtantius uenit Romam 374
Conſtantius cupit efficere, ut occidentales ſubſcribant Arianis 375
Conſtantius expellit Liberium Rom. Pontific. in exilium 378
Conſtan. ſollicitatur à matronis Ro.

ſuper

INDEX

ſuper reditu Liberij Rom. Pontificis ibidem
Conſtantius uult duos eſſe Rom. pontifices, Liberium & Felicem 379
Conſtantius ſuccenſet patribus Ariminenſis ſynodi 383
Conſtantius dat Vrſatio licentiam agendi pro libitu ſuo contra eccleſias 384
Conſtantius ſuccenſet Macedonio ob translata patris ſui Conſtantini oſſa 388
Conſtantius mandat epiſcopos hunc Scripturæ locum exponere: Dominus creauit me in initio 405
Conſtantius moritur 407
Conſtans Conſtantini Augusti iunior filius Cæſar Occidentis 230.826
Conſtans ſubiicit Francos Romano imperio 344
Conſtans ſcribens fratri ſuo Conſtantio petit Athanaſium ſuo gregi reſtitui 232 & 347
Conſtantis alia legatio ad Conſtantiũ pro Athanaſio 355
Conſtans occiſus à Magnentio 363
Conſtante mortuo Athanaſius iterum exulat 232
Conſubſtantialitatis uerbum ab Arianis reprehenſum 309
Conſubſtantialitatem negabant Orientales 348
Conſulatus nouus 395
Conuentus Chriſtianorũ quales olim fuerint 37
Conuentus apoſtolorum & diſcipulorum domini 56
Copras monachus expulſor dæmonum, curandisq; morbis inclytus 485
Coration Nepotianus monitu Dionyſii errorem ſuum deſerit 168
Corbonas ſacrum ærarium 29
Corduba ciuitas Hiſpaniæ 348
Corinthiorum eccleſia 44
Cornelius centurio Chriſto credit 27
Cornelius antiſtes Antiochenus 90
Cornelius Romanus pontifex 150
Cornelius Romanus ſcribit Fabiano Antiocheno decretũ Romani concilij 155
Cornelius Romanus epiſcopus moritur 159 & 494
Corona Dionyſii 446
Corpus ſanctæ Anaſtaſiæ 599
Corpus Melitij Antiochiæ 514
Craticulæ apud Antiochiam 190
Creſcens, Pauli comes ad Gallias proficiſcitur 47
Creſcens, philoſophus Cynicus 87
Creſcens philoſophus inſidiabatur Iuſtino martyri ibidem
Creſcẽtis philoſophi turpitudo, ibid.
Cretenſium liberalitas in Homerum 263
Criſpus & Conſtãtinus Cæſares 265
Criſpus filius Conſtantini Aug. 270
Criſpus Cæſar moritur 271
Cruces tres ab Helena inuentæ 221 & 317
Crux Chriſti quomodo inter cæteras cognita ibidem
Crucis ſignum poſtibus & feneſtris depictum Alexandriæ 258
Crucis dominicæ ſignum inter ἱερατικὰς Aegyptiorum literas repertum interpretatur uita uentura 258 & 522
Crucis ſignaculum in ueſtimentis Iudæorum 239.270.& 437
Crux tropheũ uictoriæ aduerſus infernum 270
Crucis ſigno militum arma ſignata à Conſtantino 274
Crucis ſupplicium prohibuit Conſtantinus 275
Crucis ſymbolum in nummis ibidem
Crucis ſignum in humeris militũ Conſtantini Auguſti 329
Crucis ſignũ in cœlo uiſum 368.437
Crucis notæ in ueſtibus 407
Crux coronata in extis immolati pecoris 412
Crucis ſignum aboletur à Iuliano in uexillo 429
Cruce dominica initiabantur Chriſtiani 472
Cteſiphon ciuitas Perſidis 325
Cubicularij Cæſarienſis pro Chriſto occiſi 185
Cubitus ναλομέτριον quò deſertur 258. 273.& 318
Cucuſum ciuitas Cappadociæ 347 363 & 819
Cultores dei dicuntur Chriſti 935
Cultus idolorũ prohibitus per Theodoſium 527
Currus, quadrigæ, & armatorum cohortes in aere uiſæ 54
Curſus publicus mularum & caballorum ſublatus 377 & 412
Cuſpius Fadus procurator Iudææ 31
Cyprũ ueniunt quidam diſcipuli 25
Cypriani liber De lapſis 155
Cyprianus Carthaginen. epũs 159
Cyprianus Vnizibirenſis epiſc. 633
Cyrenius cenſor ab Auguſto miſſus in Syriam 11
Cyrillus Antiochenus 176
Cyrillus diaconus 754
Cyrillus Hieroſolymorum epiſcopus 233. 230. & 252
Cyrilli Hieroſolymitani epiſcopi cauſa diſcutitur Seleuciæ: item primus inter eccleſiaſticos uſus appellatione 394. abdicatur ab Acacio Cæſarienſi 396. & 743
Cyrilli & Acacij contentio de iure Metropolitæ 397
Cyrillus uendit ſacra uaſa tempore famis, & ueſtem eccleſiaſticam 397
Cyrillus reuertitur ad ſuã ſedem 399
Cyrillus Hieroſolymit. martyr 419
Cyrillus ſpoliauit Nouatianos 568
Cyrillus epiſcopus Alexandriæ 559 587. & 819
Cyrillus in concilio egit uices Romani pontificis 592
Cyrilli mors 520 & 595
Cyrinus epiſcopus Chalcedonenſis aduerſatur Chryſoſtomo 556
Cyrini mors 553
Cyziceni in Paganiſmo perſiſtentes à Iuliano quæ petũt impetrãt 426
Cyziceni eijciunt Dialecticum epiſcopum 462
Cyziceni Dalmatium epiſcopum ſolenniter dedicant 590
DAemon queritur de ſanctis uiris 475
Dæmon nunquam potuit decipere Pachomium abbatem 487
Dæmonis uniuerſas uitare inſidias non

non eſt facile hominibus 522
Daglia uxor Cellaritæ regis 656
Dalmatius Cæſar à militibus inter-
emptus 361. 825
Dalmatius filius Conſtantini 409
Dalmatius monachus 581
Damaſus Romanorum epiſcopus ſuc-
ceſſor Liberij 249 & 520
Damaſi Epiſtola è ſynodo Romano
miſſa Illyricum 386
Damaſus Rom. epũs præualuit Vrſi-
no 494. laudatur 501. eius epi
ſtola ad Orietãles 511. & fides ad
Paulinũ Theſſal. 512. & 802
Datiua uirgo Chriſti martyr 654
In Dauidicam familiã inquiritur 56
& iuſſu Domitiani punitur 57
Dauid fugiendo declinat inimicorum
inſidias 423
Decentius frater Magnentij conſciſcit
ſibi mortem 373. & 825
Decimas ſacerdotum inuadebant pon
tifices 39
Decius Cæſ. pſeqtur Chriſtianos 150
Decius unà cum filijs trucidatus 159
Declamatio ſcholaſtica de Pilato &
Chriſto in odiũ Chriſtianorũ con
(ficta 202
Decretum Rom. conci-
lij de lapſis fratribus 155
Decretum Nicenæ ſynodi de ſcriben
do ὁμοουσίου uocabulo 219
Decretum de ſpiritu ſancto 235
Decretũ Alexandrinæ ſynodi de non
ntendis ſubſtãtiæ & ſubſiſtẽtiæ no
minib. niſi cõtra Sabellianos. 421
Decreta Antiocheni concilij 510
Dedicationes eccleſiarum quomodo
olim celebratæ 211
Dedicatio Hieroſol. celebris 227
Dedicatio templi Conſtantinopolita-
ni, quod uocabatur Sophia 398
Definitio de credenda ſpiritus ſancti
diuinitate 235
Demetrius Alexandriæ eccleſiæ an-
tiſtes 120
Demetrius epiſc. dat Origeni magiſte
riũ publice docẽdi in eccleſia 131
Demet. Origeni iam caſtrato iubet, ut
inſtantius annũciet dei uerbũ 134
Demetrius ſubinuidens Origeni ob-
ſtitit ne Origenes ordinaretur epi
ſcopus ibidem
Demetrij Alexandrini obitus 146
Demetrius & Eupolemus Iudæi ſcri
ptores 138
Demetrius & Lucius cõfeſſores 162
Demet. Antiochenus epiſc. 157. 159
Demetrianus epũs moritur 170
Demophilus Arianus 379
Demophilus condemnatur in Arimi-
nenſi ſynodo 381
Demophilus fit epũs Conſtant. 468
Demophilus celebrat collectas extra
portas Cõſtantinop. ciuitatis 506
Demoſthenes coquus redarguit Baſi-
lium epiſcopum 473
Dei filius quare in hominis ſpecie præ
dicarit in terris 5
Dei filius uocatur hominis filius, quod
in carne natus ſit 6
Deum Chriſtianorum, ſolum uerum
deum fatebantur Ethnici 209
Deus an corporeus & hominis habe-
ret figuram quærebatur inter mo-
nachos 547
Deos facit Romanus ſenatus 26
Deo gratias epiſc. Carthaginen. 621
Dij paganorũ ebrii & iniqui 446
Diaconi ſeptem ordinati ad quid 24
Diaconus nomine Sãctus, martyr 101
Diaconus eucharistiam non diuidat
præſente epiſ. ſiue preſbytero 221
Dialectica melioris operis tempus im-
pedit, atq; ad recte uiuendum nihil
oſtendit 277
Dialecticã artem, uanamq; uerborum
fallaciam Chriſtus nõ docuit 304
Dialecticus quidam argutator maxi-
mus quomodo ad fidẽ Chriſti con
uerſus ſit 218
Dialecticus epiſcopus eijcitur à Cy-
zicenis 462
Dies magni ſabbati 83
Dies nundinarum 104
Diem dominicũ & diem in quo Chri
ſtus paſſus eſt honorabat Conſtan
tinus Auguſtus 274
Die dominicæ paſsionis centum Chri-
ſtiani in carcere occiſi apud Per-
ſidem 326
Digami 537
In Diocæſaream relegantur undecim
Aegypti epiſcopi 480. 787
Diocletianus Cæſar pſequutor Chri-
ſtianorum 176
Diocletianus iubet templa Chriſtia-
norum dirui 183 & 563
Diocletiani ſæuities in Chriſtia. 184
Diocletianus depoſitis regni inſigni-
bus priuatus uiuit 193 & 269
Diocletianus Salonæ moritur 270
Diodorus monachus inſtitutor pſal-
modiæ & uigiliarum apud ſepul-
chra martyrum 389
Diodori monachi in aduerſitatib. pa
tientia 490
Diodorus adſciſcitur ad epiſcopa-
tum 252 & 502
Dionyſia martyr ferro cæſa 153
Dionyſius Areopagites à Paulo Apo
ſtolo doctus fidem 91
Dionyſius Areopagita Athenienſium
epiſcopus 47
Dionyſius Albæ epiſcopus Ariano-
rum aduerſarius 375
Dionyſius Albanus exulat ibidem
Dionyſius Romanus epiſcopus 170
Dionyſius epiſc. Corinthiorum 44
Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus
apoſtolicæ fidei & ſanæ doctrinæ
doctor 90
Dionyſius Corinthiorum epiſcopus
ad quos ſcripſerit epiſtolas 91. 92
Dionyſii epiſtolæ falſatæ 92
Dionyſius Origenis diſcipulus magi
ſter κατηχήσεων Alexãdr. 147
Dionyſius fit epiſc. Alexandr. 149
Dionyſii Alexandrini epiſtola ad Fla
uianum de Alexandrinis martyri-
bus 151. Eiuſdem epiſtolæ & li-
bri 157 & 167
Dionyſii epiſtola ad Nouatum 156
Dionyſius baptizatũ ab hæreticis non
audet rebaptizare 161
Dionyſius Alexãdrinus relegatur in
exilium 162
Dionyſius Alexandrinus refellit dog-
ma Nepotis 168
Dionyſii Alexandrini iudiciũ de Apo
calypſi Ioannis 169
Dionyſius non uenit ad Antiochenam
ſynodum 170
Dionyſius Alexander moritur 172

Dionyſii eccleſia incenditur 343
Dionyſius tyrannus Siciliæ 263
Dionyſii corona 446
Diocęſareas Paleſtinæ ciuitas 373
Dioſcorus puer quindecim annorum conſtanter confitetur Chriſtũ 153
Dioſc. titulo confeſsionis clarus 162
Dioſcorus monachos accedentes ad ſacra myſteria dijudicabat 485
Dioſcorus fit Hermopolitanus epiſcopus 548
Dioſcorus Alexandrinus 595
Dioſcorus & Eutyches epiſcopi reiecti 597
Dioſpolis ciuitas olim Lydda nominata 295
Diſcipulorum Chriſti multitudo 20
Diſcipuli oẽs diſperſi prædicauere 25
Diſcipuli apoſtolorũ quomodo ſe geſſerint 69
Diſciplinæ liberales non docent ueritatem, ſed ſunt ueritatis arma contra mendacium 491
Diſcordia eccleſiarum tempore Conſtantini 297
Diſsimiles & non exiſtentiales uocabantur Aetiani 398
Diſperſi, hoc eſt, Hebræi 47
Diuina ſubſtantia Chriſti caput 2
Diuina ultio in teſtes periuros 135
Diuina ultio in prophanatores templi Chriſto ſacri 430
Diuina ultio in filium & uxorem Valentis Imperatoris 473
Diuina uindicta in cubicularium Valentis 491
Diuinæ ſcripturæ combuſtæ 182
Doctrinæ apoſtolicæ conformitas 90
Doctrina Apoſtolorum lib. ἀπόκρυφος 63
Dominica Chriſtianorum reſtaurata 209
Dominicũ ingreſſus philoſophus ſignaculum fidei ſuſcipit 218
Dominica uxor Valentis Imperatoris 500
Domitianus Aug. frater Titi 56
Domitianus perſequitur Chriſt. 57
Domitianus mandat poſteritatem Dauid interimi 57
Domitiani Imperatoris mors & contumelia ibidem
Domitianus præfectus Orientis 373
Domus Veneris 319
Domus uiduarum & orphanorum diripiebantur 367
Domus Placidiæ Auguſtæ 553
Domus τὴ λιαρύας apud Conſtantinopolim corruit 564
Domnus Epiſc. Cæſ. Paleſtinæ 165
Domnus Epiſcopus filius Demetriani Antiocheni epiſc. 175 & 596
Domnus & Iuuenalis in heremum fugiunt 598
Donatiua principum quando ſolita dari 429
Donatus Euryampius draconem ſputo interficit 539
Dorothea uirgo Alexandrina 195
Dorotheus epiſc. Antiochen. à natiuitate Eunuchus 176
Dorotheus aulicus 181 & 184
Dorotheus laqueo necatur pro Chriſto 185
Dorotheus monachus non ualentibus ædificare donabat hoſpitia à ſe conſtructa 486
Dorothei monachi perpetuæ uigiliæ Ibidem
Dorotheus Arianorum Epiſc. apud Conſtantinopolim 567
Dorotheus pro Chalcedonenſi concilio librum ſcripſit 609
Doſitheni hæretici à quodam Doſitheo nominati 91
Dracontius Pergamenæ eccleſiæ epiſcopus 397
Dracontius Pergami epiſcopus condemnatus 396
Draco oratione Vrſatij Perſæ occiſus 390
Dydimus Alexand. adhuc puer morbo oculorum perdidit uiſum 245
Dydimus quod per oculos doceri nõ potuit, auditu diſcit 246
Dydimus cæcus uetus nouumq; inſtrumentum perfecte callebat 493
Dydimus præficitur ſcholæ eccleſiaſticæ apud Alexandrians 246
Dydimi ſententia 484
Dydimi libri de trinitate, & explicationes in περὶ ἀρχῶν Origenis 493
Dydimum cæcum Antonius eremita quibus uerbis conſolatus ſit 246 & 493
Dydimus quare didicerit liberales diſciplinas ibidem
EBionæorum hæreticorum dogma 64
Ecebolus rhetor 409
Ecebolus proſtratus ante eccleſiam clamabat: conculcate me ſal inſenſatum 435
Eceb. finxit ſe Chriſtianum ibidem
Eccleſia Chriſti uirgo 91
Eccleſiæ Chriſtianorum ſolo æquatæ 182
Eccleſiæ Chriſtianorum reædificantur iuſſu Maximiani 198
Eccleſiæ gloria ſub Conſtantino Auguſto 214
Eccleſiæ ueritas 77
Eccleſiarum diſsidium 297
Eccleſiam non eſſe ſeparandam propter duo uerba, dicebant Ariani 381
Eccleſia Theonæ 384
In Eccleſiam Deo ſacrã ſtatuitur ἀνδρόγυνον 420
Eccleſiarum xenodochia 525
Eccleſiæ ademptæ Macedonianis 582
Edeſius & Frumentius pueri in Indiam ducti 223
Edeſius à poculis regis Indorũ, ibid.
Edeſius pergit Tyrum & ordinatur preſbyter 224
Edeſſenis prædicauit Thomas Apoſtolus 20. 244. & 470
Edeſſeni per prædicationem Tathæi conuertuntur ad fidem 25
Edeſſeni Chriſtiani in exilium pulſi à Valente 471
Egeſippi hiſtoriographi uerba de uita & morte Iacobi Iuſti fratris domini 41
Egeſippi uerba de morte Simeonis epiſcopi Hieroſol. 67
Egeſippus temporum Apoſtolicorum hiſtoriam quinq; libris complexus eſt 77
Egeſippus uenit Romam 79
Egeſippus floret & uenit ad fidem 90 & 91

Egeſippũ ſectatꝰ eſt Sozomenus 267
Eleazarus pontifex filius Annæ Pontificis 18
Eleuſius epiſcopus Cyzicenus 180 & 395
Eleuſius Cyzicenus abdicatur 393
Eleuſius pulſus è ſede ſua 426.400
Eleuſius timore Valentis conſentit in dogma Arij 461
Eleuſii pœnitentia ibidem
Eleuſius expellitur iuſſu Valẽtis, ibid.
Eleutherius Romanus epiſcopus 79
Eleutherius moritur 120
Elpidius Comes rerum priuatarum 431
Elpidius preſbyter 454.772.816
Elpidophorus tyrannus 657
Emaus ciuitas Paleſtinæ, aliàs Nicopolis dicta 436
Emelius medicus 654
Emona ciuitas Italiæ 272
Encratitæ hæretici quales 93
Epheſiorum eccleſia fundata à Paulo, ſed à Ioanne ædificata 59
Epheſiis ſcripſit Ignatius è Smyrna 68
Epheſi ſeptem dormientes reſurrexerunt 591
Epheſi tertia ſynodus celebratur, ibi.
Ephrem epiſc. Hieroſolymit. 75
Ephrem Syrus egregius ſcriptor 404 & 749
Epigramma futura prædicens 463
Epimachus martyr flammis abſumptus 153
Epiphaneia ciuitas Ciliciæ 276
Epiphanius Sophiſta 403
Epiphanius eremita in precio habitus 489
Epiphanius Cypri Epiſcopus accepit ab angelo quod largiretur pauperibus 540
Epiphanius ſimulantẽ ſe eſſe mortuũ, uere mortuum relinquit, ibidem
Epiphanius Cyprius quid egerit Cõſtantinopoli 550.551
Epiphanius publice dãnat libros Origenis 552
Epiphanius ſubducit ſe ibidem
Epiſcopi inuitabãt olim laicos ad prædicandum eccleſiis 143
Epiſcopus, & clero et plebi debet eſſe exemplo 175
Epiſcopi à perſecutoribus publice denudati irridebantur 182
Epiſcopi tyranni potius quàm ſacerdotes 182
Epiſcopi Syriæ cõiecti in uincula 185
Epiſc Occidentales coguntur à Conſtantio Cæſare ad conſentiendum Arianæ hæreſi 232
Epiſcopi exulant ibid. & 384
Epiſcopi mali increpantur à Conſtantino Auguſto 333
Epiſcopi Cõſtãtinopolitani duo 341
Epiſcopis orthodoxis reſtituuntur eccleſiæ à Romano epiſcopo 344
Epiſc. duo Sardicenſis ſynodi miſsi ad Conſtantium pro Athanaſio 355
Epiſcopi ὁμουσιασταὶ abdicãt Arianos in Ariminenſi concilio 382
Epiſcopi uiginti legati Ariminenſis ſynodi 381
Epiſcopi exules ibidem
Epiſcopi è Bithynia reuocantur Conſtantinopolim 396
Epiſcopi ſubſtituticij 397
Epiſcopi prohibebant olim Chriſtianis cũ ethnicis familiaritatem 403
Epiſcopum oportet non ſolum uerbo, ſed etiam uita gubernare ſubiectos 452
Epiſcoporum Illyricanorum ad Orientales epiſtola 454
De epiſcoporum ordinatione eccleſiaſtica regula 537
Epiſcopi Apoſtolicarum eccleſiarum (542
Epiſcopus non dum baptizatus 604
Epiſc. Ariani uiuente Athanaſio 834
Equitius diaconus Marcelli epiſcopi 528
Eremiticæ philoſophiæ officia 279
Eremiticæ philoſophiæ principes Helias & Ioannes Baptiſta ibidem
Eremitici inſtituti origo, cauſaq́; 279
Eridanus padus 272
Eſdras ſacerdos ex tribu Leui uolumina legis reparat 111
Euagrius epiſcopus inſulæ Mytilenæ condemnatur 394
Euagrius uir eloquentiſsimus 488 & 537
Euagrius fugit Conſtantinopoli 589
Euagrij monachi lucubrationes 422 & 482
Euagrius prohibuit temere de Deo diſputari ibidem
Euagrius fit epiſcopus 468.813
Euagrius à Theophilo Alexandrino ad epiſcopatum uocatus aufugit 484
Euangelium Petri liber ἀπόκρυφος 46
Euangelia quatuor 63
Euangelium Matthæi Hebraice ſcriptũ apud Indos repertũ 71.111
Euangelium Lucæ ex ore Pauli exceptum 47
Euangelium Lucæ quare ſcriptum ſit 62
Euangelium Marci ex ore Petri conſcriptum 47 & 71
Euangelium Ioannis ſuſceptum ab omnibus 61
Euangelium Ioannis quare quarto loco poſitum 62
Euangelium Ioannis ſpirituale 140
Euangelium ſecundum Hebræos 63 & 91
Euangelia & acta quorundam Apoſtolorum 63
Euangeliorum ordo per Clementem Alexandrinum 139
Euangelium Indis ulterioribus nunciatũ tempore Cõſtãtini Aug. 223
Euangelium in diuerſis eccleſiis à quibus legatur 534
Euangelici, Apoſtolici, & Prophetici libri uere erudiunt 36.306
Euariſtus Romanus pontifex ſucceſſor Clementis 68 & 109
Euariſto ſucceſsit Alexander Romanus epiſcopus 73
Euchariſtia mittebatur ſolenniter hoſpitibus epiſcopis Romam uenientibus 123
Euchariſtia ſumpturis olim laicis dabatur in manus 156 & 523
Euchariſtia puero traditur ad patrẽ ægrotantem deferenda 156

Euchari

Euchariſtiam poſſe purgare fidelem ab hæreticis baptizatum 161
Euchariſtiam nec obeſſe, nec prodeſſe diecbant Meſſaliani 456
Euchetarũ hæreſis & monſtra ibid.
Eudocia filia Leontij Sophiſtæ 575
Eudocia neptis Theodoſii 598
Eudocia fugit à marito ibidem
Eudoxius Epiſcopus Germanicienſium 347
Eudoxius Germaniceæ præſul, uſurpat Antiochenam ſedem 379 389 & 743
Eudox. perſequitur orthodoxos 389
Eudoxius iuſſu Cõſtantij Augusti expulſus ab eccleſia ibidem
Eudoxij fides in Italiã deſtinata 387
Eudoxius uſurpat ſedem Conſtantinopolitanam ibidem
Eudoxius Conſtantinum magnum notans impietatis, Conſtantium filiũ à religione commendat 398
Eudoxij blaſphema fidei expoſitio 399
Eudoxius ſuadet Eunomio, ut de Cyzico fugiat 402
Eudoxius gratioſus in aula Valentis 457
Eudoxius inſtituit Eunomium Epiſcopum 462
Eudoxius impedit Macedonianorum ſynodũ apud Tarſum Ciliciæ 468
Eudoxius autor ſeditionis apud Alexandriam ibidem
Eudoxij mors ibidem
Eudoxij opera Gothi facti ſunt Ariani 497
Eudoxia filia Theodoſii, nubit Valentiniano 588
Eugenius epiſcopus à Carthaginenſibus amatus 635 & 627
Eugenius ab Hunericho proſcriptus in exilio multa patitur 657. 659
Eugenius occidit Valentinianũ Auguſtum 538 & 814
Eugenius ſucceſſor Valentiniani Auguſti 259
Eugenius uinctus adducitur ad Theodoſium Auguſtum 260
Eugeniana ſedisio 830
Eugenius tyrannus ſupplex Theodoſio 539
Eulalius epiſcopus Antiochenus ſucceſſor Euſtathij 322
Eulogius Epiſcopus Edeſſenus exulat 471
Eulogius presbyter & eremita, redargutor occultorum peccatorum 486
Eulogium adiectum ſtatuæ Conſtantini 207
Eumenes epiſcopus Alexandrinæ eccleſiæ 75
Eumen. Alexandrinus moritur 79
Eumæus Homericus 428
Euodius primus Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus 59
Euolcius diaconus relegatur in Oaſim 461
Eunomius epiſcopus uir ſanctus 560
Eunomius dialecticus contra catholicam fidem ſcripſit 234
Eunom. notarius Aetij hæretici 374
Eunomius hæreſiarches 397. 402 & 836
Eunomius ordinatur epiſc. 400
Eunomius laudat Aetium in ſuis libris 401 & 747
Eunomius fit Epiſcopus Cyzicenus 401 & deinceps
Euphrates & Vincentius legati Sardicenſis concilij 355
Euphronius Arianus, epiſc. Antiochenæ eccleſiæ 322
Euphemius patriarcha 604
Eupſychius Cæſarienſis martyr 419
Europa, Africa, & maxima pars Aſiæ ſubdita Conſtantino Aug. 330
Euſebia uxor Conſtantii patrona Iuliani 410
Euſebii Pamphili, Cæſarienſis epiſcopi iudicium de Papia 71
Euſebii Cæſarienſis liber De antiquis martyribus 86
Euſebii Cæſariẽſis liber De uita Pamphili martyris 148 & 179
Euſebius Cæſarienſis in diuinis ſcripturis & Græcis poetis atq; rhetoribus eruditiſsimus 262
Euſebii Cæſarien. opus de uita Conſtantini Aug. 298 & 583
Euſebius Cæſarienſis ὁμοούσιον uocabulum interpretatur 310
Euſebius Cæſarienſis recuſat transferri Antiochiam 322
Euſebius Cæſarienſis moritur 340
Euſebius epiſcopus Vercellenſis, defenſor Athanaſii mittitur in exiliũ 375
Euſebius Vercellenſis ab exilio reuocatur 420
Euſebius Vercellenſis pergit Alexandriam 235
Euſebius celebrat cõcilium cum Athanaſio Alexandriæ 420
Euſebius Verc. dolet de ſchiſmate Antiochenſium 424
Euſebius prædicat eccleſiis Orientalibus 236
Euſebius redux 503
Euſebius à muliere Ariana iactu tegulæ occiſus ibidem
Euſeb. Samoſatenus epiſcopus 405 751 & 775
Euſebii Samoſateni uirilis aĩus 406
Euſebius Samoſatenus epiſcopus expellitur à Valente 458
Euſebius Samoſatenus quid egerit in exilio 459
Euſebius Iſtrum proficiſcitur 460
Euſebius Samoſatenus coronatur martyrio 461
Euſebius Nic. ſola manu, non mente ſubſcribit Nicenæ ſynodo 219
Euſeb. Nicomedienſis conflictus cum Alexandrino Conſtãtinopolitano Epiſc. 227
Euſebius Nicomed. Arianorum patronus 284 & 296
Euſebii Nicomed. epiſtola ad Paulinum epiſcopum Tyri 296
Euſebii Nicomediẽſis blaſphemia ſcripta 307
Euſebius Nicomed. recuſat ὁμοουσίου uocem recipere 310
Euſebius exhibet libellum pœnitentiæ 310 & 316
Euſebius Nicomed. inuadit ſedẽ Conſtantinopolitanam 321
Euſebii Nicomedienſis peruerſi conatus 320
Euſebii Nicomedienſis machinationes contra orthodoxos ibidem

Euſebius Nicomed. Alexandro Conſtantinop. minatur exilium 335
Euſebii ſatellitium ibidem
Euſebius & Theogonius Arianorum principes 339
Euſebius Nicomedienſis calumnias in Athanaſium confictas mittit Iulio Romano epiſc. 340
Euſebius translatus ex Nicomedia fit epiſcopus Conſtantinopolis 342 & 706
Euſebius Nicomediẽſis moritur 343
Euſebius Alexandrinus Laodiciæ epiſcopus poſt Socratem 177
Euſebius Emiſenus Alexandriæ Epiſcopus 342
Euſebius eunuchus præpoſitus cubiculi Imperatoris 377
Euſebij eunuchi uiolentia 411
Euſebius ſcholaſticus 591
Euſebius præpoſitus cubiculi Conſtantij occiditur 412
Euſebius Nectarius & Zenon fratres & martyres apud Gazam 416
Euſtathius Berœenſis eccleſiæ præſul 294
Euſtathius à Berœa transfertur Antiochiam 269 & 604
Euſtathius epiſcopus Antiochenus uenit ad Nicænam ſynodum 306
Euſtathius communi omnium uoto ad Antiochenæ eccleſiæ præſulatũ aſſumitur 307
Euſtathij Antiocheni uerba de Arianis ibidem
Euſtathius falſo inſimulatus adulterij 322 & 708
Euſtathius abdicatus exulat 322 & 709
Euſtathius in Biſam relegatur 469
Euſtathius epiſcopus Sebaſtiæ Armeniæ 389
Euſtathiani ab Euſtathio Berœenſi epiſcopo dicti 323
Euſtathiani uniuntur Orthodoxis 559
Eutropius eunuchus Præpoſitus cubiculi 545
Eutyches hæreſiarcha 595
Eutychius hæreticus 535
Euthymius, Dioſcorus, Ammonius, Euſebius, fratres, Longi dicti 548
Eutychianus Romanus epiſc. 176
Eutychianus eremita claret miraculis 282
Eutropius lector moritur in carcere 558
Euzoius preſbyter ſodalis Arij 331
Euzoius ex ordine diaconorum ſemotus 405
Euzoius patronus Arianorum 425 & 450
Euzoius uaſtator eccleſiæ 474
Exactionis nouæ moleſtia ſuſcitauit ſeditionem Antiochiæ 526
Exceptores conſcribebant diſputationem Photini 372
Exceptor Conſtãtij Imperatoris 385
Exceptores ſynodi Seleucinæ 391
Exceptores conſcribebant uerba epiſcoporum populo concionantium 405
Exclamatio hominis plebei 54
Exilia orthodoxorum 496
Expoſitio fidei apud Sirmium 396
Expoſitiones fidei nouem 397
Exponunt ſcripturas ad lucernã 533
Exulum quinq; milia 631
Fabianus Epiſcopus Antiochenus 150
Fabianus Romanus pontifex, columbæ indicio electus 147
Fabianus Romanus epiſcopus coronatur martyrio 150
Fames dira ſub Claudio Imperatore 30
Fames Hieroſolymis obſeſſorum 49
Fames ſubuertit uerecundiam, ibidem
Fames & ira peſſimi conſultores 52
Fames & ſterilitas maxima ſub Maximino 203. per totum
Fames apud Hieroſolymam 396
Fames in tota Africa 661
Fames apud Phrygiam 469
Fanum in Phœnicia deſtructum 817
Fauſti & Euſebij diaconorum officia in confeſſores pro Chriſto uinctos 162
Fauſtus confeſſor capite trũcatur 163
Fauſtus Buronitanus epiſcopus 623
Fauſtinus & Aquila confeſſ. 162
Felix procurator Iudææ 39, profligat Aegyptium Magum 40
Felix Romanus pontifex 176.841
Felix loco Liberij ordinatus Romanus pontifex 233 & 379
Felix præpoſitus regalium theſaurorum 431 & 757
Felix cæcus 636
Felix punitur diuinitus 431
Feræ non attingunt Chriſt. 186
Feſtus procurator Iudææ, ſucceſſor Felicis 40 moritur 41
Feſtum Ioſephus uocat Sextum 43
Feſtus ſenator ab urbe Roma miſſus ad Anaſtaſium Imp. 607
Fides & modeſtia coronantur, nõ temeritas 82
Fidei catholicæ, per prophetas, Euangelia, & Apoſtolos prædicatæ, quicquam addere incautum, & auferre periculoſum 381
Filius creator omnium cum patre & patri coæternus 4. 6
Per filiũ dei homo renatus ad deum 5
cur dictus filius hominis 6
Filius dei uerus rex, uerus pontifex, uerus propheta, uerus Chriſtus 7
Filium patri omnino diſsimilem dicebant Eunomiani 234
Filij dei ineffabilis ſubſtantia, nec ab angelis percipitur 289
Filius dei tempora fecit et ſecula ibid.
Per filium dei & in filio creata omnia 290
Filius Dei quomodo differat à filijs adoptionis ibidem
Filius æquì cum patre honoris, eiuſdemq; ſubſtantiæ 295
Filius ſolus ex patre, hoc eſt, ex ſubſtantia patris 308
Filius quomodo patri conſubſtantialis 311
Filius dei ante omnia uiſibilia & inuiſibilia genitus 309
Filij & patris una eademq; diuinitas Ibidem
Filij generatio incomprehenſibilis & inenarabilis 372
Filius ſimilis patri ſecundum Apoſtolum, qui eſt imago dei inuiſibilis 392

Filium

Filium patri ſimilem ſecundum uoluntatem tantum dicebat Acatius Cæſarienſis 395
Filiæ quatuor prophetiſſæ Philippi Apoſtoli 66
Filius ſacerdotis ethnici ad Chriſtum conuerſus 431 & 758
Firmillianus Cappadox, Epiſcopus Cæſarienſis 148
Firmillianus uenit ad Antiochenam ſynodum 170
Firmillianus dedignabatur ſcribere Paulo Samoſateno 173
Firmillianus Cappadociæ Epiſcopus moritur 174
Flacilla Auguſta precib. retinet Theodoſium ne loquatur cum Eunomio 506
Flacil. Aug. Φιλόπτωχος, id eſt, egenorum amatrix 525
Flacillæ Auguſtæ ænea ſtatua deiicitur 526
Flauia Domicilla exulat apud Pontiam inſulam 57
Flauianus & Diodorus monachi inſtituunt pſalmodiam & uigilias apud ſepul. martyrum 389. 741
Flauianus monachus fit Antiochenus Epiſcopus 252 & 558
Flauiani Antiocheni Epiſcopi aſtutum conſilium 456. 813
Flauianus & Diodorus epiſcopi reſiſtebant Valenti Aug. 492
Flauianus Antioch. expugnabat hæreticos 456 & 490
Flauianus ad Paulinum 502
Flauianus Melitij ſucceſſor 536
Flauianus pro ouibus ſuæ curæ commiſſis multa perpeſſus 537
Flauianus expurgans ſe apud Imperatorem ſuæ ſedi reſtituitur, ibid.
Flauianus moritur 562 & 596
Flauianus præfectus 259
Florus procurator Iudææ 44
Florinus preſbyter hæreticus 114
Florentianus epiſcopus 652
Fœdus Rom. cum Perſis 443
Fons Caſtalius 238
Fons Nicopoli, morborum depulſor 436
Fontes Sagarij fluminis apud Pazenum 494
Fornicationes uirginum prohibitæ à Conſtantino 417
Fortunæ ſacellum à Chriſtianis deſtructum 414
Forum Conſtantini 336
Francorum bellum contra Romanos 343
Franci ſubijciuntur à Romanis 344
Fratres Baſilij Magni, Petrus & Gregorius 248
Fratres Conſtantini Auguſti, Dalmatius & Conſtantius 409
Fraus ſacerdotis Canopi 256
Fridigernus dux amplectitur Valentis dogma 496
Frumentorum annuus reditus ab Alexandria mittebatur Conſtantinopolim, pro pauperibus 334
Frumenta ab Athanaſio uendita mentiebantur Ariani 346
Frumentorum reditus à Iuliano ademptus reſtituitur 448. 698. & 768
Frumentius à rationibus regis Indorum 223 & 709
Frumentius Indis dux fuit ad Dei cognitionem 710
Frumentius regni moderator effectus fauebat Chriſtianis ibidem
Frumentius uenit Alexandriã 224 710
Frumentius ſacerdos effectus, ab Athanaſio remittitur in Indiã 224
Frumentij duo martyres 658
Fugere inimicorũ inſidias licere Chriſtianis 423
Fulmina Iouis ex adytis templorum prolata 319
Fulminea legio 109
Fundanus proconſul Aſiæ 94
GAinas magiſter militum Celta 546 & 817
Gainæ poſcenti ab Auguſto Arianis dari unam eccleſiam reſiſtit Chryſoſtomus ibidem
Gainas conatur incendere palatium Conſtantinopolitanum 547
Gainæ aperta tyrannis ibid. 817
Gainas occurrens Ioanni Chryſoſtomo reuertetur cum 547 & 818
Gaius doctor eccleſiaſticus 44 64 & 66
Gaij diſputatio aduerſus Proculum Cataphrygam 144
Gaius Arianus condemnatur 379 & 381
Galba & Otho Romani Imperatores 48
Galerij Maximiani edictũ pro Chriſtianis 197
Galerij Maximini epiſtola pro Chriſtianis 208
Galienus Auguſtus 165
Galienus Imperator fautor Chriſtianorum 167
Galieni Imperatoris obitus 173
Galilæorũ hæreſis quando exorta 11
Galilei dicti Chriſtiani 138. 414
Galla uxor Theodoſii Imperatoris 495
Gallus & Iulianus fratres, filii Conſtantij 409
Gallus Epheſi dat operã literis, ibid.
Gallus conſobrinus Conſtantii Auguſti fit Cæſar 368
Gallus Cæſar perſequitur Chriſtianos 159
Gallus Cæſar compeſcit Iudæos 373
Gallus iubente Conſtantio occiſus, Ibidem
Gallicanum concilium 121
Gaza, maritima ciuitas, prius Conſtantia dicta 413
Gazæorum epiſcopus nomine Quintianus 344
Gazæorum crudelitas in Chriſtianos 416 & 417
Geminus Apollo quid reſponderit Licinio Cæſari 272
Genealogiæ nobilium Iudæorum iuſſu Herodis combuſtæ 15
Gennadius epiſcopus Conſtantinopolitanus 600
Gennadius epiſcopus pictorem quendam ſanauit ibidem
Gennadius cauſas Epiſcoporũ Imp. refert 601
Gentilium inhumanitas in ſuos 167

Euſebius Nicomed. Alexandro Conſtantinop. minatur exilium 335
Euſebii ſatellitium ibidem
Euſebius & Theogonius Arianorum principes 339
Euſebius Nicomedienſis calumnias in Athanaſium confictas mittit Iulio Romano epiſc. 340
Euſebius translatus ex Nicomedia fit epiſcopus Conſtantinopolis 342 & 706
Euſebius Nicomediẽſis moritur 343
Euſebius Alexandrinus Laodiciæ epiſcopus poſt Socratem 177
Euſebius Emiſenus Alexandriæ Epiſcopus. 342
Euſebius eunuchus præpoſitus cubiculi Imperatoris 377
Euſebij eunuchi uiolentia 411
Euſebius ſcholaſticus 591
Euſebius præpoſitus cubiculi Conſtantij occiditur 412
Euſebius Nectarius & Zenon fratres & martyres apud Gazam 416
Euſtathius Berœenſis eccleſiæ præſul 294
Euſtathius à Berœa transfertur Antiochiam 269 & 604
Euſtathius epiſcopus Antiochenus uenit ad Nicænam ſynodum 306
Euſtathius communi omnium uoto ad Antiochenæ eccleſiæ præſulatũ aſſumitu. 307
Euſtathij Antiocheni uerba de Arianis ibidem
Euſtathius falſo inſimulatus adulterij 322 & 708
Euſtathius abdicatus exulat 322 & 709
Euſtathius in Biſam relegatur 469
Euſtathius epiſcopus Sebaſtiæ Armeniæ 389
Euſtathiani ab Euſtathio Berœenſi epiſcopo dicti 323
Euſtathiani uniuntur Orthodoxis 559
Eutropius eunuchus Præpoſitus cubiculi 545
Eutyches hæreſiarcha 595
Eutychius hæreticus 535
Euthymius, Dioſcorus, Ammonius, Euſebius, fratres, Longi dicti 548
Eutychianus Romanus epiſc. 576
Eutychianus eremita claret miraculis 282
Eutropius lector moritur in carcere 558
Euzoius presbyter ſodalis Arij 331
Euzoius ex ordine diaconorum ſemotus 405
Euzoius patronus Arianorum 425 & 450
Euzoius uaſtator eccleſiæ 474
Exactionis nouæ moleſtia ſuſcitauit ſeditionem Antiochiæ 526
Exceptores conſcribebant diſputationem Photini 372
Exceptor Conſtãtij Imperatoris 385
Exceptores ſynodi Seleucinæ 391
Exceptores conſcribebant uerba epiſcoporum populo concionantium 405
Exclamatio hominis plebei 54
Exilia orthodoxorum 496
Expoſitio fidei apud Sirmium 396
Expoſitiones fidei nouem 397
Exponunt ſcripturas ad lucernã 533
Exulum quinq; milia 631
F*Abianus Epiſcopus Antiochenus* 150
Fabianus Romanus pontifex, columbæ indicio electus 147
Fabianus Romanus epiſcopus coronatur martyrio 150
Fames dira ſub Claudio Imperatore 30
Fames Hieroſolymis obſeſſorum 49
Fames ſubuertit uerecundiam, ibidem
Fames & ira peſsimi conſultores 52
Fames & ſterilitas maxima ſub Maximino 203. per totum
Fames apud Hieroſolymam 396
Fames in tota Africa 661
Fames apud Phrygiam 469
Fanum in Phœnicia deſtructum 817
Fauſti & Euſebij diaconorum officia in confeſſores pro Chriſto uinctos 162
Fauſtus confeſſor capite trũcatur 163
Fauſtus Buronitanus epiſcopus 623
Fauſtinus & Aquila confeſſ. 162
Felix procurator Iudææ 39, *profligat Aegyptium Magum* 40
Felix Romanus pontifex 176. 841
Felix loco Liberij ordinatus Romanus pontifex 233 & 379
Felix præpoſitus regalium theſaurorum 431 & 757
Felix cæcus 636
Felix punitur diuinitus 431
Feræ non attingunt Chriſt. 186
Feſtus procurator Iudææ, ſucceſſor Felicis 40 *moritur* 41
Feſtum Ioſephus uocat Sextum 43
Feſtus ſenator ab urbe Roma miſſus ad Anaſtaſium Imp. 607
Fides & modeſtia coronantur, nõ temeritas 82
Fidei catholicæ, per prophetas, Euangelia, & Apoſtolos prædicatæ, quicquam addere incautum, & auferre periculoſum 381
Filius creator omnium cum patre & patri coæternus 4. 6
Per filiũ dei homo renatus ad deum 5
cur dictus filius hominis 6
Filius dei uerus rex, uerus pontifex, uerus propheta, uerus Chriſtus 7
Filium patri omnino diſsimilem dicebant Eunomiani 234
Filij dei ineffabilis ſubſtantia, nec ab angelis percipitur 289
Filius dei tempora fecit et ſecula ibid.
Per filium dei & in filio creata omnia 290
Filius Dei quomodo differat à filijs adoptionis ibidem
Filius æquì cum patre honoris, eiuſdemq; ſubſtantiæ 295
Filius ſolus ex patre, hoc eſt, ex ſubſtantia patris 308
Filius quomodo patri conſubſtantialis 311
Filius dei ante omnia uiſibilia & inuiſibilia genitus 309
Filij & patris una eademq; diuinitas Ibidem
Filij generatio incomprehenſibilis & inenarabilis 372
Filius ſimilis patri ſecundum Apoſtolum, qui eſt imago dei inuiſibilis 392

Filium

Filium patri ſimilem ſecundum uoluntatem tantum dicebat Acatius Cæſarienſis 395
Filiæ quatuor prophetiſſæ Philippi Apoſtoli 66
Filius ſacerdotis ethnici ad Chriſtum conuerſus 431 & 758
Firmillianus Cappadox, Epiſcopus Cæſarienſis 148
Firmillianus uenit ad Anthiochenam ſynodum 170
Firmillianus dedignabatur ſcribere Paulo Samoſateno 173
Firmillianus Cappadociæ Epiſcopus moritur 174
Flacilla Auguſta precib. retinet Theodoſium ne loquatur cum Eunomio 506
Flacil. Aug. φιλόπτωχος, id eſt, egenorum amatrix 525
Flacillæ Auguſtæ ænea ſtatua deijcitur 526
Flauia Domicilla exulat apud Pontiam inſulam 57
Flauianus & Diodorus monachi inſtituunt pſalmodiam & uigilias apud ſepul. martyrum 389. 741
Flauianus monachus fit Antiochenus Epiſcopus 252 & 558
Flauiani Antiocheni Epiſcopi aſtutum conſilium 456. 813
Flauianus & Diodorus epiſcopi reſiſtebant Valenti Aug. 492
Flauianus Antioch. expugnabat hæreticos 456 & 490
Flauianus ad Paulinum 502
Flauianus Melitij ſucceſſor 536
Flauianus pro ouibus ſuæ curæ commiſsis multa perpeſſus 537
Flauianus expurgans ſe apud Imperatorem ſuæ ſedi reſtituitur, ibid.
Flauianus moritur 562 & 596
Flauianus præfectus 259
Florus procurator Iudææ 44
Florinus presbyter hæreticus 114
Florentianus epiſcopus 652
Fœdus Rom. cum Perſis 443
Fons Caſtalius 238
Fons Nicopoli, morborum depulſor 436
Fontes Sagarij fluminis apud Pazenum 494
Fornicationes uirginum prohibitæ à Conſtantino 417
Fortunæ ſacellum à Chriſtianis deſtructum 414
Forum Conſtantini 336
Francorum bellum contra Romanos 343
Franci ſubijciuntur à Romanis 344
Fratres Baſilij Magni, Petrus & Gregorius 248
Fratres Conſtantini Auguſti, Dalmatius & Conſtantius 409
Fraus ſacerdotis Canopi 256
Fridigernus dux amplectitur Valentis dogma 496
Frumentorum annuus reditus ab Alexandria mittebatur Conſtantinopolim, pro pauperibus 334
Frumenta ab Athanaſio uendita mentiebantur Ariani 346
Frumentorum reditus à Iuliano ademptus reſtituitur 448. 698. & 768
Frumentius à rationibus regis Indorum 223 & 709
Frumentius Indis dux fuit ad Dei cognitionem 710
Frumentius regni moderator effectus fauebat Chriſtianis ibidem
Frumentius uenit Alexandriã 224 710
Frumentius ſacerdos effectus, ab Athanaſio remittitur in Indiã 224
Frumentij duo martyres 658
Fugere inimicorũ inſidias licere Chriſtianis 423
Fulmina Iouis ex adytis templorum prolata 319
Fulminea legio 109
Fundanus proconſul Aſiæ 94
GAinas magiſter militum Celta 546 & 817
Gainæ poſcenti ab Auguſto Arianis dari unam eccleſiam reſiſtit Chryſoſtomus ibidem
Gainas conatur incendere palatium Conſtantinopolitanum 547
Gainæ aperta tyrannis ibid. 817
Gainas occurrens Ioanni Chryſoſtomo reueretur eum 547 & 818
Gaius doctor eccleſiaſticus 44 64 & 66
Gaij diſputatio aduerſus Proculum Cataphrygam 144
Gaius Arianus condemnatur 379 & 381
Galba & Otho Romani Imperatores 48
Galerij Maximiani edictũ pro Chriſtianis 197
Galerij Maximini epiſtola pro Chriſtianis 208
Galienus Auguſtus 165
Galienus Imperator fautor Chriſtianorum 167
Galieni Imperatoris obitus 173
Galilæorũ hæreſis quando exorta 11
Galilæi dicti Chriſtiani 138. 414
Galla uxor Theodoſii Imperatoris 495
Gallus & Iulianus fratres, filii Conſtantij 409
Gallus Epheſi dat operã literis, ibid.
Gallus conſobrinus Conſtantii Auguſti fit Cæſar 368
Gallus Cæſar perſequitur Chriſtianos 159
Gallus Cæſar compeſcit Iudæos 373
Gallus iubente Conſtantio occiſus, Ibidem
Gallicanum concilium 121
Gaza, maritima ciuitas, prius Conſtantia dicta 413
Gazæorum epiſcopus nomine Quintianus 344
Gazæorum crudelitas in Chriſtianos 416 & 417
Geminus Apollo quid reſponderit Licinio Cæſari 272
Genealogiæ nobilium Iudæorum iuſſu Herodis combuſtæ 15
Gennadius epiſcopus Conſtantinopolitanus 600
Gennadius epiſcopus pictorem quendam ſanauit ibidem
Gennadius cauſas Epiſcoporũ Imp. refert 601
Gentilium inhumanitas in ſuos 167

Gentiliũ tela in iaciẽtes retorta 260
Gentilibus interdicitur templis ſuis 385
Gentilium templa Alexandriæ deſtructa 520 & 564
Gentiles apud Antiochiam 490
Georgius ſubſtitutitius epiſcopus Alexandriæ 232 & 344
Georgius propulſo Athanaſio, Alexandrinæ eccleſiæ ui rapte præſidet 233
Georgius epiſcopus quanta mala patrarit Alexandriæ 367.730
Georgius Alexandrinus perſequitur fautores Athanaſii 385
Georgius Alexandr. Seleuciæ damnatus 394
Georgii Alexandrini tyrãnis & crudelitas 398
Georgius Alexandrinus à paganis occiſus 415
Georgius Epiſcopus Laodiciæ Syriæ 352 & 403
Germa ciuitas in Helleſponto 464
Germanicia ciuitas Syriæ 379 389 & 503
Germanicus martyr 82
Germani, qui nunc Franci 594
Germanio ſubſtitutitius Hieroſol. epiſcopus 535
Germinius, Auxentius, Demophilus Ariani 379
Geticum bellum 829
Gigantomachiæ unde exorte 5
Gipedes circa Syrmiũ incolunt 594
Giſerichus poſt Gontarium Imperator Vandalorum fit ibidem
Giſerichus uocat ſe regem terræ & maris 597
Giſerichus Carthaginem cœpit 618
Giſerichus Epiſcopos in exilium relegat 619
Giſerichus affligi iubet Chriſtianos 623
Giſerichus Romam nauigauit & cœpit 621
Giſerichus omnem Africam obtinuit 618
Giſeric. gentem ſuã numerauit 616
Globus ignis Hieroſolymis comburit Iudæos 239
Gnoſticorum hæreſis 76
Gordius Hieroſolymitanus Epiſcopus 535
Gordianus fit Imperator 147
Gordianus ſex annis imperauit 149
Gorgonius aulicus à cubiculo regis, Chriſtianus 185
Gorgonius cubicularius regius coronatur martyrio 184 & 185
Gororanes rex 500
Gortheni hæret. à Gortheo dicti 91
Gortynenſium epiſcopus laudatur à Dionyſio Areopagita 92
Gothicæ gentis feritas 249
Gothi ineunt fœdus cum Conſtantino Aug. 274
Gothorum ciuile bellum 496
Gothicæ literæ à quo inuentæ, ibid.
Gothi confugiunt ad Valentem Imperatorem 597
Gothi rebellant Romanis 496
Gothi opera Eudoxii fiunt Ariani 497
Gothi primum in Pannonia habitauerunt 594
Gothi in Thraciam migrantes Heſperium obtinent imperium, ibid.
Græcorũ philoſophia non uera 141
Grando maxima apud Conſtantinopolim 464 & 557
Gratianus, filius Valentiniani Augu ſti fit Imp. 249.464.829
Gratianus qualis fuerit 250.830
Gratianus Aſiæ & Libyæ regna ſuſcepit 501
Gratianus aptior ludo, quàm imperio 829
Gratianus reuocat orthodoxos epiſcopos de exilio ibidem
Gratianus ſolos Eunomianos, Photinianos & Manichæos prohibet ab eccleſiis ibidem
Gratianus proditione ſuorum ab Andragatio trucidatur 517
Gratianus & Valentinianus fratres 265
Gratus, Aſiæ proconſul 116
Grauitas exactionum 496
Gregorii tres, Ponticus, Nazianzenus, & Alexandrinus 493
Gregorius Ponticus, Origenis diſcipulus ibidem
Gregorius Ponticus, qui & Theodorus 165
Gregorii prece exiccatur lacus 171
Gregorii Neocæſarienſis fides 172
Gregorii Alexãdrini epiſtola ad Apollinem ibidem
Gregorius Ponticus Alexandrinus pro Athanaſio 341
Gregorius militari præſidio perducitur Alexandriam 343
Gregor. abdicatur ab Arianis 344
Gregorius excommunicatur in Sardicenſi ſynodo 352
Gregorius Laodicenus epiſc. 398
Gregorius frater Baſilii, Athenis erudıtus, reiectis ſecularib. literis 13 annis in monaſterio uacat diuinis ſcripturis 247.841
Gregorius fit Epiſcopus Nazanzi 248
Gergorius Nazianzenus nihil impo nebat diſcipulis, quod non prius ipſe feciſſet ibidem
Gregorius & Petrus fratres Magni Baſilij 248
Gregorij Nazianzeni uerba de Iulia no imperatore 444
Gregorius Nazianzenus & Baſilius ſoli euaſerunt exilium ſub Valente 464
Gregorius Nazian. aſcitus Conſtantinopolim 505 & 841
Gregorius Nazian. reliquit Conſtantinopolim 507
Gregorius epiſcopus Beryti 295
Gregorius Laodicenus epiſcopus hæreticus 398
Gythium uicus, unde Simon Magus fuit oriundus 32

H

Habet deum, Epiſcopus Carthaginenſis 661.659
Hælia ciuitas, quæ prius Hieruſalem 75
Helius Adrianus Imperator ibidem
Hæreſes reperies quaſq; in ſuo nomine
Hæreſis negantium gratiam in baptiſmo

INDEX

ptiſmo conferri 456
Hæretici deliteſcebant uiuentibus Apoſtolis 67
Hæretici quando inceperint inualeſcere ibidem
Hæretici à Cacodæmone ſubornati contra dei eccleſiam 75
Hæretici reſipiſcentes recipiendi ab eccleſia 92
Hæretici an rebaptizandi 159
Hæreticorum tractatus quare legendi 160
Harmonius Bardiſanæ F. 492
Hebion hæreticus 291
Hebionitæ dicebāt Chriſtum purum hominem de Ioſeph & Maria natum 111 & 140
Hebræis cultus diuinus traditur 5
Hebræorum antiquitas 9
Hebræi increduli Chriſto 266
Helcheſaitæ hæretici, Paulum Apoſtolum omnino reijciunt 150
Helcheſaitarum hæreſis ibidem
Helena Adiabenorum regina 32
Helena mater Cōſtantini Auguſti inuenit crucem dominicam 221 317 & 706
Helena clauos galeæ & freno filij ſui Conſtantini includit 317. 706
Helena mater Conſt. moritur 318
Helenus Epiſcopus in Tharſo Ciliciæ 160
Helenus epiſcopus Sardenſis 170
Helenopolis ciuitas, unde dicta 317
Helias propheta, princeps eremiticæ philoſophiæ 278
Helias ſuſcitauit mortuum 423
Heliæ eremitæ ieiunium 485
Heliconides muſæ 319
Heliodorus Epiſcopus Laodicenus, 159
Heliodori monachi ieiunia & uigiliæ 488
Helion patricius 574. 590
Heliopolis ciuitas circa Libanum 419
Heliopolitanorum crudelia facinora in ſacras uirgines ibid. & 417
Heliopolitæ publice proſtituebāt uirgines ſuas antequā nuberent, ibid.
Heliopolitæ pagani & idololatræ oſores nominis Chriſti 479
Heliſeus propheta 601
Hellanicus Epiſcopus Tripolitanus 295
Helladius & Ammonius Grammatici 520
Hellen monachus ignem portauit in ſinu illæſa ueſte 485
Heraclas frater Plutarchi martyris 130
Heraclas hypodidaſcalus Origenis 140
Heraclas Alexandr. preſbyter philoſophico ueſtitu utebatur 143
Heraclas fit magiſter κατηχήσεων & epiſcopus Alexandriæ 146
Heraclas in diuinis & philoſophicis doctrinis eruditiſſimus 148
Heraclas Epiſc. Alexandrinus moritur 149
Heraclea ciuitas Thraciæ ab Hercule nominata 264
Heraclia quondam Perinthus uocata 597 & 714
Heraclius ſubſtitutitius Hieroſolymitanorum epiſcopus 399
Heraclides martyr, Origenis diſcipulus 132
Heraclides à Chryſoſtomo ordinatus, accuſatur 554
Heraclides alius diſcipulus Antonij eremitæ 242
Heraclij commentarij in Pauli Epiſtolas 124
Hercules Alcmenæ 271
Herculius, qui & Maximianus Cæſar 193
Herculius à Maxentio filio Roma expulſus 194
Herennius ſubſtitutitius Hieroſolymorum epiſcopus 399
Hermæ libellus, qui inſcribitur Paſtor 46
Hermas alius, Euchitarum hæreſeos autor 456
Hermogenes hæreticus 93
Hermogenes magiſter militum Thraciarum mittitur Conſtantinopol. & in ſeditione occiditur 343
Hermon Hieroſolymorum Epiſcopus 179
Hermopolis ciuitas 436. 585
Herodis Aſcalonitæ genealogia 11
Herodes primus ex alienigenis occupauit regnum Iudæorum 11 & 266
Herodes ignobiles quoſq; conſtituit ſacerdotes 13
Herodes comburit genealogias nobilium & infantes trucidat 15
Herodis morbi & cruciatus 16
Herodes iubet primarios Iudæorum poſt mortem ſuam occidi & ſeipſum iugulat 17
Herodes qui & Archelaus Ioannem capite punit 18
Herodes regno pulſus exulat in Gallijs 19
Herodes tertius occidit Iacobum fratrem Ioannis, & conijcit Petrum in carcerem 30
Herodes rex percuſſus ab angelo, miſere perit 31
Herodes præfectus pacis 83
Herodias filia Aretæ regis Arabiæ 19
Heron, Arſinus & Iſidorus martyres 153
Heros Antiochenus epiſcopus 69
Heros Neophytus martyr, Origenis diſcipulus 132
Heſperiæ præerat Conſtantinus iunior 337
Heſperia uaſtatur à Magnentio tyranno 363
Heſychius Epiſcopus Hieroſolymitanus 590
Hierapolis ciuitas Aſiæ 118
Hierax ludimagiſter 570
Hieruſalem ciuitas ſancta 28
Hieruſalem ob necem Iacobi iuſti euerſam putabant Iudæi prudentiores 42
Hieroſolymitana eccleſia Pellā tranſlata 48
Hieroſolymitana eccleſia eſt mater cunctarum eccleſiarum 511
Hieroſolymitanum excidium à Chri-

ſto prædi-

ſto prædictum 53
Hieruſalem nominatur Helia, ab Helio Adriano 75
Hieroſolymitani Epiſcopi prærogatiua 220
Hieroſolymorum dedicatio celebris 227
Hieroſolymorum Epiſcopi uſq; ad Adriani Cæſaris tempora ex Hebræis X V 74
Hilarius nuntius Conſtantini Augusti 384
Hilarij Pictauorum antiſtitis libri, 237 & 425
Hilarion monachus fugit laudes hominũ & expellit dæmonem 417
Hippatianus epiſc. Heracliæ 369 & 457
Hippodromus locus in quo Herodes incluſit Iudæos 17
Hippolytus epiſcopus, doctor eccleſiaſticus 144
Hippolyti liber De Paſchate, ibidem
Hiſpania prima Europæ prouinciarum ab Heſperio oceano 594
Hiſter fluuius 274
Homerus dulciloquus 263
Homines bruteſcunt 4
Homines immaniores beluis, crudeliores feris, atrociores beſtiis 187
Honorius Theodoſii filius 517
Honorius fit Cæſar 538
Honorius Auguſtus in occidẽte 260 542 & 565
Honorius epiſcopus moritur 589
Honoratus præfectus Conſtantinopolis iudex in cauſa Aetii 395
Hormiſdæ Perſæ cõfeſſoris laudabile facinus 562
Hormiſda pontifex Romanus 613
Horeſtes præfectus Alexandriæ 570
Hoſpitalitas Chriſtianorum 428
Hortulanus Epiſcopus 652
Humanitas Chriſto, uice pedum eſt, diuinitas autẽ eſt caput Chriſti 2
Humilitas martyrum 107
Hunericus patri in regno ſuccedit 626
Hunerici calliditas ibidem
Hunerici legatio ad Carthaginenſes 627
Hunericus fratres & nepotes ſuos perſequitur 628
Hunericus diſputationem inducit 634
Hunerici edictum contra Epiſcopos catholicos 649
Hunericus poſt edictum Epiſcopos perſequitur 652
Hunericus ſeptem annis regnauit 665
Hunericus ſacra monaſteria prophanauit ibidem
Huni pugnant contra Gothos 496
Huni in Thraciam 559 & 614
Hyginus fuit poſt Teleſphorum Romanus epiſcopus 78 & 109
Hymenæus Hieroſolymorum Epiſcopus 163
Hymenæus & Philetus hæretici 286
Hymni antelucani 67
Hypatia filia Theonis philoſophi 571
Hypatii largitio 612
Hypatianus Heracliæ Perinthi epiſcopus 457
Hypogothi Romam depopulati ſunt 594
Hyrcanus Pontifex à Parthis captus 12
IAcobo Ioanni & Petro Apoſtolis Dominus omnem tradidit ſcientiam 25
Iacobus frater Ioannis occiditur ab Herode 30
Iacobus frater domini 20 & 53
Iacobus frater domini, cognominabatur Iuſtus & Oblias 24
Iacobus Iuſtus Hieroſolymorum epiſcopus 24
Iacobus frater domini corã omni populo profitetur Chriſtum 41
Iacobus de pinna templi præcipitatus, fullonis uecte percutitur 42
Iacobus Epiſcopus Antiochiæ claret miraculis 690
Iacobi Epiſtola inter catholicas prima 43
Iacobus Iuſtus martyrio coronatus 90
Iacobus Iuſtus primus Epiſcopus 24
Iacobus Epiſcopus Niſibenus claret miraculis 302 & 403
Iacobi Niſibeni imprecatio in Perſas 404
Iacobus patriarcha 266
Iacobus preſbyter Ponticus 328
Ianua Orientalis templi Hieroſol. miraculoſe aperta 54
Iberorum gentis ad Chriſtum conuerſio 224. 324 & 710
Iberorum rex nondum ſacris initiatus ſuæ genti Euangelizat 225 & 711
Iberorum regina ſanatur 711
Icones Apoſtolorum Petri & Pauli Euſebio uiſæ & Saluatoris 165
Idola deijciuntur apud Alexandriam 255
Idolorum delubra in Aegypto deuaſtata 257
Idolorum ſacerdotes conuertuntur 258
Idolorum ſacerdotes multis ornãtur honoribus à Maximino 200
Idolorum ſacerdotes uelocius cæteris reſipiſcebant 258
Idolorum ſacerdotes æmulantur uitam ſacerdotum Chriſtianorum 427
Idolorum ſacerdotes pudebat proprij cultus 448
Idololatria deſtruitur tẽporib. Theodoſii 252
Idololatria perit ſub Conſtantino 273
Idololatria reſuſcitatur ſub Valente 527
Ieiunium ante baptiſmum 581
Ieiuniorum leges Montanus hæreticus primus inſtituit 117
Ieiuniorum diuerſæ obſeruationes 122
Ieſus à Moſe dictus qui prius uocabatur Auſes 6
Ieſu præconium ex Ioſepho 19
Ieſus Chriſtus rex & pontifex 7

Ieſu fama paſsim ſpargitur 26
Ieſus Dammæi filius 43
Ieſus filius Ananiæ, uir plebeius et ruſticus 54
Ignatius ſecundus apud Antioch. epiſcopus 59
Ignatij ad beſtias dānati patiētia 68
Ignatius inſtituit antiphonas 549
Ignis, deus Chaldæorum uictor deorum 256
Ignis de ſummitate Libani in proximum flumen delabens, æſtimabatur eſſe dea Venus 319
Ignis ſacer 203
Ilium iuxta Helleſpontum ſuper Aeantis tumulum 316
Illyriorum genti euangelizauit Paulus 46
Illyrij ſubijciuntur Conſtantino Imperatori 272
Immortalium numerus 574
Impoſturæ Gentilium 521
Incendium Conſtantinopoli 587
India ulterior iacet inter Parthiā & Indiam citeriorem 223
Indorum Apoſtolus Barptolomæus 111 & 223
Indi ulteriores primum ſub Conſtantino receperunt Chriſtianiſmum 223 & 324
Indi iugulant Meropium philoſophum 223
Indi conuertuntur ad fidem 224
Innocentius Romanus pontifex 537 558 & 569
Innocentius Rom. Epiſcopus moleſte fert Chryſoſt. exilium 556
Interpretatio, ſemper erat ante ſecula 293 & 686
Ioannes Baptiſta ab Herode capite plexus 18 & 19
Ioannis Baptiſtæ caput 536
Ioannis Baptiſtæ ſepulchrum uiolatur à Gentibus 257
Ioannis Baptiſtæ oſſa combuſta 419
Ioannes Baptiſta princeps eremiticæ philoſophiæ 278
Ioannes Euangeliſta & apoſtolus morabatur Epheſi 46
Ioannis exilium in inſula Pathmos 57
Ioannes Apoſtolus reuocatur & præficitur cunctis Aſiæ eccleſiis 58
Ioannis euangelium quare ultimum locum inter cætera teneat 61
Ioannes neceſsitate compulſus eſt ſcribere Euangelium 61
Ioannes Apoſtolus ingreſſus balneum uiſo illic Cerintho diſcedit illotus 81
Ioannes ſcripſit Epheſi ſuum Euangelium 110
Ioannis reuelatio quando conſcripta ibidem
Ioannis Euangelium ſpiritale nominatur 139
Ioannes Apoſtolus moritur apud Epheſum 66
Ioannes preſbyter alius à Ioanne Apoſtolo autor Apocalypſeos 70 & 169
Ioannes monachus futurorum præſcius 538
Ioannes Chryſoſtomus Antiochenæ eccleſiæ preſbyter, doctrina mirabilis 543. 816 & 842
Ioanni Chryſoſtomo Theophilus epiſcopus parum fauet 543
Ioannes Chryſoſtomus amplectitur uitam Chriſtianam ibidem
Ioannes Chryſoſtomus fit lector in eccleſia Antiochena & ordinatur preſbyter 544
Ioannes Chryſoſtomus liberæ linguæ exoſus ſacerdotibus ſuis ſolus capiebat cibum Ibidem
Ioannes Chryſoſtomus publice declamat in Eutropium reformatq́; clerum & deſtruit idola 545
Ioannes Chryſoſtomus matronarum locupletium liberalitate adiutus 545
Ioannes Chryſoſtomus reſiſtit Gainæ tyranno 549 546 & 818
Ioannes Chryſoſtomus legatus ad Gainam tyrannum 547. 818
Ioannes Chr. orationes addit hymnis nocturnis 549
Ioannes Chr. incurrit odium Auguſtæ recipitq́; Petrum & Iſidorum Alexandrinos ibidem
Ioannis Chryſoſtomi inimici nituntur eum abdicare 551
Ioannes Chryſoſtomus non uult conſentire in damnationem Origeniorum librorum 552
Ioannes Chr. quid per Serapionem mandarit Epiphanio ibidem
Ioannes Chr. aduerſatus Eudoxiæ Auguſtæ condemnatur ibidem
Ioannes Chryſoſtomus mittitur in exilium 553
Ioāni Chryſoſtomo occurritur 554
Ioannitæ uocantur fautores Ioannis Chryſoſtomi 556
Ioannes Chryſoſtomus exulat apud Cucuſum 556
Ioannes Chr. Antiochenus epiſcopus moritur ibidem
Ioannis Chryſoſtomi fautoribus diripiuntur domus 557
Ioannes Chryſoſtomus fauit Nouatianis 558
Ioannis Chryſoſtomi nomen in catalogum Epiſcoporum relatum 559 & 820
Ioannis Chryſoſtomi reliquiæ Conſtantinopolim relatæ 560. 820
Ioannes Hieroſolymorum Epiſcopus poſt Cyrillum 252. 559. 819
Ioānes Aegyptius monachus & propheta, claret miraculis 252
Ioannes eremita promittit Theodoſio Aug. de Eugenio triumphum 259
Ioannes eremita podagricorum ſanator 485
Ioannes Antiochenus preſbyter filius Publiæ 434. 584. 591
Ioannes epiſcopus Tarſenſis 502
Ioannes quidam Romæ imperium affectat 576
Ioannes Epiſcopus Alexandrinus conatur Imperatorem corrumpere 606 & 608
Ioannes Alexandr. prohibuit Aegyptios uenire Hieroſolymam 612
Ionathas pontifex interficitur 39
Iordanis ſcaturit ex mōte Panio 164
Ioſephus pontifex, qui & Caphas 18
Ioſephus hiſtoriographus quid de Ioanne Baptiſta, deq́; Ieſu ſcripſerit 18

Ioſephus virginis vir tyrannus. 24

Ioſephus non audebat Ieſum uocare uirum 266
Ioſephus quis & unde fuerit 55.266
Ioſephus quid de ſacris ſcripſerit libris 55
Ioſephus in auita religione pertinax 266
Iouianus χιλίαρχος eligitur in Imperatorem 442
Iouianus uult ſolis Chriſtianis imperare ibidem
Iouianus Epiſcopos exules reſtituit 446
Iouiani Imp. pietas 766
Iouianus cupit ab Athanaſio orthodoxam fidem doceri 446
Iouianus Cæſar conſulit Athanaſium de reparandis eccleſiis 241
Iouianus reſtituit frumentorum reditus à Iuliano prius ademptos 448
Iouian. ſepelit corpus Iuliani 451
Iouianus Aug. moritur 241. 451
Iouianus Pergenus epiſc. 461.777
Irene filia Spiridionis Cyprij Epiſcopi 218 & 276
Irene eccleſia Conſtantini Conſtantinopoli extructa 317
Irene eccleſia iuncta eccleſiæ Sophiæ 341.346
Irenopolis ciuitas Ciliciæ ſecundæ 306
Irenæi opus aduerſus hæreſes 33.57
Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis 531
Irenæus quid de Valentiniano & Cerdone hæreticis ſcribat 78. 79
Irenæus apoſtolicæ fidei doctor 90
Irenæi conuerſatio laudata à martyribus 108
Irenæus Polycarpi auditor 109 & 119
Irenæi Lugd. epiſc. iudicium de diuinis ſcripturis 110
Irenæi uolumina 119
Irenæi Obteſtatio Ibidem
Irenæus culpauit Victorem 531
Irenæi nomen Græcis à pace dictum 123
Iſaac typus paſsionis Chriſti 266
Iſaac eremita prophetat contra Valentem 497
Iſchyras nominabatur epiſcopus Mareotis, quamuis non eſſet presbyter 348
Iſchyras mentiebatur Athanaſium ſacros libros incendiſſe 351
Iſdigerdes Perſarum rex 568
Iſidorus in exilium miſſus 475
Iſidorus pulſus Alexandria 550
Iſidorus monachus ſentiebat peccatū, ſed non conſentiebat 481
Iſidorus incluſit monachos ſuos in monaſterio 485
Iſmael Iudæorum pontifex 18
Iucundus patriarcha Arianorum crematur 629
Iudas Gaulanites Iudæis rebellionis autor 11
Iudas frater domini ſecundum carnem 58
Iudæ nepotum facultates ibidem
Iudas quidam doctor ſcripſit de ſeptimanis Danielis 131
Iudææ regnum in Tetrarchias diſſectum 17
Iudææ tres Tetrarchæ, Herodes, Lyſanias, & Philippus 18
Iudæorum principatus traditus Agrippæ 27
Iudæorum clades deſcripſit Philo 28
Iudæus paralyticus ſanatur 566
Iudæi per Pſeudomoyſen decepti 587
Iudæi in Chriſtianos 570
Iudæi pulſi Alexandria ibidem
Iudæi urbe depulſi à Claudio imperatore 39
Iudæi tricies mille oppreſsi ibidem
Iudæorum fame & ferro extinctorum numerus 52
Iudæi damnati ad beſtias ibidem
Iudæi per prodigia ad pœnitudinem prouocabantur 53
Iudæorum tumultus ſub Traiano 73
Iudæi occiſi in Meſopotamia ibidem
Iudæi deficientes à Romanis, ſubiguntur prælio 74
Iudæi à Ruſo, Iudææ preſide occiſi 75
Iudæi perſequuntur Chriſtianos 84 86 & 89
Iudæi accuſant Chriſtianos apud Perſas 325
Iudæi & Magi demoliuntur eccleſias in Perſide ibidem
Iudæi Tharbuam uirginem accuſant maleficij 328
Iudæi tumultuantur 373
Iudæus ſeductor baptizatur Conſtantinopoli 572
Iudæi Aegyptii aduerſus Petrum epiſcopum Alexandriæ 474
Iudices ante reges Iudæis præerant 12
Iudices Maximi morte puniti 210
Iuliana mulier nobilis 612
Iulianus in Gallias mittitur 373
Iulianus uocat ſe pontificem Gentilium 406 & 411
Iulianus auunculus Iuliani Auguſti templa Chriſtianorum ſpoliat & prophanat 416 & 430
Iulianus auunculus Iuliani diuinitus punitus miſere obiit 416
Iulianus puer Conſtantinopoli dat operam literis 409
Iulianus ab initio Chriſtianus 752
Iulianus occulte legit libros Libanii ſophiſtæ 409
Iulianus fingit ſe Chriſtianum 410
Iulianus ordinatur lector Nicomediæ ibidem
Iulianus ad philoſophandum miſſus Athenas 410
Iuliani fuga ibidem
Iul. conſulit uatum reſponſa ibidem
Iulianus in odium Chriſtiani ſignaculi perductus à mago ibidem
Iulianus fit Cæſar & ſororius imperatoris 234 & 373
Iulianus mittitur contra Alemanos & uincit 406 & 411
Iulianus appellatur Auguſtus à militibus 406
Iul. appellatur imperator 407
Iulianus abiicit Chriſtianiſmum 412
Iuliani geſta & ſcripta ibid. 752
Iulianus reuocat epiſcopos in exilium miſſos 753
Iulianus parat expeditionem contra Conſtantium Auguſtum ibidem
Iulianus Conſtantinopolim ueniēs fauorem populi ſibi cōciliat ibidem

Iulianus templa Gentiliū aperit 412
Iulianus mulctatis bona adempta reddit & Euſebium cubiculariū Conſtantij occidit ibidem
Iulianus eijcit ex aula eunuchos, cocos & tonſores, & publicum curſum tollit ibidem
Iulianus ſcribit libros, & fouet philoſophos ibidem
Iulianus abluit baptiſmū & indulget Paganis idolis ſacrificare, ibidem
Iulianus & Gallus templum Mamæ erigendum locant 413
Iulianus Gentilibus, amicus, Chriſtianis infeſtus ibidem
Iulianus Conſtātienſes iterum ſubijcit Gazæis ibidem
Iulianus Cæſaream Cappadociæ priuat ſuo nomine 414
Iulianus cōgit clericos militare, ibid.
Iulianus uocat Chriſtianos Galilæos ibidem & 755
Iulianus blanditijs magis quàm tormentis cenſet Chriſtianos expugnandos 4' ‡
Iulian. impius & ἄθεος, apoſtataq; uocatur Marcti Epiſcopo Chalcedonenſi ibidem
Iuliani ſubdola in Chriſtianos clementia 415
Iulianus interdicit Chriſtianis ethnicorum ſtudia 755
Iulianus Cyzicenis in Paganiſmo perſiſtentibus poſtulata cōcedit, ibid.
Iulianus nititur dilatare Paganiſmum 426
Iulianus nolebat Chriſtianos cogi ad ſacrificandum 427
Iulianus iubet Boſtrenſem epiſcopum eijci 426
Iulianus iubet ſacerdotes Gentilium imitari uitam ſacerdotum Chriſtianorum 427
Iuliani Auguſti epiſtola ad Arſacium pontificem 428
Iulian. abolet crucem in labaro 429
Iulianus explorat milites Chriſtianos 430
Iulianus iubet corpus Babylæ martyris transferri 238 & 430
Iulianus præfectus Orientis 431
Iulian. minxit cōtra ſacrū altare, ibi.
Iulianus ſæuo morbo interijt Ibidem
Iulianus publicos fontes Antiochiæ, & omnis generis cibaria ſacrificiis contaminat 432
Iulianus minuit precia rerum uenalium Antiochiæ 435
Iuliani & Antiochenorum contentiones ibidem
Iulian. Aug. liber in Antiochen. 436
Iulianus ſtatuam ſuam erigit in locum fuſilis Chriſti ſtatuæ ibidem
Iulianus iubet Iudæis ut templum Ieroſolymorum reparent 437
Iulianus parat bellum contra Chriſtianos 438 & 762
Iuliani poteſtas paruipenſa à præſide Beroenſi 438
Iulianus obſidet regem Perſarū apud Cteſiphontem 439 & 764
Iulianus putabat ſe Alexandrum Macedonem 439
Iulianus iaculo percuſſus, occubuit apud Perſas 238 & 440
Iulianum à dæmone uulneratum dicit Calliſtus uitæ Iuliani deſcriptor 770 & 440
Iulianus ſuis depingitur coloribus à Gregorio Nazianzeno 444
Iulianus Saba monachus 439. 764
Iulianus Anachoreta relicta ſolitudine uenit Antiochiam 491
Iulian. eremita claret miraculis, ibid.
Iulianus Antiochiæ epūs 601
Iulianus Alexandriæ epiſc. 111
Iulianus podagricus 153
Iulius Roman. epiſcopus 341 & deinceps
Iulius Rom. epiſc. moritur 374
Iupiter Philius 200
Iouis fulmina 319
Iouis templum à Chriſt. dirutū 414
Iouis, Mercurij & Martis imagines in loco dominicæ crucis à Iuliano depictæ 429
Iuramentum omnino illicitum Chriſtianis 133
Iuſta, Grata & Galla ſorores Valentiniani Auguſti 495
Iuſtinæ adhuc uirginis pulchritudo 834 & 495
Iuſtina Ariana conturbat eccleſiā Mediolani 250 & 519
Iuſtina Auguſta exulat 251
Iuſtina Auguſta moritur ibidem
Iuſtinus imperator 615
Iuſtinus eccleſiaſticus ſcriptor 32
Iuſtini Philoſophi & martyris Apologeticus pro Chriſt. 77. 80
Iuſtinus philoſophus quomodo factus ſit Chriſtianus 78
Iuſtini liber aduerſus hæreſes 80
Iuſtini uolumen contra Gentiles 80 & 89
Iuſtinus coronatur martyrio 86
Iuſtinus prædixit martyrium ſuū 87
Iuſtini iudicium de Apocalypſi Ioannis Apoſtoli 89
Iuſtus æmulus Ioſephi hiſtoriographi 56
Iuſtus Hieroſolymitanus epūs 68
Iuſtus cognomento Barſabas 71
Iuſtus epiſcopus Alexandrinus 74
Iuſtus Picens Iudex, pater Iuſtinæ Auguſtæ 495
Iuuenalis epiſcopus Hieroſolymorum 598
Iuuenis ad meliorem uitam per Ioannem Euangeliſtam reuocatur 59
Iuuentij & Maximi martyrū glorioſum facinus 433 & 759
LAbarum uexillum adorabatur à militibus 206. 270
Labarum Conſtātini dominica cruce inſignitum 206 & 270
Lacitus hæreticus ordinatur presbyter 398
Lacus magnus miraculoſe exiccatus 170
Lætus præfectus Aegypti 128
Laici inuitabantur olim ab epiſcopis ad diſputandum publice in eccleſia 143
Lapis miraculoſe diuiſus 305
Lapſi fratres recipiebantur à martyribus 154
Lapſi fratres fomentis pœnitentiæ curandi ibidem
Lapſi fratres in morte non ſunt fraudandi euchariſtia 156
Latini dubitabant olim de epiſtola ad Hebræos 46 & 144

Lauritius

Lauriti⁹ miles, Iſauriæ dux 391.392
Lectores paganorum 427
Leo pontifex Romanus 595
Leo pontifex Rom. ſupplicat Valentiniano Imperatori 596
Leo imperator Timothei ſocijs linguas mutilari fecit 600
Leo imp. Zenonem generum ſuum in Orientis parte præficit ibid.
Leonas comes, uicarius Auguſti 391
Leonides martyr, pater Origenis, capite plexus 128
Leontia filia ſancti Germani 654
Leontius epiſcopus Arianus, ſucceſſor Stephani Antiocheni 356
Leontij Antiocheni epiſcopi argutum dictum 362
Leontius ex ordine ſacerdotum ſubmotus quod ſe caſtraſſet, imperatoris inſtantia factus eſt epiſcopus 364
Leontius Aetium hæreticum conſtituit diaconum 374
Leontius perfidiam ſuam celans legebat tacitus 389 & 741
Leōtius timore adactus interdicit Aetio diaconi officium .772
Leontius tripoleos Lydiæ Epiſcopus condemnatur Seleuciæ 394 & 837
Letoius Epiſcopus Melitenæ accendit monaſteria Euchitarum 456 & 773
Lex Iouiani Imp. de non ducendis ſacris uirginibus 450
Libanus mons 319
Libanius ſophiſta pulſus Conſtantinopol. uenit Nicomediam 409 & 763
Libanius ſophiſta intercedit pro Athenienſibus apud Iulianum 435
Libanius ſophiſta deridet Chriſtianā religionem 438
Libanij ſophiſtæ liber De morte Iuliani 443
Libanius uiuum Conſtantium laudauit, uituperauit mortuum ibid.
Libanius conatus ſumme laudare Iulianum, ſumme uituperauit, ibidem
Liberius Romanus pontifex, ſucceſſor Iulij 233.374
Liberij Ro. Pont. dialogus cum Conſtantio Auguſto habitus 376
Liberius Ro. nolens conſentire Arianis pellitur in exilium 234.376
Liberius de exilio reuocatur 234 & 379
Libertas religionis uniuſcuiuſq; 501
Libertas olim conferebatur ſeruis ſub teſtimonio ſacerdotum 275
Libertas hominis Chriſtiani 277
Libri ueteri teſtamenti xxij 55
Licinius Cæſar fit Auguſtus 193 272 & 269
Licinius adornat bellū aduerſus Conſtantinum 212
Licinij edicta aduerſus Chriſtianos 213
Licinius perſequitur Chriſtianos in Oriente 269 & 272
Licinij crudelitas in epiſcopos Orthodoxos 213.691
Licinius adulter & ſtuprator uirginum 213
Licinius conuertitur ad paganiſmum 272
Licinius uincitur à Conſtantino 213
Licinius uincitur Theſſalon. 273
Lignum crucis 222
Limen uitæ 106
Linus & Clemēs adiutores Pauli 47
Linus Rom. epiſcopus 109
Literæ ἱερατικαὶ apud Aegyptios 256
Literæ é ſynodo Rom. miſſæ in Illyricum 386
Literæ Conſtantij 391
Literæ Nicanæ ſynodi 312
Literæ Sardicenſis concilij 349
Locus exilij Chryſoſtomi 554
Lucas Antiochenus arte medicus, comes Pauli 47
Lucas ſcripſit ex ore Pauli ſuum euangelium ibidem
Lucas quare ſcripſerit Euangeliū 62
Lucifer epiſc. Metropolitanus Sardiniæ exulat 233 & 376
Lucifer Caralenſis Epiſcopus redux 420
Lucifer epiſcopus pergit Alexandriā 235 & 753
Lucifer non uult communicare Euſebio Vercellenſi 424 & 753
Lucifer remeat ad propriā ſedē 425
Luciferianorū origo 236.425.838
Lucianus Hadrianopolites epiſcopus abdicatur 344
Lucianus Hadrianopolitanus reſtituitur 359
Lucius Hadrianopol. in carcere moritur 363
Lucianus preſbyter Antiochenus martyr 192
Luciani oratio ad Gentiles de Chriſto 201
Lucianus Antiochen. moritur 202
Lucius Quietus occidit Iudæos in Meſopotamia 73
Lucius homo Chriſtianus coronatur martyrio 88
Lucius Rom. epiſcopus 159
Lucius & Demetrius cōfeſſores 162
Lucius competitor fugato Petro Epiſcopo uſurpat Alexandrinam ſedem 242
Lucius uocatur à Moſe eremita ſanguinarius 243
Lucius Alexandrinus accuſat Athanaſium 450
Lucius obtruditur Samoſatenis 460
Lucius relegat orthodoxos in exilium 461
Lucius obtruditur iterum Alexandrinis 475
Lucius relegat in exiliū quoſdam Aegypti eremitas ibidem
Lucij Ariani epiſcopi malicia 477
Luc. expellitur ab Alexandrinis 498
Ludus puerorum imitantium eccleſiaſtica myſteria 229
Ludus circa ſtatuam Auguſtæ 555
Ludi Circenſes apud Conſtantinopolim 498
Lugduū nobilis Galliarum urbs 99 & 373
Lupus dux Romani exercitus 73
Lux noctu uiſa Hieroſolymis 53
Lydda ciuitas poſtea Dioſpolis appellata 295
Lyſanias tetrarcha 18

MAcarius Libycus martyr 152
Macarius Hieroſ. epiſcopus 268.302 & 835

Macarius Hieroſolymitanus uir nomine ſuo dignus 284 & 743
Macarius Hieroſolym. æternum & ante ſecula filium prædicabat 302
Macarius Hieroſolymitanus explorat crucem Chriſti 222 & 317
Macarius Athanaſii presbyter 351
Macarij duo, Antonij eremitæ diſcipuli 242
Macarij duo et Iſidorus monachi exulant 475. 482 & 492
Macedones ſubijciuntur Conſtantino Auguſto 272
Macedonius martyr 418
Macedonius epiſcopus Conſtantinopolitanus hæreticus 234
Macedoniani quid ſentiant de ſpiritu ſancto ibidem
Macedonij dogma ſequebantur monaſteria Cōſtātinopoli 234. 364
Macedonius Arianorū epiſc. 341
Maced. hæretici uaria flagitia 343 346. & ſequenti
Macedonianorum pertinacia 536
Macedonianorum ſupplicatio apud Iouinianum 449. hi confugiunt ad Valentinianū & Liberiū Ro. epiſcopū 464. ſui epiſcopi 507
Macedonius eremita, uir ſanctus 526
Macrianus atrox tyrannus 167
Magi Herodem adeunt 15
Magi Perſarum ſacerdotes 325
Magi demoliūtur eccleſias Chr. ibi.
Magorum dolus 568
Magiſtratib. quatenus obediēdū 84
Magiſtratus imperiales occiſi apud Theſſalonicam 522
Magnentius tyrānus Conſtantē Cæſ. interemit, & Italiam uaſtat 363
Magnentij ſæuitia in ſenatum & populum Romanū 373. fugit in Mirſam Galliæ caſtrum ibid. & ſibiipſi mortem conſciſcit ibidem
Maioricus adoleſcens 654
Maioma ciuitas, Cōſtātia dicta 413
Maiomenorum priuilegia 414
Maieſtatis ſigna, purpura & corona (263
Malchus adoleſcens 163
Malchion presbyter Antiochen. 173 & eius diſputatio cum Paulo Samoſateno ibidem
Mãmea mater Alexādri Aug. 144
Manes gente Perſes hæreticus, à quo Manichæi 176. eius errores deteguntur 455
Manichæi ꝓhibiti ab eccleſiis 504. eorum hæreſis 176 & 838
Manſuetus epiſc. martyr 618
Mappa locus ubi corpus Cypriani ſepultum eſt 619
Marathonius taurus 267
Marathonius Epiſcopus Nicomedienſis 387
Marathoniani hæretici, qui & Macedoniani 399
Marcellus Ancyræ Galatiæ epiſcopus abdicatur 334. ſcripſit Chriſtum purum hominem ibid. deponitur epiſcopatu 335. in illū inquiritur apud Conſtantinopolim ibid. recipit epiſcopatū in Sardicenſi concilio ibid. & 359. iterū eiectus iubente Conſtantio 363
Marcellus uir ſanctus epiſcopus Apamienſis 527
Marcella mater Potamienæ martyr (132
Marcellinus Romanus epiſcopus Gaij ſucceſſor 176
Marcion Ponticus primogenitus Satanæ 79 & 81
Marcion hæreticus ſectator Cerdonis 78
Marcionitæ hæretici 91 et 336. diſſentiunt inter ſe 114. appellantur opinatores 137
Marcianus Imp. exules reuocat 597
Marcus Aemilius 26
Marcus epiſcopus Arethuſæ Syriacæ 347 & 369
Marcus Euangeliſta quare Euangelium ſcripſerit 34 & 139
Marcus Euangeliſta conſtituit eccleſiam Alexandrinam 34 & 79
Marcus quæ ex Petri ore audierat, conſcripſit 47 & 71
Marcus primus Hieroſolymorum epiſcopus ex Gentibus 75
Marcus hæreticus 79
M. Aurelius Verus imperator 82
M. Aurelius bella infert Germanis & Sarmatis 208
Marcus Scytha 487
Marcus Arethuſius epiſcopus et martyr 417
Mardonius eunuchus pædagogus Iuliani 409 & 536
Mareas martyr 328
Mares Chalcedonenſis epiſcopus Euſebij Nicomedienſis fautor 343 obiurgat Iulianum Aug. 414
Maria locus apud Alexandriā 302
Maria Iudæa Eleazari filia filiū unicum deuorat 51
Maria uxor Cleophæ mater Simonis epiſcopi Hieroſolymitani 67
Marinus epiſcopus Tyri 159. 518
Marinus uir militaris truncatur capite pro Chriſto 163
Martianus ordinatur epiſcopus 530
Martianus œconomus 600
Martianus hæreticus 137
Marcianus presbyter Nouatianus docuit grammaticam filias Valentis 463
Martinianus armifactor 622. 623
Martius Turbo dux Romanus 73
Martyrius nuncius Orientalium epiſcoporum 347 & 600
Martyrum combuſtorum cineres proiecti in Rhodanum 106. eorū humilitas & modeſtia 100. in montibus oberrantes uariè conſumpti 154. pœnitentiā lapſorū fratrum non reijciebant, imò cibo & oratione communicabant illis, ibidem
Martyris ſignaculum, perfecta profeſsio 107
Martyrium perpeti ne ſcindatur eccleſia, maius quàm pati ne idolis immoletur 156
Martyrum Alexandr. cædes 166
Martyrum miſericordiæ præſumunt Chriſtiani, cum Paganis peſte infectis miniſtrant 167
Martyres Aphricæ, Mauritaniæ, Thebaidis, Aegypti, Meſopotamiæ, Cappadociæ, Alexandriæ, et Arabiæ, eorumq́; ſupplicia 185 187. 189. 190 & 191
Martyres Arianorum 496
Martyrū ſedecim milia ī Perſis 329
Martyres Aſcalonæ & Gazæ 419
Maruthas epiſc. Meſopotamiæ 568

Maſbutes hæreticus 91
Maſculas confeſſor 625
Matthæus Apoſt. Aethiopibus prædicat 46
Matthæus compulſus ad ſcribendum Euangelium 61
Matthæus ſcripſit Euangelium Hebraico ſermone 71. 110
Matthæi Euangeliũ reperit Pantænus Hebræo ſermone ſcriptũ 112
Matthias unus è ſeptuaginta diſcipulis ſuccedit Iudæ 20 & 24
Matth. Apoſtolus quid docuerit 65
Matrona tuendæ caſtitatis gratia cũ filiabus ſe in fluuium conijcit 191
Matronæ Romanæ ſollicitãt maritos pro reditu Liberij pont. 378
Maturus neophytus in fide conſtans 100
Maturus ſtatuitur in arena 103
Mauuia regia Sarracenorum 244 & 500
Maxentius filius Maximiani Aug. 194
Maxentij uita flagitioſa, ibid. 269
Maxen. perit in Tyberi fluuio 206 270 & 272
Maxentius filius Maximiani imperator inſtituitur 269
Maxima, Chriſti famula 622
Maximus preſbyter & cõfeſſor 162
Maximus ſuccedit Dionyſio in epiſcopatu Alexandriæ 163 & 173 Hieroſolymorum Epiſcopus fuit, 227. 230 & 276. quare abfuit Antiochenæ ſynodo 342 epiſcopos Syriæ & Paleſtinæ conuocat 361
Maximus philoſophus et magus promittit Iuliano uictoriã 439. 765 iuſſu Valẽtiniani fuit occiſus 409
Maximus Cynicus 507
Maximus tyrannus 516. 517. 518 599 & 829
Maximilla & Priſca cõplices Montani hæretici 118
Maximus præfectus 25
Maximinus Antiochenæ eccleſiæ ſacerdos 93
Maximinus doctor eccleſiaſtic9 124
Maximinus Cæſ. perſequitur Chriſtianos tribus annis 147. 194
Maximini arrogantia diuinitus punita 202
Maximinus Auguſti nomen ſibi uſurpat 193
Maximinus facit duos Cæſares 269
Maximini Cæſ. uita ꝓbroſiſsima 194
Maximini lex fingẽtis ſe fauere Chriſtianis 207
Maximinus congreſſus cum Licinio fugit ignominioſe 208
Maximini epiſt. pro Chriſtian. ibid.
Maxim. ĩfirmitas et mors 210. 269
Maximini tabulæ deiectæ: item iudices & filij interempti 210
Maximini nomen probroſum, ibid.
Maximianus Herculius 193. 269
Maximianus incenſor perſequutionis Chriſtianorum 193. à Maxentio filio urbe pulſus eſt 193. 269
Maximiani ægrotantis edictum pro Chriſtianis 197
Maximianus moritur apud Tarſum Ciliciæ 269
Maximianus epiſcopus Conſtantinopolita. 584. eius mors 587. 592
Mazabbanes Hieroſolymitanus epũs ſucceſſor Alexandri 150 & 159
Mazaca ciuitas à Claudio dicta Cæſarea Cappadociæ 414
Mazaceni Chriſ. Iuliano odioſi ibid.
Melas epiſc. modeſtiſsimus 489
Melchiſedech nec oleo unctus, nec ex ſucceſsione generis ſuſcepit ſacerdotium 8
Melitene prouincia 185
Melitius epiſcopus mel Atticũ 179
Meletius Sebaſtenæ eccleſiæ epiſcop. transfertur Antiochiã 233. 750
Meletius & eius dogma 405
Melitius uir dei 432 & 502
Melitij corpus Antiochiã relatũ 514
Melitius Antiochiã ueniens excipitur à Chriſtianis Iudæis & Paganis 405 & 750
Melitius quod ore eloqui non ſinitur manu deſignat 236 & 405
Melitius exulat ſub Valente 458
Melitius epiſcopus negata fide ſacrificat 297
Melitius iũgit ſe Arianis, ibid. 420
Melitius defendit Ariũ contra Alexandrum epiſcopum 297
Melitio poteſtas epiſcopalis adempta 312
Melitianorũ factio in Aegypto 297
Melito epũs Sardenſis 81 & 93
Melitonis libri & epiſtola 93
Melito quando uixerit 94
Melito ubi mortuus 121
Memoria hæreſium deſtructa 336
Memphis ciuitas Aegypti 255
Menander Samarites Magus, Simonis diſcipulus 63 & 75
Menander hæreticus à quo Menandriani 91
Menſura inundantis Nili defertur in eccleſiam Chriſto ſacram 258
Mercuria uirgo & martyr 153
Meropius Tyrius philoſoph. 223
Meſſalianorum hæreſis 456
Meſopotamiæ martyres quæ pertulerint 190
Metaphraſis Gregorij Neocæſarienſis in Eccleſiaſten 172
Methodius Lyciæ Olympi epiſ. 551
Metranus martyr quomodo uitam finierit 151
Metrodorus preſbyter igni traditur pro Chriſto 86
Metrodorus philoſophus proficiſcitur in Indiam 223
Metrũ, hoc eſt modius frumenti 49
Metus & pudor miſerrimi conſiliarij 207
Michaelis archangeli apparitio 318
Michaelum locus apud Conſtantinopolim ibidem
Miltiades ſcripſit in Montanũ 116
Mileſius miles Perſicus, martyr 329
Mileſius clarus miraculis ibidem
Mille annos poſt iudiciũ aliqui promittunt 64. 71 & 167
Minophantus Epheſius Arij defenſor 306 & 352. excõicatur 352
Minutius Fundanus 78 & 94
Miraculum de uictima nuſquam comparente 164
Miraculum de naue fracta 586
Miraculum de quodam pictore 600
Miraculum de lauacro exiccato 609
Miraculum de quadam herba 165

Miraculum de rupe mota pro ſacello extruendo 171
Miraculum de Apolline muto, ibid.
Miracula de mortuis ſuſcitatis attactu crucis Chriſti 222 & 319
Miraculum de arido ſanato 242
Miraculum de cæco 243. 636
Miraculum de catulis leenæ 243
Miraculũ de effugato dæmone, ibid.
Miraculum de philoſopho iuſſu Alexandri obticeſcente 305
Miraculũ de lapide manu diuiſo, ibi.
Mirſa, Galliæ caſtrum 373
Mithræ deo olim immolabantur homines 415 & 520
Modeſtus ſcriptor eccleſiaſticus 90
Modeſtus detexit Marcionis fallacias (83
Modeſtus præfectus octoginta orthodoxos demergit in mare .469. & quid cõtra illos in Edeſſa egerit 471 & 777
Modigiſclus 594
Modus interpretandi ſcripturas 37
Modus initiandi Chriſtianos 205
Moluius pons 206 & 270
Monachorũ officia 277. 280. 481 eorum autoritas apud Aegyptiorum plebem 385. 547 & 570
Monachorũ Aegypt. patres mittuntur in exilium 492
Monaſterium Philippi apud Hieroſolymam 257. & alia alibi 364 & 234
Monetarij Cyzicum translati à Iuliano 426
Monomachia uetita Ro. 274. 542 remota à Conſtantino Aug. 818
Monialium origo 37
Montanus, Alcibiades, Theodotus prophetæ exiſtimantur 108. 115 ſeq; paracletum nominat 114
Montaniſtæ nominant orthodoxos prophetarum percuſſores 115
Mopſucrene opp. Ciliciæ 234. 407
Mortui à Ioanne reſuſcitati apud Epheſum 118
Mors Arij cacantis 228. 336
Mos initiandi Chriſtianos 472
Mos Chriſtianis orare flexis genibus 108
Mos confitendi apud ueteres 125
Mos dandi nomina clericatui initiandorum 313
Moſes nominatur à Porphyrio agreſtis, ſimplex & imperitus ſcriptor 141
Moſes ſanctus eremita 487. petitur à regina Saracenorum ut ſuæ gentis fiat epiſcopus: item recuſat conſecrari à Lucio Alexãdrino 245
Moſes & Beniamin eremitæ in Nitria 246 & 487
Mulier liberata à fluxu ſanguinis, erat ciuis Cæſareæ Philippi 164
Mulierum contubernium parum tutum ſacerdotibus 175
Mulieres ſubornatæ Damaſci contra Chriſtianos 201
Mulieris apud Iberos hiſtoria 224
Mulier tactu crucis conualeſcit 317
Mulier expanſis manibus & aperto utero Carris reperta 440
Mulier captiua Iberibus uiam ueritatis demonſtrauit 710
Mulier Chriſtiana turpem maritum relinquit 88
Muſæ Heliconides 319
Muſanus ſcriptor eccleſiaſticus 90
Muſani liber ad Encratitas 96
Mygdonius fluuius à quo Antiochia Mygdonia nominatur 403
Myſterium crucis dominicæ inter ἱερατικὰς Aegyptiorum literas inuentæ 258
NArciſſus Hieroſolymorũ epiſcopus 112 & 120
Narciſſi geſta præclara 134
Narciſſi Hieroſol. precibus aqua in oleum uerſa 135
Narciſſus epiſcopus ſenex centum & ſedecim annorum 136
Narciſſus epiſc. Irenopolitanus 306
Narciſſus ab Arianis ad Conſtantiũ miſſus 331 & 346
Narciſſus Epiſcopus excõmunicatur in Sardicenſi concilio 352
Natalis, conducticius hæreticorũ epiſcopus 125
Naturalis ſucceſsio 13
Nazianzon oppidum, unde cognominatus Gregorius 248
Nectarius catechumenus fit Epiſcopus Conſtantinopolis 252. 507 & 514
Nectarij Conſtantinopolitani epiſcopi mors 543
Negatores fidei tanquam homicidæ coniecti in carceres 103
Nemeſius Aegyptius martyr cum latronibus combuſtus 153
Neocæſaria caſtrum iuxta Euphraten 302
Nepos epiſcopus χιλιαστής 167
Nepotes Iudæ permanent uſque ad Traiani tempora 58. 67
Nepotianorum error 167
Nepotianus fratruelis Conſtantini depoſitus 363
Nero Imp. ſucceſſor Claudij leo 40. flagitioſiſsimus 43. Paulũ & Petrum Apoſtolos condemnat 44 quot annis potitus imperio 44
Neronianæ Theomachiæ & impietatis ſucceſſor Domitianus 57. 94
Neronias ciuitas quæ & Irenopolis (306
Nerua Imperator 58
Neſtor confeſſor 417
Neſtorius epiſcopus Conſtantinopolitanus 580 & 591
Neſtorius, Cyrillus ac Iuuenalis in ſynodo Epheſi præſident 583. 591
Neſtorij mors 593
Nicaſius hæreticus putri morbo perijt 665
Nicæa Thraciæ 384 & 738
Nicæa Bithyniæ 390
Nicænum concilium cõuocatur 217
Nicæni concilij patres 302
Nicæni concilij fides 309
Nicæni concilij dogma rurſum uenit in quæſtionem 339
Nicæni concilij defenſores ὁμοουσιασταὶ nominabantur 341
Nicæni concilij contemptores obiurgantur à Iulio 345
Nicetas pater Herodis præfecti pacis 38 & 85
Nicocles Lacon 409
Nicolaitarum hæreſis 65
Nicolaus unus de ſeptẽ diaconis 65
Nicomedia ciuitas Bithyniæ 376
Nicomedienſis cuiuſdam audax facinus 184

Nicomedienſe palatium combuſtum 185
Nicomediæ erat ſedes imper. 297
Nicomas epiſcopus Iconij 170
Nicopolis ciuitas Paleſtinæ 436
Nilammon 367 & 555
Nilus epiſcopus 192
Nilus inundans fœcũdat Aegyptum 255
Nilus retrocedens 535
Nilopolis urbs Aegypti 154
Niſibis ciuitas, quæ & Antiochia Mygdonia 403. 748
Nitria mons 281
Nennus epiſcopus 593
Nouatus presbyter hæret. 154. 494 & 839
Nouati errores 154
Nouatus uſurpat ſibi epiſcopatũ 155
Nouatus à dæmonio uexatus in iuuentute 155
Nouatus baptizatus in lecto, ibidem
Nouatus negat ſe presbyterum 156
Nouatus ſub Valeriano, martyrio finit uitam 494
Nouatiani uocabantur καθαροί, 154 & 220
Nouatiani Romæ ab Innocentio Ro. Pont. perſequuntur 569
Nouatiani apud Conſtantinopolim 463 & 579
Nouatianorum ſynodus apud Sangarium 533
Nouatiani repulſi ab eccleſia in concilio Romano 156 & 337
Numidiæ duo epiſc. libellum de fide Arianis perſcripſerunt 648
Nuptias permiſceri in diuerſis tribubus lex Moſi prohibebat 15
Nymphæum 463
OAſis deſertũ quoddam 611
Oblias frater domini Iacobus Iuſtus 584. 41
Obliuio dei in proſperis 182
Odiſſopolis 613
Oleum lætitiæ quid deſignet 7
Oliua ſuburbanum 580
Olympius & Theodulus Thraciæ epiſcopi occiduntur 463
Olimpus nomine & habitu philoſophus dux ſeditioſorum 253. 521
Olympiad. & annales Græcorũ 29
ὁμοούσιον nomen in ſcripturis non reperiri 308
ὁμοούσια nomen etiam apud priſcos autores uſitatum ibidem
ὁμοούσια nominis interpretatio 310
ὁμοούσια ὁμοιούσια nomina tanquã à ſcripturis extranea abijciuntur 392
Onager nebulo conductitius 355. 356 & 728
Oraculum de Chriſto 55
Oraculum Iouis Philij de expellendis Chriſtianis 200
Oratione captiuæ ſanatur ægrotans paruulus 225
Orationẽ ſanatur regina Iberorũ ibid.
Oratione profligantur hoſtes 404
Oratione expellitur dæmon 427
Oratiũculis delectat⁹ eſt Iulian. 827
Oraculũ mendax Pithii Apoll. 437
Orbis uniuerſus cõiurauit contra Athanaſium 229
Orientales epiſcopi incuſant Iulium Rom. Pont. quod communicaſſet Athanaſii ſectatoribus 345
Orientales negabant conſubſtantialitatem 347
Orientales conqueruntur de Sardicenſi concilio & anathematizant ὁμοούσιον uocem 348
Orientales contra Athanaſiũ in concilio Mediolanenſi 375
Origenis uita digna poſteritatis memoria 128
Origenes puer flagrat amore martyrii ibidem
Origenes patrem hortatur ad martyrium, à matre impeditur à martyrio 129
Origenis ſtudium erga ſacras literas 130
Origenes profeſſor bonarum literarum ibidem
De Origene multa cognitu digna ibidem & deinde
Orontes fluuius 491
Ortaſius epiſcopus Sardicenſis 396
Orthodoxi uigilabant aduerſus hæreticos 93
Orthodoxi intrepidi 470. 478. 469 & 492
Orthodoxi inter ſe inquieti 516
Oſius Cordubæ pontifex 276. 301. 348. 350. 369 & 731
Oſius ad ſynodũ Nicenã uenit 302
Oſius obſtat Orientalibus in concilio Sardicenſi 348
Oſius in exilium actus ſub Arianis 372 & 377
Oſius ui tormentorum adactus ſubſcripſit Syrmienſi ſynodo 372
Oſius Cordubenſis deſtructor Sabelliani dogmatis 421
Oſtroini & Armenii 324
PAchonius eremita nunquam à dæmone deceptus 487
Pagani in inuidiam Chriſtianorum transferebant communes caſus 80
Paganorum templa ſpoliata Alexandriæ 399
Paganorum impetus in Chriſtianos Alexandriæ 415
Pagani erudiebantur in Chriſtianorum officiis 428
Pagani antequam credant nequeunt intelligere 446
Paganorũ dii lubrici, iniq, ebrii, ibi.
Paleſtini celebrabãt Paſcha more Alexandrinæ eccleſiæ 123
Palladius monachus diſcipulus Euagrii eremitæ 485
Palladius iudex 476
Palladius curſor 573
Palladius Antiochiæ epũs 605
Palmeas prouinciæ Ponti Epiſcopus 92 & 121
Paludium inſula Aegypti 243
Pambus, eremita Antonii diſcipulus 242 & 246
Pambus audito primo uerſu Pſal. Dixi cuſtodiam: ſecundum noluit audire 482
Pambus quare defleuerit Theatralem mulierem ibidem
Pamphilus Laodicenus 179
Pamphili martyris uitam deſcripſit Euſebius Cæſarienſis 148. 179
Pamphilus martyr Cæſarienſis eccleſiæ flos 192
Pancratius epiſc. Peluſianus 369
Panegyrici in laudem Theodoſii iunioris 575

Panius mons ex quo Iordanis ſcaturit 164
Pantheon ciuitatis Bethlee 427
Pãtænus Stoicus profitebatur ſacras literas Alexandriæ 111
Pantænus euangelizat Indis 112
Pantænus magiſter catechumenorum Alexandriæ 131
Pantænus præceptor Clementis Alexandrini 137
Pantænus uir apoſtolicus & inſignis philoſophus 143
Paphnutius epiſcopus & cõfeſſor claret miraculis 218
Paphnutij hiſtoria 230, 276 302. 303 & 314
Papias Hieropolitanus epiſ. 34.68
Papias Ioannis apoſtoli auditor, Policarpi condiſcipulus 70.71
Papiæ quinq; libri 70
Papinianus & Manſuetus ignitis ferri laminis aduſti ſunt 618
Papyrius martyr 86 & 121
Paſchæ feſtum quartadecima luna obſeruabant Aſiani 121
Paſcha poſt æquinoctiũ uernale celebrandum putat Anatolius 178
Paſchalis feſtiuitatis diuerſa obſeruatio 300
Paſchalis celebritatis diuerſitas corrigitur 532 & 697
Paſcha quando celebretur ab Italis 494
Paſcha libere celebrandum decernũt Nouatiani 530
Paſcha quando celebrandum ſit Montaniſtarum iudicium 534
Paſsionis Chriſti dies feſtus 531
Paſtoris libellus à plurimis non receptus 46. 63 & 307
Paſtoris libellũ Irenæus ſuſcepit 110
Pater deus, ſolus nouit filium 2
Pater cum filio conditor omnium 3
Pater, filius & ſpiritus ſanctus unius diuinitatis, uirtutis, magnitudinis & ſubſtantiæ 386
Patres Veteris teſtamenti fuere Chriſtiani, non nomine ſed religione 9
Patriarchæ inſtituti per prouincias 508
Patrophilus epiſcopus Scythopolitanus defenſor Arij 298 & 306
Patrophilus Scythopolites cum alijs Arij fautorib. uenit Antiochiã 334
Patrophilus prætexens oculorum dolorem, non uenit ad Seleucianam Synodum 391
Patrophilus dãnatur Seleuciæ 394
Patrophilus reuerſus Scythopolim 398
Paulus uaſtator eccleſiæ 25. uocatur cœlitus ad apoſtolatum 26. uinctus mittitur Romã, Cæſariq; ſiſtitur 40. ſcripſit epiſtolas quatuordecim 46. Gentibus euangelizat 47
Paulus eruditiſsimus apoſtolorũ 61
Paulus, apoſtata legis nominatur ab Ebionitis 64
Paulus uſq; ad Illyricum euangelium dei prædicauit 46
Pauli Samoſateni hiſtoria 170.837
Paulus Antiochenus hæreticus 129
Paulus Simplex diuertens à coniuge adultera eremum petit 281
Paulus Neocæſariẽſis conf. 302.691
Paulus presbyter uir ætate iuuenis, ſed ſapientia ſenex 341
Paulus presbyter eligitur in epiſcopum Conſtantinopolitanum, ibid.
Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus iuſſu Imperatoris deponitur ibidem
Paulus Conſtantinopolitanus reducitur Conſtantinopolim 343
Paulus iuſſu Conſtantij Cæſaris pulſus Conſtantinopoli pergit Romam 343
Paulus Conſtantinopolitanus epiſcopus redux 344
Paulus Conſtantinopol. Theſſalonicam in exilium deductus 345
Paulus Conſtantinopolitanus cauſam ſuam Imperatori Conſtanti indicat 346
Paulo Conſtantinopolitano reſtituitur propria ſedes 359
Paulus Conſtantinop. translatus Cucuſum ſuffocatur 347. 363
Paulus Lybicus quingentorum monachorum pater 487
Pauli Conſtantinopol. Ancyra corpus relatũ Conſtãtinopolim 514
Paulus Nouatianorum epiſc. 589
Paulinus epiſcopus Antiochiæ uir ſanctus 235
Paulinus Antiochenus epiſcopus orthodoxus 252
Paulinus antiſtes Tyri 295
Paulinus epiſcopus Treuerenſis contrarius Arianis 375
Paulinus epiſcopus Treuerenſis exulat 376
Paulianiſtæ hæretici, qui & Photiniani 221
Paulianiſtarum oratoria eccleſiis applicantur 336
Paulianos & Athanaſiacos expelli poſcunt Orientales 347
Pax eccleſiarum ſub Commodo Imperatore 120
Pax eccleſiarum ſub Galieno Cæſare 167
Pax eccleſiarum ſub Conſtantino Auguſto 271
Pelagij Laodiceni continentia 458
Peleus & Nilus epiſcopi flammis conſumpti 192
Pella oppidũ ultra Iordanem ſitũ 48
Pepuza & Thymniũ oppida Phrygiæ 117
Peregrinus diaconus 636
Perennius iudex 120
Pergamus Aſiæ urbs 86
Periurium diuinitus uindicatum 135
Perſæ pugnãt contra Romanos 362 & 437
Perſæ contra Theodoſium iuniorem 560
Perſarũ rex obſeſſus à Iuliano apud Cteſiphontem 439
Perſæ triginta iugiter annos perſequuntur Chriſtianos 561
Perſequutio ſub Stephano protomartyre 28
Perſeis arbor in Hermopoli Thebaidos curatrix morborum 436
Pertinax Cæſar ſex tantum menſibus imperauit 124
Peſtilentia magna 662
Petrus diſcipulus Chriſti 20
Petrus Apoſtolus ab Herode coniectus in carcerem 30

Petrus euangelizat Romæ 34
Petrus euangelizabat tantum Iudæis (46
Petrus Romæ appenſus cruci 44 & 46
Petri epiſtolæ, acta & Euangelium Ibidem
Petrus & Philippus apoſtoli uxores habuerunt, & filias uiris nuptum dederunt 65
Petri Apoſtoli uerba ad uxorem ſuam 66
Petri & Appionis diſputatio 70
Petri & Pauli Apoſtol. Icones 165
Petrus Alexandrinus epiſcopus ſucceſſor Theonæ, capitē plexus ſub Maximino 179 & 201
Petrus Alexandrinus epiſcopus, Fauſtus preſbyter, Dius & Amonius merito & martyrio pares 192
Petrus mart. in craticula tortus 184
Petrus ſucceſſor Athanaſii fit Alexandrinus epiſc. 242. 474
Petrus Alexandrinus epiſcopus declinans perſequutionem iudicis Aegypti latenter Romam proficiſci tur 474. *moritur* 498. *uir apoſtolicæ ſanctitatis* 505
Petrus archipreſbyter Alexādrinus reiectus à Theophilo 550
Petrus Gnapheus 602
Petrus Moggos Alex. epiſc. ibidem
Peucedius ſignifer flagitiorum Maximini 210
Phenum caſtrum 461
Philadelphina ſynodus 421
Phileas epiſcopus Thmuis ciuitatis Aegypti 188
Phileas epiſc. martyr 189
Phileas martyr, philoſophus 190
Philetus Antiochenus epiſc. 144
Philippus tetrarcha 17
Philippi tetrarchiam Herodes tribus annis uſurpauit 31
Philippus diaconus prædicat Samaritanis 25
Philippus Apoſtolus mortuus apud Hierapolim 66
Philippi apoſtoli filiæ quatuor prophetiſſæ ibidem
Philippus munerarius 84
Philippus doctor eccleſiaſticus 90
Philippus Gortynenſium epiſc. 93
Philippus Cæſar Chriſtianus publice confitetur, ſtatimq; inter pœnitentes 149
Philippus Cæſar moritur 150
Philippus Macedo 263
Philippus Sidenſis hiſtoriam Chriſtianorum ſcripſit triginta & ſex libris 580 & 591
Philippus præfectus ſecundus poſt Conſtantinum principem 345
Philippus præfectus armata manu deducit Macedonium ad eccleſiam 346
Philippus præfectus, patronus Arianorum 346 & 348
Philippopolis ciuitas Thraciæ 348
Philo Iudæus nobilis ſcriptor 27 37 & 278
Philo legatus Iudæorum ad Cæſ. 28
Philo adhæſit Petro Romæ euangelizanti 34
Philonis librorum catalogus 38
Philogonius epiſcopus Antiochenus poſt Vitalem 284 & 679
Philogonij doctrina 295
Philoromus dux Romani exercitus martyr 188
Philoſophia in quinq; diuiditur diſciplinas 179
Philoſophi Gentiles diſputabant in Nicæna ſynodo 217 & 304
Philoſophus argutator oratione cuiuſdam ſimplicis ſenis ad fidem conuerſus 217 & 305
Philoſophi Conſtantinum quaſi non recte colentē deum incuſant 305
Philoſophi contemplatiui redarguūt Ariſtotelis ſophiſtica 374
Philoſophi confluebant in aulam Iuliani Auguſti 412
Philotheos, hiſt. Theodoreti 748
Philumena Apellis hære. puella 113
Phlacitus epiſc. Antiochenus 323
Phlacitus uel Flacillus ſucceſſor Euphronij Antiocheni epiſcopi 342
Phœnicis prouinciæ comes 230
Photinus Lugdunenſis epiſc. martyr nonagenarius 102
Photinus nonagenarius obdormiuit in carcere 103 & 109
Photini Sirmienſis epiſcopi dogma 368. *condemnatur* 372. 838
Photiniani ꝓhibiti ad eccleſiis 501
Phrygarum ſecta 336
Piamonis preſbyteri & monachi geſta 486
Piceni index Iuſtus 495
Pierius Alexandr. doctor incomparabilis 179
Pilatus procurator Iudææ 17
Pilatus ſcribit Tiberio Auguſto de Ieſu Nazareno 26
Pilatus nititur templum Hieroſolymitanum prophanare 28
Pilatus iubet imagines Cæſaris erigi Hieroſolymæ 29
Pilatus conſciſcit ſibijpſi mortem 29
Pinytus Cretæ epiſc. 90. 92
Pionius inſignis martyr 86
Pior eremita 481 & 488
Piterius per ſingulas quas enarrabat expoſitiones orare ſolebat 482
Pius Rom. pon. ſucceſſor Hygini 79
Placidia filia Theodoſii Imp. 831
Placilla Auguſta, uxor Theodoſii, mulier ſancta 526. 810
Plato & Plotinus philoſophi 374
Plinius Secundus, præfectus, ſcribit Traiano pro Chriſtianis 67
Plutarchus per Origenem ad fidem conuerſus 130
Plutarchus Origenis diſcipulus coronatur martyrio 132
Pœnitendi, confitendiq; modus apud ueteres 125. 528
Pœnitentibus indulgendum, deq; eorum cōuerſione cōgaudendū 235
Pœnitet Sirmienſem ſynodū ſuæ definitionis de fide 372
Pœnitentiarum preſbyteri qua ratione remoti 528
Pœnitentiarum preſbyteri inſtituuntur ibidem
Polycarpi hiſtoria 68. & *deinceps* 531. 121 & 124
Polycrates Epheſiorū epiſcopus 66
Polycratis epiſtola ad Victorem Romanum pontificem 121
Pontiæ inſula 57
Pontianus Romanus pontifex ſucceſſor Vrbani 145

Pontianus

Pontianus Rom. epiſc. moritur 147
Ponticus puer ferè quindecim annorum martyr 105
Pontificum adminiſtratio apud Iudæos 12 & 18
Pontifices duo ſimul p trienniũ 607
Porphyrius calumniator diuinorum uoluminum 141
Porphyrij uerba de Origene ibid.
Porphyrius diuinæ pietatis inimicus 315
Porphyrius Socratẽ optimum philoſophũ lacerauit 444
Porphyrius odio ſuorũ inimicorum deſeruit Chriſtianiſmum 445
Porphyrius epiſcopus Antiochenus poſt Flauianum 558
Porphyretica columna in foro Conſtantini 318 & 336
Poſſeſsiones nepotum Iudæ 58
Potamiena uirgo & martyr Origenis diſcipula 132
Præſes Berœenſis filium ob Chriſtianiſmum abdicat 438
Præſides in templis 429
Præpoſitura purpuræ 177
Precatio Macarij 222
Preſbyteri nomine, intelliguntur epiſcopi 123
Primus epiſcopus Alexandrinus, ſucceſſor Cerdonis 73
Primus epiſc. Alexan. moritur 74
Primus epiſc. Corinthiorum 90
Principatus Iudæorum quamdiu durarit 11
Priſca & Maximilla pphetiſſæ Montani 115
Priſcilla & Aqla adhærẽt Paulo 39
Priſcus martyr apud Cæſaream 163
Priuilegia à Conſtantino Auguſto collata eccleſiis 214
Probatianus eunuchus 450
Probus, imp. ſucceſſor Aureliãi 176
Probus, præfectus, moderator imperij Valẽtiniani iunioris 249. 516
Probus, præfec. fugit in Illyricũ 517
Probianus aulicus conuertitur ad fidem 319
Proclus epiſc. 580. 587. morit. 595
Procopius dux Romanorum 574
Procopius tyrannus Conſtantinop. capitur à Valente imp. 458
Procopij ſupplicium ibidem
Proculus Cataphrygarum hæreticus 44 & 144
Proculi facinora & ſupplicium 623
Procuratores Cæſaris pontificatum Iudæorũ prout uolebãt, cõferebãt 18
Prodigia quæ Iuliano contra Conſtantiũ bellum adornante contigerunt 406
Prodigium coronatæ crucis in extis occiſi pecoris inuentæ 412
Prodigium de templo Mamæ erigendo 413
Prodigia uiſa Hieroſolymis 437
Profeſsio catholicæ fidei 638
Prophetæ præuiderunt Gentes per Chriſtum ſaluandas 7
Prophetæ Veteris legis præfigurarunt uenturum Chriſtum, ibidem
Prophetarum tredecim uolumina 55
Prophetiæ gratia quamdiu in eccleſiis durarit 89
Prophetæ Noui teſtamenti 117
Proſtitutiones Paganarum uirginum prohibitæ 417
Proterius Alexãdriæ epiſ. 598. 699
Protogenes Sardicenſis epiſc. defenſor Athanaſii 348
Protogenes epiſc. exulat 471
Protogenes ludimagiſter factus, diſcipulis ſuis proponit Pſalmiſtam & Paulinas epiſtolas 473
Protogenes clarebat miraculis. ibid.
Protogenis uiſio de Cõſtantino 489
Prouerbiorum liber, Salomoni adſcribitur à ueteribus 91
Prouincialium conciliorum inſtitutio 508
Pruſa oppidulum Bithyniæ 368
Pſalmi in laudem Pauli Samoſateni hæretici compoſiti 174
Pſalmodiæ inſtitutio 389
Pſatyrianorum hæreſis 535
Ptolemæi bibliotheca apud Alexandriam 111
Ptolomæus Chriſtianus 88
Ptolemais ciuitas Pentapoleos 160
Publia iubente Iuliano alapis cæſa. 433. & 434. 761
Publius Athenienſium epiſc. 91
Pueri infecti praua doctrina 200
Pulcheria imperatrix per totum orbem iuſsit cani in Letanijs Kyrie eleiſon 593 & 594
Pulcheria Martianũ Imp. cõſtit. 932
Pulcheria ab adminiſtratione rerum amouetur 596. reſtituitur 597
Pulcheria multa templa Chriſto conſecrat 598
Pulcheriæ pietas & mors 598
Purgatio per ignem 460
Puſitius & filia illius martyres 327
Pynitus epiſc. apud Cretam 90
Pynitum Gnoſiorum epiſcopum per epiſtolam admonet Dionyſius Areopagites, ne diſcipulis neceſsitatem cõpulſæ caſtitatis indicat 92
QVadrageſima 532
Quadratus, apoſtolorum diſcipulus & propheta 69
Quadrati apologeticus pro Chriſtianis 73
Quadratus poſt Publium martyrem fit epiſcopus Athenienſis 91
Quadrigæ & armatorum acies in aere uiſæ 54
Quartodecimani hæretici in Aſia à Victore Romano epiſcopo excommunicati 531
Quartodecimani dicebant ſe ritum obſeruandi paſchatis à Ioanne apoſtolo accepiſſe 532
Quartuſdecimus dies paſchæ, octauo idus Aprilis 534
Quintianus perſequutor Chriſtianorum 210
Quintianus epiſc. Gazæorum 344
Quod uult deus, Deo gratias & Habet deum, nomina ſunt epiſcoporũ Carthaginenſium 619. 621
REges Iudæorum appellabantur Chriſti 7
Reges iudicibus ſucceſſere in imperio Iudæorum 12
Regnum Chriſti nõ terrenum ſed cœleſte per angelorum miniſteria in conſummatione ſeculi præparandum 58
Religio Chriſtiana omnium religionum prima 10
Reliquiæ Thomæ Apoſtoli apud Edeſſam 244

Reliquiæ Euſebij, Nectarij & Zenonis martyrum 417
Reliquiæ Magicorum Iuliani portentorum Carris repertæ 440
Reliquiæ Melitij translatæ Antiochiam 514
Reuocatus delator nepotũ Iudæ 58
Rhodanus nobilis fluuius Galliæ 99 & 106
Rhodon Aſianus, diſcipulus Tatiani, ſcripſit in Marcionem 113
Roilas Scytharum dux cum exercitu ſuo, fulmine percuſſus interijt 500 & 821
Roma à Giſericho capitur 599. 621
Roma à Vandalis ac Mauris ſpoliatur ibidem
Romæ piſtrinum ſubterraneum 519
Romanæ eccleſiæ mos antiquus de ieiunio 92 & 522
Romani pontificis autoritas 342 345. 346 & 386
Roma, Babylon à Petro dicta 34
Romanæ ſedis dignitas 345
Romana eccleſia, mater pietatis, ibid.
Romana eccleſia, caput omnium eccleſiarum 635
Romani Barbaros non potuerunt mitigare 663
Romanos diuendunt barbari 621
Romanus miles, Chriſtianus 430
Ruphi & Zoſimi patientia 69
Ruphus Iudææ præſes occidit Iudæos 75
Ruffinus magiſter aulæ Theodoſii, increpatur ab Ambroſio epiſcopo 523
Ruffinus occiditur 831. 542
Sabbatius Nouatianus presbyter autor ſchiſmatis 530
Sabbatij hiſtoria 567. 569. 581
Sabbatis olim ſacrificabatur 533
Sabbati ieiuniũ apud Romanos, ibid.
Sabelliana hæreſis 236
Sabellius Libycus 421 & 838
Sabelliani 421
Sabinus præfectus publicat edictum imperiale pro Chriſtianis 199
Sabinus Macedonianorum epiſcopus 309 & 345
Sabinus Ancyræ præſul 372
Sabinus cõciliorũ acta deſcribit 391
Sabini ſynodalia 450
Sacerdotes Chriſtiani uarie affliguntur 183. 213 & 464
Sacerdotum cœlibatus 314
Sacerdotes nolentes cõmunicare Eudoxio exulant 464
Sacerdos idolorum affectus honoribus 200
Sacerdotes Gentilium iubentur imitari uitam Chriſtianorum ſacerdotum 428
Sacerdotes gentiles pudebat proprij cultus 448
Sacerdotes Aegyptiorũ nõnihil præſciebant de Chriſto uenturo 522
Sacerdotes aduerſus Chryſoſtomum conſpirant 544
Sacerdotales literæ Aegyptiorũ 256
Sagaris martyr 74 & 121
Salianus magiſter militum 335
Salome uxor Herodis 17
Salomõ ex negotiatore monac. 489
Saluſtius præfectus, perſequutor Chriſtianorum 238. 756 & 828
De Samoſatenis 460. 775. 776
Sanctus, diaconus Viennenſis, martyr 100. 101. 103
Sancti martyris corpus aduſtum in primam ſpeciem reſtituitur 103
Sanguinis Chriſti poculum dabatur Chriſtianis tẽpore Theodoſii 523
Sannes Perſa, Chriſti confeſſor 562
Sapientiæ liber, Salomoni adſcribitur à ueteribus 91
Sapores rex Perſarum Chriſtianos perſequitur 325
Sapores rex aduerſus Roman. 403 & 748
Sapores rex Perſarum obſidet Niſibim ciuitatem 403 & 749
Sapores princeps militiæ 501
Saraceni ferunt ſuppetias Conſtantinopolitanis 500
Saracenorum plus quàm centum milia perempti 573
Saracenorum incurſiones 607
Sarmatæ & Gothi domantur à Conſtantino 222 & 274
Saturni ſacerdos matronarũ ſtuprator 256
Saturninus Antiochenus hæret. 76
Saturnianorum ſecta 91
Saturianus martyr 623
Saturus confeſſor 625
Sauromatarum legatio ad imp. 495
Schyrion ſude transfixus 154
Schola eccleſiaſtica Alexandriæ 111
Schiſma apud Antiochiam 405
Schiſmata Chriſtianorum 501
Schiſmata fiebant ob doctrinarũ inutilium diſcordiam 534
Scripturæ diuinæ intellectus unde petendus 247
Scripturæ ſacræ combuſtæ 182
Scytharum conuerſio 817
Sebaſtianus dux Manich. 366. 367
Sebaſtianus comes, conſiliarius Giſerichi regis 619 & 730
Sebaſtia ciuitas Armeniæ 233
Sebaſte ciuitas Paleſtinæ 257
Sectæ tres ex ſchiſmate Arij 234
Sectæ apud Paganos plus quàm trecentæ 495
Seditio inter Gentiles & Chriſtianos Alexandriæ 415
Seditio Antiochiæ 323. 525. 809
Seditio Conſtantinopoli 553. 610
Selenas Gothorum epiſcopus 535
Selene ſcortũ, ſocia Simonis magi 32
Seleucia ciuitas Iſauriæ 391
Seleucus mons 373
Seneca epiſcopus Hieroſolym. 75
Senex ſimplex philoſophum erudit. 304
Septem hæreſes 41 & 91
Septem dormientes 591
Septuaginta diſcipuli Chriſti 18
Septuaginta interpretes Veteris inſtrumenti 111
Serapio diaconus Chryſoſtomi 544
Serapion Antiochenus epiſc. 11 moritur 136. & eius opera 137
Serapion martyr præcipitatur 552
Serapionis Alexandrini mors 156
Serapion Thmuitanorum eccleſiæ angelus 484
Serapis templum apud Alexandriam deſtructum 254
Serapis origo 255
Serapis putabatur autor inundantis Nili 258

INDEX

Serapis Nilo poſterior 258
Serap myſteria produntur Alex. 520
Serapis deijcitur 521
Serena Valentiniani uxor 828
Serenius Granianus 78
Sereni duo, Origenis diſcipuli 132
Sergius Paulus, proconſul Aſiæ 94
Seſsiones in concilio Niceno 302
Seuera uxor Philippi Cæſaris 149
Seuera Auguſta, uxor Valentiniani Aug. 495
Seuerus Cæſar 124
Seu. Cæſ. liberalitas ī Oppianū 264
Seuer. perſequitur Chriſtianos 128
Seuerus xviij. annis imperauit 134
Seueri & Ioannis ſupplicium 597
Seuerus Antiochiæ epiſcopus 611
Seuerus hæreticus 96
Seuerianus Cabalenſis Epiſcopus pulſus Conſtan. 550
Seuer. de Ioanne Chryſoſtomo 553
Seuerianorum errores 96
Sextus diſſeruit de reſurrectiōe 124
Sibyllæ uaticinium de cruce domini 317
Siccitas & ſterilitas maxima 203
Sidonius & Celerinus confeſſ. 155
Signo crucis initiabantur Chriſtiani 133 & 472
Signum dominicæ crucis in parietibus & feneſtris depictum Alexandrinorum 258
Signum crucis inter ἱερατικὰς literas interp. uita uentura Ibidem
Signiferi 270
Signum communionis 299
Simeon Cleophæ filius, fit Hieroſol. epiſcopus 57 & 66
Simeon centum xx. annorum ſenex crucifixus 67
Simeon ſecundus Hieroſolymitanus epiſcopus 59
Simiæ idolum apud Alexand. 520
Simon Camithi filius 18
Simon Magus 25 & 32
Simon Samaritanus Magus 32
Simon Magus pro deo colebatur 3
Simonis Magi ſimulachrum à Romanis erectum 34
Simoniani hæretici, à Simone Mago dicti 91
Siſinnij diaconi conſilium de concordandis hæreticis 515
Smyrnæorum epiſt. de martyrio Polycarpi 82
Socrates philoſophus caſtitate & iuſtitia mirabilis 444
Socrates de diebus feſtis 531
Solennitas uigiliarum Paſchæ 134
Solennes Chriſtianorū orationes pro Conſtantino Auguſto 213
Sophronia matrona Rom. & Chriſtiana, ne à Maxentio uiolaretur mucrone trāſuerberauit ſeſe 196
Spiridion Cyprius epiſcopus & propheta 218
Spiridiōis geſta præclara 276. 277
Stephanus lapidatur 24
Stephanus Rom. Epiſcopus moritur 159
Stephanus epiſcopus Laodicen. 178
Stephanus & Lacitus hæretici 389
Stephanus monachus, patientiæ exemplar 488
Stephanus Antiochenus Epiſcopus 352. 355 & 727
Stephanus ſodalis Ioannis Epiſcopi Apamiæ deſtinatur Germaniciam 502
Stilicon armorum magiſter apud Honorium 559
Suburbicariæ eccleſiæ 220
Suſannæ hiſtoria ficta 148
Syluani duo 192
Syluanus epiſcopus Emiſenorū à beſtijs laniatus ibidem
Syluanus epiſcopus apud Gazā, ibid.
Syluanus tyrannus 373
Syluanus monachus 586
Syluanus Tarſenſis eccleſiæ præſul 391
Symmachus Hebionita, interpres Veteris inſtrumenti 140
Symbolum tauri in nomiſmatis 435
Symmachus Senator Romanus læſæ maieſtatis reus confugit ad eccleſiam & liberatur 518
Synodalia Sabini 450
Synodus in Illyrico celebratur 452
Synodus Philadelphina 421
Syreni error de tribus principijs 113
Synod. Alexand. p 235
Syrianus magiſter militum 343
Syricius Rom. epiſc. 252. 558
TAtianus præfectus Alexandriæ 241
Tatianus Rhetor, Chriſtianus effectus 87
Tatiani teſtimonium de Iuſtino, Ibidem
Tatiani liber aduerſus Gentes ualde utilis 97
Tatiani liber Propoſitionū & Quæſtionum 114
Tatianus Phryx martyr in craticula tortus 418
Tattheus, unus è Septuaginta mittitur ad Abgarum regem & ſanat eum 20. 21. 22
Telemachus monachus 542. 816
Teleſphorus ſeptimus poſt Petrum Rom. Epiſcopus. 75
Teleſphorus martyrio uitā finit 78
Teleſphorus Romanus Epiſc. martyr 109
Templum Veneris extructum ſuper dominicum ſepulchrum 221
Templum Salomonis reparatū 239
Templum Apis regis apud Memphim 255
Templum Saturni apud Alexandriam 256
Templa Chriſtianorum à Iuliano auunculo Iul. Aug. ſpoliata 416
Templum Chriſtianorum prophanatur 431
Templum Veneris apud Heliopolim 417
Templa paganorum occluſa ſub Ioviano Imperatore 448
Templum Iouis apud Apamiam à Marcello epiſcopo deſtructū 527
Templa Gentilium è fundamentis euerſa à Theodoſio iuniore 520 & 560
Terentius magiſter militum 496
Tertullianus nobiliſsimus ſcriptor 26 & 43
Tetrarchiam Philippus tribus annis tenuit 31
Tharbua ſoror Symeonis Epiſcopi 327

Themiſtius

Themiſus conuitiator Apoſtolorum & eccleſiæ dei 117
Themiſtius philoſophus placat Valentis in orthodoxos iram 451 & 495
Themiſtij philoſophi oratio panegyrica 450
Theobutes hæreticus 91
Theoctiſtus epiſcopus Cæſarienſis eccleſiæ 147.159 & 165
Theodas magus interemptus 32
Theodericus Afer diaconum ſuũ gladio occidit 607
Theoderici regis filij malicia 624
Theodoritus preſbyter 416
Theodorus epiſcopus Ponti, Originis diſcipulus 148
Theodorus epiſc. & martyr 193
Theodorus adoleſcens mar. 757
Theodori, Theodoti, Theoduli, & quicunq; θ ε ο δ literas in capite ſui nominis habebant, occiſi à Valente 472
Theodoſii hiſtoria 251.258.259 263. 503. 504. & deinceps 517.587.590.593.597.814 & 830
Theodoſii corpus ſepelitur 542
Theodoſii iunioris laus 263 579.565.575.831
Theodoſius monachus, homo malus 598
Theodoſius Synnadẽſis perſequutor Macedonianorum 566
Theodoſius epiſcopus non recipitur à ſuis ibidem
Theodoſius Hiſpanus à Valente occiſus 472
Theodoſius Philadelph. Lydiæ 394
Theodotion Epheſius Iudæus 111
Theodoti Montaniſtæ mors 115
Theodotus coriarius ex eccleſia propulſus 125 præceptor Aſclepiodoti hæretici ibidem
Theodotus Laodicenſis Epiſcopus, arte medicus 178 & 403. duobus Apollinaribus interdicit ſcholis Epiphanij Sophiſtæ ibidem
Theodoti Hierapolitani mirabilis cõuerſatio 503
Theodotus caſtitatis ſpeculum 561
Theodolus Cherapeius Phrygiæ cõdemnatus 394
Theodolus Phryx, martyr 418
Theogonius Nicænus 321 & 322
Theologi ſophiſtici depingũtur 125
Theomachiæ unde ortæ 5
Theomach. Neronianæ ſuccedit Domitianus 57
Theonas epiſc. Alexandrinus 179
Theonas monachus trium linguarũ peritus, triginta annis ſiluit 485
Theopaſchitæ 600
Theophilus Antiochiæ epũs 90. libri inſtitutionum eiuſdem 93. ſuccedit Timotheo 517.568.812 parum fauet Ioanni Chryſoſtomo 543 & 547. eius uafricies 548 & recurrit Alexandriam 554
Theophronius Ariſtotelicus & hæreticus 535
Theotecnus epiſcopus Cæſareæ Paleſtinæ, auditor Origenis 58.165 170 & 210
Theotecnꝰ præſes curator Antiochenæ urbis, homo prauus 200.210
Theotimus Tomitanorũ Epiſcopus, deus Romanorum dictus 539
Thermæ uariæ 346 & 463
Thomas Apoſtolus 20.21.46 223.244 & 470
Thoraces Serapis aboliti 258
Thraſeas martyr 118
Thraſeas epiſc. apud Eumeniã 121
Thymelicus ſaltator indutus ueſte eccleſiaſtica, colliſus interijt 397
Thymium oppidum Phrygiæ 117
Tiberius Cæſar 17.26 & 27
Tigris & Thiris fluuij 438
Tigrius preſbyter Chryſoſt. 558
Timeus Antiochenus epiſc. 167
Timotheus Epheſiorum epiſc. 47
Timotheus Athanaſii preſb. 231
Timotheus Alexandriæ Epiſcopus 252. 517. moritur 517. 498
Timotheus diſcipulus Apollinaris hæretici 511
Timotheus Herulus angelum ſe ſimulat 599
Timotheus Cyrilli ſcripta deprauauit ibidem
Timotheus iuſſu Imp. exulat 600
Timotheus alio relegatus 601
Timotheus Leucos epiſc. 600. 602
Timotheus Litrobules preſbyt. 612
Timotheus Conſtantinop. epũs 612
Tiridates rex factus Chriſtianꝰ 324
Titus Cretæ inſulæ archiepiſc. 47
Titus filius Veſpaſiani Imperat. 49
Titus Cæſar ſuccedit Veſpaſiano in imperio 57
Titus Boſtrenſis epiſcopus 426
Tobias quintus Hieroſolymorũ epiſcopus 74
Traianus Imper. 59.60.67.74
Traianus magiſter militũ fouet Zeugmatium cæcum 492
Traianus uictus ab inimicis ob Valentis perfidiam 497
Tributa dari Cæſari prohibebat Iudas Galilæus 11
Triphillus Ledrenſis epiſc. 277
Trucidarij ſubornati 555
Trypho nobiliſsimus doctor Hebræorum 89
Turris Stratonis dicta Cæſarea 30
Tyrannus, Antiochenus epiſc. 177
Tyrannus ſacerdos templi Saturni apud Alexandriam 256
Tyrãnus ſtuprabat matronas, & quomodo deprehenſum ibidem
Tyrannio epiſc. Tyri martyr 192
Tyrus philoſophus 709
Tyrus urbs Phœnicis 33.185.201
VAlentis hiſtoria 248.249 458. & deinceps 524 793 & 829
Valens & Vrſatius hæretici 353 361.397 & 381
Valentinus hæreticus, autor Valentinianorum 78 & 79
Valentinus cœpit ſub Hygino, inualuit ſub Pio, & ad Anicetum uſq; durauit 70 & 81
Valentinus Auguſtus in fide orthodoxa ſtabilis 250. moritur, ibid.
Valentiniani hæretici 91 & 336
Valentinianus Imperator in Occidente 241.760 & 829
Valentinianus fit Imperator 451 & 769. moritur 248.495
Valentiniani gratiarũactio pro Ambroſio in epiſcopum electo 452

Valen-

Valentinianus Britanniam, Galliam, Hiſpaniam & Libyã amiſit 593
Valentinianus iunior fit Imp. 495 578 & 829. laqueo periit, ibid.
Valentiniani lex de ducendis duabus uxoribus 495 & 827
Valerianus et Galienus Cæſares 161
Valerianus perſequitur Chriſt. 162
Valeriano à Barbaris capto eruũtur oculi 162. 712
Valerianus Abenſis epiſc. 624
Valerius Gratus 12
Vandalus quidam multis miraculis à deo tentatus, grauẽ pœnã luit 622
Vandali gens in Africa 616
Vandali in ſuos quoq; crudeles 656
Vandali duo in exiliũ pergunt 658
Vandali per uias conſtituti, ut Chriſtianos ſacerdotes iugularẽt 666
Vandali cum Germanis in Hiſpaniã 594
Vandalorum crudelitas in bello 617
Varronianus filius Iouiniani 451
Vaſa eccleſiarum confiſcantur 431
Vehicula publica 315
Venditorum Iudæorum numerus 53
Veneris domus 319
Veſpaſianus Imperator 47 & 57
Vetius Pacatus patronus Chriſtiãnorum 99
Vicẽnalia Cõſtãtini 314. 316. 702
Victor epũs Ro. 66. 119. 122. 124
Victor & Aranteus 497
Victorianus ob Chriſtũ necatur 655
Victoria matrona crematur 654
Vienna ciuitas Galliæ 19 & 96
Vigiliæ quales olim 37
Vigiliæ Paſchæ ſolennes 134
Vigiliæ Chriſtianorum 366
Vigiliæ apud ſepulchra 388
Viginti epiſcopi legati 383
Vincentius Gigitanus 621
Virgines duæ gratia ſeruandæ caſtitatis in mare proſiliunt 191
Virgines monachæ Hieroſ. 222
Virginum proſtitutiones prohibitæ à Conſtantino 417
Virgines et uiduæ pauperes inter clericos pub. ſumptu alebantur 415
Virgines ſacræ publice nudatæ, tonſæ, & per mediũ ſectæ porcis dilacerandæ traduntur 417
Virgines ſacræ deridẽt Iulianũ 434
Virgines ſacras non ducendas ſanciuit Iouinianus 450
Virgines Chriſto ſacræ uiolãtur publice 476
Vitalis Antiochiæ epiſcopus 284
Vitalianus Imperator multa mala Anaſtaſio intulit 614
Vitalianus Anchialum & Odyſſopolim cepit 613
Vitalianũ populus Imp. petiuit, ibid.
Vitaliano ſenatus & principes Romani populi iurarunt ibidem
Vlphilas epiſcopus Gothorum 396 397. 496 & 497
Voces uariæ auditæ 54. 83. 105 136, 160 & 397
Vranius epiſcopus Tyri condemnatur Seleuciæ 394
Vrbanus Romanus epiſcopus ſucceſſor Calliſti 144. moritur 145
Vrbicius iudex 88
Vrſatius Perſa prædicit terræmotũ & miranda patrat 390
Vrſinus diaconus epiſcopatum callide extortum uſurpat 249. 494
Vuitaredus notarius Hunerici regis 627 & 634
XAnthicus menſis 54
Xenaias uir malicioſus 604
Xenaias doctrinarũ uarias opiniones ſectabatur ibidem
Xenodochia Paganorum iuſſu Iuliani per ciuitates conſtituta 428
Xenodochia eccleſiarum 525
Xiſtus Romanus pontifex 74. 165 moritur 74. ab Apoſtolis ſextus fuit 109. & Stephani ſucceſſor 160. illi ſucceſsit Dionyſius 169
ZAbdas epiſcopus Hieroſolymitanus 179
Zacharias Hieroſol. epiſcopus 74
Zacharias ſanctus preſbyter 100
Zacharias princeps Paleſtinæ 612
Zebenus Antiochiæ epiſcopus ſucceſſor Phileti 145. moritur 147
Zeno Imperator 604 & 626
Zenobius Sidonienſis preſbyter & martyr 192
Zenon epiſcopus Gazæ 417
Zenon epiſcopus Tarſi 468
Zenon epiſcopatus officio centum annis functus eſt 540
Zenon, Ptolemæus & Theophilus milites ſponte ſe cruciantibus offerunt pro Chriſto 153
Zenon, Euſebius et Nectarius fratres & martyres apud Gazam 416
Zephyrinus epiſc. Rom. 44. ſucceſſor Victoris 124. moritur 144
Zeugmatius cæc. fidelis paſtor 492
Zoilus epiſcopus Lariſſenus 449
Zoſimi & Ruphi patientia 68
Zoticus ſanctus epiſcopus cohibet ſpiritum Maximillæ prophetãtis ne loquatur 115 & 118
Zuritana ciuitas 632

FINIS

BASILEÆ, PER HIERONYMVM FROBENIVM
ET NICOLAVM EPISCOPIVM
ANNO M D XLIIII

Series ternionum.

abcdefghiklmnopqrstuxyz. ABCDE FGHIKLMNOPQRSTVXYZ. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz. Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff.

FRO BEN

GOTTSCHER-L.
1972